Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
G
179
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Racc. Vill. G. 179


CONSILIA,
SEV
DECISIONES CRIMINALES
D. MARII GIVRBA
I. C. & Prioris Collegij Meſſanenſis

IN PATRIO GYMNASIO
FEVDORVM INTERPRETIS PRIMARII,
Regijque Conſiliarij.

NVNC PRIMVM VENETIIS CORRECTIVS,
Et Ornatius in lucem editus.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM
D. IOSEPH DE NEAPOLI.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegijs.



VENETIIS, M DC XXVI.
Apud Io: Baptiſtam Combum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. IOSEPH DE NEAPOLI

TRIBVNALIS REGII PATRIMONII

PRÆSIDI.

In Supremo Rerum Italicarum Senatu, Potentiſsimi Philippi IV. Regis noſtri Conſiliario, & Regni Siciliæ Regenti meritiſsimo.

MARIVS GIVRBA, F.

NOtum nec recens obſequium meum in D. Hieronymum de Neapoli auunculum tuum, Virum è viuis immaturè ſublatum, eaque inter pares, ſi qui eſſent, doctrina præcellentem, quæ ad ſublimiores dignitatum gradus non minori cum laude, quam orbis emolumento, eum appulit, nam, & Regijs eum Racionibus multos per annos pręfecit, & ad Supremum hinc S.R.C. vt aiunt, Tribunal ſuffragantibus euectum meritis, apud illos, qui è viuentis pendebant oraculis memorandum reliquit. Ingenua item obſeruantia in Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D. Vincentium de Neapoli Pactenſium Epiſcopum conſobrinum tuum, ob virtutum, & Chriſtiani Præſulis edita in dies documenta, eos merentem populorum conſenſu honores, ad quos dum illum ſibi virtus peculiarem eligeret deſtinauit. Adultum denique in te ſtudium, quod tum ſingularis tua in me peperit beneuolentia, cum me in tuorum humaniſſimè adſcripſiſti numerum, meo iure decernit tibi quem dum S.R.C. ac M.R.C. Iudex Siciliam temperares, Dum Patrimonij Regij Fiſci Patronus, & Regiarum rationum Magiſter res Siculas adminiſtrares. dumq. Præſidem te ſuo Regis Catholici Maieſtas Patrimonio haberet, Supremo deſignabat (quod, & nūc

effecit) Italiæ Concilio Regentem; quo ſcilicet virtus, fides, ſapientia, ac deſteritas tua efferri nuper iubebant. Quem igitur tertio huic è tenebris, ac punice in lucem prodituro Volumini mallem patronum? quod conſultationibus hiſcè in Supremis Siciliæ Tribunalibus editis tutamen, ac præſidium eligerem potius? quam te, quem nunc Hiſpaniæ ſibi vindicant Regentem, quem Sicilia ad altiora elatum gratulatur, quem prudentiſſimè rebus publicis conſulentem teſtatur, qui ſub tuis auſpicijs laudum tuarum gloriam adamauit. Tuo ergo eduntur omine elucubrationes meę ſi quę ſunt iſtæ, auſpicatò cœlum viſuræ, quas tuo volui iuditio ſubditas, tuis iuſſibus obſequioſas. Tu ſæculi noſtri lumen florentiſſimum illis laudi natas excipe vlnis, quibus me dudum complexus ſapientiæ tuæ æmulatorem reddidiſti, vt ſicuti ingentem, vel in maleuolorum inuidia, vel in calumniantium maledictis ſub tanto Præſide clypeum compertum me ſperaui, ita vel nunc ſi annuas, certæ, ac ſingularis tutelæ huic operi quod ingenui mei tenuitas reuerenti offert animo, prę́ſagium perſentiſcam, meq; ad alia longè maiora lubentius, ac promptius tuæ gloriæ conſecranda iam alacrem, ſtudioſumque eligam. Nunc illud certum, atque exploratum haberi velim, me ſiquid mea in tuas laudes quantulacumque eſpoſcetur opera, ac difficillima quæque complettenda paratum eſſe, eaque te veneratione proſequi, qua decet à ſtudioſis ſummum excoli Mæcenatem. Vale itaque mei memor Regens Illuſtriſſime, cuius magnitudini, ac fælicitati Superi omnes adſpirent.

Meſſanæ Die XV. Ianuarij MDCXXVI.

DIDACVS CANNATA
Iuriſconſultus Meſſanenſis,
AD LECTOREM.

Aſſiduum Marij Giurba inter Iuriſconſultos Meſſanenſium,ac Siculorum auctoritate longe ante alios celeberrimi ſtudium,in patrię Vrbis,atque Orbis deſudans ornamentum, eos in dies parit doctrinæ, ac ſcientiæ fructus, quos quilibet Legum nobiliſſimi, & antiquiſſimi nominis interpretes è ſuis edendos ſudoribus optarunt,editoſque fęliciter lætati ſunt.Habuiſti nimirum nuper primum Deciſionum, quas in ſupremo S. R.C.Tribunali confecit,Volumen,in quo, ſi dignitatem in ſcribendo ſpectes,nobiliſſimum;ſi modum,peritiſſimum; ſi doctrinam,ſapiētiſſimum; ſi innocentiam,integerrimum;ſi iuſtitiam,æquiſſimum; ſi methodum ad aliorum eruditionem ſpectes inter primos ætatis ſuę illum adnumeres prę ſtantiſſimum.Patriæ deinde nobiliſſimæ, nobili item genere,ac virtute vir commodis ſuam volens impendere induſtriam, difficultates perpendens, in quas frequenter in Statutorum, ac Conſuetudinum Meſſanæ Vrbis intellectum patroni etiam peritiſſimi incidunt; alterum prodire iuſſit fælicioribus auibus volumen, quod doctiſſima in eadem Statuta contineret Commentaria,rarum,& ingenij florentiſſimi ſpecimen nō vulgare, quantis certè illud exceperint ſtudioſi, ac Meſſanenſis admiratores magnificentiæ plauſibus exploratum habes. Hunc quandoquidem ad ſumma expertę ſapientiæ, & gloriæ ſublimioris culmina literatorum ſententia quotidie properat, maioribus illum fas eſt ſtudijs proſequantur populi, non ſemel adiuti. Vnde cum per annorum ferè triginta ſex curriculum cauſſas, in quibuſuis Regni huius Tribunalibus illuſtres defendiſſet eo clientum bono, quod aulæ Siculæ norunt Sectatores publicæ ſtudioſè conſulens vtilitati,meis mulctorumq. ipſo familiariter vtentium adactus precibus, Tertium hoc Conſiliorum, ſeu Deciſionum Criminalium numeris omnibus abſolutum volumen typis,ac luci tradere voluit. Perpendens igitur quos in ſalebroſis legum explanandis, Meandris indicandis, nodis explicandis, & nouis inauditiſq. commentationibus conficiendis labores ſubſtinuerit, vt & eius expoſcentibus tutelam fidem præſtaret integram, & indigentium obſecundaret votis. Inter hæc ſcilicet præter cætera elaborauit decem pro eccleſiaſtica immunitate Conſilia, in quibus ea depromuntur,

quæ forte à nullo, expoſita ante hac comperies; præſertim cum integra materia de eccleſiaſtica immunitate, iuxta germanum Gregorij XIV. Bullæ ſenſum, tamquam in peculiari commentatione adeo exacto agitetur, vt nihil deſideres; quippè authoris ſingularis virtus, nobilis animi candor, doctrinæq præſtantia ita elucet, vt ſontibus ſua ſit pœna, bonis commune confugium. Addit demum digniſſimam operi ſuo coronidem ſex de Meſſanenſis Vrbis iure Conſilia ſuis aucta deciſionibus, quæ à Catholicæ Maieſtatis delegatis ad ferendum deſcitis contra Meſſanenſes immunitates Iudicium electis ſunt edita, in quibus primam inter Siculas Vrbes Meſſanæ dignitatem, Regum in illam munificentiam ampliſsimam integritatem Delegatorum in eius immunitatibus, vel contra Regis, ac Proregum, vt aſſerunt, reſcripta ſeruandis incorruptam, facili negotio conijcies. Fruere igitur, ſtudioſè Lector, tantis Auctoris laboribus, & lectiones, quas vocant feudales, quando ſub prælo ſunt, quamprimum ab eodem expecta; neque enim quæ Illuſtriſsimi Senatus Meſſanenſis peritis in publica Almi huius Gymnaſij Academia Lectoris munus obiens audis ſcribenda mandat Auditoribus, ea tenebris, ac priuatis cenſenda ſunt digna paginis; viue itaque tanti Auctoris memor, in quo iuris prudentia eximia; generis nobilitas, ac rara inter doctiſsimos virtute exornata ſcientia ita effulget, vt & malorum præſtringat oculos, & maleuolorum ſuperet inuidiam, interim bono tanto fruere diurna, nocturnaque verſa manu legendum. hoc te volebam monitum. Vale. Die 15. Ianuarij 1626.

PHILIPPVS, &c.

VICEREX, & Generalis Capitaneus in hoc Siciliæ Regno, Ill. Straticoto Judicibus Curiæ Straticotialis, & omnibus alijs Officialibus Nob. Vrbis Meſſanæ, & Regni maioribus, & minoribus præſentibus, & futuris, cui vel quibus ipſorum præſentes præſentate fuerint fide. Reg. dilectis ſalutem. Siamo ſtati ſupplicati del tenor ſequente videlicet Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Signore. Il Doctor Mario Giurba della Città di Meſſina dice à V. E. che hauendo con lunghe fattighe fatto alcuni Conſigli criminali, per mandarli à luce in ſeruitio di Dio, & beneficio publico, per li quali, oltre il trauaglio, che ſi ha preſo, biſognira ſpendere bona ſomma di denari per redurli à ſtampa, dubita che alcuni dopoi che eſſo li farà Imprimere vorranno fare lo iſteſſo, diche ſequerebbe allo exponente molto intereſſe, ſupplica à V. E. ſia ſeruita ordinare, che per anni dieci neſſuno preſuma di farlo ſtampare ſotto la pena di ſcudi mille di applicarli vna terza parte al Regio Fiſco, vnaltra al denunciatore, & vnaltra allo exponente per li intereſſi che ni patiſce, che oltre eſſere coſa giuſta lo receuerà da V. E. à gratia particulare, & ità ſuplicat. del quale memoriale fattane relatione per il Sp. Regio Conſiliario Protonotario Marco Antonio Micciche à 4. di Marzo 1621. prouittimo quod M. C. referat & per detta R. G. C. Ciuile In cauſi Fiſcali prouittimo à 9. del detto meſe di Marzo, quod concedatur, per exequutione della quale prouiſta, in virtù delli preſenti damo. concedimo authorità, & poteſtà al detto Dottor Mario Giurba di poter fare ſtampare, & mandare à luce detti libri, & Conſigli criminali per eſſo fatti, & ſcritti di qualſiuoglia ſtampatore, tanto nella detta Nob. Città di Meſſina, quanto in qualſiuoglia parte, & loco di queſto Regno, prohibendo à tutti, & qualſiuoglia perſoni di qualſiuoglia auttorita, che non poſſa, ne vaglia per ſpatio di anni dieci da contarſi dal giorno di detta conceſſione, ditti conſigli, & libri criminali per eſſo di Giurba fatti, ſtampandi, & in lucem reducendi, ſtamparli, ne farli ſtampare, coſi publici come priuati ſenza licenza di eſſo exponente, ſotto la pena infraſcritta, d'applicarſi, cioè vna terza parte al Regio Fiſco, vn altra al denuntiatore, & vn altra terza parte al detto di Giurba exponente, & come meglio nel preinſerto memoriale ſi contiene, che noi circa le coſe premiſſe ve ne damo, e concedemo ogni noſtra auttorità, & poteſtà, voce, & forza noſtra, & di eſſa R. G. C. guardandoui di fare il contrario per quanto la gratia di Sua Maeſtà tenete cara, & ſotto pena di docati mille di applicarſi al Regio Fiſco, à cui detta pena de iure ſi può imponere. Dat. Panormi Die 13. Martij 1621.

EL CONDE DE CASTRO.

Vt. Auguſtinus Iunta
Vt. Corſettus
Vt. D. Cataldus Fimia.

Dominus Vicerex mandauit mihi Marco Antonio Micciche Prothonot. viſa per Iuntam, Corſettum, & Fimiam.

Digitized by Google

DIDACI CALORIA I.C. MESSANENSIS

In Operis Laudem Hexaſticon.

ALta eothurnatis pedibus dum tecta pererrat
Phæbus, & igniuomis dum premit aſtra rotis;
Frugi feras nitido, quo ſpargit lumine terras
Doctiloquum librum vidit Iurba tuum.
Vidit, & admirans; ſileant noſtra oracula poſt hac
Dixit; nam tantum conſulet Orbis opus.

Ad Librum de Gentilitio Stemmate.

D.Don,Ioſeph de Neapoli.

I, Liber, & roſeas cunas, pallenſq; ſepulcrum
Phæbi candidulo curre, recurre pede.
Aetherea en rident ædes, & lucida amicis
Aſpicis, vt fulgent ſidera luminibus?
Ne genuina time mordacis vulnera dentis;
Vel curui rabidam temporis inuidiam.
Nam quodcunque feres ſanabunt Lilia vulnus;
Lilia patroni in ſtemmate quæ radiant.

D.Antonini Botta S. Theologiæ Doct. Meſſanenſis

Epigramma in Authoris laudem.

SVdauit natura parens dum candida pinxit
Lilia, Docte Mari, nobile ſtemma tuum.
Inſcia, vt exemplar, tinxit prius ipſa liguſtrum
Nobile, quo inſpecto, fingere poſſet opus.
Palladia haud aliter ſeſe Sapientia geſſit,
Cum florem noſtri te dedit eſſe ſoli,
Artibus ornauit reliquos Induſtria doctis
Mortales, eſſent vt ſimulacra tui.

Aliud.

ZAnclæo Iubar inſuetum ter promicat Orbe
Iuraq; ſideribus detegit alma ſuis.
Vt vibrat grato radiantia lumina ab axe
In Patrios, Phœbo Iudice rara lares?
Cui Meſſana dedit lucis primordia, adultus
Immunes patria donat habere dies.

Baldaſsaris Albruzo Iuriſconſulti Caſtriboni.

In laudem Auctoris Epigramma.

ROma ſuum merito Marium fortemq; piumq;
Iactet, & ad cælum laude ſuperba ferat.
Qui Patriam duro aſſereret, quò victor ab hoſte
Suſtinuit nata cædæ litare Ioui.
Nam quoque Zancla ſuum, inſigni pietate, Latinum
Qui Marium, & forti corde imitetur, habet.
Primus in infenſum, & titulis, & origine Regni
Extorrem torques Regia tela, Mari.
Impoſitumq; Ducem, iuris legumq; ſagittis
Conficis, & Patria non finis eſſe Ducem.
Maior & hoc Mario Marius celebraberis vnus,
Quòd vita, haud natæ es prodigus ipſe tuæ.

Honofrij Giurba Iuriſconſulti Meſanenſis

Ad Marium Iurba Patruum

De Centum Conſilijs in lucem ab eo editis

Epigramma.

PRouidus aſcendit quondam iuxta aſtra Prometheus,
Cùm cæcis Oculis tranſtulit inde faces.
Palladis auxilio id fecit, ne turpiter auſum,
Præcipitem ferret ceu Phaetonta Padus.
Litibus obſcuris mens caligauerat olim,
Lucida cùm fugeret nocte ineunte dies
Te tua cara parens, Iuris Sapientia ad aſtra
Tutius euexit, quàm Phaetonta Pater.
Vt centum inde dares lucentia lumina, centum
Conſilia ancipiti lumina ſunt animo.
Alter eris, fateor, ſed maior, quàm ille Prometheus,
Ille oculis, Animis lux tua vexit opem.
Quin ſolum Te vera canent mox metra Prometheum,
Fingitur ille; Patet Te reperiſſe faces.

Bartholomæi Mazarelli Iuriſconſulti Meſſanenſis.

In Authoris laudem Epigramma.

SI vario ſuſpenſa tibi mens fluctuat æſtu,
Et dubius pendes, conſilioq; cares.
Ac veluti ancipiti in triuio veſtigia ſiſtis,
Nec gnarus ſis, qua progrediare via
Neue vllus, qui Hermæ, præſtet tibi munera trunci.
Hunc euolue librum, & monſtret vt Herme viam.

Don Mauritij Giurba Iuriſconſulti Meſſanenſis

In Patrui Authoris Laudem.

Epigramma.

CAEleſtes orbes certa ſub Lege reguntur
Fixaq; ſub ſtabili ſæcula lege fluunt.
Tum quicquid natura ſtruit, vel parturit audax
Artis opus, natum eſt nobile Legis opus
Aſt vnis leges, vnis mortalibus inquam
Deleuere graues impietate manus.
Ergo iura iacent, priuantur Legibus Vrbes.
Quæque eſt, eſt paucis cognita Lex oculis.
Quàm tibi debemus? dum legum oracula pandis
Hæc ſcriptum cuius pagina nomen habet.

Patris Ioſephi Caluarij Religionis Clericorum

Regularium Miniſtrantium infirmis

Epigramma.

ZAnclæ pulcra tui donarunt Lilia Patres,
Palladis at tu das munera, docte Mari.
Publica ſpes, aiunt, magni prænuncia fructus
Et ſunt venturi Lilia ſigna boni.
Ergo tuos quid, Iurba, putas donaſſe priores?
Dona tui magni muneris augurium.

D.Franciſci

Don Franciſci Manzo Meſſanenſis ad Marium

Giurba Compatrem.

SI Iubar haud illis cælo fulſiſſet in Orbe;
Implicitum poſſet dicier eſſe chaos.
Tu ni Iurba mices Iubar ipſum iuris, in altis
Lex (Video) tenebris obruta quæque latet.

Diſticon, in Authoris laudem.

PRæſide Quintana Mundum cum laude ſubiſti
In Cælum tendes Præſide de Napoli.

Aliud.

PLures decidens vincis, cum diſſeris omnes,
Vincere te ſi vis, Conſule. Nil ſupereſt.

D. Stephani Bucheri Legum Profeſſ. Ciuit. Raguſiæ

In Authorem Epigramma.

COndere natiua ſplendenti munera prato
Falce licet meritis debita Zancla datur
Quæque tuis legum ieciſti ſemina natis
Hac refer in gazas aucta Colona tuas
Aequabit meſſis ſpem felix, Iurba paterno
Ter dedit augurio Lilia nata ſinu.

D. D. Marini Cæleſti Legum Profeſſ. Ciuit. Mohac

In Authorem Epigramma.

SAcra ſuum repetunt decus Auſpice Iurba; at ademptum
Meſſanæ doleant Ciuica iura decus?
Ne metuas, ſaulis tutam infælicibus Vrbem
Præſtabit, cedunt hoc duce nempe minæ;
Bis facit immunem; bis luſtrat lampade ſplendor
Februus; æternum credito Zancla Iubar.

Marij Manzo è fonte ſuſcepti filij ad Authorem

Patrem Amantiſſimum ſuſcipientem

vaticinium.

QVod patriæ, ſic iura iubent, Iubar additur Aſtro,
Imperat, & ſignis lumine Iurba vagis,
Quæ ducet noſtrum (viuat modò ſoſpes) in axem
Sæcla, poli felix, omina, Menſor, habes;
Priſca quaterſenis donabit ſidera ſignis,
Quæ docta recolit mente, manuq; fouet.
Iam ternis ſplendet facibus, iam proxima ſurget
Quarta, vel ingentes vincet adulta faces.
Iura quaterſenis ſic ſtabunt integra Cæli
Cæſarei, magnos præcipe, Docte, dies.
Cerne, te roſtonos iam circumuoluitur ignes
Hoc Iubar, hic ſtabili vertitur ordo polo.
In gentilitio, qui vernant ſtemmate flores
Spem ſociant, Iurbæ lilia culta ſinu.
Dicito Phœbus adeſt, paruos ſi contegit ignes
Iurba eſt, Heroas ſi minor auget honor.

D. Don Petri Negro Legum Profeſſoris Ciuit. Mohac

In Authorem Tetraſticon.

INnumeris Vrbs cara Deo decoratur alumnis
Quos opus edocuit docta Minerua ſuum.
Zanclæo cuncti Cælo velut aſtra refulgent
Vincit at iſta tuum ſidera Iurba Iubar.

D. D. Pauli Cæleſti Legum profeſſoris Ciuit. Mohac

In Authoris laudem Tetraſticon.

FLore ſuper candenti tuo Crux ſola quieſcit
A quo ſibi proprium hunc vendicat illa locum
Sic etiam iuris doctrina, peritia florens
In Iubare eſt ſolo, Maxime Iurba tuo.

Don Didaci Cannata Iuriſconſulti Meſſanenſis

In Detractorem.

Tetraſticon.

INulde quid garris blatero liuore maligno?
Et tua, quid mordax ſuddola lingua ſtrepit?
Incidis in culpam ſi Iurbæ inquiris obeſſe,
Nam malus haud vnquam liuor obeſſe poteſt;
I, nunc liuor edax, ſapiens hic gloria Zanclæ
Dat lepidum, Iuris Iurba lucerna, ſonum.

Al Dottor Mario Giurba Caualier

Meſſineſe.

QVal ſi canoro plettro, il tuo gran Vanto
Spiegar potria nell'Vniuerſo Intero?
Ah, che l'occhiuta Dea Nunzia del vero,
Solo hà valor, ſolo hà poter cotanto.

Deh tu, c'hai tratto da l'eterno pianto
Alma meſta, e dolente; e men ſeuero
Rendeſti il Rè del tenebroſo Impero
Al ſuon di Lira, a l'armonia del canto.

Deh meco in dolci, e più leggiadri carmi
Canta di Giurba il pregio, innalza il grido
Dà ſpirto à bronzi, e lingua d'oro à marmi.

Mentr'ei reca d'Aſtrea di Lido in Lido
L'adeguata bilancia, e le giuſte armi
Sceſe dal Ciel; che in queſte carte han nido.

Gioſeppe Viſtarchi.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTA CONSILIORVM,

Seu Deciſionum Criminalium,

INDICANTIA PRINCIPALES QVÆSTIONES,
Quæ in qualibet Deciſione tractantur.

CONSILIVM I.

Quam Politicæ Prudentiæ rationem, in optimo adminiſtrandi Regni genere, Principi ſequi liceat?

CONSILIVM II.

Plures alium vulnerantes, qua digni ſint pœna, ſi vel ex vno, vel ex pluribus vulneribus, ſequuta eſt mors.
Quiduè agendum, contra aggreſſorum multitudinem, ad doloſum homicidium concurrentium.

CONSILIVM III.

Bannitus pro delicto in contumaciam, An propriè bannitus (ex lege Regni) ſit, vt impunè poſſit occidi; etiam ad vindictam, & non Iuſtitiæ zelo.
Ad intellect.Conſtitut.Pœnam eorum, rubr.3. libro 2.

CONSILIVM IV.

Breuitate temporis, An conſilij, & tractatus præſumptio excludatur; Ne armatus delicto aſſiſtens, pro auxilio, pœnam ſubeat ordinariam.

CONSILIVM V.

Falſos teſtes, criminali in cauſa, pro ſui defenſione per ſe, vel procuratorem ſuum producens, qua puniendus ſit pœna?
Ad intellect.Reg.Carol.cap.79.

CONSILIVM VI.

Iudex ſi in pœnis irrogandis arbitrium à Lege habeat, An naturalis mortis pœnam reo poſſit imponere? & quando?

CONSILIVM VII.

Proxeneta, in aſſaſſinio, an reus ſit mortis? non ſecus, ac mandans, & mandatarius, homicidio iam ſequuto.

CONSILIVM VIII.

Confeſſio illius, qui febri quartana laborans torqueri(de iure)non potuit; An noceat confitenti ad mortis pœnam, ſi ratificata etiam ſit.

CONSILIVM IX.

Recuſatus iudex, ſi cum alijs iudicibus, criminali in cauſa proceſſerit, nullum ipſo iure eſt, quicquid actum fuerit.
Ad intellect.Pragm.3.tit.4.de recuſat.

CONSILIVM X.

Reus, in domo Parochi, à Seculari Magiſtratu captus, Eccleſiaſtica an gaudeat immunitate.
Delictum vt ſit de caſibus à Gregorij XIV. Bulla exceptis, an conſumatum eſſe debeat.
Ad intellect.Prag.3.4.tit.41.de arm.prohibit.

CONSILIVM XI.

Donarium ex banno à Principe promiſſum capienti malefactorem, an Regijs Officialibus, & Iuſtitiæ miniſtris, de iure ſit debitum, qui ex neceſſitate Officij, illum comprehendere tenentur.

CONSILIVM XII.

Pœnalia Proregis, aut alterius cuiuſq. Officialis Banna, cum clauſ. *Perpetuo duratura*, An vires, & effectum ſuum habeant, poſt annum: vel durent ſaltim durante illius officio.
Ad intellect.Regis Ioan.cap.59.

CONSILIVM XIII.

Homicidium in campis commiſſum ictu ſcopettæ, quibus probetur indictijs contra præſumptum occiſorem, vt locus ſit torturæ.

CONSILIVM XIV.

Torturæ ſubijci, an poſſit reus? qui cum homicidij inſtigator ſit, ſcopettam occiſori commodauit.

CON-

CONSILIVM XV.

Clericus tonſuratus, ſi commiſſo delicto, fiat laicus, an à ſeculari, vel eccleſiaſtico Iudice, pro eo delicto, Clericatus tempore patrato, puniendus ſit?
Quid in Nouitio probatæ Religionis?

CONSILIVM XVI.

Confeſſio, prætextu erroris, reuocari poteſt, & quo iure allegatus error probandus ſit?
Merces iuxta confines repertæ, an in commiſsũ incidant, & quibus ex cauſis excuſentur.

CONSILIVM XVII.

Occidens percuſſorem ſuum fugientem, poſt vulnus acceptum; Ad vindictam nè? vel ad ſui defenſionem occidiſſe cenſeatur? & quæ pœna irroganda illi ſit?

CONSILIVM XVIII.

Sententiæ nullitas, An cognoſci poſſit appellatione deſerta, & quibus ex cauſis dicatur nulla, vt nec merita cum nullitate videantur.
Ad intellect. Reg. Ferdin. cap. 41. 44.

CONSILIVM XIX.

Straticotus Meſſanæ Vrbis, An à ſolo Rege eligendus ſit? & an aliquo in caſu poſſit à Siciliæ Prorege eligi?

CONSILIVM XX.

Seculari nè, vel Eccleſiaſtico carcere recluſus, an retinendus ſit reus, ab Eccleſia extractus, donec illius immunitate gaudere an poſſit? Ab Epiſcopo deciſum fuerit.

CONSILIVM XXI.

Fratres Ordinis Diui Ioannis inſigniti Media Cruce Alba, quam Thau appellant, an fori gaudeant priuilegio, vt cæteri eiuſdem Religionis Milites?

CONSILIVM XXII.

Immunitas, Principis banno, promiſſa, criminis ſocio, vel authori (ita quod ponat in clarum) An concedenda ei ſit, qui cum author fuerit, vel ex complicibus, indicia ad torturam miniſtret Fiſco, vel furcis potius condemnandus ſit; Dum commiſſum, & detectum à ſe crimen, non probauit.

CONSILIVM XXIII.

Iudici liceat nè? Teſtem interrogare? vt eius dictum, Fiſco vtile, in ſcriptis redigat, damnoſum, in totum, vel in parte reijciat:
Teſtis ab alio conuictus, ſi neget, an torqueri poſſit, & cui credendum.

CONSILIVM XXIV.

Feudo vendito cum iuriſdictione ciuili, & criminali, an merum, & mixtum imperium, venditum cenſeatur.
Vſurpatæ Regiæ iuriſdictionis crimen, quibus medijs excuſetur.

CONSILIVM XXV.

Pragmaticæ, *de Receptatoribus Bannitorum*, An iuris communis pœnas abrogent? Et ex pluribus pragmaticis, an vna tollat aliam? & an duplex, vel vna pœna imponenda ſit reo?
Ad intellect. Pragm. 2. 3. 5. *tit.* 48. *p. p.*

CONSILIVM XXVI.

Ex pluribus pœnis à Lege Pragmatica pro receptationis crimine impoſitis, an vnam, vel omnes pati reus debeat?
In alternatiuis, rei nè, vel iudicis ſit electio?
Ad intellect. Pragm. 2. 3. 5. *tit.* 48. *p. p.*

CONSILIVM XXVII.

Baro, ſi bannitos publicè ſuis in feudis receptet, aut morari patiatur, & toleret, qua dignus ſit pœna? quouè iure, ab ea excuſetur?
Ad intellect. Pragm. 2. 3. 5. *tit.* 48. *p. p.*

CONSILIVM XXVIII.

Banniti receptati, qui dicantur? & an cibum, & potum eis præſtans, auxilium dediſſe cenſeatur.
Ad intellect. Pragm. 2. 3. 5. *tit.* 48. *p. p.*

CONSILIVM XXIX.

Magiſtratus, ſi reo criminis ſibi reſiſtentes (ne præhendantur) à Iuſtitiæ miniſtris occidi iuſſit, an puniendus, vel excuſandus ſit? quauè pœna Birroarij plectantur, ſi quem præhendere voluerint, ipſi vulnerarunt, occiderunt.

CONSILIVM XXX.

Voluntarij Remiges (*Quos Bonauoglia appellant*) aut perpetuò, vel ad tempus, in triremes damnati; ſi ab eis ad Eccleſiam confugerint, an immunitate gaudeant? & quando?

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM XXXI.

Magiſtratus imperitus literarum, ſi de conſilio ſui Adſeſſoris Iuriſperiti male iudicauerit; an excuſetur? vt ſolus ipſe Adſeſſor, pro imperito conſilio, puniendus ſit.

CONSILIVM XXXII.

Pœnam, *Indignationis*, an pati debeat, qui Principis mandatum contempſit, dum Adſeſſoris votum non petit.

Sodomita, An in iuſtitia remitti poſſit? à quo? & quando?

Ad intellect. Pragm. 1. *tit.* 29. *p. p.*

CONSILIVM XXXIII.

Reus, & fideiuſſor, poſt moram incurſam, & pœnæ condemnationem à M. R. C. contra eos factam, Quod reus infra menſem ab inferiore iudice datum, coram M. R. C. ſponte non ſe præſentauerit, ſed ſatis poſt: An poſſint moram purgare, ſi pecunia à Fiſco non dum realiter, & cum effectu ſit imburſata.

CONSILIVM XXXIV.

Retentus domi pro carcere ſub fideiuſſione, ſe inde non exiturum, ſi exijt, & breui, ſponte reuertatur. An propter ſui temeritatem fideiuſſionis pœna plectendus ſit ob iudicis contemptum; vel potius excuſandus?

CONSILIVM XXXV.

Fideiuſſor, qui reum infra menſem ſub iurato redeundo ſiſtere promiſit, liberatur, ſi redeũdi termino nondum elapſo, ſuperioris mandato à Regno migrari reus iuſſus ſit, vt ad Ciuitatem venire amplius non poſſit.

Ad intellect. Rit. 160.

CONSILIVM XXXVI.

Subſtitutus in officio, ſi delinquat, an ſubſtituẽti imputandum ſit? Qui de eius familia, An cenſeatur?

Quibus in caſibus ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti tenetur; criminaliter cum eo, an poſſit agi: Sed an eo in carceribus exhibito; liberetur ſubſtituens, vel ab officio ſuſpendi poſſit.

Ad intellect. Regis Alphonſ. cap. 28. 29.

CONSILIVM XXXVII.

Officialis mulierem carnaliter cognoſcens, qua puniendus ſit pœna? Quibuſue medijs commiſſum ab eo adulterium probetur, vt ex alijs excuſari demum poſſit?

CONSILIVM XXXVIII.

Iuſtitiæ Capitaneus, non reuerentis, nec ſalutantis hominis ſibi ſubditi beretum ſi in terram proiecerit, & conculcauerit, an exceſſiſſe dicatur, vt dignus ſit pœna?

CONSILIVM XXXIX.

Attentata reuocare, an poſſint Straticotiales Iudices, quæ, poſt contra priuilegium ad priſtinum reductum, nouiter is egerit, contra quẽ fuerat decifum: Dum cauſa ad Supremum Italicarum Rerum Conſilium deuoluta, adhuc pendet.

Citandus an ſit is, contra quem attentata ſunt reuocanda?

CONSILIVM XL.

Clericus commiſſo crimine ad Eccleſiam confugiens, an ipſius gaudeat immunitate?

Mutilans digitum, an Eccleſię priuetur immunitate, ſicut mutilans membrum in Eccleſia.

Ad intellect. Gregor. XIV. *Bulla.*

CONSILIVM XLI.

Depoſitarius conuentæ in aſſaſſinio pecuniæ, qua pœna, pro auxilio præſtito, puniendus ſit? Homicidio iam ſequuto.

CONSILIVM XLII.

Auxiliator, qui poſt perpetratum delictum, opẽ præſtitit homicidæ, quò facilius, & commodius ipſe fugiat, ſeq. Iuſtitiæ miniſtris tutum reddat, an torturæ ſubijci poſſit?

CONSILIVM XLIII.

Vxor, an à viro occiſa præſumatur, nullis in domo exiſtentibus, niſi ipſo viro, & maximè ſi malè prius ab eo tractaretur.

CONSILIVM XLIV.

Officialis, ſententia iudicis, condemnatus, inſeruire Regijs Triremibus vt miles, abſque ſtipendio; ſi a Prorege fuerit reſtiturus, an officium rehabere poſſit? Quo expreſſim ſententia non fuerat priuatus.

Ad intellect. Pragm. 3. §. 1. *tit.* 48. *p. p.*

CONSILIVM XLV.

Confiſcatis bonis, ſi Principis gratia reſtitutus ſit debitor, qui deliquit: an creditoribus ſoluere, ipſe teneatur debita prius contracta? Fiſcus? vel eius fideiuſſor? & quid in bonis inde ab eo quæſitis, ſeruandum ſit?

CONSILIVM XLVI.

Vulnus ſine morte, mediante pecunia illatum, an ſit aſſaſſinium? & quæ ſit mandantis pęna.

CONSILIVM XLVII.

Amoris furore correptus, ſi fractis exilij finibus ad locum à quo exulatus fuerat, reus venerit, quam pœnam pati debeat, vel amoris gratia, excuſandus ſit?

CONSILIVM XLVIII.

Miles Hyeroſolimitanus, qui in inimici ſui domum ignem per aſſaſſinium immitti curauit, morte ſequuta, an Religionis ſuæ foro gaudeat? ſecularis iudicis pręuẽtione nõ obſtãte.

Man-

Mandans conuenta mercede, ſi in homicidio interuenit, an aſſaſſiniũ commiſiſſe dicatur.

Verbalis præuentio, an præferatur reali, & qui ſit vtriuſque præuentionis effectus.

CONSILIVM XLIX.

Princeps, & inferiores ab eo, an poſſint ſubditos, vel alios, ex ſola criminis ſuſpicione, certo in loco ad confinia ponere, aut à Regno expellere; ne ingrediantur, iudiciali cognitione non habita.

CONSILIVM L.

Miſcellanea Conſultatio, in qua notabiles aliquæ reſoluuntur dubitationes *De immunitate Eccleſiaſtica* ſpecialiter expoſitæ.

Ad intellect. Gregor. XIV. Bulla.

CONSILIVM LI.

Occidendi animus, quibus excuſetur coniecturis, ne vulnerans de occiſo teneatur, licet vulneratus deceſſerit.

CONSILIVM LII.

Baro in Terra Demanij, an contentioſa inter ſuos vaſallos vti poſſit iuriſdictione, Demanialis Iudicis licentia prius non habita.

CONSILIVM LIII.

Officialis pro commiſſis in officio, vel dependentibus ab eo, an in ſindicatu accuſari poſſit? Quindena iam elapſa?

Terminus, *Duorum menſium*, ſindicatus inſtantiæ præfixus, à quo die currat? vt ſententia, intra, vel extra inſtantiam, lata cenſeatur.

Ad intellect. Regis Alphonſ. cap. 363. 364.

CONSILIVM LIV.

Donatio à reo criminis, coniunctæ perſonæ facta, quibus ex coniecturis ſimulata, & in fraudem Fiſci, præſumatur? Quibuſuè ex cauſis defendi poſſit? excutitur.

CONSILIVM LV.

Diſponendi facultate, in donatione reſeruata deuntijs quatricentis ſuper bonis donatis; Donatore non diſponente, & bannito, an quantitas illa ad Fiſcum ſpectet, bona in eius contumaciam ſibi confiſcari petentem, quatrimeſtri iam elapſo.

CONSILIVM LVI.

Confiſcatis bonis filij, an confiſcata quoq. ſit paternis hæreditas, filio poſt delictum obuenta.

Ius dicendi teſtamentum nullum, filio à patre non recognito, competens, an tranſeat in Fiſcum, bonis filij confiſcatis.

Ad intellect. Meſſan. Vrbis Statut. c. 5. alias, 6. & c. 8. alias, 7.

CONSILIVM LVII.

Priſtinam in libertatem, an reponẽdus ſit reus, ſi impetitus à M. R. C. Regis indultus, nullus ſit; ne ſub fide publica deceptus videretur.

Nullitas indultus contra reum in iudicio propoſita, quibus cauſis excuſetur.

CONSILIVM LVIII.

Confiſcatio à quo indicenda ſit? eiuſq. pœnam, monetario extra ordinem condemnato, An ſua ſententia imponere poſſit iudex.

Confiſcata an ſint monetarij bona, ſi in ſententia mortis naturalis pœna irrogante, non ſit expreſſum.

Reo in tormentis confeſſo, & inde extra tormenta neganti, an bonorum confiſcationis, vt & vitæ naturalis pœna irroganda ſit, ſi ter confiteatur, & neget.

Ad intellect. Pragm. 1. §. 1. tit. de Monet.

CONSILIVM LIX.

Quæ ſit, belli tempore Straticoti iuriſdictio? & an in puniendis gentis bellicæ delictis, priuatiuam ad belli Ducem iuriſdictionem à Rege ipſe habeat?

Quæ ſint militum delicta, vt à belli Duce, vel loci ordinario cognoſci debeant?

Præuentionis quis ſit effectus? & quando præuentum dicatur? vt ſi quid à Proregis delegato etiam in Diſtrictu actum fuerit contra Meſſanæ Priuilegia, id pronuntiare debeant Iudices.

CONSILIVM LX.

Amicum reconciliatum, ſi quis occidat, an ſit proditor? vt Eccleſiæ non gaudeat immunitate, ad quam confugit.

Ad intellect. Greg. XIV. Bulla, de immun. eccleſ.

CONSILIVM LXI.

Vxor, ſi concurrat cum filijs primi, vel ſecundi matrimonij, ad accuſandum viri homicidã, quis eorum præferatur? vxor nè, vel filij.

Ad intellect. Rit. 149.

CONSILIVM LXII.

Grauamen à Straticotiali Magiſtratu in cauſa proceſſiua, etiam criminali illatum, an à primarum appellationum (Meſſanæ Vrbis) Iudice, cognoſcendum ſit; ſi coram M. R. C. præuentum à grauato fuerit.

Ad intellect. Rit. 146. 151. 180.

CONSILIVM LXIII.

Plures alium ictu ſcopetiæ occidentes non in rixa (vt opinatur *Gallus, conſ. 80.*) ſed appenſatè, an torquendi ſint omnes?

Ad intellect. Pragm. 3. 4. 5. tit. 41. de arm. prohib. p. p.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM LXIV.

Tentans teſtes ad falſum deponendum, an pœnam incurrat? non ſequuto effectu: Ipſiſque teſtibus tentatis, num ſit credendum?

Subornatis teſtibus contra ſubornantem, quæ ſit danda fides? Quæuè irroganda ſit ſubornanti pœna, ſi depoſuerint?

Ad intellect. Pragm. 1. 2. 3. tit. 35. p. p.

CONSILIVM LXV.

Officialem extra officij ſui exercitium delinquētem, ſi Prorex ex M. R. C. ſententia officio priuet, & inde ad mortem condemnet: An idem Officium poſſit ipſe, cuique Meſſanenſi pro velle conferre? Vel Meſſana Vrbs in eodem (quo priuatus ille fuit) officio conferendo, Proregi præferatur, ex Priuilegio à Rege oneroſa ex cauſa ſibi conceſſo, quod omnia eius officia Meſſana Vrbs conferat: Si *Per Ceſſum, & Deceſſum*, vacarent.

CONSILIVM LXVI.

Diſcedens à loco pro tuto carcere ſibi dato, ſi facto proteſtationis actu, recto tramite Proregem, iuſta ex cauſa adierit, ſtipulatæ fideiuſſionis pœnam, an committet?

Saluaguardia, quibus ex cauſis à Prorege concedenda ſit Baronis vaſallo? ipſaq. fractæ Saluaguardiæ pœna, cuius ſit?

Ad intellect. Rit. 163.

CONSILIVM LXVII.

Princeps, & eius Fiſcus non litigant ſine poſſeſſione, & quando?

Clericus (tanquam laicus) publico proclamatè citatus, & in ſui contumatiam bannitus, ſi confiſcatis bonis eius omnibus capiatur, An bannum nullum eſſe allegare poſſit? vt reſtituenda etiam ei ſint bona ad Fiſcum iam peruenta.

Ad intellect. Pragm. 5. tit. 12. p. p.

CONSILIVM LXVIII.

Furti actio ad pœnam, an detur contra filium, patris bona ſurripientem, & contra eum, qui furto illi, opem præſtitit.

Si pro domeſtico furto, etiam magno filius, eiuſque auxiliator ad mortem fuerint a iudice condemnati, an rectè id iudex egerit, vel ineptè potius? vt dignus ſit pœna.

CONSILIVM LXIX.

Ambaſciatores, pro cauſis publicam vtilitatem concernentibus, an liceat ad Regem mittere, ſine Proregis licentia.

Ad intellect. Reg. Martin. cap. 27.

CONSILIVM LXX.

Sacrilegus, Eccleſiæ an gaudeat immunitate: ipſumq. sacrilegij crimen à Seculari, vel Eccleſiaſtico iudice puniendum ſit, & quando eorum alter præueniſſe dicatur, cum ſit mixti fori? & an pro omni pœna.

Fiſcus, iudicis Eccleſiaſtici, an pro homicidio, eius foro gaudeat.

Aſſaſſinium, in Eccleſiæ immunitatis iudicio, quibus ex coniecturis probatum cenſeatur?

Ad intellect. Greg. XIV. Bulla, de immun. eccleſ.

CONSILIVM LXXI.

Falſus teſtis pecunia corruptus, ſi criminali in cauſa, ſe falſum dixiſſe ſponte detulit, qua pœna plectendus ſit?

Ad intellect. Pragm. 1. 3. tit. 35. de Falſ. p. p.

CONSILIVM LXXII.

Officialis quibus ex cauſis ſindicari poteſt? Quibuſuè medijs excuſari, & defendi poſſit? copioſè diſſeritur.

Ad intellect. Regis Ferdin. cap. 39.

CONSILIVM LXXIII.

Lapide ſi quis hominis faciem percuſſerit, diſformi etiam, & apparenti cicatrice, qua pœna plectendus ſit?

Armorum nomine, an lapides contineantur? & quando?

Ad intellect. Conſtit. ſi quis aliquem. rubr. 13. de percuſſ. illicit. lib. 1.

CONSILIVM LXXIV.

Criminis remiſſio, clerico delinquenti ab accuſatore facta, *Ita quod per annos ſeptem ab vrbe exulet*, an à Prorege, vel ab Epiſcopo, ſeu Vicario, *Sede Vacante*, confirmanda ſit?

CONSILIVM LXXV.

Confiſcata bona, An illius officialis ſint? cuius tempore, in rei contumaciam, emiſſum fuit bannum: vel ad ſucceſſorem in officio ſpectent cuius tempore elapſum integrè quatrimeſtre ſit, quod ad purgandam ſui contumaciam reo datum conſtet?

CONSILIVM LXXVI.

Iudex ſi captum à iuſtitiæ miniſtris debitorem dimiſerit, creditore inuito, ad quid teneatur in ſindicatu? ſi creditor, cui aliter conſultum non eſt, de Iudice quæratur?

CONSILIVM LXXVII.

Fratres capellani, cæteriq. clerici Eccleſiæ, ordinis Hyeroſolimitani miniſtri, an ordinarijs locorum in delictis ſubiecti ſint? vel eiuſdem ordinis Priori? qui ad ſuum forum miniſtrantem clericum, pro crimine remitti petat.

CONSILIVM LXXVIII.

Vnus ex neceſſarijs teſtibus in inſtrumento, vel teſtamento deſcriptis, ſi illi contradicat, an corruat eius fides, vel vacillet.

Teſti,

Digitized by Google

Teſti, ciuili, aut criminali in cauſa neganti ſe depoſuiſſe, vt ſcriptum eſt, an credendum ſit? vel notario potius?

Falſi ſuſpicio an ceſſet; ſi per notarij torturam purgata ſint falſitatis indictia?

CONSILIVM LXXIX.

Prorex, qui nouum Meſſanæ Officialem conſtituere non poteſt, Rogerij Regis Priuilegio prohibente, an mutato nomine, ad iuſtitiam expediendam alium poſſit mittere? Qui ſi iuriſdictionem exerceat, an Meſſanæ Priuilegijs aduerſetur.

CONSILIVM LXXX.

Proditorius homicida, ſi guidatus contraueniat, an pro homicidio proditorio, eccleſiæ gaudeat immunitate? ipſeq. Epiſcopus guidaticum validum eſſe, aut concedi potuiſſe, an cognoſcat? vel ſolus Prorex?

Ad intellect. Greg. XIV. *Bullæ. de immun. eccleſ.*

CONSILIVM LXXXI.

Guidatus, ſub conditione, *ita quod non accedat ad locum delicti, & miliaria tria circum circà*; ſi contrauenerit, quibus ex cauſis excuſetur?

CONSILIVM LXXXII.

Homicidium ex vulneribus cum baculo prius, & inde pugione, in caput illatis, an appenſatum, vel caſuale ſit?

Plura delicta, eiuſdem, vel diuerſi generis, vno eodemq. tempore, ad vnum finem commiſſa, an pluribus, vel vna puniri debeant pœna, & qua?

Ad intell. Pragm. 1. tit. 43. & Prag. 1. tit. 44. p. p.

CONSILIVM LXXXIII.

Foriudicari in Regno, an poſſit reus criminis, pro quo mortis naturalis pœna irroganda illi non eſt.

Ad intellect. Conſtit. Pœnam eorum. rub. 3. lib. 2. Ferdinan. Reg. cap. 56.

CONSILIVM LXXXIV.

Vulneratus, an ex vulnere, vel ſui culpa, maloq. vitæ regimine mortuus præſumatur?

Ad honoris, & perſonæ defenſionem, quando aggreſſorem liceat occidere?

CONSILIVM LXXXV.

Mulier, quæ in fabricanda falſa moneta, aut ea tondenda, auxilium marito ſuo præſtitit, an metus cauſa, à pœna excuſetur.

CONSILIVM LXXXVI.

Frater pro honoris proprij defenſione ſtupratorem ſororis occidens, non in actu Veneris, ſed poſt longum temporis interuallum, an mortis naturalis pœna plectendus ſit?

CONSILIVM LXXXVII.

Homicidium, quibus indictijs etiam imperfectè probatis commiſſum ab auxiliatore probetur, vt torturæ locus contra eum ſit, licet reus principalis (qui prius fuerat tortus) negauerit omnia.

CONSILIVM LXXXVIII.

Magiſter Notarius, Curiæ Epiſcopalis, etſi laicus, an ab Epiſcopo, vel Seculari Iudice puniendus ſit? & pro quo delicto?

CONSILIVM LXXXIX.

Straticoti iuriſdictionem, ad certam Vrbis partem moderare, an poſſit Prorex? nouum illa in parte officialem conſtituens? & an delegatus nè, vel ordinarius is ſit? Quibuſuè actis iuriſdictione vſus ille cenſeatur.

CONSILIVM XC.

Delinquens ſpe gaudendi Eccleſiæ immunitate, ſi ad eam confugiat, an extrahi inde poſſit? Quibuſuè coniecturis eius animus probetur?

Latro, cui primum, & ſecundum furtum in ſtrata publica commiſſum, Princeps pepercit, ſi tertium committat; An vnum, vel tria ſint furta, ne viarum graſſator appellari poſſit, vt Eccleſiæ gaudeat immunitate.

Probandi criminis modum à Seculari Principe ſua Pragmatica conſtitutum an ſeruare debeat Epiſcopus, ſi immunitatis Eccleſiæ ſit quæſtio?

Ad intellect. Greg. XIV. Bullæ. de immun. eccleſ.

CONSILIVM XCI.

Mandatum a patre filio datum ad occidendum, quibus indictijs præſumatur? Quibuſuè excuſetur? Ne torturæ locus ſit.

Diſcutitur Menoc. conſ. 788. & Pacian. conſ. 119.

CONSILIVM XCII.

Conſules maris, an de literis cambij exoluendis, etiam inter non mercatores cognoſcant? & num vſurpatæ Straticotialis iuriſdictionis crimen committant.

CONSILIVM XCIII.

Derobatis, contra derobantem furem vt teſtibus, deponentibus, quæ adhibenda ſit fides?

An vnum, vel plura ſint furta, contra diuerſas perſonas continuatim facta? vt Ducis Feriæ Pragmaticæ locus ſit ad naturalis mortis pœnam.

CONSILIVM XCIV.

Immunitatis Priuilegium, quo Meſſanenſes à Rege meritorum cauſa fruuntur: An pro ijs

tantum rebus ſit, quæ in proprium vſum deferuntur, vel pro mercibus, eorumque mercimonijs.

Ad intellect. Pragm. 2. tit. 28. tom. 2.

CONSILIVM XCV.

Contumax, etſi forum non declinet, an ſuperior illum reuendicare poſſit? & an agnatus citatus foriudicationis ſententiam poſſit impedire?

CONSILIVM XCVI.

Arrendatarius gerens ſe pro officiali, an S. Officij foro priuetur, cum eius ſit familiaris.

Officialis à pluribus delictis (quibus fuit inquiſitus) excuſatur, ne S. Officij amittat forum.

CONSILIVM XCVII.

Inquiſitio contra eum formata? qui homicidium mandaſſe dicitur, an irrita ſit, & nulla, ſi neſcitur, nec apparet de mandatario? vt excarcerandus ſit?

CONSILIVM XCVIII.

Bannitus, an ex teſtium depoſitione conuictus dicatur? Quod infraganti cum armis prohibitis, fuerit apprehenſus? vt terminus dari ei debeat extraordinarius ad mortis naturalis pœnam inferendam; vel torturæ potius contra eum locus ſit?

Ad intellect. Pragm. 5. tit. 12. de arm. prohib. p. p.

CONSILIVM XCIX.

Subrogatus, an eiuſdem qualitatis, & conditionis eſſe debeat? cuius eſt officialis, in cuius locum à Principe ſubrogatur.

Diſcutitur de Viribus Deciſionis, D. Caſtiglio, 125.

ROgatum hic te volo, Lector Candide, vt ſi quid volumen hoc meum legens offenderis, quod vel à Chriſtiana pietate, vel Eccleſiæ immunitate videatur abhorrere, ne improbes antequam intelligas, nam & recte ſentire, & ea quæ Doctorum pijſſimorum probat conſenſus, bona fide profiteor edocere. Si quid tamen, vel minimum aliqua ex parte Eccleſiæ claudicare videbitur, non dictum volo, cui iam nunc abrogo fidem, & Sanctæ Eccleſiæ cenſuræ lubentiſſimo animo ſubmitto.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS
RERVM, ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

A

ABſens, vel impeditus, quindena ſindicatus iam elapſa, ad accuſandum admittitur. conſ.53.num.9.

Abſoluta poteſtas Principi ſuperiorem non recognoſcenti competit, ad iuſtitiam æquo, & bono temperandam, non vt abutatur. conſ.1.num.36.

Abſoluta Principis poteſtas; quam alij laudant, improbatur. conſ.1.num.37.

Abſolutus qui ſemel fuit, pro eodem delicto moleſtari amplius non debet, Principis mandato non obſtante. conſil.13.num.17. Declar.num.28.29.31.32.

Abſolutus à pœna corporali, à confiſcationis pœna, abſolutus cenſetur. conſ.28.num.17.

Abſolutio ab obſeruatione iudicij ius actoris non conſumit. conſ.76.num.1. Declar.num.12.13.

Accidens qualificatum ſuperueniens enti, efficit ens alterius ſpeciei. conſ.32.num.8.

Acceſſus momentaneus ad locum prohibitum, contrauentionis pœnam pati non debet. conſ.81.num.13.

Acceſſu ad certum locum prohibito, ſimplex tranſitus non eſt prohibitus. conſ.81.num.14.

Accuſatio in quindena ſindicatus in actis redigi debet, quæ ſi notata tantum ſit, non ſufficit. conſ.53.n.5.

Accuſatio, vel delicti titulus non facit quem eſſe reum. conſ.50.num.16.

Accuſator ſi ex pluribus Iudicibus vnum præuenit, cæteros recuſaſſe præſumitur. conſ.48.num.7.

Accuſator, mutare forum coram alio iudice non poteſt. conſ.48. num.7.

Acta ſine aſſeſſoris conſilio ſunt nulla, & quando. conſil.32.num.5.6.

Acta ſunt vehiculum ad ſententiam. conſ.88.num.6.

Actio in factum competit aduerſus filiumfamil. rem patris ſurripientem, vt intereſſe, & damna ſoluat, ſi caſtrenſia, aut quaſi habeat bona, aut aduentitium peculium, cuius vſusfructus non ſit patris, vel patre mortuo ex quota hæreditatis fratribus competit. conſil.68.numero 5.

Actum ſi quid eodem die eſt, ſimul factum dicitur, licet diuerſis momentis fieret. conſ.93.num.6.

Actum gerens, quem iure ſibi permiſſum credidit, pœnam non meretur. conſ.29.num.35.

Actus ſcribendi licet reſpectu ſcribentis, maleficium non ſit; reſpectu tamen perſonæ, cuius fauore ſcriptum eſt; auxilium præſtare dicitur. conſ.44.num.23.

Actus inſoliti ſuſpicionem arguunt, ſed omnes à Principis arbitrio regulantur. conſ.13.num.15.

Actus quando ſunt ſeparati, quilibet in ſe habet ſuam perfectionem. conſ.32. num.7.

Actus copulæ carnalis, licet viſu non percipiatur, coniecturis tamen probatur. conſ.37.num.15.

Actus omnes vltimæ voluntatis, vires capiunt a morte, conſ.56.num.24.

Actus proximus quis ſit in delictis. conſ.64.num.9.

Actus ad ſui perfectionem, poteſtatem, & voluntatem agentis requirit. conſ.80.num.1.

Actus ex voluntate licet factus, neceſſarius dicitur, ſi iuſſus præceſſit & coactio. conſ.85.num.18.

Actus ſequens, præcedentem declarat voluntatem. conſil.90.num.7.

Actus ſequens præcedentem animum arguit, qualis fuerit conſ.91.num.23.

Adulterij præſumptio ceſſat, ſi alia ex cauſa quid agatur. conſ.37.num.32.

Adulterium, cum occultim committi ſoleat, difficilis probationis eſt, vt coniecturæ ſufficiant. conſilio 37. n.12.

Adulterium ex præparatorijs præſumitur. conſil.37.numero 13.

Adulterium probat teſtis, ſi virum & mulierem commiſcentes ſenſerit, eoſque anhelantes audiuerit. conſil.37.num.18.

Aduentitium filij peculium publicari non poteſt, publicatis eius bonis. conſ.56.num.8.

Affectus non punitur, non ſequuto effectu, & ſi ad actum proximum ſit deuentum. conſ.46.num.36.37. etiam in atrocioribus. conſ.97.num.4. Declar.num.16.

Afflict. in Conſtit. de Quæſtionibus. num.1. rub.71. lib.3. reijcitur. conſ.52.num.23.

Agentes, auxilium, vel conſenſum præſtantes, pari pœna afficiuntur. conſ.7.num.14.

Aggreſſor eſt, qui alium iniuriauit. conſ.17.num.24.

Aggreſſus omnia ad ſui defenſam egiſſe cenſetur. conſil.17.num.20.

Aggreſſus dicitur, qui aduerſus alium conqueritur, & acclamat. conſ.17.num.25.

Agnati citati ad foriudicationis ſententiam habiles ſunt ad opponendum, ſed an ad excludendum delictum. conſ.95.num.12.

Alex. conſ.166. num.5. vol.7. eiuſque aſſeclæ omnes reprobantur. conſ.46.num.21.

Alex. conſ.15.num.4.vol.1. non recipitur. conſ.2.n.8.

Alimenta delinquenti præſtare, an ſit auxilium poſt delictum, vt pœnam mereatur. conſ.42.num.24.

Ambaxiatam delicti alteri deferens, vt principalis punitur. conſ.7.num.12.

Amans, in alieno corpore viuit. conſ.47.num.19.

Amicitia præſumitur, quæ offendendi animum remouet. conſ.51.num.4.9.

Amicus dici non poteſt, qui non eſt mihi notus. conſil.20. num.15.

Amicus reconciliatus æquipollet inimico. conſ.60.n.8.

Amicus reconciliatus, integer teſtis non eſt, licet inimicitiæ cauſam alter ignoraſſet. conſil.6. num.9. Contrar. num.27.28.

Amor furoris ſpecies eſt. conſ.47.num.18.

Amor excuſat in crimine raptus, & famoſi libelli. conſil.47.num.14.

Amoris furore, correpto parcendum eſt, cum ſuæ mentis compos non ſit, nec abſoluendus eſt penitus, ſed mitius cum eo agendum. conſ.47.num.8.35.

Anchar. conſ.194. eiuſque aſſeclæ reyciuntur. conſil.45. num.11.

Animus, & propoſitum, diſtinguunt maleficia. conſil.51. num.1.

Animus ex verbis, & factis cognoſcitur. conſilio 51. numero 28.

Animus occidendi præmeditatus ex perſonarum qualitate arguitur, quibus aſſociatus quis progreditur. conſil. 63. num.21.

Animus præmeditatus occidendi ex armorum genere præſumitur. conſ.63. num.22.

Animus deliberatus occidendi, cum ſit difficilis probationis, coniecturis probatur. conſ.2.num.37.

Animus deliberatus occidendi verè probatur, ſi nullis dictis verbis, nullaque rixa, alter alterum venientem aggreditur, & occidit. conſ.2.num.38.

Animus præmeditatus occidendi ex verbis cognoſcitur, ante, vel poſt rixam prolatis. conſ.63.num.28.

Animus difficilis eſt probationis, ideo coniecturis colligitur. conſ.17.num.33.

D. Antonius Quintana Duegnes, Foreſtarum Regni Siciliæ Marchio, & in Supremo Italicarum Rerum Conſilio Regens, laudatur. conſ.74.num.20.

Appenſatum homicidium eſt, ſi plures illatæ fuerint percuſſiones, maxime in capite. conſ.82.num.4. Declar.nu. 33.34.35.36.

Apoſtolicæ Sedi, qui immediate ſubiectus non eſt, Ordinarij iuriſdictionem prorogare poteſt, eique ſe ſubmittere. conſ.77.num.12. Declar.num.31.

Appoſtato non probato, excuſatur reus ab ordinaria criminis pœna. conſ.82.num.12.

Appoſtati qualitas homicidium in aliam ſpeciem tranſformat. conſ.82.num.49.

Appellare, eſt, iter arripere ab inferiori ad ſuperiorem iudicem. conſ.66.num.5.

Appellatione prohibita, recurſus prohibitus non cenſetur conſ.66.num.12.

Appellatione prohibita, nullitas appellationi inhærens prohibita cenſetur. conſ.18.num.4.

Appellationi ſi quis renuntiat, nullitatis incidenter in ipſa appellatione incluſæ renuntiaſſe dicitur, ſecus ſi principaliter petita ſit nullitas. conſ.18.num.5.

Arbitraria ſunt indicia in quocumque iudice. conſil.42. num.15.

Arbitrarium eſt Principi, qua pœna dignus ſit, qui eius mandatum contemſit, inſpecta inobedientiæ qualitate. conſ.32. num.22.

Arbitrium Iudicis ſi ad pœnam corporis afflictiuam extenditur, inſpectis maleficij circumſtantiis, torqueri poteſt reus. conſ.14.num.16.

Arbitrium in pœnis ad officiales non ſpectat, quibus debita eſt compoſitio. conſ.26.num.10.

Arbitrium iudicis iuri, & æquitati conſonum eſſe debet, & quando. conſ.6.num.3.

Arbitrium generale ſi iudici datum ſit, confiſcandi poteſtas non continetur. conſ.58.num.11.

Arma accomodans ſcienter ad vulnerandum, particeps eſt delicti, ſecus ſi bona fide. conſ.41.num.16.

Arma, qui ſcienter commodat, extra ordinem puniendus eſt ex alia Doct. opinione. conſ.14.num.8.

Arma accomodans occiſori, nullam patitur pœnam, ſi accomodare ſit ſolitus. conſ.14.num.1. Declar.num.13.

Arma accomodans remotum præſtat auxilium, & iudicis arbitrio punitur. conſ.14.num.2.

Arma in dubio commodaſſe, eo animo non præſumitur, vt opem præſtet maleficio. conſ.14.num.3.

Arma commodans ſcienter ad maleficium committendum mortis pœnam patitur. conſ.14.num.6.

Arma deferre ſolitus redargui non poteſt. conſ.13.n.14.

Armans ſe de rixa cogitare præſumitur. conſ.13.nu.9.

Armorum qualitas deliberatum oſtendit animum. conſil. 2.num.39.

Armorum genus delictum minuit, & quando. conſil.51. num.20.22.

Armorum timor, dicitur offenſio, & quando. conſil.63. num.18.

Armorum delatio a magiſtratu expreſſim non conceſſa, diſſimulatione tacitè permiſſa videtur. conſ.63.nu.23.

Armorum delatio non facit indicium inſolito illa deferre. conſ.63.num.24.

Armorum nomine lapides continentur. conſ.73.nu.2. & quando, num.3.

Armorum nomine, an baculus, & omne, quod ad nocendum eſt aptum, contineatur. conſ.73.num.10.

Armorum appellatione quid comprehendatur, iudicis eſt arbitrium. conſ.73.num.12.

Armorum & ſi prohibitorum qualitas, quibus ad ſui defenſionem pro iniuria repellenda, quis vtitur, & occidit, conſideranda non eſt. conſ.84.num.17.

Artificis, ſeu ſcriptoris pollice abſciſſo, quo ad ſuam illam artem vtebatur, ad membri extimationẽ reſpectu artis tenetur abſcindens, non reſpectu ipſius membri, nec eccleſiæ immunitate priuatur. conſ.40.num.19.

Aſſaſſinus homicidio non ſequuto extra ordinem punitur conſ.58.num.14.

Aſſaſſinus clericus de foro ſeculari eſt ipſo iure. conſ.41. num.26.

Aſſaſſinus clericus degradandus non eſt, cum ſit degradatus a lege. conſ.41.num.27.

Aſſaſſinus quis ſit declaratur. conſ.46.num.1.17.

Aſſaſſinus eccleſiæ immunitate non gaudet, eiuſque auxiliator, & ſocij. conſ.46.num.10.11.

Aſſaſſinus Regis indultu non gaudet, ſed vulnerans mediante pecunia eo fruitur. conſ.46.num.13. & quando ſecus. num.14.

Aſſaſſinus clericus non gaudet fori priuilegio, ſecus ſi vulnerat pecunia mediante. conſ.46.num 15.

Aſſaſſinum inueniendi cauſa, ſi quis pecuniam mutuet ſcienter, punitur vt principalis. conſ.7.num.9. conſ.41. num.13.

Aſſaſſinij qualitas homicidium in aliam ſpeciem transformat. conſ.22.num.15.17.

Aſſaſſinij in crimine, proxeneta, actus eſt auxilij proximus. conſ.7.num.6.

Exempla, quibus, Caſtill.deciſ.125. ſuam fundat opinionem recenſentur.conſ.99.num.6. Declar.num.39.40. 41.42.43.

Exempla ſtatuti diſpoſitionem non reſtringunt, ſed declarant concedentis mentem.conſ.65.num.29.44.

Exfractationis pœna vltra vitam, & contumaciam delinquentium non durat.conſ.49.num.12.

Exhæredati filij querela contra patris teſtamentum, non tranſit in fiſcum. conſ.56.num.22.

Exhibitio ſatis non eſt, ſi pro culpis, & defectibus ſubſtituti, ſubſtituentem teneri Princeps voluerit, & alijs in caſibus.conſ.36.num.45.48.49.50.51.

Exilij à loco recedens, uel ad illum debito tempore non accedens pœnam meretur. conſ.47.num,1.

Exilij fines frangenti, mortis pœna irroganda eſt, ſi locum a quo exulatus eſt ingrediatur, & quando. conſil.47. num.2.Diſtingue, num.21.22.23.24.

Exilij pœna vltra relegationem quando ſit. conſilio 73. num.17.

Exitu probatur factum, ſi illud alteratum, aut noua ex cauſa immutatum non fuit. conſ.84.num.13.

Expulſus de aliquo loco inimicus eſt expellantis, ſicut detemptus in compedibus inimicus eſt detinentis.conſil. 37.num.24.

Extenſio in pœnalibus non procedit. conſ.6.num.17.

Extenſio in delictis puniendis quando admittatur. conſil. 6.num.18.

Extenſio de perſona ad perſonam non admittitur in pœnalibus.conſ.41.num.1. Declar.num.20.22.

Extenſio ad iuriſdictionem inferioris Magiſtratus ampliandam non permittitur. conſil. 92.num.1. Declar. num.15.16.17.

Extractio perfecta non requiritur, vt in commiſſum merces incidant, ſatiſque eſt intra fines deprehendi. conſil. 16.num.19.

Extractio rei ab Eccleſia, delicto non dum probato, teſtibus exinde receptis, An reconualidetur. conſilio 50. num.13.15.

Extrahere qui nixus eſt, in commißum non incidit, ſi non extrahit, aut in extractionis actu inuentus eſt. conſ.16. num.25.

Extrahentis animus conſideratur, vt merces in commiſſum incidant. conſ.16.num.23.

Extrahendi animum habere præſumitur, qui a recta via deuiat, & conſuetam non ſeruat, niſi recta illa via eſſet minus tuta. conſ.16.num.16.34.

Extractus ab eccleſia quis dicatur. conſ.20.n.18.21.22.

Exulato reo terminum dare cogitur iudex, pro comprendis ſarcinulis. conſ.47.num.29.33.34.

F

F*Abian.de Monteleon.prax.arbitr.p.4.num.551. declaratur.conſ.46.num.24.*

Falſæ monetæ fabricator, eccleſia gaudet immunitate. conſ.20.num.1. Ampl.num.6.Declar.num.7.

Falſæ monetæ fabricatio, virile munus eſt. conſilio 85. num.27.

Falſi ſuſpicio contra inſtrumentum an remoueatur, Notarij tortura, ita vt vrgentia ſi quæ falſitatis erant indictia, ab eo purgata fuiße conſtat. conſilio 78.numero 18.

Falſi pœna quis puniri non poteſt ſi interrogatus non fuerit an velit vti. conſ.5.num.5. Declar.num.19.20.

Falſi teſtis vſui cedere, ſeque pœnitere liberum cuique eſt ſi re integra monitus declaret. conſilio 5. numero 10. 21.22.

Falſis teſtibus vtens cogitur præciſe reſpondere, an velit vti, ſi parte inſtante monitus ſit à iudice. conſilio 5.numero 6.

Falſos teſtes producens, cauſam de iure non amittit. conſ. 5.num.4.

Falſos teſtes in facto proprio producens, rei geſtę veritatis eſt conſcius. conſ.5.num.13.

Falſus, & ſi in modicis ſit teſtis, tota cauſa arguitur falſa. ne torqueri poſſit reus. conſ.91.num.25.

Falſum committitur de iure fabricando, & vtendo. conſ. 5.num.3.

Falſum non committit, qui ignoranter vtitur falſo teſte. conſ.5.num.3.

Falſum circa acta Iudicis committens, an cauſam de iure amittat. conſ.5.num.14.

Falſum cenſetur, quod non eſt veriſimile. conſilio 71.numero 18.

Falſitas ex impoſſibilitate cauſatur. conſ.71.num.17.

Falſitas quibus coniecturis præſumatur.conſ.96.num.21.

Falſitas vt ſit punibilis requirit vſum, & quando? diſtingue.conſ.5.num.1.18.

Fama homicidij eſt indictium, & quando. conſilio 13.numero 18.

Fama iunctis coniecturis adulterium probare ſolet.conſil. 37.num.19.Declar.num.44.46.

Fama facit indictium, & iunctis alijs adminiculis plenè probat in ijs, quæ ſunt difficilis probationis. conſil.43. num.18.19.

Fama publica licet de ſe non plenè probet, bene tamen alias probationes adiuuat.conſ.43.num.20.

Fama alijs iuuata adminiculis torturæ eſt indictium. conſ. 87.num.31.conſ.91.num.11. Declar.num.43.44.

Fama vehemens, & ſi ſola, ad torturam ſufficit.conſil.91. num.12.

Fama ſola mandatum probat ad occidendum, quod difficilis probationis eſt.conſ.91.num.13.

Fama alijs non coadiuuata adminiculis non facit indictiũ ad torturam, nec delictum ſemiplenè probat.conſil.87. num.6. Declar.num.25.

Familia epiſcopi quamuis laica potitur fori priuilegio, ſicut Vicarij etiam foranei familia ſi arma deferret pro iuſtitia expedienda. conſ.88.num.1.

Familiares qui dicantur. conſ.88.n.3.conſ.56.n.25.

Famuli

Digitized by Google

Famuli & ſerui Epiſcopi onerum gaudent immunitate & foro, ſed quid ſi dietim ſeruiant. conſ.38.num.2.

Famoſum crimen parit infamiam, quæ pœna propriè non eſt, ſed criminis ſequela. conſ.44.num.27.

Farin.quæſt.30.num.77.ſe ipſum ſuo.conſ.122.num.31. correxiſſe oſtenditur.conſ.34.num.14.

Farinac.quæſt.129.num.38.declaratur. conſilio 17. numero 18.

Farinac.opinio, quæſt.133.num.10.55. indiſtinctim à M. R.C. non eſt recepta. conſ.28.num.23.

Farin.de immun.eccleſ.cap.8.num.123.reycitur. conſil. 50.num.46.

Farin.quæſt.28.num.28.29. ſibi contrarius, De immunitate eccleſ. num.99.101. oſtenditur. conſilio 70. numero 7.

Farin.quæſt.7.num.72.reycitur. conſ.70.num.15.

Fœmina ob ſexus imbecillitatem non admittitur, ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. conſ.61.num.1.

Fenut.de moment.tempor.c.19.num.24.reycitur. conſil. 82.num.46.

Febris vulnerato ſuperueniens ex malo ſui regimine vulnerantem excuſat.conſ.84.num.12.

Ferdin.Reg.cap.44. quod nullitas videatur cum meritis, ius commune an corrigat. conſ.18.num.17.

Ferdin.Reg.c.41.44.declaratur.conſ.18.num.18.

Feudatarius propriè non eſt Baro, licet à Siculis intituletur Baro.conſ.27.num.2.

Fictiones in pœnis non ſunt multiplicandæ.conſilio 42. numero 3.

Fide publica nemo decipiendus eſt.conſ.80.num.13.

Fideiuſſio ſtricti iuris eſt.conſ.35.num.16.

Fideiuſſio accipienda eſt, rebus ſic ſtantibus, licet iurata ſit, & verbis generalibus concepta. conſilio 35. numero 15.

Fideiuſſio præſtanda iterum eſt, ſi reus, ſuperioris licentia, a domo pro tuto carcere aſſignata exijt, quia prima extincta dicitur. conſ.34.num.35.

Fideiuſſio non committitur, ſi iuſta, vel neceſſaria ex cauſa domum exijt, qui in ea eſt carceratus. conſil.34. num.16.

Fideiuſſor pro eo, quia domo exijt, & ſtatim redijt, ad dimidiam pœnam tenetur. conſ.34.num.10.

Fideiuſſor, qui reum repræſentare promiſit, quoties fuerit requiſitus, non liberatur, ſi commiſſo delicto reus bannitus ſit.conſ.35.num.1.Contrar.num.18.

Fideiuſſor reum præſentare non tenetur, quem iudex relegauit, & ſi capitaliter eum non condemnauerit. conſil. 35.num.9.

Fideiuſſor reum repræſentare non tenetur, qui accuſatus pro alio delicto, & bannitus cum ſit, aufugerit. conſil. 35.num.11.

Fideiuſſor reum repræſentare promittens liberatur, ſi ad ciuitatem ille venire non poſſit. conſilio 35. numero 12.

Fideiuſſor de repræſentando excuſatur, ſi reus fiat clericus.conſ.35.num.13.

Fideiuſſor, qui reum banniri non curauit, liberatur, eo bannito pro delicto, quod durante repræſentandi termino commiſit. conſ.35.num.14.

Fideiuſſor quantitatis, naturali rei morte, quando excuſetur.conſ.35.num.25.

Fideiuſſor non tenetur, ſi culpa & facto iudicis reus aufugiat, & quæ ſit culpa. conſ.35.num.28.

Fideiuſſor, qui ſe principalem conſtituit, & inſolidum, exceptiones reo competentes, pro quo ſoluere promiſit, non opponet.conſ.45.num.8.

Fideiuſſor, vel Fiſcus conueniendus prius an ſit, confiſcatis debitoris bonis.conſ.45.num.10.

Fideiuſſor, qui (ceſſis actionibus) creditori ſatisfecerit contra Fiſcum publicata debitoris bona poſſidentem, ſolutum repetit.conſ.45.num.12.

Fideiuſſorem de repræſentando non teneri in dubio dicendum eſt.conſ.35.num.29.

Fideiuſſoris obligatio an ſit extincta confiſcatis debitoris bonis.conſ.45.num.6.Diſtingue, num.7.

Filij necem accuſandi ius matri competit. conſilio 48. num.6.

Filij necem patre præmortuo mater accuſat. conſil.57. num.8.

Filij necem patri accuſare negligenti præfertur ſoror, nec eius conſenſus requiritur.conſ.61.num.4.

Filius in delictis patri obedire non tenetur. conſil.85.numero 4.

Filius ſi patris iuſſu adulterum occidit, excuſatur. conſilio 86.num.11. Quid ſi matrem, num.12.

Filius bannitus præteriri à patre poteſt, nec teſtamentum erit nullum. conſ.56.num.15.

Filius bannitus inſtitui à patre poteſt, cum capax erit. conſ.56.num.19.

Filius pro furto in bonis patris commiſſo, non acrius à iudice puniendus eſt, quam pater ipſe iuſtè petierit.conſ. 68.num.15.

Filius ſua voluntate à patre exhæredatus non rumpit teſtamentum.conſ.79.num.4.

Filius rem patris ſurripiens furtum committit. conſil.68. num.1.

Filius magni valoris rem ſurripiens, criminaliter à patre accuſari poteſt, & furti actione tenetur.conſil.68.n.3. Contrar.num.4.Declar.num.10.

Finis ſi neceſſariam dependentiam habet à principio, inſpicitur principium, non finis. conſ.75.num.2. Declar. num.17.18.

Fiſci indemnitas idonea fideiuſſione muniri ſolet, qua ſibi, & Reipublicæ conſultum eſt.conſ.66.num.1.

Fiſco rei bona hypotecata non ſunt, nec in eis ius habet, ante condemnationem. conſ.75.num.8.

Fiſco reuocatorijs actionibus contra poſſeſſorem agendum eſt.conſ.67.num.16.

Fiſcum habere debet epiſcopus ad iuſtitiam miniſtrandam.conſ.70.num.19.

Fiſcus acquirit irreuocabiliter, ſed mora purgari poteſt. conſ.33.num.16.

Fiſcus homicidæ creditoribus ſuper bonis confiſcatis ſatisfacere cogitur.conſ.45.num.3.

Fiſcus non obſtante donantis prohibitione, An ſuccedat ex delicto, ſi nulla ſit amplius perſona, cuius intuitu fuit à donante excluſus.conſ.54.num.25.

Fiſcus inimicitiam cũ eo fuiſſe probare debet, quem reus occidit. conſ.54.num.26.

Fiſcus delinquentis eſt quaſi hæres, eiuſque perſonam repræſentat.conſ.55.num.14.

Fiſcus non litigat ſine poſſeſſione in ijs, quæ ex confiſcatione, aut aliter quomodocumque ad eum deuenient.conſ. 67.num.1.Declar.num.19.29.22.

Fiſcus regulariter procedit captis pignoribus, & manu plena. conſil.67.num.1. Declar.num.24.25.27.28.

Fiſcus

Digitized by Google

INDEX.

Fiſcus, Nuntius, Cuſtos carcerum, & Littores epiſcopi foro gaudent. conſ.88. num.10.

Fiſcus lite pendente inter eum, & priuatum ſua poſſeſſione diſueſtiri, quando poſſit. conſ.67. num.13.

Fiſcus vtitur iure priuati in ijs, pro quibus ſpeciatim ſe priuilegiatum non oſtendit. conſ.67. num.14.

Fiſcus non poteſt de facto poſſeſſionem apprehendere, quæ ab alio eſt occupata. conſ.67. num.15.

Fiſcus intra annum (de iure) & intra quatrimeſtre, ex Regni pragmatica ob ſolam contumaciam damnatorum ſibi non occupat. conſ.75. num.34.

Fiſcus nullam habet iuriſdictionem. conſ.79. num.21.

Flores de Mendà, lib.1. quæſt.7. reprobatur. conſil.61. numero 16.

Foraxiuti, publici latrones, & graſſatores qui ſint. conſil. 27. num.14.

Forenſes à Regno expellit Prorex, ſi timor ſit, quod ſubditorum animos inficient. conſ.49. num.13.

Forenſis inutilis ciuitati expelli ab ea poteſt, ſi eius mora damnoſa quoque ſit. conſ.49. num.14.

Fori priuilegio gaudent Epiſcopi familiares. conſilio 76. num.21.

Fori electio non datur viduis ad eligendum Iudicem incompetentem. conſ.48. num.9.23.

Fori ſui priuilegio renuntiare quis, nè poteſt, Superioris conſenſu non requiſito. conſ.95. num.6. Declarat. num. 14.15.

Forum declinare non poteſt contumax. conſ.48. n.10.

Forum mutare cuique licet, ſi præuentus non ſit ex citatione tamen valida. conſ.15. num.6.

Forus mutatur mutato ſtatu. conſ.15. num.5.

Forus non amittitur, ſi attentatum ſit homicidium, nec eccleſiæ immunitas. conſ.10. num.20.

Foriudicatio ex omni delicto fieri non poteſt, ſed pro quo pœna mortis, vel deportationis non autem membri abſciſſionis eſt infligenda. conſ.83. num.5.6.

Foriudicari pro quouis crimine poteſt reus ex ſola contumacia, circumſcriptis etiam probationibus. conſil.83. num.1. Declar. num.7.

Foriudicari poteſt reus pro crimine ex quo mortis naturalis pœna tantum eſt imponenda, ſi talia ſint indictia, quibus torqueri ipſe poteſt. conſ.83. num.4. Contrar. num.15.

Foriudicatus ſi capiatur, non mortis naturalis pœna plectendus eſt, ſed ea ſolum, quæ pro crimine imponi deberet. conſ.83. num.3.

Foriudicatus qui poteſt offendi, poterit etiam occidi, & ſi hoc ſpeciatim in ſententia non ſit expreſſum. conſ.83. num.11.

Foriudicatus iuſtitiæ zelo occidi poteſt. conſ.3. num.18.

Fractæ ſaluaguardiæ pœna cui ſit debita Principis, vel baronis fiſco. conſ.66. num.33.

Franc. Marc. deciſ.790. parte 2. declaratur. conſilio 8. num.16.

Franc. deciſ.165. n.2. declaratur. conſ.19. num.32.

Franc. deciſ.505. reijcitur. conſ.48. num.40.

Franc. deciſ.329. num.7. reijcitur. conſ.95. num.13.

Franc. deciſ.444. declaratur. conſ.96. num.25.26.

Frater ſi fratris homicidium remittit, ſoror ad accuſandum admitti poteſt. conſ.61. num.3.

Fratri ſororem adulteram occidere non licet. conſ.86. num. 2. Contrar. num.14. Ampl. num.15.16.

Fraude ceſſante, pœna ordinariæ locus non eſt. conſil.16. num.32.

Fraude vtitur mandans, qui ignoto penitus mandatario vſus eſt. conſ.97. num.5. Declar. num.17.

Fraudem rei modicæ nemo committere præſumitur, vt rem magnam amittat. conſ.16. num.31.

Fraudem non committit, qui cum mercibus prope fines reperitur, ſi nulla vrget extrahendi coniectura. conſ.16. num.29.

Fraudem non committit, qui iure ſuo vtitur. conſilio 56. num.2.

Fraudem committere non præſumitur, qui de re ſua diſponit, etiam in tertij præiudicium. conſ.54. num.23.

fraudis euitandæ cauſa, An potius error, quam malitia præſumatur. conſ.16. num.30.

fraudibus obuiandum ne ſit? & quando? conſilio 16. numero 38.

fraus, & dolus, ex loci qualitate argui ſolet. conſilio 16. num.18.

fraus, & colluſio, an eoipſo præſumatur, quo pro magno delicto minima pœna punitus fuerit reus, vt iterum accuſari poſſit. conſ.53. num.33.35.

fraus in actu à iure permiſſo non præſumitur. conſil. 54. num 22.

fraus ex inſolitis, & nimijs cautelis arguitur. conſil.54. num.14. Declar. num.46, 47.48.

fraus non præſumitur, quia delictum. conſ.56. num.1.

fraus cadit inter permiſſum, & prohibitum, non autem inter permiſſum, & permiſſum, nec inter prohibitum, & prohibitum. conſ.56. num.3.

fraus legi fit, ſi quod directè fieri prohibetur, indirectè fiat. conſ.79. num.19.

fraus non eſt, ſi hoc, vel illo in loco, ſeruetur merces, niſi euitandæ gabellæ cauſa id principaliter fiat. conſ.16. num.26.

fraus adſcribi non poteſt facienti, quod licet; vt res ſua tuta ſit, ſibique proſpiciat. conſ.16. num.33.

frequentatio loci, in quo commiſſum fuit homicidium torturæ eſt indictium, ſi male ſit famæ. conſ.13. num.11. 16. conſ.87. num.17.

frequentare locum venationis cauſa licet. conſil.13. numero 13.

frumentum pluris vendere, an poſſint iurati, quanti emerint. conſ.72. num.26.27.29.

fuga filij homicidium a patre mandatum arguit. conſ.91. num.8. Declar. num.30.31.32.33.

fuga rei, facto indicis proueniens, An fideiuſſorem excuſet. conſ.35. num.5.27.

fuga dici non poteſt occaſione delicti, ſi de cauſa diſceſſus conſtet. conſ.43. num.2.

fuga non facit indictium delicti, ſi iuſta ex cauſa fugiat, qui bonæ vitæ, & famæ eſt. conſ.43. num.3.

fuga, & contumacia licet ſola, reus condemnatur. conſil. 43. num.21.

fuga aggrauat fugientem. conſ.43. num.25.

fuga ſtatim ſecuto homicidio indictium eſt torturæ. conſ. 13. num.19.20.

fugiens à loco ſi quis viſus fuerit cum ſcopetta, vel alijs armis, quibus vulnus illatum præſumitur, homicidium commiſiſſe cenſetur. conſ.13. num.17.

fugiens ob locum non tutum, vel ob aliam iuſtam cauſam excuſatur a fuga. conſ.66. num.3.

fugientem percuſſorem occidens, & ſi ad vindictam, extra ordinem puniri debet. conſ.17. num.30.

fugientem ſi vulneratus inſequitur non occidendi animo inſequi præſumitur. conſ.17. num.35.

fugire

I N D E X.

fugire non dicitur, qui ad ſuperiorem accedit, vt iuſtitiã aſſequatur, nec fracti carceris pœnam incurrit. conſil. 66. num. 4.

furioſus dicitur, qui libidinis, & amoris cauſa, prohibitum quid egerit. conſ. 47. num. 9. 10. 11.

furnum ſeminarij immunitatem reo illic confugienti impartitur. conſ. 10. num. 12.

fur ſi pro tertio furto ex ſeculari lege morti tradendus eſt, An primum Principis indulgentia abolitum inter tria furta connumeretur. conſ. 90. num. 15. 16.

fur in criminis pœnam furcis ſuſpendi non debet, niſi tria commiſerit furta. conſ. 93. num. 1.

fur ſi tria committat furta in diuerſis territorijs, computari inſimul poſſunt, non ad mortis naturalis pœnam, ſed ad augendam ordinariam. conſ. 93. num. 2.

furis bona pro rerum ablatarum reſtitutione, ſunt tacite hypotecata. conſ. 68. num. 7.

furti actio duplex eſt ciuilis, & criminalis, nec ſublata ciuili, ceſſat criminalis. conſ. 68. num. 8.

furti magni pœna mors eſt naturalis. conſ. 68. n. 19.

furti remiſſio à patre filiæ facta ipſum liberat à reſtitutione, ſocios, & furti complices, qui ſcienter in furto auxiliati ſunt filio. conſ. 68. num. 14.

furtum à filio commiſſum, quando ſit domeſticum, & vt alia furta puniatur. conſilio 68. num. 11. Declar. numero 16.

furtum graue, vel ſimplex quod ſit? iudicis eſt arbitrium. conſ. 68. num. 20.

furtum à filio emancipato patri factum, aut à patre filio, nulli ſubiacet pœnæ, ſed actio in factum datur. conſ. 66. num. 6.

furtum ab eo, qui domi morantur, commiſſum præſumitur conſ. 43. num. 15.

furtum ab amaſio factum, ſi propter amorem mulier occultat, excuſatur. conſ. 47. num. 17.

furtum cum violentia in campis commiſſum, vltimo ſupplicio puniendum eſt. conſ. 93. num. 3.

furtum an ſit plenè probandum in ca pis ſi cum violentia committatur. conſ. 93. num. 4. Declar. n. 10.

furtum ſi ex conſenſu factum dicat dominus, non creditur, & quando ſecus. conſ. 68. num. 13.

futura non veniunt in confiſcatione, licet læſæ maieſtatis crimen commiſſum ſit. conſ. 56. num. 25.

G

GAbella prius ſoluenda, quam merces exeant territorium. conſ. 16. num. 22.

Gabr. conſ. 170. num. 11. vol. 1. declaratur. conſ. 48. numero 27.

Gallicum morbum qui paſſus fuit, an ſit infirmus. conſil. 8. num. 9.

Gambacurt. de immun. eccleſ. lib. 6. c. 16. n. 9. declaratur. conſ. 50. num. 5.

Gambacurt. de immunit. eccleſ. lib. 5. c. 34. n. 14. reijcitur. conſ. 50. num. 43.

Gambacurt. de immun. eccleſ. lib. 5. c. 9. reijcitur. conſ. 60. num. 14.

Gambacurt. de immun. eccleſ. lib. 5. c. 13. reijcitur. conſil. 90. num. 25.

Gambacurt. de immun. eccleſ. lib. 5. c. 5. nu. 2. reprobatur. conſ. 70. num. 9.

Geminatio delicti, veniam ſperare non debet. conſil. 47. num. 5.

Graſſator, vt eccleſia gaudeat immunitate quis ſit. conſ. 90. num. 11.

Graſſator eccleſia gaudet immunitate, ſi ſemel, aut bis graſſetur. conſ. 90. num. 13.

Graſſatores viarum in mari, vel in terra qui ſint. conſiliõ 50. num. 27.

Graſſatores viarum, non gaudent eccleſiæ immunitate, & quando. conſ. 50. n. 28. 37.

Graſſatores ſi attentatum ſæpius delictum non perfecerint, diſrobatores in vijs publicis dici non poſſunt, nec eccleſiæ priuantur immunitate. conſilio 50. numero 34. 36.

Graſſatores ob delicti iterationem debent capite puniri, licet non perfecerint. conſ. 50. num. 35.

Gratia a Principe certo modo conceſſa, alio modo denegata cenſetur. conſ. 81. n. 7. Declar. n. 15. 16.

Gratia Principis eſt amplianda. conſ. 22. num. 13. Declar. num. 25. 27.

Gratia ſi eſt nulla, reus non eſt puniendus, ſed à carcere eſt relaxandus, delicti ſui pœnis ſubiectus. conſil. 2. num. 14.

Gratia reſpectu tertij, cui a Principe conceditur, ſtrictè interpretanda, & quando. conſ. 22. n. 16.

Gratia contra Principis concedentis mentem, ſtricte accipienda eſt. conſ. 22. num. 28.

Gratia non vltra extenditur, quàm loquatur. conſil. 44. num. 48.

Gratia in contractum tranſit, ſi pecunia pro qua fuit conceſſa longe minor ſit ipſa gratia. conſ. 69. nu. 17.

Gratia, ſententia liberatoria vim habet, ne poſſit iterum accuſari reus. conſ. 57. num. 14. & quando ſecus, numero 19.

Gratia ſolo Regis verbo perficitur. conſ. 57. n. 16.

Gratia gratis dicta, re integra, poteſt à Principe reuocari. conſ. 69. num. 14.

Gratia pro pecunia, vel alio titulo oneroſo conceſſa reuocari non poteſt. conſ. 69. num. 15.

Gratia delicti à ſeculari Principe facta clerico, eſt nulla. conſ. 74. num. 10.

Gratia natura eſt, vt quidquid abſtulit iniuſtitia, reſtituat iuſtitia. conſ. 44. num. 44.

Gratiam reo concedere ad Principem ſpectat, non ad Epiſcopum. conſ. 74. num. 8.

Gratiam facere is poteſt, qui iure proprio habet iuriſdictionem; ſecus ſi in officium. conſ. 74. num. 22.

Gratiatus à Principe diſſimilis ab eo, an ſit, qui ex iuſtitia fuerit reſtitutus. conſ. 44. num. 43.

Grauamen, nullum eſt maius, quam nullitas. conſilio 53. num. 13.

Grauamen ex facto proueniens, probationes admittit. conſ. 62. num. 19.

Grauamen cum ſpecies ſit appellationis, gradatim interponendum eſt, medio non omiſſo. conſilio 62. numero 5.

Grauamen cognoſcendi facultas conceſſa, appellationem quamcunque continet. conſ. 62. num. 8.

Grauaminis, propter iuſtitiam retardatam, vel denegatam illati, appellatio, ad immediatum iudicem deferenda eſt. conſ. 62. num. 4.

Gregor. XIV. Bulla de immun. eccleſ. ad alios caſus ſimiles expreſſis, non extenditur. conſ. 20. num. 3.

Gregor. XIV. verba, in Bulla ibi, An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint, explicantur. conſ. 50. num. 11.

Grinell.

Digitized by Google

Grivell.Dolan.deciſ.12.num.16. reijcitur. conſil.63.numero 11.
Guazz.reor.defenſ.1.c.10.num.8.reijcitur. conſilio 15. num.38.
Guidantis mens, ea fuiſſe præſumitur, quæ prudentis, & boni viri eſſe debet. conſ.80.num.9.
Guidatus, ſi guidatico non obſtante fuit captus, in priſtinam libertatem reponendus eſt, vt difficilis ſit perſecutio. conſ.80.num.11.
Guidatus ſi fuerit repertus intra loca prohibita, animo ſtatim recedendi, guidatico non gaudet. conſ.81.num. 10. Declar.num.18.
Guidatici nullitas, eiuſque contrauentio à ſeculari Principe cognoſcenda eſt. conſ.80. num.23. Declar.num. 30.31.
Guidaticum regulariter non concedit Iudex, vel Baro ipſi bannito, ſed ſolus Princeps. conſ.80.num.2.3. Declar. num.15.16.
Guidaticum debitori, ſolus Princeps concedit. conſil. 76. num.5. Declar.num.16.17.18.
Guidaticum iuſtè, vel iniuſtè conceſſum, ſeruandum eſt, vt nec indirectè moleſtari poſſit reus. conſil.80.n.10.
Guidaticum ſubreptitium non prodeſt bannito, cum nullum ſit ipſo iure. conſil.80.num.8. Declarat.num.20. 21.22.
Guidaticum in alterius iuriſdictionis præiudicium, concedi non poteſt. conſ.80.n.7. Declar.n.18.19.

H

Habilitas vnius teſtis ſupplet alterius inhabilitatem conſ.98.num.13.
Habitatio ſolita, quæ dicatur. conſ.67.num.10.
Hæreditatem adeundi ius, ex bonorum publicatione non tranſit in fiſcum. conſ.55.num.5. Declar.num.15.16.
Heuya, in Curi. Philipp. p.3. §. accuſador. 8. reijcitur. conſil.61.num.15.
Homicida probare debet, non occidendi animo, percuſſiſſe cum præſumptio contra eum ſit ex armis, & ex offenſa corporis parte. conſ.84.num.4. Declar.num.21.22.
Homicida publicatis bonis eius omnibus, ſi ex gratia fuerit reſtitutus, ad debita prius contracta non tenetur. conſ.45. num.1.
Homicidij tempore ſi quis nimis ſollicitus incedere viſus ſit, contra eum eſt commiſſi delicti præſumptio. conſil. 13. num.12.
Homicidij qualitas ad gratiam obtinendam exprimi debet. conſ.57.num.11.
Homicidio ſi plures interuenerunt, & ignoretur cuius ſit lætale vulnus, an de occiſo teneantur omnes. conſil.2. num.1.2.3.4.
Homicidium ex propoſito non præſumitur. conſ. 2. num. 13.53.54.
Homicidium caſu commiſſum cenſetur. conſ.2.n.15.
Homicidium a pluribus deliberate commiſſum, in dubio an extra ordinem puniri debeat. conſ.2.num.20.
Homicidium ab inimico appenſatè commiſſum præſumitur. conſ.2.num.21.55.
Homicidium deliberatum eſt, ſi inimicum obuium quis interficiat. conſ.2.num.32.62.
Homicidium deliberatum mortis pœnam meretur. conſil. 2.num.36.
Homicidium potius ad defenſam, quam ad vindictam præſumitur. conſ.17. num.19.
Homicidium ſimplex licet poſſit, Princeps ſua lege, aſſaſſinium declarare, non tamen ad tollendam reo Eccleſiæ immunitatem. conſ.50.num.22.23.24. Ratio, numero 26.
Homicidium caſuale potius, quam deliberatum præſumitur. conſ.51.num.2. conſ.82.num.9.11.
Homicidium ab inimico deliberatum cenſetur, ſi aliquo prius non dicto illum aggrediretur, alias ſecus. conſilio 51.num.8.
Homicidium eſt appenſatum exploratoris interuentu. conſ.63.num.27.
Homicidium præmeditatè ab eo committi præſumitur, qui occiſi iter ſcire perquiſiuit. conſ.63. num.26. conſ.87. num.16.
Homicidium in dubio ad defenſam præſumitur, & quando. conſ.63.num.19.
Homicidium in dubio appenſatum non dicitur, ſed ex rixa potius, & caſu. conſ.63.num.4.5.
Homicidium in rixa appenſatum non præſumitur. conſil. 63.num.3.9. & quando hoc verum ſit. num.15. Declar.num.30.
Homicidium grauem expoſcere ſolet cauſam. conſilio 91. num.20.
Homicidium difficilis probationis, ex quibus cognoſcitur. conſ.87.num.12.
Homicidium appenſatum dicitur, & dolo commiſſum, quod incontinenti ſequuta iniuria, non vindicauit occiſor. conſ.86.num.3.
Homicidium ad ſui defenſionem excuſatur, ſi vitæ periculum immineat. conſil.84.num.6. Declarat.num.23.24.25.
Homicidium honoris, vel perſonæ ſuæ defendendæ cauſa factum, ordinariè non eſt puniendum. conſilio 84. numero 16.
Homicidium inter affines, aut inter amicos, citra occidendi animum præſumitur commiſſum. conſilio 63.numero 16.32.
Hominem poſſidere, & pœnam petere, iniquum eſt. conſil. 33.num.11.
Homo ex diuerſo iure duas repræſentat perſonas. conſilio 74.num.5.
Honor in ſalutatione conſiſtit. conſ.38.num.18.
Honore ſuo priuari quiſque egrè ferre ſolet. conſil.38. numero 26.
Honoris cauſa ſemper vrget ad vlciſcendum, nec dicitur ex interuallo vlciſci, qui cum primum potuit, vlciſcatur. conſ.85.num.19.21.
Don Hyeronimus Neapoli Tribunal. Conſiſtorij Præſes laudatur. conſ.15.num.42.
Hyeroſolimitanæ Religionis priuilegio non gaudent vagabundi milites. conſ.77.num.4.
Hyeroſolimitanæ Religionis foro non gaudent, dimidiæ, Crucis æquites. conſ.21.num.7.
Hyeroſolimitani æquites à ſeculari iuriſdictione exempti ſunt. conſ.21.num.3.
Hyeroſolimitani æquites Regni officiales ad iuſtitiam expediendum eſſe prohibentur, & cæteri æquites clericorum inſtar. conſ.21.num.9.
Hyeroſolimitani milites in habitus ſuſceptione emittunt profeſſionem, quam poſtea per habitus delationem, ratificant. conſ.77.num.15.
Hyeroſolimitani milites, eorumque fratres Capellani regulares ſunt, & veri Religioſi. conſ.77.num.19.

Hyero-

Hyeroſolimitani milites, & elerici Reipublicæ turbatores, publitica, & æconomica, non contentioſa coertione, a Regno expelli poſſunt; licet alij improbent. conſil. 49. num. 16.

Hyeroſolimitano militi totus terrarum orbis, eſt monaſterium, & vbicumque reſidet de Superioris licentia, in Clauſtro manere cenſentur. conſ. 49. num. 1.

Hyeroſolimitano militi pro ſcelere in Regno commiſſo, in Melitam fugienti, regreſsus ad originariam eius Patriam impediri poteſt. conſ. 49. num. 17.

Vide verb. Milites.

I

Iacobus Gall. conſ. 80. reijcitur. conſ. 63. num. 34.

Iaſon Theſſalorum Regis, & Tiranni ſententia in ratione ſtatus, reijcitur. conſ. 1. num. 24.

Ieſuitæ veri ſunt Religioſi. conſ. 15. num. 11.

Ictus ſcopettæ deliberatum arguit occidendi animum. conſ. 10. num. 18.

Idoneus ad officia quiſque, præſumitur. conſilio 44. numero 7. 28.

Ignorans non contemnit, nec puniendus eſt, cum non delinquat. conſ. 38. num. 9.

Ignorans non dicitur delinquere, nec punitur, imo ſtatutum aliter diſponens eſt nullum. conſ. 14. num. 11.

Ignorantia præſumitur in receptando, vt ſcientia a Fiſco probari debeat. conſ. 29. num. 32.

Ignorantia qualitatis, item perſonæ, & loci, ex perſonæ einſdem loco, & habitu præſumitur. conſ. 38. num. 4.

Ignorantia vt excuſet ſupina eſſe non debet, & quæ ſupina ſit, diffinitur. conſ. 38. num. 24.

Ignorantia ad excludendum delictum potius præſumitur, quam ſcientia. conſ. 4. num. 13. conſ. 27. num. 20.

Ignorantia excuſari non poteſt, interrogatus vt reſpondeat, ſi vult vti teſtibus. conſ. 5. num. 8.

Ignorantia non punitur, ſed ſcientia. conſ. 27. num. 17.

Ignorantia excludit contemptum. conſ. 34. num. 29.

Illicitum omne non punitur, ſed quod lex ſtatuit eſſe delictum. conſ. 16. num. 28.

Immunitas eccleſiæ non conceditur ei, qui occidendi mandatum acceptauit, & pactus eſt pecuniam, licet poſ ea non deliquerit. conſ. 50. num. 45.

Immunitas eccleſiæ, a pœna imponenda tutum reddit reũ, non ab impoſita. conſ. 30. num. 30. Contrar. num. 33.

Immunitas eccleſiæ alios caſus non exceptos, e ſi illis ſimiles, non comprehendit. conſ. 60. num. 10.

Immunitas eccleſiæ conceſſa ad id extenditur, quod illi inhæret. conſ. 10. num. 8.

Immunitate eccleſiæ nemo priuandus eſt, pro graui quouis delicto, & enormi, niſi a Gregor. XIV. expreſſim ſit excluſus. conſ. 30. num. 5.

Immunitatem reis tribuit eccleſia, ſed quæ, declaratur. conſ. 10. num. 2. 6. 16.

Immunitatem reis non dat Epiſcopi Palatium. conſil. 10. num. 3. Declar. num. 13.

Immunitatem an concedat reo Hoſpitalis Apoteca. conſ. 10. num. 4. 14.

Immunitati eccleſiæ in dubio fauendum eſt. conſil. 10. numero 25.

Immunitatis priuilegium, non Epiſcopo, vel clericis, aut reo ad eccleſiam confugienti conceſſum fuit, ſed loco ſacro, ac proinde alij mixtum illud appellant. conſ. 10. num. 1.

Immunitatis ſpe, in dubio quis delinquere præſumitur. conſ. 30. num. 19.
Declar. num. 22.

Impedimentum, vel abſentia iuramento probatur. conſil. 53. num. 11.

Imperium cohæret territorio, vniuerſaliter, non particulariter. conſ. 24. num. 5.
Declar. num. 17.

Imperium merum a Principe in alium transferri poteſt venditione, donatione, non autem à priuato. conſil. 24. num. 6. Diſtingue, num. 18.

Imperium merum, & mixtum, & iuriſdictio, quid ſit? diffinitur. conſ. 24. num. 9.

Impoſſibilitas excuſat, quæ ex proprio delicto, aut culpa prouenit. conſ. 35. num. 3.
Declar. num. 24. 25.

Impunitas a Principe ſuo banno promiſſa, omnem pœnam remouet. conſ. 22. nu. 1.

Impunitas reo promiſſa, ſeruanda eſt a Principe, ſi conditiones, quibus ſe reus aſtrinxit adimpleat. conſil. 22. num. 3.

Impunitate a Principe; in ſuo edicto promiſſa non gaudet criminis particeps, nec qui fuit author, niſi expreſſa eorum facta ſit mentio; conſ. 21. num. 4.

Incendiarij, quæ ſit pœna. conſ. 48. num. 16.

Incidenter quando, quid proponi dicatur. conſilio 80. numero 29.

Incorporatam pecuniam dicimus, quæ exacta cum effectu ſit, aut realiter imburſata. conſ. 33. num. 23.

Inculpatæ tutelæ ratio non imputatur illi, qui ad repellendum reſiſtentem, moderamine non fuit vſus. conſil. 29. num. 6.

Indictia quæ per ſe ſatis non ſunt, in ciuilibus coniunguntur, non in criminalibus etiam ad torturam. conſil. 87. num. 10.
Declar. num. 29. 30. 31.

Indictia ad conuincendum, qualia eſſe debeant. conſ. 71. num. 3.

Indictijs, quibus ad torturam procedi poſſit, probatur aſſaſſinium. conſ. 50. num. 19.

Indictium ad torturam, ex eo eſt, quod cum malæ conditionis, & famæ ſit, ea in domo conuerſatur, in qua commiſſum eſt furtum. conſ. 43. num. 16.

Indignationis Principis effectus eſt, vt Baro priuetur feudo. conſ. 32. num. 34.

Indulgendi facultate conceſſa, grauiſſima delicta non continentur. conſ. 80. num. 4.

Indulgentia Principis non tollit reo infamiam. conſ. 44. num. 57.

Indultatus, à Curia captus in eam libertatem reponendus eſt, vt difficilis ſit eius perſequutio. conſil. 57. numero 4.

Indultu generali a Rege conceſſo non gaudet clericus delinquens. conſ. 74. num. 12.

Induſtria perſonæ electa præſumitur in officijs, annexam habentibus adminiſtrationem. conſ. 36. num. 3.

Infamia alia iuris, alia facti, & quid ſit vtraque. conſilio 65. num. 58.

Infamia officialem remouet ab officio. conſil. 65. num. 59. 60.

Infamis ab honore, & dignitate, eijcitur. conſ. 44. num. 7. 28.

Infamis nemo eſt ante ſententiam. conſ. 65. n. 54.

Inferior pœnalem Superioris legem, & ſi abrogare non

poſſit, cam tamen nouis coadditis penis adiuuare rectè poteſt. conſ.12.num.8.

Inferior a Principe non poteſt facere delictum, quod permiſſum de iure eſt. conſ.50.num.20.

Infendatus de Caſtro cum mero, & mixto imperio, ſi feudum vendat cum Principis aſſenſu, imperium illud transfert. conſ.24.num.11.

Inferior, vt aliquando Superiorem admoneat, non eſt inconueniens. conſ.39.num.5.

Infirmitas quibus medijs probetur. conſ.8.num.15.

Infirmus eſt, qui pectoris defectum patitur. conſil.8. numero 12.

Inimicitia eſt homicidij indicium. conſ.13.num.5.

Inimicitia ſola in delictis clam, & occulto commiſſis ſatis eſt ad torturam, ſi aliud ſaltim acceſſerit adminiculum. conſ.13.num.6.

Inimicitia non leuis appenſatum arguit homicidium. conſil.17.num.4. conſ.84.num.1.
Declar. num.20.

Inimicitia non facit indicium appenſatum, ſi caſu, & ex improuiſo inimicum occideret. conſ.17.num.23.

Inimicitia non præſumitur. conſ.20.num.10.

Inimicitia ex non ſalutatione præſumitur, & quando? conſ.38.num.19.

Inimicitia probanda eſt manifeſtè, & ad occidendi animum grauis eſſe debet. conſ.51.num.3.

Inimicitia probata dicitur, ſi odij cauſa probetur, licet odium quis non oſtendat. conſ.37.num.22.

Inimicitia præcedens non attenditur, ſi homicidium in rixa committitur. conſ.13.num.8.

Inimicitia verè capitalis eſt, non præſumptiuè, ex percuſſionibus. conſil.84.num.2.

Inimicitia mandatum arguit ad occidendum, alijs concurrentibus. conſ.91.num.5.
Declar. num.27.28.29.

Inimicitia ſi leuis ſit, ceſſat occidendi animus. conſil.91. num.21.

Inimicitia ſi ceſſat, occidendi animus excluditur. conſilio 81 num.22.

Inimicitia, & ſi leuis deliberatum arguit homicidium. conſ.82.num.2.
Declar. num.28.29.30.31.

Inimicitia occidendi animum arguit, & quis dicatur inimicus. conſ.97.num.1.
Declar. num.10.11.

Inimicitia, vel odij cauſam ſubeſſe ſufficit, & ſi odium non probetur. conſ.13.num.7.

Inimici etiam officij cauſa, vel aliter condemnati contra officialem teſtes eſſe non poſſunt. conſ.72.num.55.

Inimicus ſi banniri curet inimicum, vt illum impunè occidat, & præmium conſequatur, pœnam non meretur. conſ.29.num.34.

Inimicus reconciliatus ſi amicum reconciliatum occidat, proditor non eſt. conſ.60.num.7.13.
Contrar. num.16.20.21.13.

Inimicus ſemper mala cogitat de inimico. conſ.60. nu.5.

Inimicus qui patris eſt, filiorum, & aliorum, qui de familia ſunt, eſt inimicus. conſ.61.num.19.

Inimicus, ſi ſuo obuians inimico, illum occidat, mortis pœnam non patitur, & quando. conſ.84.num.14.

Iniuria inimicitiam probat. conſ.17.num.5.

Iniuria vni de domo facta, ad totam cognationem extenditur. conſ.61.num.13.
Declar. num.18.

Iniuria facta viro, cenſetur facta vxori. conſil.61. numero 12.

Iniuria perſonalis præſertim cum ſanguine, inimicitiam probat. conſ.84.num.3.

Iniuria perſonalis vna, realis alia eſt, & quæ. conſ.86. numero 20.

Iniuſta homicidij cauſa, mortis naturalis pœnam excuſat. conſ.86.num.8.

Iniuſta captura ex Birroarij culpa eum obligat ad pœnam ſecus in indice, & quando? conſ.29.num.13.14.

Inſidias parare dicitur, qui in loco latet, vt pertranſeuntem adoriatur. conſ.2.num.35.

Inſtantia iudicij, in cauſa nullitatis, eo tempore durat, quo reliquæ inſtantiæ. conſ.18.num.3.

Inſtantia perempta, acta litis deciſoria non pereunt, ſed ordinatoria tantum, & quid criminali in cauſa. conſil. 18.num.21.24.

Inſtantia in decidendis contra priuilegijs dierum octo eſt, qui a Prorege prorogari non poſſunt. conſil.39. numero 27.

Inſtantia duorum menſium in ſindicatu, à litis conteſtatione incipit, non computato die, quo lis conteſtatur. conſ.53.num.19.

Inſtantia ab vltima petitione incipit. conſ.53.num.27.

Inſtigator accuſatoris perſonam ſuſtinet, & quando ſecus. conſ.57.num.9.17.20.

Inſtigator eſt, qui alium commonet, inflammat, & impellit. conſ.14.num.19.

Inſtigare plus eſt, quam conſulere. conſ.14.num.21.

Inſtrumentum de falſo ſuſpectum redditur, ſi teſtis vnus ex ſupernumerarijs contradicat, ſecus ſi omnes. conſil. 78.num.3.4.6.

Inſtrumentum, à notario qui falſa aliàs ſcripſerat inſtrumenta, eſt ſuſpectum. conſ.78.num.13.

Inſultatus etiam ex interuallo aggreſſorem occidens incontinenti, ſe defendiſſe dicitur, & ſi ad extraneos actus grauiori fortuna iactatus ſit. conſ.86.num.22.

Interpretatio infamiæ excluſiua ſemper ſummeda eſt. conſ.65. num.56.
Declar. num.70.71.72. & conſ.44.num.10.

Interpretatio fit ſupplendo vnam ſcripturam ex altera. conſ.19.num.55.

Interpretatio a ſubiecta materia moderanda eſt. conſ.19. num.57.

Interpretatio, qua altera partium defraudatur, reijcienda eſt. conſ.19.num.75.

Interpretatio ſuper priuilegij verbis facienda eſt in Meſſanæ Vrbis fauorem. conſ.19.num.62.

Interpretare eius etiam eſt, quis poteſt condere. conſ.19. num.56.

Interpretandi locus eſt, ſi legis mens, aut verba ſunt dubia. conſ.60.num.30.

Intereſſe nomine, rei precium continetur. conſ.76.n.26.

Interrogatus dubitatiuè, aut conditionaliter, reſpondere non poteſt, ſed præciſè, & quando? conſilio 5. numero 11.12.

Inteſtatus eum vocaſſe cenſetur, qui proximior eſt ad ſuccedendum, naturali, non ciuili morte ſequuta. conſilio 55.num.1.
Declar. num.13.

Intriglial. conſ.30.num.74. minus rectè hac de re loquutus oſtenditur. conſ.75.num.28.

Inuentus nemo eſt, niſi apprehenſus ſit, vt nec ſufficiat teſtibus eſſe conuictum. conſ.99.num.14.

Ira impedit animi deliberationem. conſ.63.nu.14.

Ira, iuſta ex cauſa proueniens reum excuſat. conſil. 17. num. 15.

Irregularitas non contrahitur ex digitorum mutilatione, cum quibus à Sacerdote euchariſtia contractatur. conſil.40.num.40.

Irregularitas ab eo contrahitur, qui alterius digitum mutilat. conſ.40.num.8.

Contrar.num.26.

Iter nocturnum, mali præſumptiuum eſt. conſilio 12. numero 5.

Iubere, actus eſt iuriſdictionis. conſ.89.num.24.

Iudici falſam ſententiam protuliſſe aſſerenti, non creditur. conſ.71.num.10.

Iudici vt priuato procedenti licet reſiſtere, ſed pro iuſtitiæ zelo reſiſtentes occidere poteſt. conſilio 29. numero 30.

Iudici iniuſtè exequenti licet armis reſiſtere. conſilio 29. num.10.

Iudices ſi plures ſunt cumulatiuam habentes iuriſdictionem, præuentioni locus eſt. conſ.62.num.1.

Iudicis, aut alterius iuriſdictionem non conſumit actus, qui nullus eſt. conſ.33.num.25.

Iudicis iuriſdictio durat vt ſuam tueatur ſententiam, ne ſit eluſoria. conſ.39.num.23.

Iudicis partes ſunt in condemnando confeſſum ex inordinato etiam proceſſu. conſ 16.num.1.

Iudicis præceptum ad aliquem capiendum ſi iuſtum eſt, miniſtrū excuſat, qui reſiſtentem, ſeu armis defendentem occidat. conſ.29.num.16.

Declar. num.17.18.19.20.21.22.24.

Iudicis barattariam committentis pœna, quæ ſit. conſ.72. num. 7.

Iudex ad mortem vſque naturalem, an arbitrari poſſit, ſi pœna extra ordinem ſit irroganda. conſ.6.num.1. Variant Doct. num.2.6.8.10.11.

Iudex poteſtatem de iure habet procedendi in pœnis, de ſimilibus ad ſimilia etiam ad mortem. conſil. 6. numero 16.

Iudex licet pœnas ordinarias inſequi debeat, eas tamen ex cauſa augere, & minuere poteſt. conſ.12.n.9.

Iudex non per quod eſt poſſibile iudicat. conſ.16.nu.27.

Iudex quod veriſimile eſt debet inſpicere. conſilio 17. numero 3.

Iudex ſi peccet in legem, ſucceſſiuus conſenſus non firmat quod proceſſit. conſ.2.num.1.

Iudex ſi verbotenus teſtem interrogat, cuius depoſitionis partem fiſco vtilem in ſcriptis redigens, damnoſam verò prætermittens, punitur. conſ.23.num.1.5.

Iudex ſceleſti hominis capti dominus non eſt, nec vt Iudex, nec vt priuatus, nec reſpublica eum pro commiſſo crimine facit ſeruum. conſ.30.num.8.

Iudex ſi vt ordinarius, & vt delegatus, procedere poteſt in dubio ordinaria præſumitur vti poteſtate, non delegata. conſ.39.num.5.

Iudex ordinarius, vel delegatus, poſtquam iudicauit functus eſt officio ſuo. conſ.39.num.6.

Declar.num.30.31.32.

Iudex ad torquendum promptior eſſe debet, in delictis difficilis probationis. conſ.42.num.17.

Iudex laicus clericum aſſaſſinum cognoſcit. conſil.48.numero 17.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis. conſ.50.num.1. Contrar.num.2.

Iudex delegatam habens iuriſdictionem, & ordinariam vti ea poteſt, qua vult. conſ.32.num.34.

Iudex omiſſa tortura ad confeſſionem proceſſus procedere poteſt. conſ.32.num.35.

Iudex promptior in abſoluendo, quàm in condemnando eſſe debet. conſ.34.num.35.

Iudex ſuſpectus eſt parti, ſi inuicem ſe ſalutare recuſent. conſ.38.num.20.

Iudex ordinariam habens, & delegatam iuriſdictionem poteſt in vna parte proceſſus, vti vna, & in alia poteſt vti alia iuriſdictione. conſ.39.num.4.

Iudex qui ex generali arbitrio poteſt reum ad mortem condemnare, illius tamen bona publicare non poteſt, conſ.58.num.12.

Iudex malè iudicans, vel indebitè alium puniens, eadem pœna puniri debet. conſilio 68. numero 31.32.33.34.35.

Iudex qui iuſtitiam alteri, vel denegat, vel adminiſtrare negligit, dolo malo id egiſſe præſumitur. conſil.72.n.4. conſ.76.num.30.

Iudex lata ſententia an ſit inimicus eius, contra quem pronuntiauit, adeo vt ipſe, aut reus, à teſtimonio repellatur. conſ.72.num.56.

Iudex pauperem debitorem à carcere relaxare poteſt. conſ.76.num.3.

Declar.num.14.15.

Iudex non dimittens, dimittendum debitorem punitur. conſ.76 num.4.

Iudex bonus vir dicitur, & in ſuo officio diligens. conſ.76. num.7. & quando? num.19.

Iudex ciuilem, ſeu criminalem debitorem relaxans de iure non relaxandum, quia puniatur pœna. conſil.76.numero 8.

Iudex à debiti ſolutione, non liberatur, qui debitorem à carceribus (ſuo mandato) dimiſſum, in carceres etiam reduxerit, vt prius. conſ.76.num.9.

Iudex eſt incompetens quem alter præuenit. conſil.72.numero 20.

Iudex deuolutionis, eo iure tenetur, atque vti debet, quo primus iudex. conſ.99.num.14.

Iudex debitorem a Birroarijs comprehenſum dimittens, nedum pro arbitrio punitur, ſed ad omne etiam intereſſe. conſ.76. num.10.

Iudex in ſindicatu pro eo tenetur, quod iniuſtè ordinatum fuit. conſ.76.num.11.

Iudex ſi ex imperitia iniuſtè quid egerit, ad id tenetur, quod iudicis religioni, æquum videretur, non ad veram litis æſtimationem. conſ. 76. num. 10. ſed an in ſolidum. num.31.

Iudex incompetens qualitercumque procedat ſemper grauat. conſ.77.num.17.

Iudex exequutor iniuſtam ſententiam exequi debet nec eius iniuſtitiam cognoſcet. conſ.76.num.23.

Iudex ſi ex imperitia iudicauerit, facit litem ſuam. conſil. 76. num.28.

Iudex, vel Baro, guidaticum regulariter non concedit bannito, ſed ſolus Princeps. conſ.80.num.2.3.

Declar. num.15.16.

Iudex incompetens incidenter cognoſcit de articulo incompetenti. conſ.80.num.28. Ratio, num.35.

Iudex ſine actorum magiſtro eſſe non poteſt, ne nulla ſint acta, ob id dicitur ipſe, pars quotitatiua iudicij. conſilio 88.num.7.

Iudex in delictis quæ difficilis ſunt probationis promptior

ad torturam eſſe debet. conſil.87. num.11.

Iudicandi poteſtas in iudice eſt, Aſſeſſor vero nullam habet iuriſdictionem, ſed pro malo conſilio punitur. conſ 31.num.3.

Iudicandi munus eſt indiuiduum. conſ.9.num.13.

Iudicandum contra fiſcum in dubio. conſ.34.n.33.

Iura ſua illi ſeruanda non ſunt, qui ius alienum violare non metuit. conſ.38.num.28.

Iuramentum teſtibus deferre actus eſt iuriſdictionis, a ſolo Iudice, eiuſque delegato exercendus. conſ.52.nu.11. conſ.89.num.25.

Iuramentum priuilegia confirmat, ne reuocari poſſint. conſ.19.num.90.

Iurati ſi Capitaneo officij poſſeſſionem dederint, nulla ab eo praeſtita fideiuſſione, De ſtando ſindicatui, an à Fiſco accuſari poſſint, & quibus medijs, excuſentur. conſ.72. num.48.49.50.

Iure permittente ſi quid actum eſt, delicti indictium excludit. conſ.37.num.30.

Iuriſdictio vnius iudicis inhabilis accreſcit alijs. conſil.9. num.8.

Iuriſdictio quaeſita iudici, ratione alicuius qualitatis conſiſtentis in perſona tempore actus, vel delicti, tribuentis iuriſdictionem, non tollitur mutata qualitate. conſ. 15.num.13.

Iuriſdictio vt genus, continet omnes eius ſpecies; At ſi ponatur vt ſpecies, ſecus eſt, & quando? conſilio 24.numero 1.12.

Iuriſdictio ei quaeritur, ac merum, & mixtum imperium, cui territorium quaeſitum eſt. conſ.24.num.7.

Iuriſdictio altera rei, altera perſonae cohaeret, & quae conceſſa dicatur. conſ.24.num.10.

Iuriſdictio ordinarij in dubio exercitata cenſetur, à Principe cauſam committente, non delegata. conſilio 39. num.1.

Declar.num.25.26.

Iuriſdictio, rei captura, praeuenta dicitur. conſil.48.num. 16.30.

Iuriſdictio priuilegio conceſſa, priuatiua praeſumitur. conſ. 48.num.31.

Iuriſdictio contentioſa territorio cohaeret, eoque terminatur. conſ.52.num.12.

Iuriſdictio de territorio ad territorium prorogari non poteſt. conſ.52.num.14.18.

Iuriſdictio extra territorium non extenditur. conſ.59.nu. 19.20.99. Ratio, num.21.

Iuriſdictio ex gratia conceſſa, ob quam cauſam à Principe reuocetur. conſ.89.num.13.

Iuriſdictio cuique ſua ſeruanda eſt, & vna aliam impedire non debet. conſ.92.num.5.

Iuriſdictio, D. Inquiſitoribus conceſſa, à iuriſdictione M. R.C. diſtincta, & ſeparata eſt, ex Clauſula abdicatiua qua vtitur. conſ.95.num.7.

Iuriſdictio à Rege ſluit, & refluit. conſil.52.nu.24. conſil. 59.num.3.

Iuriſdictio voluntaria, quae ſit? vbique exerceri poteſt. conſ.52.num.8.

Declar.num.27.

Iuriſdictio cumulatiuè à Rege conceſſa praeſumitur. conſil. 62.num.1. conſil.59.num.22. & quando ſecus? num. 23.60.63.

Iuriſdictio ex immemorabili praeſcriptione priuatiuè etiã ad Superiorem acquiritur, ſed quo in loco. conſil.59. num.41.

Iuriſdictio, quae magis ſpecialis eſt, debet attendi. conſilio 59.num.75.

Iuriſdictio tam in prima, quam in ſecunda inſtantia priuatiuè acquiri poteſt. conſ.62.num.15.

Iuriſdictio accedens, priori iuriſdictioni, alterius naturam aſſumit. conſ.62.num.10.

Iuriſdictio Meſſanae priuatiua eſt. conſ.62.num.9.

Iuriſdictio procedendi ex abrupto, deliberatum requirit homicidium. conſ.82.num.1.

Iuriſdictio ſpecialis, ratione incidentis, ad cauſas alterius generis, & qualitatis prorogari poteſt. conſil.80. num. 14.

Iuriſdictio probatur teſtibus etiam ſingularibus. conſ.79. num.31.

Iuriſdictio, quae M.R.C. competeret, in territorio Meſſanae exerceri ab ea non poteſt, Prorege abſente. conſ.79. num.22.

Iuriſdictio precario conceſſa ad libitum reuocari poteſt. conſ.89.num.12.

Iuriſdictio ex proceſſu contra contumacem non requiritur, licet ſubſequuta ſententia ſit, niſi fuerit executa. conſ 95.num.10.

Iuriſdictio non eſt apud officialem exercentem, ſed apud nominantem. conſ.96.num.10.

Iuriſdictio, non ab eo, quod debetur, ſed ab eo quod petitur contemplanda eſt. conſ.96.num.39.

Iuriſdictione demandata, omnia intelliguntur demandata ſine quibus explicari nequit. conſ.79.n.20.

Iuriſdictione contra clericum vti, ſecularis iudex iure diuino prohibetur, atroci etiam in crimine. conſil 67. num.7.

Iuriſdictione, ea ſola iudex vtitur ſtatutis expreſſa. conſ. 92.num.2.

Iuriſdictione vſus dicitur iudex, quoad tertiũ, & ſi actus ceſſet nullus. conſil.79.num.37.

Iuriſdictione extincta ceſſat contemptus, cuius praetextu iudex reuocat attentata. conſ.39.num.15.

Iuriſdictione omni conceſſa, merum, & mixtum imperiũ non continetur. conſ.24.num.2.

Iuriſdictionem vſurpare quid ſit? & quando illa vſurpata cenſeatur. conſ.24.num.25.26.

Iuriſdictionem exercere priuilegio non conceſſam, vſurpare eſt, & quando? conſ.52.num.20.

Iuriſdictionem retinet iudex in omnibus, ſi vno in actu illam exerceat. conſ.59.num.100.

Iuriſdictionem dare priuati iuris non eſt. conſil.59. numero 29.

Iuriſdictionem ad praeſcribendam, quae obſeruanda ſint. conſ.59.num.24.

Iuriſdictionem tribuit, mulctae impoſitio in tranſgreſſores. conſ.65.num.10.

Iuriſdictionem ex cauſa oneroſa conceſſam moderare poteſt Princeps. conſ.89.num.25.

Iuriſdictionem alterius moderare odioſum eſt. conſil.89. num.11.

Iuriſdictionem habens in territorio, in qualibet eius parte exercere eam poteſt, quia indiuidua. conſilio 89. numero 5.

Iuriſdictiones duae ſi vniantur, vna alterius naturam aſſumit, vt vna ſit in eſſentia. conſ.59.n.26.29.

Iuriſdictionis ſuae metas excedenti parere nemo cogitur. conſ.59.num.74.

Iuriſdictionis limites, ſunt territorij limites. conſilio 79. num.23.

Iuriſdictionis

Iuriſdictionis vſurpatio ius non tribuit, ſed dignus eſt pœna, qui vſurpat. conſ.24.num.22. Declar.num.29.

Iuriſdictionis defectu, omnia ſunt nulla. conſ.79. numero26.

Iuriſdictionis vſus ex officialis præcepto, & iniuncti obedientia, probatur. conſ.79.num.27.

Inriſdictionis actus probantur licet teſtes loco, & tempore non concordent. conſ.79.num.36.

Ius dicendi teſtamentum patris nullum, quod filio competit, non tranſit in fiſcum publicatis eius bonis. conſil. 56.num.21.

Ius ſtatus, quotuplex ſit? & an à iuriſconſult. explorandum. conſ.1.num.2.3.

Iuſta credulitas excuſat à culpa, & iniuſta excuſat a dolo conſ.34.num.25.

Iuſtum eſt, quod ex lege eſt, quod vero contra legem violentum. conſ.1.num.16.

Iuſtitiæ zelo, bannitus occiſus præſumitur. conſ.3.num.9. 11. Contrar.num.14.

Iuſtitiæ miniſtris auxilium, ſeu conſilium in ſcribendo bannitis, ſeu ſcribi faciendo præſtare non licet. conſil. 44.num.17.

Iuſtitiæ exequutores in officio delinquentes puniuntur, ſicut Iudices Iuriſdictionem habentes. conſilio 44 numero20.

L

Laicus, qui ratione artis certum habet iudicem, ſi deſinit illam exercere, coram eo adhuc conueniendus eſt. conſ.15.num.19. de Mercatore. num.20. De Principis Theſaurario. num.21. De Scholari. num.22. De Officiali. num.23. De Milite. num.24. De Subdito Admirati. num.25. De Offendente bannitum inde exemptum. num.26. De Clerico Epiſcopalis Curiæ Notario. num.27. De Vaſſallo officiali. num.28.

Laicorum lex, qua ſemel latrocinium committens, quo ad punitionem pro publico latrone, habeatur eccleſiæ immunitatem iure Canonum conceſſam non aufert. conſi. 90.num.22.

Lapide percutiens, ſi non occidit, pœna manus non punitur, ſed mitiori. conſ.73.num.7.

Lapides non ſunt propriè arma. conſ.73.num.13.

Lata culpa, dolo non eſt ſimilis, in criminalibus, maxime ad triremium pœnam. conſ.72.num.5.

Latro qui publicus non eſt, eccleſiæ gaudet beneficio. conſ. 30.num.28.

Latro famoſus ex ſola ſama non damnatur. conſil.50. numero 41.

Latro publicus non eſt, qui ſemel, aut bis, in via priuata aliquos ſpoliauit. conſ.90.num.17.18.

Latronis publici inſtar, vltimo ſupplicio damnandus eſt ex ſeculari lege, qui in ſtrata publica ſemel graſſatus fuit. conſ.90.num.10.

Vxor præfertur occiſi viri parentibus in accuſando, poſt filios primi,& ſecundi matrimonij. conſ.61.num.20.
Vxor iuſſu viri delinquens, excuſatur in leuioribus,ſed in grauioribus mitius punitur.conſ.85.n.19.
Vxor viro abſente, qui delictum mandauit, ſi delinquat ordinariam patitur pœnam, & quando ſecus.conſ.85. num.19.
Vxor furcis ſuſpenditur, quæ marito homicidium (furandi cauſa)committenti opem præſtitit. conſ.85.n.13.
Vxor,quæ cum viro monetam ſoferit, torturam pati debet.conſ.85.num.12.
Declar.num.30.
Uxor in delictis viro ſuo obedire non tenetur. conſil.85. num.3.
Declar.num.22.23.24.25.

FINIS TABVLÆ.

CONSILIA DECISIVA CRIMINALIA

Celeberrimi Iuriſconſ. Meſſanenſis

D. MARII GIVRBA REGII CONSILIARII.

SVMMARIVM.

1 *Status Iura tractantes, aut opes, aut honorem, aut vitam amittunt.*
2 *Ius ſtatus, An à Iuriſconſ. explorandum? Quotuplex ſit? num. 3.*
4 *Principis poteſtas duplex eſt.*
5 *Status prudentia, quæ ſit?*
6 *Regimen vt ſit bonum, finem habet diuinam vtilitatẽ.*
7 *Status ratio quæ ſit? num. 19. & quare, ſic dicta, num. 8. 9. 10.*
11 *Prudentia Status, à ratione Status in quo differat.*
12 *Status ratione qui vtantur.*
13 *Improba, & falſa, de iure Status, dicta recenſentur.*
14 *Status ratio à lege Dei, eiuſque mandatis deuiare non debet.*
15 *Status ratione, regnandi cauſa, nulli vti licet.*
16 *Iuſtum eſt, quod ex lege eſt, quod vero contra legem, id violentum.*
17 *Princeps prudentiæ ſtatus veſtigia, Iuſtitiæ innixa, inſequi debet.*
18 *Poteſtas à iuſtitia pendet, & nu. 20.*
21 *Princeps ſi conſilijs victus eſt, aut ei Ius deficit, æquitate potius, quam Iure ſtatus vti debet.*
22 *Regnandi ratio improbatur.*
23 *Leges oportet Magiſtratus dominas eſſe pro ſalute Reipub. non Magiſtratus, legum.*
24 Iaſon. Teſſalorum Tyranni *ſententia in ratione ſtatus reijcitur.*
25 Liuij in lib. 5. *ſentẽtia (in armis Ius ferre) declaratur.*
26 *Iuſtitiam colere ſummum eſt Regibus bonum.*
27 Dij, *dicti ſunt Reges, quare? & ad quid.*
28 Senec. in Traged. Thyeſt. *explicatur ad rationem Status.*
29 Senec. in Hercul. Furen. *à ratione ſtatus improbatur.*
30 Plutarc. in vita Pompon. *& alibi à ratione ſtatus reijcitur.*
31 Lucan. li. 9. *dictũ, à ratione Status alienũ oſtenditur.*
32 Dictum, Calig. *Memento mihi omnia, & in omnes licere, inter Barbaros, & Tyrannos procedit.*
33 Iuliæ *dictum*, Si libet, licet, *à ratione Status diſſimile eſt.*
34 *Princeps, etſi legibus, ſolutus ſit, eiſdem tamen legibus viuere vult.*
35 *Prorex legibus ſolutus non eſt, ideo poteſtatis plenitudine vti non poteſt.*
26 *Abſoluta poteſtas Principi ſuperiorem non recognoſcenti competit, ad iuſtitiam æquo, & bono temperandam, non vt ea abutatur.*
37 *Abſoluta Principis poteſtas quam alij laudant, improbatur.*
38 Tucid. lib. 6. *ſententia, ad rationem Status dãnatur.*
39 Decian. conſ. 20. nu. 4. vol. 3. *improbatur.*
40 *Cauſa terminanda non eſt ex priori ſtatus ratione, ſed iuſtitiæ moderamine.*

ARGVMENTVM.

Quam Politicæ Prudentiæ rationem, in optimo adminiſtrandi Regni genere, Principi ſequi liceat?

CONSILIVM I.

Conſultatio, quæ à me petitur, in eo verſatur *An Ius Status regnãdi cauſa ſequendum ſit?* iuxta improbum illud *Cæſaris* dictum, ſi ius violandum eſt, regnandi cauſa violandũ eſt, in alijs rebus pietatem colas, *Cicer. 3. de off.* Res ſanè, ab Ingenio meo, quod eſt per exiguum aliena ſatis. Vereor namq. ne in id
1 incidam † quod *Neurz.* ait *lib. 4. ſyl. nup. nu. 155.*
Tractantes rationem, & prudentiam Reipublicæ

gerendæ, plerumq; aut rei familiaris iacturam fa-
ciunt; aut honore diſpoliantut; aut ijs vita eripi-
tut; aut denique ob immortali animi gloria deci-
2 dunt. Præſertim cũ eius ſit † opinionis, *Scipio Ad-
mirat. in Cornel. Tacit. lib. 12. c. 1.* vt credat, rem hanc
minimè à Iuriſperitis; ſed totam a Philoſopho ip-
ſo Politico pendere, *idemq; lib. 13. c. 4.* ſed melius
ſaltim dixiſſet *Scipio*, Non a ſolis Iuriſperitis, vt in
ſimili notat *Franc. à Victor. relect. 5. de Indis nouit.
inuen.* Conſtatq; hoc ipſum verum eſſe ex his, quæ
Admir. ipſe tradidit *de iure naturali gentium, & ci-
uili, in prin. decad. 1.* Quorum iurium radices Theo-
logis, & Iuriſperitis potius, quam Politico perſpe-
ctæ ſunt. *Top. de Princ. poteſt. §. 7. nu. 94.* Iam vero cũ
nihil habeam in hac noſtra Iuris arte, quod tibi fe-
rè vni, ac ſoli acceptum ferre non debeam: Dabo
operam pro mea virili, vt intelligant omnes, me
nec aſſiduis laboribus, Diuturniſque vigilijs de-
fuiſſe, quibus iniuncto à te muneri ſatisfacetẽ. Vt
igitur ordine procedam diſputationem totam in
duos Articulos diuidendam cenſui.

Primus ſit, Ius ſtatus, An vnum ſit? vel in plutes
diſtinguatur ſpecies? & quid earum altera.

Secundus ſit, An quælibet Iuris ſtatus ſpecies
ſuis defendatur rationibus: ſed quæ verior, & quã
ſequi quiſque debeat; reiectis contrarijs, oſtẽditur.

3 Circa primum conſtitui † *Ius Status* ſic diſtin-
guendum. Aliud Remotum a Iuſtitia, caliditate
Regnum auget; Aliud Iuſtitiæ radicibus innixum,
eiq; vt ſuæ vnitati inhærens. *Top. d. §. 7. nu. 95.* Sicut
4 duplex eſt in Principe † poteſtatis plenitudo. Vna
in mero facto conſiſtens (& hæc à Iuſtitia remota
eſt) iuxta antiquum illud axioma, *Si libet licet.* Al-
tera, quę ratione, munita eſt (hæc Iuſtitiæ innititur)
*Cin. in l. reſcripta. col. fin. C. de precib. Imperat. offeren.
Pinel. in rubric. C. de reſcind. vendit. par. 1. c. 2. nu. 24.
25. Port. conſ. 154. nu. 7. Bardell. conſ. 24. nu. 46. Mar-
ta de iuriſdit. part. 4. cent. 2. caſ. 195. num. 22. Metina.
lib. 5. de ſacror. homin. contin. c. 89. Couar. 3. reſol. c. 6.
nu. 8. Caſtald. de Imper. quæſt 98. copioſius quæſt. 110.
Peregr. de fideicom. artic. 52. num. 118. Rim. Iun. conſ.
45. nu. 58. Sanchez de matr. lib. 2. diſput. 15. num. 2.
Top. de Princip. poteſt. §. 8. nu. 4. 5. Mendoz. lib. 1. di-
ſput. Iur. ciuil. c. 5. nu. 35.* Quod vt facilius aſſequa-
mur, diſtinguit *Hiero. Fracheta, diſcurſ. 1. poſt Ideam
ſtatus, fol. 38. in princ.* Prudentiam Status, a ratione
5 Status. Prudentia ſtatus aliud † non eſt, quam pru-
dentia ciuilis, quæ a virtutibus moralibus, nec vn-
quam recedit; cum circumfuſa in omnes virtutes
ſit. *Turam. de leg. p. p. c. 2. nu. 36. Rot. Auenion. deciſ.
214. nu. 13.* Si quidem impoſſibile eſſe inquit *Ari-
ſtot. 6. Ethic. cap. 5.* ſine prudentia, quem bonum
appellari. Nec vlla ſine ea, eſse poteſt animi vir-
tus, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 47. art. 6. Inſt. Lip. lib. 1. poli-
tic. c. 7. in princ. Menoch. de arbit. caſ. 426. nu. 6.* ipſaq;
prudentia eſt, addit *Plato in Mano.* quæ nos ad om
ne bonum, omnem virtutem, omnemq; beatitu-
dinem ducit, *& de legib. dialog. 1. ſcribit*, Prudentia
diuinorum omnium Dux Primus exiſtit. Siquidẽ
prudentia ciuilis, regula, ſeu vera regnandi norma
eſt, cum comites ſemper habeat, virtutem, & re-
ligionem, omnemque ciuilem ſcientiam dirigit.
ex Frachet. & Lip. nuper citat. eamque animæ ciui-
lis, ſeu Politicæ oculum appellat *ex Ariſt. Inſt. Lipſ.
d. cap. 7. Brancalaſius in medul. polit. lib. 4. 5. in princ.
Ramirez. de leg. Reg. §. 8. nu. 10. Pet. Greg. de republ.
lib. 10. c. 4. nu. 3.* Bonumque a malo, & vtile a per-
nicioſo ſegregat, *D. Tho. in ſumm. lib. 3. tit. 34. quæſt.
231. Tacit. lib. 4. annal. Canal. de Brach. Reg. par. 6.
nu 84. 347.* Hæc in tribus Iuris prudentiæ legibus
conſiſtit, honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum
cuique tribuere, de quibus in *§. Iuris praecepta. in-
ſtit. de iuſt. & iur.* exornat *Modic. in proem. de iur. na-
tur. nu. 9. Surd. conſ. 454. num. 56. Mexia de tax. pan.
concluſ. 1. nu. 94. 123 Ceual. de cognit. per violen. gloſ.
17. nu. 22. & alij paſſim.*

Hanc regnandi prudentiam amplexi ſunt Prin-
cipes, alijque Magiſtratus, & poteſtatem gerentes
publicam; Quorum officium in recte miniſtrando
cõſiſtit, ad bonũ finem; quietem videlicet, & vtili-
tatem ſubditorum, non in regentis lucrum, aut glo
riam, *Mattien. dialog. relator. p. 3. c. 59. nu. 12. Rami-
rez. d. § 8. nu. 12. Oſaſc. conſ. 64. nu. 18.* Proinde om-
6 ne † regimen vt ſit bonum, habere debet finem, di-
uinam vtilitatem, *Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 6.
art. 2. Randen. deciſ. 40. nu. 358.* Ipſaq; Principis po-
teſtas, etſi magna, tẽperanda tamen eſt cum ratio-
ne, & ſapientia, *Petr. Greg. de repub. li. 9. c. 1. nu. 1.*

7 Cæterum *Status ratio* non † realis, ſed apparens
eſt, nec Deum reſpicit, nec rationem, ſed ſolã vtili-
tatem vtentis illa, nulla alia lege, ſeu ratione inſpe-
cta, & vt Principes, eorumq, Conſiliarij, Principis
cuiuſque vtilitati expedire arbitrantur, *Fracbet. d.
diſcur 1. fol. 38. 39.* Cumque ſtatus ratio, contra om
nem rationem ſit, quia rationem non ſequitur, ſed
ſolam vtilitatem, ſeu finem conſeruandi ſtatũ: vul-
8 gus tamen illam appellat, *Rationem ſtatus* † non
quod ſit ratio, ſed quia ſæpiſſime contingit, vitia,
ex Alber. Magn. in proem. moral. in princ. virtutum
nomine colorari, virtutes vitiorum etiam nomine
ſæpè donari, *Ramirez. de leg. reg. §. 7. nu. 39.* & mo-
9 uet † nos *Cicer. in Orator. partition. nu. 43.* cernẽdum
vtique diligenter eſt, ne fallant ea nos vitia, quæ
virtutem videntur imitari, *Mattien. d. c. 59. num 4.*
Dæmones itaq; non homines ſunt appellandi, qui
vitia induunt, mentitis virtutum nominibus, *Vaſq.
illuſt. controuer. 8. nu. 5. lib. 1.* iuxta illud *Cicer. lib. 1.
offic.* Totius iuſtitiæ nulla eſt capitalior, quam eo-
rum, qui tunc cum maxime fallunt, id agunt, vt bo
ni viri eſse videantur, *Ramirez. d. §. 8. nu. 13.*

10 Nec vox iſta † quia vulgus vtitur, *Ius ſtatus*, ſine
iuſtitia bene reſonat. *Top. de poteſt. Princip. §. 7. nu.
93.* Cum non ius, ſed iniuria (ne dicam Tyranni-
dis) potius dicendũ ſit, quod enim iuſtum eſt, ius
eſt, *D. Auguſt. in Pſalm. 145. Tiraq. 1. retract. §. 35.
gloſ. 1. nu. 12. Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. diſput. 2. Re-
bell. de oblig. iuſt. p. p. lib. 1. quæſt. 1. ſect. 1. nu. 67. Va-
lenz. conſ. 70. nu. 22. in 1.* cum ius, ſit obiectum iuſti-
tiæ, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 57. art. 1. F. Petr. Aragon. de
iuſt. & iur. quæſt. 57. artic. 1. Salon. de iuſt. & iur. quæ-
ſtion. 57. art. 1. tom. 1. Molin. diſput. 2. de iuſt. & iur.
tom. 1. Rebell. d. quæſt. 1. ſect. 3. num 22.* Iuſtitia ve-
rò finis eſt Principatus, & adminiſtrationis Politi-
cæ, *Ramirez. de leg. reg. §. 23. num. 44.* ipſumque ius
ſtatus politicum, quod deuiat à iuris tramite, præ-
miſſa quædam euaſio eſt, ſub quodam publicæ vti-

litatis

litatis velamento admiſſa, Ceuall.comm. queſt.906. num.391.par.4.

11 Differt itaque Prudentia † ſtatus, à ratione ſtatus: eum habeat illa, pro obiecto virtutem, hæc illius vtilitatem, cui ratio ſtatus tribuitur, Frachet. d.fol.38.ad fin. Sic plenitudinis poteſtatis in mero facto conſiſtentis obiectum, nec aliud eſſe voluit Alex.conſ.30.num.10.in 5. niſi iuri communi derogare, Felin.in c.nonnulli.nu.51.de reſcript. Corn.conſ. 278.nu.6.in 3.Decian.conſ.41.num.20.vol.2. Top. de Princ.poteſt.§.8.nu.3. Hinc Phalaris Tyran.epiſt.62. inquit, Neque alia de cauſa, eſt nomen meum graue, quam quòd non obtempero legibus. Addit Ariſt.lib.1.Rhetor.cap.8. Monarchia eſt (vt vel nomen ipſum oſtendit) in qua vnus omnium dominus eſt, hæc ordine quodam, ſeu legibus conſtituta, Regnum; inordinata vero Tyrannidis, Vaſq. illuſt. controuerſ.26. nu.22. Morla in empor.iur. tit.1. de legib.q.1.nu.7.Peregr.de fideicom.art.52.nu.118. Fontanell. de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.14.nu.40. Couar. 3.reſol.cap.6.nu.6.Sanchez.de matr.lib.2.diſp.15.nu. 3. Eamque vim poteſtatis dixere, Pinell.rubr.de reſcind.vend.p.1.c.2.nu.25. Valenz.conſ.69.num.132. D.Tap. rub.ff.de Conſtit. Princ.c.1.nu.78. Borell.ſum. deciſ.tit.12.nu.13. Ob id quam alij plenitudinem vocant Poteſtatis, Teſaur. deciſ.91. plenitudinem cenſuit tempeſtatis, Soccin.conſ.120.num.14.vol.1. Crauet.de antiq.temp.p.1.nu.3.conſ.241.nu.20. Socc. iun.conſ.65.nu.6.vol.2. Dec.conſ.25.nu.72. Rim.Iun. conſ.199.nu.164.conſ.5.nu.229.Fontanell.d.gloſ.14. nu.41.Marta de iuridic.p.4. centur.2.caſ.195.nu.19. Vot.166.num.20.Molin. lib.2. de primog.cap.8.num. 33.Ponte conſ.4.nu.22.Burſ.conſ.162.num.12.Vaſq. lib.1.illuſt.controuerſ.vſufrequen.c.26.num.11.Emil. Gall.de except.aduerſ.ſucceſſ. tit.1. except.3. nu.108. par.1.Tuſc.lit.D.concluſ.458.nu.7.Craſſ.de effec. cleric.in proem.nu.330. Rodolfin.de princip.cap.6.num. 18. Loazes in alleg. pro Marchion. Veleſ.num.65. Rolan.conſ.7.nu.113.vol.3. & iniquitatis (vt tyrannidis vocabulum omittamus) Peregr. de fideicomm. art.52.nu.125.Rodolf.d.c.6.nu.16.17. Bardell. conſ. 136.num.22.Intrigl.cent.2.feud.art.1.nu.328. 329. Seſſe de inhibit.c.4. §.3.nu.13. Viui.deciſ.339.num. 27.Foller. de cenſib. gloſ.ſubmiſſionis.nu.17. Pacian. conſ.36.nu.228.Surd.conſ.419.num.49. Decian. conſ. 25.num.27.in 1. Si illa præſertim ad malum vtitur. ex Crauet.de antiq. temp. p.1.ſect.1.nu.3. Morla d.nu. 7.Socc.conſ.20.col.pen.in 3.Socc.Iun.conſ.65. num.5. vol.2.Menoch.conſ.2. nu.146.conſ.350.nu.31. Marc. Mant.lib.1.comm.loc.12. Ferdin.Vaſq.lib.1. controuerſ.illuſtr.cap.15. num.17. Top.de Princ. poteſt.§.5. num.5.Ramirez, de leg.reg. §.23.num.34. Et hæc de Art.1.ſint ſatis, ne multus in eo ſim.

12 Artic.Secun.Ratione Status † vti ſolent ij, qui ſe vident legibus, & ratione vinci, Bouadill.polit. lib. 2.c.10.num.17.qui Corn.Tacit.lib.2.hiſtor.atteſtantem refert; quod Titianus, & Proculus vbi conſilijs vincerentur ad ius Imperij confugiebant, & lib. 15.annal.loquentem de Herone, qui cum Veſtinum deſtruere niteretur, ſic ait; igitur non crimine, non accuſatore exiſtente, quia ſpeciem iudicij inducere non poterat, ad vim dominationis conuerſus. Sicque Rationem Status, vim dominationis, & Ius Imperij appellat, vbi conſilium, ratio, & ius deficit, Remeg. d.§.23. num.35.

13 Hinc Status Rationem impij laudāt † ex improba illa, Cæſaris, voce, ſi ius violandum eſt, regnandi cauſa violandum eſt, & ex illa Iaſon. Teſſalorum Tyranni ſententia, cuius Plutarc. meminit in Polit. Qui magnis in rebus iuſtitiæ ſe cultorē haberi vult, eum ius aliquādo in paruis violare neceſſe eſt. Et Liuius lib.5. in armis ius ferre, & omnia fortium virorum eſſe, Tuſc. lit. I. concluſ.638. nu.1. Addit Tacit.lib.5.Annal. ſua retinere, priuatæ domus, de alienis certare Regiam laudem eſſe, & lib.15. in ſumma fortuna id æquius, quod validius, & illud Saluſt.in oratione Tepidi, Nihil glorioſum, niſi tantum, & omnia retinendæ dominationis honeſta eſſe, Senec.in Tragæd.Thieſtis. Vbicumque tantum honeſta dominationi licent precario regnatur, & in Hercul.Furen. Quæritur belli exitus, non cauſa, Plutarc.in vita Pompon.inquit, Non ceſſabitis nobis gladio accinti leges prædicare, & in Apophț. Qui iſto gladio præualet, is optimè de finibus diſputat. Confert Poeta illud, Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere Iuſtitia incipit. Lucan.lib. 8. Huc ſpectat quod Alex. Magno monuit Caligula (vt Sueton. refert in eius vita) Memento mihi omnia, & in omnes licere, & merito; Sunt enim Principes Deorum inſtar in terris. Hinc illud; Quodlibet, licet. cum ſoluti ſint legibus, l.princeps.ff.de leg.Felin.Dec.Bero. & alij in c.1.de Conſtit. & conſil. 61.num.34.vol.1.Burſ.conſ.427.nu.23. conſ.325.nu. 36.Bardell.conſ.82.nu.22.Menoch.conſ.250.num.25. conſ.1129.num.17. Vtque alia omittam, confert Dogma illud, Viro, aut vrbi, Principi nihil iniuſtum quod fructuoſum, Tucid. lib.6. inde Decian. conſ.20.nu.4.in 3. Pro tuitione rerum ſuarum, & corporis licere (inquit) vti arte magica, ex l.eorum. C.de malefic. & mathem.

Re tamen ipſa longe melius, ac diligentius per-
14 penſa, exiſtimo Status † rationem à lege Dei, eiuſque præceptis deuiare non debere, ex Oſea, 12.ibi, iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius, P.Pet. de Ribadeney.lib.1.del Princ. Chriſt. aduerſ. Machanel. Baron.in epit.fol.586.D.Auguſtin.lib.5. de Ciuit. Dei. cap.24.25.Ioan.ChoKier.in theſaur. aphoriſmor. polit.lib.12.cap.22.lib.3.cap.20. Ramirez. de leg. reg.§.10.num.4. vſque adeo, vt alia (quam præmiſimus) ſtatus ratio repugnet penitus fini, quo Reges, & Regna inſtituta fuere; vt regnent nempe, Regnumque in pace, & Iuſtitia conſeruent, Cic.lib. 2.de offic.Ariſt.1. Ethic.lib.4. Cremen. in Rapſod.c. 20. Plat.lib.1. ciuil. D.Thom.in opuſc.21. ad Duciſſ. Barban.Valenzuel.conſ.70.num.3. Azened.conſ.37. nu.16.Molin.diſput.25.Bouadill.lib.2.polit.c.1. nu.1. Top.de Princ.Poteſt.§.5.nu.27.Bardell.conſ.111.nu. 47.Caualc. de Brag.Reg.p.1. num.124. Menoch. conſ. 1283.nu.33.Aldouin. conſ.20.nu.218. Petr.Greg.de Republ.lib.6.c.6.nu.45.Natt.conſ.179.nu.3.Parlador.lib.2.rer.quotid.cap.1.num.5.Afflict.deciſ.265. nu.80.81.Mart.vot.166.nu.21.Gallia.cōſ.1.d nu.57.
15 conſ.46.num.21.22. Nemini ergo † conuenit, Regnandi cauſa illa ſtatus ratione vti, Franchet. d. diſcurſ.1. Cum ex Tyrannide, & Atheiſmo, originem duxerit, vt merito Pius Quintus eam Diaboli

 ratio-

rationem appellet, *Ramirez, de leg. reg. §. 23. num.*
35. Tum quia, nec vtendum Imperio eſt, vbi legi-
bus agi poteſt, *Anton. Brancalaſ. in medull. polit. lib.*
5. *de Iuſtit. §. 87. nu.* 5. ſic contra Dolabellam, cæte-
ris præſtantius docuit, Tiberius, *à Tacit.* relatus
lib. 3. annal. fol. 45. Imò ex Dionyſio Caſio *lib.* 53. re-
fert *Peguer. deciſ.* 51. *nu.* 1. Quod Auguſtus Cæſar,
inter cætera gubernandi, regnandique præcepta,
quæ ſuis ſubditis primo imponenda curauit, Fuiſ-
ſe integram legum obſeruationem, earumque im-
mutabilitatem. Tum quia Publicus rerum Status
ex priuato ſæpius turbatur, priuataque iniuſtitia
ſaltim cauſatiuè publicam perducit perniciem, *Ce-
uall. comm. quæſt. 906. num. 391. p. 4.* Tum quia illud
eſt Regis obiectum; quod iuſtum eſt, *Ariſtot. 5.*
16 *politic. cap.* 10. Nec aliud † iuſtum dicere ſolemus,
niſi quod ex lege eſt, quod vero eſt contra legem,
id violentum, *Xenoph. lib. 4. memorab. fol. mihi,* 636.
& lib. 1. de inſtitut. Cyr. fol. 10. *late Tiraq. ad leg. con-
nub. gloſ. 9. princ. Ambroſ. deciſ. 23. num.* 18. *Valenz.
conſ. 70. num.* 24. Tum quia diriguntur ad bonum
commune, *Borrell. de Reg. præſtan. cap. 31. num.* 34.
Tum quia poteſtatis prætextu à Iuſtitia, & verita-
te recedere, nec liceat, *cap. quiſquis.* 11. *q.* 3. exornat
Paleot. in tract. Conſultat. Sacr. Conſiſt. par. 2. quæſt. 9.
Ramirez, de leg. reg. §. 3. num. 16. 17. & infra. Debet
enim quis officio potius cedere, quam iniuſtum
facere, *Coler. de proceſſ. exequut. par. 3. cap. 1. nu.* 134.
Rauden. conſ. 27. num. 59. vol. 2. Hinc duodecim ta-
bularum lex inquit, *Vis in populo abeſto*, Nec lo-
quitur ſolum de vi armorum; ſed etiam vbi titulo
ficto, ſeu apparenti, dominationis non legitimo
aliquid quæritur. *l. creditores. ff. de vi priuat. l. in re-
bus. C. de iur. dot. l. extat, ff. quod met. cauſ.* Tum quia
ſubditi ſuperiorem decorant, Iuxta illud, *Iuſtin.
Imp. in authen. de defenſor. Ciuit. c. 7. §. nos igitur. col-
lat. 3. ibi,* Quanto enim quilibet præeſt melioribus,
tanto maior ipſe, & honeſtior eſt, meminit *Prob.
ad Monach. in c. nouit. num. 11. ad fin. de iudit. Turam.
in l. non puto. cap. 2. num. 4. ff. de iur. fiſc. Anton. Sola,
ad decret. ſubaud. tit. de nominat. domin. gloſ. 2. num.*
2. *& tit. de edict. annon. gloſ. 1. num. 4. Lancell. Gallia
conſ. 46. num. 40. Valenzuel. conſil. 59. num. 15. Mar-
zar. conſ. 26. num. 19. 21. Gerrer. in theſaur. Chriſtian.
relig. cap.* 16. Laudaturque Princeps ex fortitudi-
ne, & potentia ſubditorum, *Borrell. de Reg. præſtan.
cap. 82. nu.* 14. ſic potentiori quoque Domino ſub-
diti alacrius parent, quoniam & ſub eius Imperio
tutiores ſunt, *d. collat. 3. ibi,* Omnis gens ſub ma-
iori conſtituta Iudice, *Rim. conſ. 254. num. 26. Me-
noch. conſ. 32. num. 16. conſ. 426. nu. 22. Bardell. con-
ſil. 111. num.* 10. imo Potenti magnoque Principi
ſubijci vtilius eſt, quam minori, & debili, *Natt.
conſ. 506. nu. 12. ad fin. Curt. Iun. conſ. 174. nu. 17. Ne-
uiz. inter conſ. Brun. conſ. 12. nu. 101. Menoch. conſ. 32.
num. 16. conſ. 426. num.* 22. At ſi durus ſit, ſtatuſque
ratione (regnandi cauſa) vtens, merito tale iugum
detractarent, cuius rei exemplum in Pythagora, &
Damurato apud veteres legitur, quorum alter Sa-
mo, alter Chorinto exceſſit, ne Tyranno ſeruirent,
l. 2. ff. de orig. Iur. Valenzuel. conſ. 59. nu. 25. 26. Pro-
inde Sapiens ille & iuſtiſſimus Rex Neapolis, Al-
phonſ. Primus Aragonius (teſte Ænea Syluio, *lib.* 4.
comment. de rebus ab eo geſtis) eos Cariſſimos ſibi
eſſe reſpondit, qui eum non magis timerent, quam
17 Deum. Prudentiæ ergo Status veſtigia † imitari
Princeps debet, quæ iuſtitiæ innititur, ipſa namq;
virtutes omnes dominatur, *Cicero 3. de offic. & lib.
1. de legib. Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 2. art. 8. Bel-
larmin. de offic. Princip. lib. 1. cap. 8. Petr. Aragon. de
iuſtit. & iur. quæſt. 57. artic. 12. Salon. de iuſt. & iur. q.
58. artic. 126. D. Tapp. de iur. Neap. lib. 1. rub. 13. de
legib. ad cap. R. N. 193. nu.* 3. cum per omnes virtu-
tes morales æque diffuſa ſit, *Cicer. Tuſcul. quæſt. lib.
5. Borrell. de Reg. Præſtan. cap. 84. num. 51. 52. & de
compromiſſ. §. 2. gloſ. 6. num. 31. Bouadill. in polit. lib.
1. cap. 5. nu. 5. 6. Turamin. de legib. p. 1. cap. 2. nu.* 36.
18 Ab ipſa namque iuſtitia † poteſtas pendet, *Au-
guſt. 3. de Trinit. Bald. conſ. 16. volum. 2. Top. de Prin-
cip. poteſtat. §. 7. num.* 94. Neque Princeps aliud ge-
rere debet ſua poteſtate, quã, quæ poteſtatis ſunt,
Mantic. deciſ. 279. num. 4. hoc eſt, quàm ea, quæ iu-
ſtè poteſt, & ſuæ auctoritati commiſſa ſunt à Deo,
vel à Superioribus diſpenſanda: quod enim vltra
gerit, non ex potentia, ſed impotentia potius,
*Top. de Princip. poteſt. §. 3. num. 3. 4. Rauden. de ana-
log. cap. 34. num.* 40. quia imbecillis, & minus ido-
neus ad ea exequenda, quæ ei commiſſa ſunt, cum
ea, quæ debet non operatur, *Petr. Gregor. de republ.
lib. 9. cap. 1. nu. 1. c. 2. nu.* 1. Quæ facta lædunt pieta-
tem, exiſtimationem, verecũdiam noſtram, & ge-
neraliter, Quæ contra bonos mores fiunt, nec face-
re nos poſſe credendum, voluit, *Papin. l. filius, qui.
ff. de cond. inſtit. l. auus. §. 1. ff. ſolut. matr. exornat, Me-
noch. conſ. 1283. nu. 22. Auendag. reſp. 8. num. 9. Col-
lant. in prag. rei frument. lib. 2. c. 14. nu. 5. Maſcard. de
gener. ſtat. interp. concluſ. 5. nu.* 182. Nõ enim eſt po-
teſtas, quæ ad iniuſtitiam exercendam potens eſt:
id enim poſſumus quod iuſte, & licite poſſumus,
*gloſ. cap. gratia. verb. non potes. de reſcript. in 6. gloſ. l.
nepos proculo. ff. de verb. ſignif. D. Tap. rub. ff. de Con-
ſtit. princ. c. 1. nu. 51. Alex. conſ. 122. nu. 6. in 4. Gra-
uet. conſ. 241. nu. 20. Top. d. §. 3. nu. 1. Sanchez. de mat.
lib. 2. diſput. 15. ſub nu. 3. Rim. Iun. conſ. 215. num. 14.
Acac. lib. 3. de priuil. c. 5. nu. 44. Molin. lib. 2. de pri-
mog. c. 7. num. 31. 32. 33. Menoch. lib. 4. præſump. 183.
nu. 5. conſ. 631. nu. 19. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
glo. 14. nu. 41. Tuſc. lit. P. concl. 668. nu. 16. Rauden. de
analog. c. 34. nu. 39. Gratian. deciſ. 13. nu. 34. Peregr.
conſ. 4. nu. 12. vol. 4. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 14. nu. 1.
Teſſaur. deciſ. 15. nu. 3. Molſes. ad R. N. conſuet. par. 5.
de alim. quæſt. 11. num. 9. Anton. Sola, in proœm. decret.
ſubaud. gloſ. 2. nu. 30. Maſcard. d. concluſ. 5. num. 181.
Pet. Gened. collect. 167. ſub num. 2. par. 2. Bardell. con-
ſil. 136. num. 23. Petr. Gregor. de Republ. lib. 9. cap. 2.
nu. 1. Mattien. dialog. relat. par. 4. c. 12. nu.* 9. Nec dici-
tur Princeps poſſe, quod honeſtè non poteſt. *Rim.
Iun. conſ. 215. nu. 14. Fab. Ann. conſ. 62. nu. 25. Caball.
conſ. 111. num. 35. vol.* 2. Quod enim rectum eſt (*in-
quit Plato. lib. 7. in Minoe*) Regia lex exiſtit, *Borrell.
de Reg. præſtan. cap. 31. num.* 14. Proinde quod bo-
num, & iuſtum eſt, de Iure Status fieri poteſt, alio-
19 quin non ius, ſed iniuria eſſet: Eſt † enim ius Sta-
tus, ars boni, & æqui, *Top. d. §. 7. num.* 7. ſic ius diſ-
finit *Caius in l. 1. ff. de iuſtit. & iur.* ad cuius expli-
cationem ſtatim addit, Iuſtitiam namque colı-
mus,

Digitized by Google

mus, ac boni, & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes licitum ab illicito diſcetuentes. Hæc *Vlpian.* vbi cum æquum iniquo opponat, hoc eſt iniuſto, & non ſeuero Iuti, & pto bono licitum ponat (vtramque enim dictionem declarate intendebat) fit vt hoc in loco, nomine boni, & æqui, non intelligat id, quod ſecundum benignam Iutis interpretationem præſsè æquitatē vocamus, *Petr. Greg. de republ. lib.* 10. *cap.* 4. *nu.* 1. imo ne dum quod bonum, aut licitum eſt, ſed etiam iuſtum. *Rebell. de oblig. iuſt. par.* 1. *lib.* 1. *prælud. quæſt.* 1. *ſect.* 1. *num.* 5. Sunt enim ius, & æquitas vincula Ciuitatis. *Cicer. Paradox. Lipſ. politic. lib.* 2. *c.* 10. *Amat. conſil.* 99. *num.* 60. Hinc illud Regium Theodahad. apud *Caſsiodor. var. lib.* 10. cum omnia poſſumus, ſola credere licere nobis laudanda, & illud *Senec. Thoban.* pulcrum, Minimum decet libere, cui nimium licet; Item illud ſimplex ac verum *Xenoph. de Cyr. exped. lib.* 7. Ego vero nullas opes viro, ac præſertim Principi pulchriores, honeſtioreſq; cenſeo, quam virtutem, & Iuſtitiam. Reprehenditur, & meritò *Tiberius Cæſar.* apud *Tacit. lib.* 1. *cap.* 2. *ad fin.* quod noluit aliqua ad Senatum remittere, vt ex ratione Status (quam vim Principatus appellat) determinaret, *Et ne Tiberius vim Principatus reſolueret, cuncta ad Senatum vocando, eam conditionem eſſe imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur,* in quam Sententiam probè Auguſto Cæſari Mæcenas apud Dioniſium Caſſium *lib.* 5. dicebat in ſumma, *id tibi conſilium do, ne quando abutaris potentia tua, neque eam putes eſſe diminutionem potentiæ tuæ, ſi non omnia ſimul facias, quæ poſsis, ſed quanto magis omnia, quæ ſtatueris poteris perficere, tanto magis cura, vt optima tibi quæque proponas,* cui non abſimile eſt illud. *Senec. epiſt.* 91. Tantum, quantum vult poteſt, qui ſe, niſi quod debet, non putat poſſe. quia vt *Acac.* monet *d. cap.* 5. *nu.* 46. illa iniuſtam, eoq; nullam dat poteſtatē, noſtra legitimam ampliſſimamq; & tutiſſimam optimè *Alciat. conſ.* 5. *à nu.* 9. *lib.* 4. *Valenz. conſ.* 69. *nu.* 122.

20 Laudamus Principem † qui Iuſtitiam ſeruat. *Bellarm. de offic. Princ. lib.* 1. *cap.* 9. 10. Fundamentum *inquit Cicer. de offic.* perpetuæ commendationis, & famæ iuſtitia eſt. *Valenzuel. conſ.* 70. *num.* 69. exornat *Parlad.* 2. *rer. quotid. c. fin.* §. 12. *nu.* 8. *copioſè Ceual. de cognit. per violen. gloſ.* 17. ſi iudicium ſubſitationis *Abb. in c. cum in iuuentute. de purgat. canon. Azeued. conſ.* 30. *num.* 12. *& in l.* 3. *nu.* 2. *tit.* 13. *lib.* 2. *recop.* Huic Deus Regni perpetuitatem pollicetur. *Deuteronom. c.* 17. ibi, vt longo tempore regnet ipſe, & filius eius ſuper Iſrael. Regiſque thronum iuſtitia firmari ait *Salamon. prouerb. c.* 25. & conſeruationem Regni Iuſtitiam ſeruanti (hoc eſt, prudentiæ rationem) promittit; deſtructionem verò comminatur, ſi illa reiecta, ad vim dominationis, ſeu Status rationem confugiet, *Frachet. d. diſcurſ.* 1. *& Prouerb. cap.* 14. domus impiorum delebitur, tabernacula iuſtorum germinabunt. Nihilque facilius Regnum deſtruit, quam iuſtitiam non ſeruare. *Eccleſ. cap.* 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter Iniuſtitiam. *Parlad. d.* §. 12. *num.* 10. *Bardell. conſil.* 136. *num.* 30. fitque Principis nomine indignus. *c. p. ſcelus.* 2. *quæſt.* 1. *Bardell. conſil.* 75. *num.* 12. *Gail. lib.* 2. *obſer.* 56. *num.* 11.

21 Nec cum Titiano, & Proculo ad ius † Imperij confugiendum eſt Principi, vbi conſilijs vinceretur. Nec cum Nerone ad vim dominationis, ſi ius deficit, ſed ad æquitatem potius, quam *Ariſt.* 5. *Ethicor. cap.* 10. Legis directionem eſſe inquit, vbi deficit propter vniuerſale *Peguer. deciſ.* 51. *num.* 3. *Nullam,* namque *Modeſtin.* inquit, *in l. nulla, ff. de legib.* iuriſdictionem, aut benignitatem pati, vt quæ ſalubriter pro hominum benignitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem.

22 Non obſtat Regnandi ratio. Quia † axioma illud, omnes recte ſentientes falſum cenſuere, ac ſceleſtiſſimum. *Natt. lib.* 7. *de princip. Top. d.* §. 7. *num.* 100. & apud perditiſſimos homines inueniri, *Ceuall.* cenſuit *com. quæſt.* 906. *num.* 396. qui in eo præualent, ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas, quod à vero dominãdi munere ſatis deuiat. *D. Ambroſ. Pſal.* 118. *ſerm.* 20. *relatus in cap. iudices. quæſt.* 7. qui iudicat, voluntati ſuæ obtemperare non debet, ſed tenere quod legum eſt. *Bouadill. in polit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 17. *Pacian. conſ.* 13. *num.* 27. cum ſit legibus iudicandum *l. nemo Iudex. C. de ſentent. & Ceual. d. gloſ.* 17. *à num.* 33. Addit *Ariſt. lib.* 5. *polit. c.* 10. Eſt Tyranno voluptas propoſita, Regi honeſtas *Sanchez. lib.* 2. *de matrim. diſput.* 15. *num.* 3. *Petr. Greg. de Republ. lib.* 9. *c.* 1. *per tot.* Ne innitaris, *inquit tex. c. ne innitaris. de conſtit.* Prudentiæ tuæ; ſed Prudentiæ ſuæ innititur, qui ea, quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit *Peguer. deciſ.* 51. *nu.* 2. *Ruſtic. de fideicom. lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 62. Hinc *Plato lib.* 4. *de legib.* inquit, *paratū exitium*
23 *illi Ciuitati video † in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt.* comprobant *Decian. lib.* 2. *crim. cap.* 30. *num.* 7. *Borrell. de magiſtr. edit. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 2. *Petr. Gregor. de republ. lib.* 7. *c.* 20. *nu.* 2. *& alij à Mexia, de taxa pan. concluſ.* 7. *num.* 29. notat *Boter. lib.* 2. *de ration. Stat. c. pen. fol.* 60. Reges nihil in conſilio Status terminari permittant, quod in conſilio conſcientiæ prius non fuerit deciſum; Alioquin ſæpius continget cõtra conſcientiam reſoluere, quod (*peccati ratione*) mutandum ſit.

24 Non obſtat † illa *Iaſon. Teſſalorum Tyranni* ſententia, *Qui magnis in rebus, Iuſtitiæ ſe cultorem haberi vult, eum ius aliquando in paruis violare neceſſe eſt.* Nam reſpondet *Plutarc. in polit.* Verba hæc è veſtigio, intelligi poſſunt, & præpotentis cuiuſpiam eſſe, cupiditate, & vi, non ratione, & lege adminiſtrare volentis. *Top. d.* §. 7. *num.* 104. Idem *Plutar. in Polit.* Frugi namque moderatuſque vir, non inſolens, non nimium ſui amans; Nemini in Ciuitate oneri eſſe poteſt, nulli acerbus, & grauis; nulli viſu infeſtior. Hinc *Eccleſ. cap.* 32. *ibi, Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis. Authen. de Mand. princ.* §. *talem. Villadeg. in polit. c.* 5. §. 1. *num.* 68.

25 Non obſtat illud † *Liuij, lib.* 5. *In armis ius ferre, & omnia fortium virorum eſſe.* Quia tyranni peculiare eſt, vt ius, totamque vim in armis eſſe quis arbitretur *Igne. l. neceſſarios.* §. *non alias. par. fin. nu.* 61. *ff. ad Sillan.* relatus à *Benincaſ.* §. *actionum. num.* 178. *inſtitut. de action. Montier. in reſpon. pro vxor.*

amit. p.p.nu.63. & ſcripſit Bouadil. lib.1. polit.c.10. num.12. Arma iuſta, Iuris ſunt, non furotis, Addit Caſſiodor.lib.3.variar.cap.1. Iuſtitia Reges fortiores effici, Greg.Lop.l.3.tit.2.par.2. Prouerb.cap.25. firmabitur iuſtitia thronus eius, Joan. Salisber. in Policrat.de Curial.nug.lib.4.cap.11. iuxta illud Eccleſiaſt.c.9.& Sapient.c.6. Melior eſt ſapiētia quam arma bellica, & melior eſt ſcientia, quam vires, & vir prudens, quam fortis, illuſtriora, & maiora intellectu, quam gladio conficiuntur. Ramirez, de leg.reg.§.8.num.4.

Non obſtat illud Tacit.lib.5.annal. ſua retinere,
priuatæ domus; de alienis certare Regiam laudem eſ-
ſe. & lib.15. in ſumma fortuna id æquius, quod vali-
dius. Nam reſpondet Demoſth.ex Epiſt. Phalaridis,
Ptolomæus, cui cognomen fuit Philadelphus dice-
bat, in Tyrannide cum alia multa eſſent grauia, tum
illud maxime, quod immeritos occidere cogatur vtili-
tatis ſuæ gratia, D.Gregor.lib.7.epiſtol.120. ait ſum-
26 mum in Regibus † bonum eſt, Iuſtitiam colere, ac ſua
cuiq; iura ſeruare. Torres, lib.7. Philoſ. Moral.prin-
cip.cap.2.Tuſc.lit.I. concluſ.640. num.2. Macrob.lib.
1. in ſomn.Scipion.c.206. D.Calor.Tap.de Iur. Neap.
lib.1.rubr.de legibus. cap.193. nu.5. Parlador.lib.2.
rer.quotid.cap.fin.§.12. à num.7. late Menoch.conſil.
1283. à nu.23. Valenz.conſ.70.num.8. Borrel.de Reg.
præſtan. cap.84.nu.13.14. Zabarel.conſ.27. in princ.
Caſſan.cathal. glor.mund. par.5. conſid.5. Nec diſſi-
milis eſt Xenoph. Sententia, de expedit. Cyri Regis,
lib.7. Nulli homini, ſed præſertim ei, qui in alios im-
perium habet, vllas eſſe opes honeſtiores, quam Iuſti-
tiam, & animi magnitudinē & virtutes omnes. Rur-
ſus ſubdit imperium nemini conuenire, qui non ſit me-
lior illis, quibus imperat. His adde, Senec. Epiſt.20.
Summa felicitas apud illas gentes eſt, in quibus non po-
teſt eſſe potentior, niſi melior.

Non obſtat illud, Saluſt. in orat. Lepid. Nihil glo-
rioſum, niſi tutum, & omnia retinendæ dominationis
honeſta eſſe. Nam dixit Chilon alter ex ſeptem Sapient
(Cælio Rodigi teſte, lib.8.lect.antiq.cap.1.) Princi-
27 pes inſtar Deorum eſſe † quia, quod iuſtum eſt, exe-
qui debent, nec à Dijs, niſi iuſtas preces exaudiri,
Sanchez.d.diſput.15.nu.2.

Dij etiam dicti ſunt Principes, Pſal.46. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham, quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. & Exod.c.7.verſ.1. dixit Dominus ad Moiſem: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis & rurſum, cap.22.verſ. 8. Silet & fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, quod non extenderit manum ſuam ad rem proximi ſui, & Dauid Pſalm.81. Ego dixi, Dij eſtis. Fabius Pictor de Aur.ſecul. Principes, qui in aurea ætate iuſti erant, & religionibus dediti, iure habiti Dij. Peregr.conſ.4.num.10.vol.4. Iacob.Gall.conſil.2.num.63. Petr.Greg.de Republ.lib.6.cap.5.nu.1. Sed reſpondit Senec. in ludo Cay Cæſar. Pietate, & Iuſtitia Principes Dij fiunt. Ideo Bellarm. de offic. Princ.lib.primo, cap.9.fol.53. Principes, ait, quibus Deus nomen ſuum communicare dignatur, ea puritate nitere procurent, quæ tanto nomini conuenit, & Senec. in trag.Tyeſt. inquit vbi non eſt pudor, nec cura iuris, Sanctitas, pietas, fides, iuſtabile Regnum eſt.

28 Non obſtat † Senec. in Trag. Thyeſt. vbicumque tantum honeſta, dominationi licent, precario regnatur. Nam reſpondet, idem Senec. in Traged. Thebai. Regnare non vult, qui inuiſus timet. Sic Regnum de Gente in Gentem transfertur propter Iniuſtitias, Tuſc.lit.I. concluſ.638. num.4. Pſalm.106. propter iniuſtitias ſuas humiliati ſunt. Tuſc.lit.I. concluſ.640.num.8.

29 Nō obſtat † Senec. in Hercul.Furen. Quæritur Belli exitus, non cauſa. Nam reſpōdet Homer. in Stobæo, ſerm.48. inhumanus, impius, & ferus eſt ille, qui bellum cupit in populo deteſtabile.

30 Non obſtat † illud Plutarc. in vit. Pompon. Non ceſſabitis nobis gladio accincti leges prædicare, Idem in Apopht; Qui iſto gladio præualet, is optime de finibus diſputat. Quia reſpondet Sophocles in Stobæo ſerm.52. Rationibus hominum opera nutriuntur; Conſilia has res effecerunt, non manuum robur, & Euripides ibid. Robur cum imperitia damnoſum eſt, & Apoſtol. in Epiſt. ad Epheſios.6. inquit Induite vos armaturā Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. explicat Bellarm. de offic. Princip. lib.2. cap. 11. fol.64.

31 Non obſtat † illud Lucan.lib.8. Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere Iuſtitia incipit. Nam reſpondet Plato in Dialog. 2. de Republ. In Ciuitate, & Republica iuſtum, maximè, & apprimè neceſſaria res eſt. Sophocles apud Stobæum ſerm. 48 Iuſto reſiſtente, non eſt facile Philemonis: Iuſtitiæ tum apud mortales, tum apud Deos immortalis perpetuo gloria ſolius perdurat. Xenophon. lib.4. de fact. & dictis Socratis, Eſt enim hæc Regum virtus, Regaliſq; nuncupatur Iuſtitia. His ſubnectit Bellarm.de offic. Princip. lib.1. cap.19. fol.122. ſublata Iuſtitia fluctuat orbis terrarum vniuerſus Bardell.conſ.136.num.28. Cenal. de cognit. per violen. gloſſ. 17. Valenz. conſil. 70.num.10.

32 Non obſtat † quod ex Calig. refert Sueton. in eius vita, cap.29. Memento mihi omnia, & in omnes licere. Quia reſpondet Rex Antigon. etiam lumine fidei deſtitutus (vt de illo Plutarch refert in apophteg.) Inter Barbaros, ac Tyrannos ita cenſeri, cæteris autem ſolum iuſtum, & honeſtum licere. Sanchez.d.diſput.15.num.2. Petr. Greg.de Republ.lib.9. cap.1. nu.1. Quæ Caligulæ vox vt eſt crudeliſſima, ita eſt ſuperbiſſima, & ſtultiſſima. Princeps enim quantumuis Tyrannus, & crudelis non poteſt facere vt quod non eſt, ſit. Licere ita omnia, & vt inhoneſtum, honeſtum ſit; malum bonum, hoc ne aſſequi poteſt: Imò, & mendaciſſimum: Nec poteſt facere vt Tyrannus cum ſit, vel peſſimus Rex, non magis quam, quod mortuus dici velit viuus, & ſi quando idipſum ſibi perſuadeat, adhuc magis ridiculus erit, quantumuis pertinaciter cantet, & recantet, quod ait Iuuenalis ſatyr.6. Hoc volo, ſic Iubeo, Sit pro ratione Voluntas, quantumuis inculcet ſubditis, Mementote magis vobis parendum, quam ſuadendum, Hinc de ſimili poteſtate loquutus, Cic. 3. de leg. inquit, Mihi quidem peſtiferā videtur, quippè quæ in ſeditionem nata ſit. Proinde Hermodot. apophem. Plutarc. Per Iouem, inquit, Barbarorum omnia iuſta, & honeſta: ſed nobis ſola honeſta, ſunt honeſta, & iuſta, ſola iuſta; Petr. Gregor. de Republ. lib.9.

lib.9.c.1.nu.1. Dicebat & Senec.lib.3.de benefic.c.37.Hoc eſt Regnum,nolle regnare, cum poſſis. Eaque (demum inquit) Parlador.lib.1.rer.quotid.cap.3.num.14.Tuta potentia eſt, quæ viribus ſuis modum imponit.

33 Damnatur, etiam omnium conſenſu † reſponſum Iuliæ, quæ libidine ſtimulata cupienti Antonino Caracallo Imperatori, & priuigno, eius nuptias, ſeu inceſtos amplexus, ſi liceret, reſpondit, Si libet licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare non accipere? Notat & merito Democrit. Muſanius in Stobæo,ſerm.46. Non multum temporis durant, qui ad ſubditos proprios,quæ faciunt,non conuenit mihi,dicere ſolent ſed licet mihi: Nec omne quod licet honeſtum eſt,l.non omne ff.de reg.iur. Eſt enim aliquid, quod non oporteat, ait Cicero, pro Balbo, etiam ſi licet. Quidquid vero non licet, certè non oportet, Dicebat Athemius Cæſar Nacellus de bon. vacant. Nihil amplius licere nobis Principibus, niſi quod liceat priuatis. & Symanchus ad Imperatorem, plus apud vos Iuſtitia, quam licentia valeat,& Imperatores l.fi.C.de appellat. addidere, Salua Maieſtatis reuerentia, non dedignari ſibi cum priuatis ius eſſe commune. Hinc Caſſiodor. lib.1.variar. cap.2. Et quamquam (inquit) poteſtati noſtræ, Deo fauente, ſubiaceat omne quod volumus, voluntatem tamen noſtram ratione metimur, vt illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt approbare.

34 Eſtque principis † Maieſtate dignum, ſe legibus alligatum profiteri, l.digna vox. C.de leg.Oliban.de iur.fiſc.cap.3.nu.7.Top.de Princ.poteſt.§.3.2 num.8. Petr Grego.de Republ lib.9.cap.1.nu.2. Decian.conſ.22.num.91. vol.4.quia ex lege eius pendet auctoritas. Bald.d.l.digna vox.Top.d.§.3.num.11.Ruſtic.de fideicom.lib.2.cap.15.num.60. Decet enim, Tantæ Maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus videtur, l.ex imperfecto.ff.de legat 3.Nihilque magis proprium eſt Imperij, quam legibus viuere, l.2.C.de teſtam.Imo ediſſerit Iuſtin.§.fin.Inſtit.quib.mod.teſtam.infirm. Licet legibus ſoluti ſimus, legibus tamen viuimus. exornat Ramirez. de leg.reg.§.23.nu.49.Mexia,de tax.pan.concluſ.5.nu.52. Fachin. lib.1.iur.controuerſ.2. & lib.13.controuerſ.22. Mant.ſing.21.Oliban.de action.par.1.lib.1.c.2.nu.24. Menoch.conſ.25.num.1.Caball.conſ.58.num 1.Morla, in empor.iur.tit.1. de legib. quæſt.1.num.4. Medic.de iur.natur.§.lex eſt.dubit.3.nu.11.Scacc.de appell.quæſt.19.remed.1.concluſ.2.nu.27.Decian.tom.1.crim. lib.2.cap.30.nu.8.10.& conſ.22.num.91. in 4.Rot. Bonon.deciſ.140.num.53.in nouiſſ.Corrad.in templ.Iud.lib.1.cap.1.de Imperat.§.3.quæſt.6.7. D.Carol.Tap.lib.2.Iur.Neap.rubr.1.de offic.in regn.conſtit.nu.10. Reuſner.deciſ.21.nu.3.p.4.Georg. de feud.cap.55.nu.25.44.par.1.& alleg.2.num.1.Turret.conſ.99.nu 46.vol.1.Maynard.deciſ.42.num.6. Ricc.deciſ.48.nu.6.par.1.Borrell.de Reg.præſt.c.31.nu.38.& de Magiſt.edict.lib.4.cap.3.num.20.Seraph.iuram.priuil.146.num.4. Ruſtic. dicto cap.15.num.59. Ariſm.Tepat.lib.1.var.iur.ſenten.tit.de princip. poteſt.col.6. Pariſ.de reſign.benef.lib.3.quæſt.1.nu.16.Caualc.de Brach.Reg.par.6. num.206. Ricc. deciſ.16. num. 14. par.2. Coactiue, non Directiue ex D.Thom. & alijs, ſcripſit Ferret.in c.1.nu.5.48.52.ad num.55.& ibi, Anchar.num.5.Abex. num.65.196.ad num.vſque 219. Sot.de iuſt.& iur.lib.1.quæſt.6.art.7.Mart.de Iuriſd.par.4.cent.2.caſ.195.num.17.& uol.174.nu.6. Medic.c.erit.autem lex.num.34.diſt.4.Cabed.deciſ.12.num.17.p.p.deciſ.78.num.1.p.2.Georg.de feud.c.31.nu.5.c.57.nu.35.p.1.Molſeſ.in promptuar.iur.tract.9.de legib.cap.8.nu.25.Greg. de Valent.tom.2.comment.theolog.diſput.7.quæſt.5.par.4.Salaſ. diſput.14.de legib.ſect.2.Pachin.lib.1.iur.controu.2.opin.4.& lib.11.controuerſ.2. D.Carol.Tap.rub.ff. de conſtit.princ.c.1.num.37.Farinac. conſ.183.nu.5. Surd.deciſ.13.nu.17.de alimen.tit.1.quæſt.1.num.13.Rebuſ.ad Conſtit.Gall.in proem.gloſ.1.nu.54.tom.1. Azeued.l.1.nu.71.tit.25.lib.8.recop. Gonzal.uar.quæſt.41.nu.12.Menoch.cõſ.1002.nu.15.16.Couar.in c.alma mater.p.1.§.1.nu.4.de ſent.excom.Gondiſal.Villadeg.de Cardin.legat.à later.nu.58. Turam.l.2.num.4.l.princeps.nu.8.& ibi Zaſ.ff.de leg.Borrell.de magiſtr.edic.lib.2.c.9.nu.26.Auendag.de cenſib.c.63.nu.6.Villar.conſ.8.nu.15.in 1.Suar.lib.3.de legib.c.35. Lorca, diſput.25.de legib.memb.3.Azor.lib.4.moral. cap.11.uerſ.At uero: Reginal.lib.13.ſuæ prax.nu.268.Morla,in empor.tit.1.de legib.quæſt.1.à nu.9. ſuaque voluntate, Paz.in ſcholijs ad l.Styl.30.nu.62.

35 Alios verò † principes Inferiores, Proreges, ſeu Magiſtratus Superiorem recognoſcẽtes legibus ſolutos non eſſe voluit Pancirol.conſ.119.nu.46.Rimin.conſ.337.num.25.optimè Neguſ.conſ.215.num.5.Modic.de iur.natur.lib.2.§.principum placita.dubit.226.num.4. præter eos, quos lex ſcripta vel viua, dignos fecit, vt Abſoluta vti poſſint poteſtate. Petr.de poteſt.Princ.c.3.quæſt.4.nu.18.Cumq; Prorex ſubiectus ſit legi, & poteſtati ſuperioris, poteſtatis plenitudine vti non poteſt, ſed ordinaria. Alex.conſ.203.num.4.11.uol.6.Tuſc.lit.P.concl.671.num.11.& magis in ſpecie Ponte, de poteſt. Proreg. ſtatim in initio, à num.1. qui licet toto opere inſpecto, Viceregis poteſtatem nimium extollat, in initio tamen præfatur Vicereges vti nec poſſe poteſtatis plenitudine Capiblan.de Baron.pragm.1.num.24.Surgen.de Neapol.illuſtr.lib.1. cap.18.nu.18. niſi ſpeciale mandatum ipſe habeat Natt.conſ.402.nu.19.Peregr.conſ.7.num.26. uol.3. vel vſus ea ſit per tempus hominum memoriam excedens, Crauet.conſ.135.num.3.Pet.de Princip. poteſt.cap.5. nu.14. Imo ſi Proregi conceſſa ea ſit poteſtatis plenitudo, illã nec exercet ſine debita cauſæ cognitione, quia Supremus Princeps concedendo inferiori aliquid de ſibi reſeruatis, intelligitur ſemper concedere, vt id exerceat, cum cauſæ cognitione, non autem cum illa poteſtatis plenitudine quam habet concedens, ita in Regni huius Prorege tradit. Capic. in c.Imperialem.fol.mihi,32.col.2.in fin.uerſ.10. Anell. de Amat.conſ.4.num.11.

36 Abſoluta denique poteſtas,† Principi, attribuitur ſuperiorem non recognoſcenti vt ea vtatur ad Iuſtitiam æquo, & bono temperandam, Morla, d.quæſt.1.num.7.Pereg.d.conſ.7.num.22.Reuſner.deciſ.21.num.19.par.4.Surg.de Neap.illuſtr.lib.1.cap.18.num.18. quodque fieri non poteſt, niſi ab eo, qui imperantem habet poteſtatẽ, l.1.l.fi.C.de legib non vt abutatur.Ruſtic.de fideicõ.li.2.c.15. nu.62. Ramirez.de leg.reg.§.32.nu.17.§.35.nu.10. Tũ quia Prin-

ceps imperium recipit a Deo, non contra leges *Apetr. de Princip. poteſt. cap. 24. nu. 21.* etſi propter bonum publicum diſpenſare contra eas poſſit *P. Greg. à Valenz. in 2. tom. commen. diſputat. 7. quæſt. 5. pun. 9. Farbin. lib 8. Iur. controuerſ. 63. verſ. hinc ſententiæ.* Quod enim vltra gerit, non ex potentia, ſed impotentia procedit, quia imbecillis, & minus idoneus fit ad ea exequenda, quæ commiſſa ei ſunt, cum ea, quæ debet, non operatur, *Petr. Gregor. in Repub. lib. 9. cap. 1. num. 1.* Tum quia vt ſubditis fiat iniuria, illic ſe Principis poteſtatem non agnoſcere inquit *Zaſ. conſ. 10. num. 7. vol. 2.* Sed tyranni. *Couar. 3. reſolut. cap. 6. nu. 8. Paſqual de vitib. patr. poteſ. par. 1. cap. 1. nu. 92. Marta, vot. 166 nu. 22. Maſcard. de Gener. ſtat. interp. concluſ. 5. nu 181. Gail. lib. 2. obſer. 56. num. 14. Parlador. lib. 2. rer. quotid. par. 1. cap. fin. §. 7. num. 10 Mathœac. de fideicom. lib. 3. cap. 22. num. 15. Morla in empor. iur. tit. de legibus, quæſt. 1. num. 7.* Tum quia Deus licet dederit Principi amplitudinem poteſtatis, de qua diſſerunt copioſe *Suarez. lib. 1. de legib. cap 8. Bouadill. in polit. præcipuè, lib. 3. cap. 9. Vaſq. lib. 1. illuſtr. controuerſ. cap. 4. num. 11 cap. 5. Top. lib. 1. var. iur. ſent. tit. de Princip. poteſt. pereor.* ea tamen conceſſione non veniunt illicita *l. 1. ff. de ijs. qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. cap. 1. de iureiurand. in 6. Apetr. d. cap. 24. num. 28. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 7 nu. 77. Sola. tit. 23. de inſult. gloſ. 1. nu. 2 Top. de Princip. poteſt. §. 8. num. 12. Montier. deciſ. 8. num. 19.* quia vera Principis poteſtas eſt, quæ in peccando poſita non eſt, *cap. 1. diſtin. 40. cap. ſunt quidam 25. quæſt. 1. Burſ. conſ. 162. num. 12. Cauagnol. Montiſfer. Decret. 20 §. 1. quæſt. 10. nu. 8.* Non enim Principi (ait *Bart. in l. fin. num. 2. C. ſi contra ius, vel util. public.*) dedit Deus iuriſdictionem peccandi, nec auferendi alienum, *Sot. lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. art. 1. Morla d. num. 7. Fab. Anna. conſ. 62. nu. 26. Villar. conſ. 8. ſub num. 21. in 1. Rot. Auenion. deciſ. 133. nu. 10.* Hinc ſuperioribus obediendum non eſt in his, quæ Dei præceptis ſunt contraria *cap. Iulianus, cap. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. Bardell. conſ. 176. num. 1.* nec Papæ quis obedire tenetur in illicitis, *c. ſi dominus. 11. q. 3. Abb. in c. cum ad monaſterium. de ſtat monach.*

Proinde de iure non poteſt Princeps iniquè agere, etiam de poteſtate abſoluta *Bald. in c. 1. de feud. March. & tit. de pac. conſtant. col. 21. Pacian. conſil. 36 num. 228 Foller. de cenſib. gloſ. & ſubmiſſiones. num. 17. Cephal. conſ. 639. num. 21. Mattien. in dialog. relator par. 4. cap. 12. nu. 9 Top. de Princ. poteſ §. 6. nu. 9. Decian. conſ. 7. nu. 25. vol 1. Marta, vot. 166 nu. 20. Maſcard. d. concluſ. 5 nu. 183 184. Rim. iun. conſ. 199. nu. 164. Seſſe de inhibit. cap. 4. §. 3. num. 14.* neque hoc eſt detrahere eius poteſtati, quia poſſe malum agere, non eſt poſſe, ſed à potentia deficere, *Crauet. conſ. 296. num 2. conſ. 24. num. 20. Apetr. d. cap. 24. num. 33. 34. Cephal. conſ 639 nu. 20. Rim. iun. conſ. 13. num. 77. Bardell. conſ. 136 nu. 26 Ruſtic. de fideicomm. lib. 2. cap. 15 num. 62. Burſ. conſ. 162. num. 12. Reuſner. deciſ. 21 num. 19. par. 4. Viui. deciſ. 339. num. 27. Valenzuel. conſ. 69. num. 121. Rauden. de analog. cap. 34. num. 40.* Fieri non poſſe dicitur, quod cum peccato poteſt, *Capic. deciſ. 166. num. 12. Soc. iunior. conſ. 65. nu. 51. vol. 2. Top. de Princip. poteſ § 3. num. 3. Rauden. d. nu. 40 Valenz. conſ. 69. num. 124. Tepat d. tit. de princ. poteſt. col 9. ad fin. Marta, vot. 166. num. 18. vot. 174. num. 6. & de iuriſd par. 4. cent. 2. c. 195. num. 17. Fab Anna, conſ. 62. num. 27. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 12. nu. 13. Apetr. d. c. 24. nu. 22. Petr. Cened. collect. 167. nu. 2. D. Carol. Tap. in auth. ingreſſi. glo. ingreſſi. cap. 2. nu. 31. C. de ſacroſ. eccl. Crauet. conſ. 268. num. 1.* Proinde nihil poteſt Princeps contra pietatem, vel bonos mores, *l. filius. ad fin. ff. de condit. inſt. l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. & tot. tit. C. ſi contr. ius. vel util. publ. Galuan conſ. 14. num. 107.*

Poteſtatem ergo ſibi demandatam profiteri debet Princeps, vt ſe tamquam Principem, tutorem, defenſorem, & patrem cum ſubditis gerat, loco, & vice Dei *Petr. Gregor. de republ lib. 9. cap. 2. nu 1. Salaſ. diſput. 7 de leg b. ſect. 15. §. ad ſecundum. Molſeſ. in Schol ad conſuet. R. N. in proem quæſt. 4. num 25. 26. Borrell. de Reg præſtant. c. 62. nu 117. Sfy. lib. 9. Clau. Reg. cap. 16. nu. 31. Olibar. de action. par. 1 lib. 3. cap. 4. a nu 8. late Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 25. tom. 1. Surd. conſ. 289. nu 3. Cauagnol. in proem. Decret. Montiſfer. §. 1. num. 10 11. Tonte de poteſt. Proreg. tit. de annon. Ciuit §. 5. nu. 7. tit. de regal. impoſ. §. 8.* Cum præſertim vt Liuiam Auguſto dixiſſe ſcribit *Dion. Caſſ. lib 55.* Principis ſit non modò ab iniuſtitia, Sed ab opinione quoque eius abeſſe, Quorum alterum in priuato, ſufficit, in Principe verò, alterum etiam requiri neceſſe eſt.

7 Nam, quam appellãt † poteſtatem Abſolutam, ego certè in Principe Chriſtiano non agnoſco; cum enim bono Principi nihil liceat, quod vel diuino, vel naturali, vel gentium iuri repugnet. *Menoch. lib. 2 præſump. 9. num. 28. de arbitr caſ. 389. nu. 21. Villar conſ 8. ſub num 21. in 1. Caual. de Brach. reg. par. 1. num. 168. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 1. §. 7. nu 9. Bardell. conſ. 136. nu. 19. 37. 41. N. Zol. alleg. 1. num. 25. Gratian. diſcep. 218. num. 17.* iuxta ea quæ in *conſ. 1. num. 27. vol. 2.* dicta a nobis ſunt. Credendum itaque eſt Chimericam hanc Poteſtatem Abſolutam in Principe damnari, & meritò a *Pinel. par. 1. rubr. C. de reſcind. vendit. cap. 2. num. 24. 25. Sot. de iuſt. & iur lib. 4. quæſt. 4. art. 1. Vaſq. lib. 1. illuſtr. controuerſ. 26 num. 15 Mendoz. lib. 1. de pact. cap. 5. num. 35. Vaz. de iur. emphit. par. 1. quæſt. 3. num 10. Sanchez. de matrim. lib 2. diſput. 15. num. 3. Morla in empor. iur. tit. 1. de legibus. quæſt. 1. num. 7. & tit. 3. de pact. in prælud. num. 69. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæſt. 59 num. 71. Couar. 3. reſol. cap. 6. nu. 8. Rodolfin. de ſuprem. princ. poteſt. cap. 1. num. 3. Mattien. l. 3. gloſ. 12. num. 2. tit. 10. lib 5. recop. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 1 § 7. nu. 10. Fachin lib. 8. iur. controuerſ. 63 verſ. ad ſecundum. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 14 nu. 40. Burſ. conſ. 162. num. 13. Surd. conſ. 419. nu. 49. Capiblan. de Baron. prag. 1. nu. 9. Seſſe, de inhibit. cap. 4 § 3. num. 13. Paſqual. de uirib. patr. poteſt. par. 1. cap. 1. nu. 94. Cabed. deciſ. 12. num. 9. p. p. Amat. deciſ. 8. num. 6. 8. Spin. de teſtam. gloſ. rub. 1. num. 25. Teſſaur. deciſ 91. Cauagnol. Montiſfer. Decret. 20. §. 1. quæſt. 10 nu. 6. 7. 8. Cannet. c. ſi aliquem. §. & quia offert. num. 111. fol. 266. Ramirez, de leg. reg. §. 23. nu. 3. Garz. in l. gallus. § & quid ſi tantum. num. 194. 195. 196. ff de lib. & poſthum. Petr. Gened.*

col-

Cauſa hæc ſæpius in Curia Straticotiali fuit collata, ac coram M.R.C. Meſſanæ de gente non ſemel excuſſa. Vnde *Prorege Conſulto*, Pronũciatum fuit, Thomas de Ximone, Vincentius Braczo, Nuntius, & Pacitus Giuffre *ſuſpendantur in furcis, donec anima exhaletur à corpore*, Fabritius Virdura *condemnetur ad remigandum ſuper Regijs Triremibus, toto tempore vitæ ſuæ*. Atque ita fuit executum Meſſanæ, *De Menſe Septembris MDCXVII.* Reliqui adhuc in banno perſeuerant.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia in aſſaſſinio danda eſt occiſori non proxenetæ.*
2 *Proxenatæ tractanti homicidium, mortis pœna, An ſit irroganda?*
3 *Tex.l.2.ff.mand. declaratur.*
4 *Mandans dicitur, qui ſui tantum gratia, aliquid mandet, ſecus ſi in alterius commodum.*
5 *Auxilium, vel ex actu proximo, vel remoto præſtari poteſt, & quid vterque actus ſit, diffinitur.*
6 *Proxenata, in Aſſaſſinio, actus eſt Auxilij proximus.*
7 *Proxeneta criminis, dicitur crimen ipſum committere.*
8 *Proxenata in Aſſaſſinio, ſiue actus ſit proximus, ſiue remotus, morte puniendus eſt, vt principalis.*
9 *Mutuans pecuniam ſcienter, ad inueniendum aſſaſſinum, punitur vt principalis.*
10 *Mandans, & ille per quem factum eſt mandatum, ipſeque primus, & ſecundus mandans, ac mandatarius, pari pœna plectendi ſunt.*
11 *Nuntius literas, in quibus de delicto perpetrando agitur, Scienter deferens, delicto exinde perpetrato, punitur.*
12 *Ambaſciatam delicti alteri deferens, vt principalis punitur.*
13 *Tractantes, & ordinantes homicidium, pari pœna, qua mandantes tenentur.*
14 *Agentes, auxilium præſtantes, & conſentientes, pari ſupplicio afficiuntur.*

Proxe-

15 *Proxeneta dupliciter conſideratur; Proprie vero, Mediator eſt ad contractum.*

16 *Proxeneta, in aſſaſsinio primum præſtat auxilium, & proximum.*

17 *Lano pecuniam recipiens, vt amaſiam in domo conducat, & receptet morte naturali (de iure) punitur.*

18 *Bertaz.crim.conſ.62. Farin.quæſt.129.num.38.* } *Declarantur.*

19 *Perſuaſio, ſi gratia eius ſit, cui mandatur ſemper eſt conſilium, non adhibita verborum differentia, quibus vtatur: ſi vero in gratiam perſuadentis, eſt mandatum.*

20 *Occiſurus, ſi alias quis alium ſuiſſet, vel non: Diſtinctio, in mandante non admittitur, ſed in hortante, & conſulente.*

21 *D. Rouit. R.N. pragm.1. num.50. tit. de aſſaſs. explicatur.*

ARGVMENTVM.

Proxeneta, in Aſſaſſinio, An reus ſit mortis? non ſecus, ac mandans, & mandatarius, homicidio iam ſequuto.

CONSILIVM VII.

AGatha Patania Viri ſui pertæſa, cum eum interfici ſtatuiſſet: Agathæ Brundo iuſſit, vt Alium precio conduceret, qui virum ſuum occideret trucidaret, interficeret, Hęc Coſmũ Prinei ad eam rem delegit, quem cum ad domum ſuam venire iuſſiſſet, eo etiã Agatha Patania ſe contulit, ac de homicidij committendi precio cum eo conuenit, cui promiſſæ pecuniæ partem perſoluit. Tum deinde per ipſammet Agatham Brundo, ſæpiſſimè Coſmum ad complendum facinus hortata eſt: ſequuto homicidio, & detecto poſtmodum huius Aſſaſſinij crimine; Agatha Patania per M.R.C. capitis ſententiam ſubijt; Coſmum verò furcis ſuſpenſum vidimus, Meſſanæ, teſte *Intrigl.deciſ.40.* Quid de Agatha Brundo, quę ſe homicidio patrando proxenetriam protulerat, Statuendum ſit? Quæritur: Paucis itaque dicam, quæ me (vt ingenue fatear) ancipitem reddunt.

Primo, ſi quis pecuniam alteri dedit, vt Titium inimicum, ad finem occidendi, duceret; Hic etſi Mediator ſit, Aſsaſſinus non dicitur, vt in pœnam,
1 *c.1.de homic.in 6.* incidat, quia pecunia † danda eſt carnifici, vt occidat, *d.cap.1. Grilenz.conſ.45 nu.5. Maſull.ad Capic.deciſ.112.ſub num.1. Muſcatell. prax. delict.tit.de aſſaſsin.nu.61. Guazz.reor.defenſ.1. cap. 37.num.42. Canal.de Brach.Reg.p.p.num.76. & omnes.* Sed Agatha Brundo, etſi Mediatrix fuerit inter Coſmum Prinei, & Agatham Parania, ad Viri ſui homicidium, pecuniam non accepit, nec carnifex fuit, ergo, &c.

2 Secũdo tradit, *Bertaz.crim.conſ.62.* Proxenetam tunc puniri morte, ſi intereſse ipſe habeat in futuro homicidio, eratque inimicus occiſi, qui ſine tractatu illo, fuiſset illum alias occiſurus; hoc ſane caſu, ex tractatu nudum conſilium oritur, eadem pęna nec puniendum, *Bart.l.ob hæc verba.num.3.ff.de his qui not.infam. Tuſc.lit.M.concluſ.34.num.5. Farin.*
3 *quæſt.129.num.38.* Hinc † *tex.l.2.ff.mand.* dum contra hi inquit, mandatum, ſiue mea tantum gratia tibi mandem, ſiue aliena, procedere poſse voluit, *Rouit.tit.de aſſaſſ.pragm.1.num.50.* Si nomine meo tibi mandem, licet in gratiam alterius. Secus ſi no-
4 mine alieno, & in eius cauſam, tunc enim † ego nõ teneor mandati, quia contemplata non fuit perſona mea, ſed alterius, *ſcite Bart.l.procurator, qui pro euictione. ff.de procur. idem Bart. Angel. & alij in l.ſi pupilli. §.1.ff.de neg.geſt. Rip.l.4. num.10.ff.de re iudic. Boer.deciſ.80.num.2. Siluan.conſ.8. Cabellin. milleloq.275. Soc.conſ.154.num.1.4.5.vol.2. Natt.conſil. 641.num.1. Rot. Auenion.deciſ.76.num.1. Tuſc.lit.M. concluſ.34.num.5.* & aperte probat *tex.l.1.ff.mand.* vbi contrahi mandatum dicitur, etiam per nuntium, & tamen nuntius non obligatur, quia non mandat nomine ſuo, ſed domini, *gloſ.l.ſi ego.ff.quod vi, aut clam.* & pro regula diffinit *Decian.lib.9.crim. cap.31.in princ.* mandantem proprie dici illum, qui ſui tantum gratia, & ad ſui commodum mandat, *Rouit. d.pragm.1. num.49.*

Re tamen, diligenti Studio, perpenſa cõtrarium viſum eſt verius. Furcis nempe ſuſpendendam eſſe Agatham, commiſſi aſſaſſinij proxenetam: Vtq; facilior ſit cauſæ exitus, illud præſciendum eſt.

5 Auxilium † aut ex actu remoto, aut ex actu proximo præſtari tantum poſſe. Per actum remotum præſtitum dixi, ſi ſine illo delictum commodè patrari poterat: Per actum verò proximum, ſi ex eo delictum ipſum facilius ſaltim, commiſſum fuerit *Clar.§.fin.quæſt.60. Gabr.conſ.167.nu.2.4.in 1. Plac. lib.1.delict.cap.16.num.13. Pacian.conſ.156.nu.16. 17.18. copioſè Farin.quæſt.130.num.54. Honded.conſ. 98.nu.31.vol.1. Menoch.de arbitr.caſ.349.num.9. ad*
6 *fin.* Sed proxenetæ † actus in Aſſaſſinio committendo proximus eſt, quia propriè proxeneta dicitur ille, qui hominum voluntates explorat, an & quomodo velint contrahere, ipſoſque contrahentes ad concordiam reducere conatur, *Azo.in ſumm.C.de ſponſalib. Rim.Sen.conſ.392.nu.11. Rim.Iun.conſ.836. num.47. Decian.conſ.55.nu.20.vol.2.* Ex eo enim delictum facilius perpetratur maximè ſi mãdans mulier ſit vxorata, & nobilis, cui facinoroſis alloqui, nec permittitur, vt ſine proxeneta patrari illud nec poterat. Hoc ita explicito; vt contra Agatham tanti facinoris mediatricem reſponderem, hiſce moueor rationibus.

7 Primo criminis mediator † crimen ipſum commiſiſſe videtur, *cap.mediatores. vbi Gemin. Anchar. Franc. & alij, de teſtib.in 6.* Inducentes ad ſtatutum de committente delictum, vt comprehendatur mediator, *Strac.de mercat.p.3.tit. de proxen.nu.36. Pariſ.de confiden.quæſt.22.num.2.3. Diaz. in prax. c.59. nu.2.* Sic parricidij mediator reus eſt mortis, vt principalis. *Marſ.l.ſi ſciente.num.3.ff.de patricid. Decian. lib.9.crim.cap.13.num.11.* Cum ſit homicidij particeps, qui enim delicto fauorem, & auxilium præſtat, eius eſt particeps, *Socc.conſ.188.num.1. vol.3. late, Farin.quæſt.129. nu.35.* Et qui delicto conſentit, *l.ſi liqueat. vbi, Bald. C.de inoff.donat. Tiraq.l.ſi vnquam. gloſ.donatione largitus.num.349.C.de reuoc. don. Farin.deciſ.30.num.2. ad vol.2.conſ.* Sed delicti particeps, eadem pœna punitur, qua principalis,

Ang.

Digitized by Google

Ang.l.is qui opem.nu.13.ff.de furt. Certiq; iuris eſt,
in quolibet delicto, Auxiliatorem eadem pęna, pu-
niri debere, qua principalem, ſi auxiliando cauſam
dedit delicto, Farin.q.131.nu.40. Rouit.tit. de aſſaſ.
pragm.1.nu.27. Cumque Agatha Brundo ſcienter,
& doloſe cauſam dederit homicidio, Coſmum car-
nificem exquirẽs, Quem pecunia ad viricidium il-
lud conduxit, mediatrix fuit, & auxilium in deli-
cto præſtitit, eandem ergo mortis pœnam ſubire co
gitur, quam Agatha Patania mandans, & Coſmus
Princi mandatarius paſſi fuerunt, ſiue proxenetæ
8 † actus homicidio proximus ſit, ſiue remotus, ex
Bero.conſ.192.num.1.2.6.8.15.16.vol.3.Farin.d.q.
9 130.nu.47.48. Sic pecuniam † mutuans cauſa inue-
niendi aſſaſſinum, punitur, vt principalis, ad tex.
l.vtrum.ff.de patricid.l.qui domum.ff.de adult.Villag.
de extenſ.leg.tit.de extenſ.leg.correct. & pęnal.ſimul.
quæſt.6.num.95.Rouit.d.pragm.1.num.30. Qui enim
opem patricidio præſtitit, per actum etiam remo-
tum, pœna, qua principalis tenetur, l.ſi ſciente. &
ibi Marſ.nu.2.Bart.l.vtrum.ff.patricid. Schrader. de
feud.p.9.c.3.nu.31.Thor.compend.deciſ.verb.prodi-
torium. col.2.Decian.d.c.13.nu.10. Eamque ob cau-
ſam, receptum quoque eſt, creditorem, qui ob ſce-
lus committendum, pecuniam ſcienter ſubmini-
ſtrat, & proxenetam, & eum, qui pro hac pecunia
ſcienter fideiubet, pęna patricidij plecti, d.l.ſi ſcien-
te. vbi gloſ.Bart. & Doct. Boniſac. de malefic.rubr.de
patricid.Carrer.in prax.§.homicidij.n.128.Plach.lib.
1.delict.c.22.nu.20.Schrad.d.c.3.nu.32. Nec requi-
ritur, quod ipſa ob crimen illud, aliquid percipiat,
ſed ſatis eſt, quod mediatrix fuerit, vt committatur
arg.clem.2.de ſimon. Nauar.conſ.100.num.1.2.tit.de
ſimon.Pariſ.de confiden.q.22.num.8.

10 Secundo, Mandantem † puniri inquit, tex.l.1.§.
incidit.ff. ad Turpil. Et illum per quem factum eſt
mandatum, & mãdatarium, vt Meſſanæ iudicatum
refert, Capic.deciſ.155. Imo mãdans vni, vt mandet
alteri, vterque obligatur, l.ſi ego.ff.quod vi, aut clam.
Bart.in l.ſi is qui pro emptore. n.70.ff.de vſucap.Marſ.
ſing.181.Bertaz.crim.conſ.465.num.29. Guazz.reor.
defenſ.28.c.18.num.7. Honded.conſ.87.nu.24.vol.2.
Decian.lib.9.crim.c.34.num.37.Carrer.in prax.§.cir-
ca quintum.num.63.Caball.reſol. crim.caſ.241.nu.1.
& notat Bart.d.§.incidit.nu.3. Puniendos eſſe nun-
tios per quos fiunt tractatus, pro maleficijs habilius
committendis, ex Gloſ.l.ſi ſciente. & ibi, Angel. nu.
1.Marſ.nu.3.ff.ad l.Pompe.de patricid. Bart.l.aut qui
alter.§.fin.nu.2.ff.quod vi, aut clam.ſcite, Caball.crim.
reſol.caſ.243.num.2.3. Sic primus, & ſecundus man-
dans, eadem pœna plectendi ſunt, Bald.l.1.nu.7.C.
de caduc.tollen. & alij ab Ang.de malefic.glo.Sempro-
nium mandatorem.quæſt.6.Marſ.ſing.185.Bardell.cõſ.
138.nu.11.Plach.lib.1.delict.c.15.nu.8.Decian.d.lib.
9.c.36.nu.37.Baiard.ad Clar.§.fin.q.89.num.6.Ber-
taz.crim.conſ.341.num.6. Si aliquid fuerit ei pro-
miſſum, Capic.deciſ.155.

Tertio ad rem magis confert, Cyn. authoritas, in
11 l.non ideo minus.nu.4.C.de accuſat. Quod ſi † man-
daui Titio per litteras vt homicidium cõmitteret,
Nuntius illas ſcienter deferens, ſecuto homicidio,
punitur, vt principalis, ad tex.l.ſi ego.ff.quod vi, aut
clam.Salic.d.l.nõ ideo minus.nu.30.Bald.l.1.§.ne aũt.
nu.18.C.de cad.toll.Ang.d.gl.Semproniũ mandatorem.
nu.16.Marſ.in prax.§.præterea.num.4.5. & ſing.181
Caſſan. Burg. conſuet.fol.15.nu.27.Arnon.ſoliloq.43.
Carrer.in prax.§.homicidiũ.5.n.98.Schoner.diſp.feud.
10.theſ.61.ad fin.lib.1.Tuſc.lit.S.concl.67.n.20.late,
Caball.crim.reſol.caſ.243.Farin.q.130.nu.41.Roſen-
tall.de feud.c.10.concl.28.n.35.Guaz.reor.defenſ.22.
c.10.nu.20.Catalan.de indult.c.39.nu.60.Rouit.de aſ-
ſaſſ.prag.1.nu.22.29.Gennen.de priuat.ſcript.lib.3.q.
3.nu.12.Baiard.ad Clar.§.fin.q.89.nu.6. Schrader.de
feud.p.9.c.2.n.70.Decian.lib.9.crim.c.13.n.11.c.37.
nu.11.Plac.lib.1.delict.c.15.nu.9.c.16.nu.6. ex tra-
ditis à Capic.deciſ.155.nu.17. Is.n. cauſam dedit, Ca-
talan.d.c.39.nu.61. Nihil enim intereſt inquit tex.l.
nec intereſt.ff.de Sycar. An ipſe occiderit, vel cauſam
morti dederit, l.qui occidit.§.in hac.ff.ad leg.Aquil.
exornat illic. Marſ.nu.6.Rot.Auenion.deciſ.29.nu.1.

12 Quarto, qui Ambaſciatã † defert de aliquo de-
licto atroci, vt Principalis punitur, Ang.d.nu.16. &
ibi Auguſt.nu.17.Marſ.d.l.ſi ſciẽte.nu.3. & l.1.§.præ-
terea.nu.4.ff.de Sycar.conſ.27.nu.3.ſing.181.Rouit.d.
pragm.1.nu.29.Farin.crim.q.120.nu.144.q.130.nu.
41.Caball.d.caſ.243.nu.6.Franc.Marc.deciſ.423.nu.
7.p.1. Si aſſaſſinij qualitatem, & pecuniam acceptã,
vel promiſſum nõ ignoret, Farin.crim.q.123.nu.34.
Rouit.d.prag.1.nu.27. Quæ ſciuiſſe Agatham Brun-
do ſatis conſtat, cum omnia (ea mediante) fuerint
13 acta. Certum eſt † enim ne dum mãdantes, ſed tra-
ctantes, & ordinantes homicidium, pari etiam ho-
micidij pœna puniri. arg.tex.clem.1.de ſepult.Ang.
conſ.22.num.1.Pariſ.conſ.166.num.19.vol.4. Bero.
conſ.175.num.15.vol.3.

14 Tertio, Auxilium dantes, † & conſentientes, in
delictis atrocioribus, pari ſupplicio cũ occiſoribus
afficiũtur, l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſ.eccl.l.vtrum.
ff.ad l.Pomp.de patricid. l.1.ff.de recept.l.diuus.ff.de
iur.fiſc.l.3.ff.de ſicar.l.1.C.de falſ.monet.c.1. de offic.
deleg.c.ſicut dignũ.§.1.de homic. Marſ.ſing.181. Al-
ba, conſ.787.nu.13.17.Brunor.Sole, compend.reſol.iur.
verb.auxilium 1. Maxime ſi fuerint cooperati, cap.1.
verb.pari pęna.ad fin.de offic.deleg.Oſaſc.deciſ.80.nu.
6. Sic fautores quoque, & receptatores in aſſaſſinio,
ad tex.c.1.§.ſacri. & ibi Doct. de homic.in 6. Decian.
lib.9.crim.c.30.nu.42. Secus in leuioribus, in quibus
conſentientes mitius puniuntur, Marſ.l.1.nu.89. &
in l.ſi quis cum telo.ff. de ſicar. Sed aſſaſſinium atro-
ciſſimum ſcelus eſt, & in delictis atrocibus leuio-
res ſufficiunt probationes, imo ſatis ſunt cõiecturæ,
Menoch. de arbit.caſ.116.nu.15.conſ.480.num.17.

Non obſtant contraria, quibus etſi reſponſum
ſatis ſit; Ad primum tamen dicimus, proxenetam
15 † duobus modis conſiderari, Altero, quando acci-
pit pretium; Altero qñ gratis, ſed per eum fit con-
uentio, & forum, plene Bald.conſ.469.num.3.vol.2.
alias conſ.370.in 4.Tuſc.lit.P.concl.954.nu.1. & pro-
prie proxeneta appellatur mediator ad contractũ,
vel alium actum, c.1.de teſtib.in 6. Alex.conſ.128.
in princ.vol.2.Tuſc.d.concluſ.954.nu.2. Proinde etſi
pecuniam, vel munus aliud Agatha Brundo nõ re-
ceperit ab Agatha Patania mandante, proxenetæ
tamen munus gratis exercens, ad homicidiũ aſſaſſi-
nio mediante cõmittendum, Coſmum Princi man-
datarium conducendo, Mediatricis ergo pœnã pa-
ti debet. Non.n.requiritur, quod ipſa ob munus il-
lud, aliquid percipiat, ſed ſatis eſt, quod media-

trix fuerit, vt viricidium fiat, *arg. clem. 2. de ſi-*
mon. Nauar. conſ. 100. nu. 1. 2. de ſimon. Pariſ. de con-
16 *fiden. q. 22. nu. 8.* Auxilium † aſſaſſinio præſtitit per
actum proximum, non enim ſine eius ope, commiſ-
ſum viricidium fuiſset, vel difficilius ſaltim. Quod
ſatis eſt, vt eandem patiatur mortis pœnam, quam
mandanti, & mandatario M. R. C. irrogaſse Meſsa-
næ vidimus, & teſtatur, *Intrigl. d. decif. 40.* Sic quo-
que mediatores in ſimonia, illam committunt, &
infames fiũt, *c. ſi quis epiſcopus. 1. q. 3. Rom. ſing. 722.*
Decian. lib. 5. crim. c. 78 nu. 8. Quin ſi clericus eſt, de-
ponitur, *cap. reperiuntur. 1. quæſt. 1. Pariſ. de confiden.*
quæſt. 22. num. 1. Decian. d. nu. 8. Si laicus excommu-
nicatur, *d. cap. reperiuntur, & not. in cap. vlt. 1. q. 3.*
Pariſ. d. num. 1. Decian. d. num. 8. Proxeneta, ſeu me-
diator in contractibus vſurarijs poteſt dici vſura-
rius, & mortaliter peccat, ac in ſubſidium tenetur
ad reſtitutionem, *Rom. ſing. 385. Marſ. ſing. 181. Lup.*
de vſur. comment. 3. not. 1. nu. 26. Pariſ. de confiden. q.
23. num. 4. Sic cooperantes in fęnore exercendo, &
auxilium aliquod præbentes vſurarum extorſioni,
pœna ſaltim excommunicationis puniuntur, *clem.*
1. §. 1. de vſur. vbi Imol. num. 4. Eoſque ipſo iure ex-
communicatos appellat, *Zabarell. d. §. 1. num. 3. Me-*
noch. conſ. 300. nu. 54. Idem de notario vſurarum in-
ſtrumenta conficiente, *Menoch. d. nu. 54.* & de Præla-
tis, qui fænoratorum apocas ſubſcribunt, & ſigillãt,
vt exequi facilius poſſint. *Silueſt. in ſumm. in verb.*
vſura. 7. nu. 8. Menoch. d. conſ. 300. num. 55. Sic Læno
17 † pecuniam recipiens, vt amaſiam tuam in domo
conducat, & receptet morte naturali de iure puni-
tur, *l. 1. ff. de extraord. crim. Rip. de remed. præſeruat.*
contr. peſt. num. 161. Viui. decif. 183. nu. 1. Anton. Sola,
ad Decret. Subaud. tit. de lenon. gloſ. 1. nu. 4.

18 Non obſtat Secundum, † quia *Bertaz. d. conſ. 62.*
de proxeneta nõ loquitur, ſed de inſtigante, perſua-
dente, & conſulente, quos eo in caſu eadem pœna
cũ homicida teneri dixit, ſi homicida ipſe alias oc-
ciſurus non erat, perſuaſione, iuſtigatione, vel con-
ſilio illo ceſſante; imo illum perſuadentem occiſi
inimicum eſse requirit illic, *Bertaz.* atque ita acci-
piendus erit, *Farin. d. q. 129. nu. 38.* Quęſtio vero no-
ſtra, de proxeneta eſt, ſine quo ab Agatha Patania
viricidium aſſaſſinio mediante, nec patratum fuiſ-
ſet: Cumque Agatha Brundo mediatrix, cauſam il-
li dederit, mortis ream eſse concludo.

Reſpon. II. differre conſilium, & mandatum,
19 quia † ſi perſuaſio, rogatio, inſtructio, gratia eius
fit, cui mandamus, ſemper eſt conſilium, non adhi-
bita differentia, quibus verbis vtatur, mando, rogo,
vel alijs, At ſi gratia perſuadentis, ſemper eſt man-
datum, *Bart. l. non ſolum. §. ſi mandato. num. 2. 15. ff. de*
iniur. Alex. conſ. 127. nu. 5. conſ. 128. conſ. 129. num. 6.
vol. 4. Corn. conſ. 57. nu. 8. vol. 4. Gram. vot. 6. nu. 2. Ber-
taz. crim. conſ. 103. nu. 5. & ibi Scoliaſt. lit. A. conſ. 62.
nu. 2. Angel. conſ. 22. nu. 3. & de malefic. gloſ. & Sem-
pronium. Ruin. conſ. 6. vol. 4. Maſcar. de probat. concluſ.
419. num. 14. 15. Tuſc. lit. M. concluſ. 30. nu. 14. concluſ.
34. nu. 8. Hartam. lib. 2. tit. 25. foren. obſer. 5. Rim. Iun.
conſ. 817. num. 50. 51.

20 Nec diſtinctio † quod erat alias facturus, vel nõ,
admittitur in mandante, ſed inhortante, & conſu-
lente, vt alias dixi. Mandatarius tamẽ ordinaria ho
micidij pœna ſemper tenetur, *ex magis com. Clar. §.*
fin. quæſt. 88. quæſt. 89. Tuſc. d. concluſ. 34. num. 6. 7.

21 Nec obſtat *Ronit. d. pragm. 1. nu. 50.* quia † de pœ-
na loquitur à ſui Regni pragmatica mandanti, &
mandatario inferenda, aſsaſſinij effectu non ſequu-
to, quæ ad mediatorem non eſt extendẽda (de quo
non loquitur) cum *pragm.* ſit exorbitans, vt punia-
tur affectus non ſequuto effectu contra generalem
totius Italiæ cõſuetudinem; Quæſtio autem noſtra
eſt de pœna à iure communi mediatori indicta, ſi
per aſſaſſinium ſequutum fuerit homicidiũ, quod
nec *Ronit.* negat à *num. 18. ad fin. vſque.*

Ex his deciſum à M. R. C. fuit *Agatham Brun-*
do, fureis ſuſpendam, donec anima exhaletur à cor-
pore. Fuitque ſic exequutum Panormi, Anno
MDXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus in tortura, verum dixiſſe præſumitur.*
2 *Medici in tortura ſunt adhibendi, vt cognoſcant, An torqueri poſsit reus, & quo tormenti genere.*
3 *Quartanarius die, quo conquieſcit, graui in cauſa torqueri poteſt.*
4 *Quartanarius torqueri poteſt, ſi robuſtus ſit, vt dimiſſa febre, ſuis negotijs intereſſe poſsit, ſed tortura ſine quaſſatis infertur.*
5 *Valetudinarij torqueri non poſſunt.*
6 *Tortura talis eſſe debet, vt reus ſaluus innocentiæ, vel ſupplicio conſeruetur.*
7 *Febre quartana, vel tertiana, laborantes, die, quo morbus vacat, nec ſani ſunt ad torquendum.*
8 *Torquendus non eſt, quem morbus debilitat.*
9 *Gallicum morbum qui paſſus fuit, An ſit infirmus.*
10 *Mulier in puerperio exiſtens, torquenda non eſt.*
11 *Egroto ſimilis eſt, qui graui capitis dolore vexatur.*
12 *Infirmus eſt, qui pectoris defectum patitur.*
13 *Podagricus eſt infirmus, & à quibus excuſetur.*
14 *Confeſsio metu extorta ad condemnandum ſatis non eſt.*
15 *Infirmitas, quibus medijs probetur.*
16 *Franc. Marc. deciſ. 790. part. 2. declaratur.*
17 *Qualitas perſonæ conſideranda eſt in tortura.*
18 *Tex. l. qui tertiana. ff. de edil. edict. declaratur.*
19 *Ratificata confeſsio extra torturam, metu torturæ extorta, ex quibus cenſeatur.*

ARGVMENTVM.

Confeſſio illius, qui febri quartana laborans torqueri, (de iure) non potuit; An noceat confitenti ad mortis pœnam, ſi ratificata etiam ſit.

CONSILIVM VIII.

DOn Fridericus de Oriolis, Fiſco inſtante tortus, prima die, homicidium fatetur, & ſecunda, cõfeſſionem ratam habuit: cui Innocentiæ terminus datus fuit, in quo torturã dixit nullam, & confeſſionem, quia febris quartanæ infirmus tunc erat. Fiſcus verò bene tortum eum inquit, nec aliæ in confeſſum
ſunt

Digitized by Google

ſunt Iudicis partes, quàm in mortis pœnam illum
damnare, *l.1.C.de cōfeſſ.l.confeſſus.ff.de cuſtod.reor.*
l.proinde.ff.ad leg.Aquil.Farin.conſ.55.nu.66. Quia
1 delicti † veritatem tortus dixiſſe præſumitur, *ex glo.*
& ibi Alber.nu.2.in l.edictum.ff.de quæſt.Boer.deciſ.
163.nu.12.Gram. deciſ.8.nu.9.Couar.pp.qq.23.nu.5.
Burſ.conſ.314.nu.8. Farin.reſol.12.nu.2.q.43.nu.15.
Peregr.conſ.2.num.53.in 2. Ad eam namque eruen-
dam infertur, *d.l.edictum. & ibi Bart.l.1.ad fin.ff.de*
iuram.calum.Marſ.l.Diuus.num.3.ff.de quæſt.Boſſ.tit.
de indic.ant.tortur.nu.129.Caball. reſol. crim.caſ.29.
num.5.Facbin.lib.1.iur.controuerſ.33.Ruginell.pract.
quæſt.38.nu.6. Guazz.reor.defenſ.30.c.2.num.1.Go-
mez.p.3.de delict.c.13.nu.1. Hering. de fideiuſſ.c.10.
nu.430.Anton.Sola, ad Decret.Subaud.tit.8.de tortur.
num.2. Cumque ius optimum hac in cauſa, fouere
videatur Don Fridericus, de re clara, verba facere
apud ampliſſimos, & doctiſſimos, Iudices ſuper-
uacaneum duxeram. Ne tamen petenti amico ope-
ram qualemcumque meam abnegaſſe vidiar: Pau-
cis exequar, quid, hac de re, ſentiam.

Pro Fiſco, Inoleta regni praxis præponitur, quod
ſtatim ac reus ad effugiendam torturam dicit ſe in-
firmum, aut aliquo membro debilitatum, ſeu alias
inhabilem, ne tormentum patiatur; Iudex accede-
re curat vnum, vel plures Medicos peritos, qui iura-
2 mēto † deponant, an is poſſit ſine periculo torque-
ri, & quo tormenti genere, *Tuſc.lit.T. concluſ.326.*
nu.22. Farin.q.41.nu.93. In his enim ſtamus Medi-
cis. *Caſon.de tormen.c.10.num.8.Ludou.Lucenſ.deciſ.*
13.nu.5.Farin.q.41.nu.93.Azeued. conſ.28.nu.108.
Tuſc.lit.T.concluſ.326.num.22. Caual.de Brach.Reg.
p.3.num.141.Nig. Campan. R.N.cap.7.frequens.nu.
39.Guazz.reor.defenſ.30.c.4.nu.28.c.16.num.1. In-
firmitas enim Medicorum atteſtatione probatur,
Bart.l.quæſitum.nu.6.& in l.contumacia.§.pœnam.ff.
de re iud.Maſcard.de probat.concluſ.896.nu.12. Sed
infirmitas corporis non præſumitur, cū ſit ferè con-
tra naturæ curſum, *Pacian.lib.1.de probat.c.54.nu.8.*
Guazz.reor.defenſ.30.c.16.nu.1. Don Fridericus li-
gatus funiculis ſe infirmum non dixit, nec ligatus
fune magna, & ſuſpenſus à terra non proteſtatur,
ſed per quartam horæ partem in ſuccatio pendens,
delictum fatetur. Tortura ergo legitima, ipſaque
confeſſio ad mortis pœnam ſatis efficax eſt.

3 Secundo laborans febri † quartana poteſt gra-
uiſſimis in cauſis torqueri, die, qua febri non labo-
rat, *Franc.Marc.deciſ.790.par.2. Farin.d.q.41.num.*
93.Baiard.ad Clar.§.fin.q.64.nu.73.Caual.de Brach.
Reg.par.3.num.127. Vt de eo dicimus, qui dilucida
patitur interualla, torqueri interim poteſt, *Menoch.*
de arbitr.caſ.325.nu.11. Ruginell.pract.q.38.ſub nu.
2. Regula enim Iuris eſt, omnes torqueri poſſe, qui
non ſunt prohibiti, *ex Boſſ. tit. de Indic. ante tortur.*
num.102.Ruginell.pract.q.38.num.1.Clar.§.fin.quæſt.
64.Gomez.par.3. delict. cap.18.num.3. Cartar. de in-
terrog.reis. lib.4. cap.1. num.47. Sed Don Frideri-
cus die dimiſſo, poſt febrem quartanam, fuit tor-
tus, ergo, &c.

4 Tertio quartana † non impedit torturam, ſi ro-
buſtus is ſit, vt dimiſſa febre, ſuis negotijs ſupereſ-
ſe ſoleat, *ad tex.l.quæſitum.verſ.ant ſi quis.ff.de re iud.*
Leuis enim infirmitas non excuſat, *l.1.§.proinde.ff.*
de ædil.edic.Vital.de maleſic.tit.de nunc. relat.nu.48.
ceſſatq; infirmorum priuilegium, *Actius de infirm.*
par.1.c.50.num.12.Rim.Iun.in l.1.nu.570.ff.de offic.
eius. Nouar.de elect.for.ſect.1.quæſt.9.nu.5. vt de ter-
tiana, & quartana, quam leuem febrem vocāt plu-
res, *à Sfort.relati, de in integr.reſtit.q.11.nu.31.* Ma-
xime ſi tortura leuis ſit, & ſine ſquaſſatis, *Baiard.d.*
num.73.Franc.Marc. d.deciſ.790. qui bene tortum,
quartana laborantem refert, quia moderata fuit
tortura, & die dimiſſo poſt febrem.

His minime refragantibus. Nullam fuiſſe tortu-
ram cenſui; Ac proinde confeſſionem extortam.

Primo multa ſunt, de iure, infirmis, & valetudi-
narijs conceſſa priuilegia, quorum meminit, *Iaſ.in*
l.age.nu.2.C.de tranſact.Pariſ.conſ.102.num.13.in 4.
Gig.de reſiden.epiſc.cap.17.nu.12.ad fin. Neuiz.con-
5 *ſil.51.num.15.* Et illud † potiſſimum, ne torqueri
poſſint, *Caſon.de tormen.c.9.n.8.c.10.nu.17.Ludouic.*
Lucēſ.deciſ.13.nu.52.Guazz.reor.defenſ.30.c.16.nu.
1.Tepat.lib.1.variar.tit.de quæſtion.col.6.Farin.conſ.
99.nu.24.q.41.nu.93. vſum namq; rationis ægritu-
do impedit, ſi leuis non ſit, *l.quæſitum.* ibi, *qui cuique*
rei gerendæ impedimento eſt. ff.de re iudic.D.Thom.1.
2.quæſt.84.art.3.Ruginell.pract.quæſt.38.nu.5.Sfort.
de reſtit.in integr.quæſt.11.num.24. Valetudinarium
6 † vero eum eſſe diffinit *Innocēt.* qui propter corpo-
ris debilitatem eſt infirmus, & acuta aliqua labo-
rat febre. *Ioan. Andr.* Valitudinarium appellat in-
firmum; ſequitur, *Abb.c.quoniam frequenter.num.*
19.vt lit.non conteſt. Communis tamen *Doct.* ſenten-
tia eſt, Hoc Iudicis arbitrio remitti, *ex Bald. l.ſed ſi*
quis ab alieno.num.13.C.de teſtib.Luc. Apen. l.1.nu.
47.C.de mend.valid.lib.11.Marſ. in l.quæſtionis mo-
dum.nu.19.ff.de quæſt.Hoied.de incompet.benefic.p.p.
c.17.num.16. Pariſ.de reſignat. benefic.lib.5.q.6.nu.
12.Soc.conſ.244.num.4.vol.2.Menoch. de arbitr.caſ.
60.nu.5.Medic.de caſib.fortuit.par.2.quæſt.6.num.5.
Si morbus talis ſit, vt ſine vitæ, ſeu corporis pericu-
lo, torturam reus pati nequeat, quæ talis eſſe de-
bet, vt ſaluus ſit innocentiæ, vel ſupplicio *d. l.quæ-*
ſtionis modum. Gandin. tit.de quæſt.nu.5.10. Brun.de
indict.& tortur.p.2.quæſt.5.num.17.Crauet.conſ.387.
num.6.Bertaz.crim.conſ.315.num.3. Farin. d.nu.93.
7 *Peregr.conſ.2. num.18. in 2.* Sed qui † tertiana, aut
quartana febre, inquit, *tex.l.qui tertiana.ff.de ædil.*
edic. aut podagra vexarentur, quiuè comitialem
morbum haberent, nec ijs quidem diebus, quibus
morbus vacarent recti ſani dicerentur, ſed medico-
rum iudicio ſtandū erit; Conſtat enim febre quar-
tana laborantes, die dimiſſo poſt febrem, infirmos
adhuc iudicari, *d.l.qui tertiana.* Cumque tortura
hæc ægrotanti Don Friderico contra iuris ordinem
ſit illata, quod inde ſequitur, & confeſſio, nulla
ſunt, *arg.tex.l.non dubium. ff.de legib.l.3.§.ſcio.ff.de*
minor.l.fin.ff.de conſtit.pecun.& alij,d Gomez.variar.
p.3.c.13.de tortur.num.4. Farin.d.quæſt.41.nu.95. &
quia infirmus, præſumitur potius non ſanus men-
te, *Alber.l.ſanum mente.C.de tranſact. arg.l.fin.ff.de*
iniuſt.rupt.teſtam.in l.quoniam indignum.C.de teſtam.
Sfort.d.quæſt.11.num.25.Ronit.ad R.N.pragm.rubr.
de adminiſtr. & quod perſon.ſeruit.num.17.& de Of-
fic.Sacr.Conſil.pragm.24.num.12. & durare præſu-
mitur infirmitas, niſi reſanatus ipſe probetur, *Za-*
barell.cap.cum inter. de elect.ex cap.communiter.33.
diſtin.Decian.conſ.23.nu.39.vol.4. Proinde infirmi-

Digitized by Google

tas in dubio, cenſetur longum impedimentum, l.ſi
longius.in princ.ff.de iudic.Dec.c.prudentiam.col.4.de
offic.deleg. Decian.d.conſ.23.num.4.
8 Secundo, vbi morbus debilitat † torquẽdus reus
non eſt, arg.d.l.qui tertiana. Quia perſeuerare non
poteſt, nec conſtans eſse in tortura, vt de eo, qui
erat brachio debilitatus, Laderch. conſ.184.num.1.
9 Et de eo, qui morbum † Gallicum paſsus fuit, ſci-
te Gram.deciſ.56.num.6.Farin.quæſt.38.num.33.De-
cian.conſ.93.num.118.vol.2.Cartar.de interrog.reis,
lib.4.c.1.nu.112.ad fin.Guazz.reor.defenſ.30.c.4.nu.
25.& cap.16.nu.1.Tepat.lib.1.variar.tit. de confeſſ.
fact. in torm.col.2. Etſi hunc infirmum dici neget,
Rebuff.ad Reg.conſtit.tit.de ſent.prouiſ.gloſ.fin.nu.16.
Marchiſan. de commiſſ.par.2.§.2.tit. de Auoc.cauſ.
10 nu.51. Nouar.d.q.9.num.6.& de † Muliere dum eſt
in puerperio, ob corporis debilitatem, Grillan.de
quæſt.lib.4.q.6.nu.7.Brun.de indic.p.2.quæſt.4.num.2.
Marſ.de quæſt.nu.19.Clar.§.fin.quæſt.64.num.22.&
ibi Baiard.nu.76. Tepat.1.var.tit.de quæſt.col.6.Go-
mez,d.cap.13.num.3.Farin.q.41.nu.79.Pacian.lib.
2.de probat.cap.4.num.1.Tuſc.lit.T.concluſ.328.nu.
21.Caual.de Brach.Reg.p.3.nu.126.Guazz.reor.de-
fenſ.30.cap.14.num.2.Franc.Marc.deciſ.98.num.8.
11 p.2. Ægroto † comparandus quoque eſt, qui graui
capitis dolore vexatur, vt in corporis ſui vſu ſit im-
peditus, Maiol.de irregul.lib.2.cap.23. Nouar.d.q.9.
12 num.5. & is † qui defectum habet in pectore, Gram.
crimin.conſ.45.num.37.Cartar.de interrog.reis.lib.4.
c.1.num.112.in fin.Guazz.reor.defenſ.30.c.4.nu.25.
Decian.conſ.93.num.135.vol.2.Farinac.quæſt.38.nu.
33. Quia exaudationem venæ patitur, Decian.con-
ſil.93.num.138.vol.2.Guaz.d.defenſ.30.cap.16.num.
1.& d.cap 4.num.25.Cartar.d.num.112.ad fin. Vel
difficultatem anhelitus, Gram.deciſ.56.num.6.De-
cian.d.conſ.93.nu.118.Guazz.d.nu.1.& c.4.num.25.
13 Cartar. d.nu.112. Sic de † podagrico inquit Bart.l.
podagra.C.qui morb.ſe excuſ.lib.10. Si podagra (mu-
nerum impoſitorum tempore) quis grauatur, vt va-
letudo pedum reddat eum inhabilem, ne rebus ſuis
ſupereſſe poſſit, à muneribus, & oneribus publicis
interim excuſatur. At ſi ita debilitatus non ſit, ſed
quandoq; vexetur, tunc excepto podagræ vexantis
tempore non excuſatur, l.à muneribus.C.de decurio.
lib.10. Rebuff.& alij d.l.podagra. Tuſc.lit.I.concluſ.
129.num.15. Cumque non de muneribus ſubeun-
dis, ſed de tortura irrogãda agamus, quæ iniuria eſt
corporalis, l.nihil.C.de quæſt. & grauis cruciatus,
Gram.deciſ.34.nu.56. Franc.Marc.deciſ.516.nu.11.
p.p.Tepat.lib.1.variar.tit.de q.col.7. Decian.conſ.93.
nu.137.in 2.Menoch.de præſump.lib.1.q.1.nu.45.Boſſ.
tit.de tortur.nu.12. Rim. Iun.conſ.360.nu.75. Anton.
Sola, ad decret.Subaud.tit.8.de tortur.num.3.& morti
proximus, Doct.l.interpoſitas.C.de tranſact. Bald.l.1.
C.vnd.vi.Peregr.conſ.2.num.143. conſ.105.num.14.
in 2.Gram.vot.17. vot.23.num.15. Burſ.conſ.2.num.
105.Medic.de caſib.fortuit.p.p.quæſt.17.num.15.He-
ring.de fideiuſ.cap.10.num.439. Eiuſq; pœna maior
eſt, quam vtriuſque manus abſciſſio, §.fin.auth.vt
null.iudic.Marſ.l.Diuus.num.2.de quæſt. Tepat.d.tit.
de quæſt.col.7.Boſſ.tit.de tortur.num.12.Farin.quæſt.
42.nu.14.Capic.deciſ.126.num.6.Burſ.conſ.439.num.
34.Eugen.conſ.76.num.163.164.Peguer.deciſ.16.
num.5.Caball.caſ.28.num.9.caſ.29.num.4.Peregr.d.
conſ.2.nu.143. Cartar.lib.4.interrog.reor.c.1.nu.19.
106.Ames.de poteſ.in ſe ipſ.lib.1.c.14.nu.6. & dam-
num affert irreparabile, Menoch.de arbit.q.84.nu.2.
Sola, d.tit.8.de tortur.gloſ.2.num.2.Bertaz.crim.conſ.
225.nu.12. Si in muneribus corporis debilitas inſpi-
citur, vt excuſetur, eo magis in tortura inferenda,
cum pleriq; tantæ ſint impatientiæ, vt mentiri po-
tius quam pati tormenta velint, ex l.1.§.quæſtioni.ff.
de quæſt.Peregr.d.conſ.2.nu.99.conſ.105.nu.14.in 2.
Farin.conſ.55.nu.13. Burſ.conſ.325.nu.145. Gomez.
p.3.delict.c.13.nu.1.Guazz.reor.defenſ.30.c.2.num.
2.Vulpell.conſ.27.Anton.Sola, d.tit.8.de tortur.nu.7.
Gandin.de quæſt.& indit.nu.3.13. Imo quod de po-
dagra dicitur, idem eſt de chyragra, & artetica, quę
fit in iuncturis, de quibus, gloſ.& Doct.in c.legimus.
de conſecrat.diſtin.vlt.Tuſc.d.concluſ.129.nu.15. Sed
Don Fridericus ex quartana febri, adeo debilitari
erat ſolitus pro ſui corporis qualitate, vt rebus ſuis,
die dimiſſo, intereſſe nec poterat: metu ergo ex-
14 torta † confeſſio, nec ipſi nocet, Gig. de crimin.læſ.
maieſt.tit.quom.& per quos.quæſt.1.num.32.Gomez.
p.3.delict.c.3.de tortur.nu.25.Carrer.in prax.p.2.§.
2.§.circa ſextum.num.5.Burſ.conſ.201.nu.87.Farin.
q.38.num.78.Laderch.conſ.184.num.1.2.Peregrin.
conſ.2.num.143.in 2.Guaz.reor.defenſ.30.cap.4.nu.
25. Multo magis ad condemnandum, Gomez.d.cap.
13.num.4.Gram.deciſ.56.nu.5. Licet fuerit ratifica-
ta, Laderch.conſ.184.num.4.

Non obſtat primum, quia Don Friderici taci-
turnitas, validam non reddit torturam, quæ à ſui
15 initio inferri non poterat. Tum quia † infirmitas,
etſi Iudicis arbitrio remiſſa ſit, ex Maſcar.de probat.
concluſ.897.Aetio, de infirm.p.1.c.37.Sfort.de in in-
tegr.reſtit.q.11.nu.36. Aſpectu tamen corporis ſatis
probatur, Bart.l.1.nu.5.C.de mendic.valid.lib.11.&
in l.quæſitum.nu.6.ff.de re iud.Abb.in c.tenor.tit.eod.
Maſcar.d.concluſ.897.nu.13.Nouar.de elect.for.ſect.
1.q.10.nu.1.Caldaſ.in l.ſi curatorem.gloſ.minoribus.
nu.20.C.de in integr.reſtit.Marcell.Cala, de mod.artic.
& proban.§.2.gloſ.1.num.956. Cum facies ſie exte-
nuata, l.minor.ff.de minor.Aetius, d.c.37.nu.29.Ma-
ſcar.d.nu.13.Sfort.d.q.11.nu.39.41.Cala.d.gloſ.1.nu.
957. Tum quia nemo dominus membrorum ſuorũ,
l.liber homo.ff.ad leg.Aquil.cap.contingit.de ſenten.
excom.Menoch.de arbitr.quæſt.87.nu.7. Nec torturæ
ſponte ſe ſubijcere poteſt, l.nemo fraudare.ff.de reg.
iur.Sola, d.tit.8.de tortur.nu.11.Scite, Ameſc.d.c.14.
per tot.Paz.conſ.10.nu.17.Garz.de nobil.gloſ.6.num.
21.Auil.in proem.prætor.nu.27.Otalor.de nobil.2.p.3.
c.9.nu.8.Baez, de inop.debit.c.16.num.57.Azeued.l.
4.nu.15.tit.2.lib.2.recop.
16 Non obſtat ſecundum, quia † Franc.Marc.d.de-
ciſ.790.eiuſq; aſſeclæ, d.nu.3.iam citati. De robuſto
loquuntur, nos in debili, qui die dimiſſo, rebus ſuis
ſupereſſe nec potuerit, nec torturam, vt Medici di-
cunt ſufferre, ſicq; procedit. tex.d.l.quæſitum.ibi, aut
ſi quis. In homines namq; malè compleſſionato, &
debili morbus, etſi ſui natura leuis (vt febris quar-
tana) grauis cenſetur, Gomez.ad regul.Cancell.eie.de
infir.reſign.q.27.ad fin.& ibi Mandoſ.q.5.Nouar.de
elect.for.ſect.1.q.9.nu.5.
17 Reſpon. II. in tortura † conſiderari debet perſo-
næ qualitas, An robuſtus ſit reus, vel debilis, iuue-
nis, vel ſenex, plebeius, vel nobilis, An morbũ ali-
quem

quem patiens, *l.3.§.impubes.§.ignoſcentur.ff.ad Syllan.l.quæſtionis modum . l.dominare. §.tormenta.ff.de quæſtion.Guid.Suzar.de indic. & tortur.num.19. Foller.in prax.verb.rei indurati.nu.19.Perſonal.de indic. & tortur.nu.15.Cepoll.crim. conſ.39.nu.9. Marſ.§.expedita.num.85.Boſſ.tit.de tortur.num.36.Bettand.reg. crim.36.num.6.Couar.pp.qq.23. Petr.Pell. de tortur. quæſt.7.nu.1.2. Cranet.conſ.207. num.6. Farin.quæſt. 38.nu.33.Menoch.de arbitr.caſ.271.Clar.§.fin.q.64. num.32.vbi Giachar.lit.O. & Baiard.nu.103.Villag. prax.crim.lib.7.cap.3.concluſ.1.2. Peregr.conſ.2.nu. 108.in 2.Tuſc.lit.T.concluſ.326.num.23.Decian.conſ. 9.num.135.vol.2.Nig.Campan.R.N.cap.7.frequens. num.38.Cartar.lib.4.interrog.reor.cap.1.nu.112.Caual.de Brach.Reg.p.3.num.230.Burſ.conſ.201.nu.86. Guazz.reor.defenſ.30.cap.20.num.2.Gomez. variar. p.3.de delict.cap.13.num.1.* Tormenta, & cruciatus immodicos, falſa pro veris oſtendiſſe, vſu compertum eſſe opinatur, *Menoch.de præſump. lib.1. quæſt. 1.num.46.* Proinde, *Franc.Marc.d.deciſ.790.& alijs citat.nu.3.* deferendum non eſse dixit, *Guazz. d.defenſ.30.c.16.nu.2.* Sed tutius aget Iudex, ſi medicorum adhibeat iudicium, *vt moris eſt*.

Non obſtat tertium, Quia negamus ex medicorum relatione robuſtum eum fuiſse, imo ſui natura potius debilem, tum quia infirmus ex alijs corporis ſui cauſis; Vt negari non poſſit; Quin infirmitas propter nimiam mentis perturbationem, & memoriæ cuiuſque rei gerendæ, impedimento ſit, *l.quæſitum.ff.de re indic.Rouit.ad R.N.pragm.rub.de adminiſtr.& quod perſon.ſeru.nu.16. & de offic.ſacr.*

18 *conſ.pragm.24. num.11.* Tum quia † nec recte ſanus cenſetur qui quartanam patitur febrem, *l. qui tertiana.ff.de ædilic.edic.* & licet dixerit, *gloſ.fin.l.quæſitum.ff.de re iud.* verbum, *recte*, poſitum, *in d.l.qui tertianam*, intelligi, ſi non impediat, quin rebus, & negotijs ſuis ſupereſse poſſit, cum alias infirmus cenſeatur, *Sfort.de reſtit.in integr.quæſt.11.num.34.* Quod euidentius conſtat, nam qui, quartanarium, die dimiſso, torqueri poſse permittunt; ſine ſquaſſata, ſeu ſtrappata, ac leuiter eum torquendum intelligunt, Cumque ad ſquaſsatam, ſeu ſtrappatam, hoc in caſu, deuentum non fuerit, quia in ſuccario confeſsus fuit; in antecedens dicimus, pro ſui debilitate confeſsum fuiſſe, & præ nimio tormenti dolore, quo infirmus magis vexatur, quam ſanus, & robuſtus, ergo nulla eſt confeſſio.

19 Cæterum ratificata à † reo licet confeſſio ſit, nulla tamen adhuc eſt, maxime cum in eo tormento emiſſa fuerit, quod inferri non potuit, *Gomez, d.c. 13.num.25. Greg.Lop. l.2.gloſ.2. tit.30. par.7.Ioann. de Heuya. in Cur. Philip. par.3. §.16.num.20.* Idem & fortius, ſi reus dixerit, *Non voglio più corda, Decian.conſ.80.num.35.in 3. Laderch. conſ.184.num.4. Guazz.reor.defenſ.30.cap.32.num.4.* Vel ſi in ratificatione proteſtatus fuerit, ſe faſſum non fuiſſe metu torturæ, *Laderch.conſil.184.num.4.Guazz.d.num. 4.* Vel ſi dixerit, *mi lu hà fatto dire il tormento*, vt in caſu, *Honded.conſil.93.num.24.vol.2.Guazz.d.nu.4.* Cumque ratificatio die ſequenti fuerit poſt torturam, quo die, quartana ſebre vexandus erat, vt eueniſſe conſtat; præ timore, & dolore ratificauit, quod nulliter confeſſus fuerat, Pœnam ergo non meretur Don Fridericus.

Collato negotio cum M.R. C. & à Curia Straticotiali relato D. Proregi, fuit denique prouiſum, *Quod cōdemnetur Don Fridericus ad ſtandum, & commorandum intus carceres Caſtri Matagryfonis per Annos decem continuos*, Fuitque à mortis pœna liberatus, etſi pro homicidio appoſtato mortem pati deberet, *Atque ita exequutum* vidimus, Anno MDCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Recuſatione pendente Iudex in cauſa ſe intromittere non poteſt.*
2 *Iudex recuſatus, diſcuſsioni, & relationi eiuſdem cauſæ præſens eſſe non debet.*
3 *Recuſati Iudicis officium conquieſcit, recuſatione nondum deciſa.*
4 *Sententia à pluribus Sindicatoribus lata, quorum vnus ſuſpectus eſt, valida cenſetur.*
5 *Sententia à pluribus delegatis, cum alio delegato, iam recuſato, lata eſt nulla.*
6 *Delegatorum iuriſdictio connexa eſt.*
7 *Sententia à Pluribus Ordinarijs lata, cum alio incompetenti, eſt valida. Declar.nu.9. Ampl.num.10.*
8 *Iuriſdictio vnius Iudicis inhabilis, accreſcit alijs.*
11 *Sententia, & proceſſus à pluribus Iudicibus non inſolidum, ſed coniunctam habētibus iuriſdictionem, nulla ſunt, ſi eorum alter fuerat recuſatus.*
12 *Sententia eſt, quid indiuiduum.*
13 *Iudicandi munus indiuiduum eſt.*
14 *Suſpectus ex eo eſt Iudex, quod propoſita iam recuſatione, in cauſa procedit.*

ARGVMENTVM.

Recuſatus Iudex, ſi cum alijs Iudicibus, criminali in cauſa proceſſerit, nullum ipſo iure eſt, quicquid actum fuerit.

Ad intellect. Prag.3.tit.4.de recuſat.

CONSILIVM IX.

VItus de Stephano, ac plerique alij, cum Ioan. Paulum Pertoni occidiſſent, in carcerem coniectus fuit; Socij vero cum alio profugiſsent, banniti ſunt. Suſpectum ſibi allegat Vitus alterum Curiæ Straticotialis Iudicem. Recuſatione pendente, Iudices omnes in cauſa procedunt ad teſtes (pro informatione Curiæ) recipiendos, & alia; Denique Iudex non recuſatus pronunciat, Vitum (citra probatorum præiudicium) Torturæ ſubijciendum; Reliquos verò Socios criminis (vt Practici loquuntur) foriudicandos eſse. Proinde tortura adhibita, Negat Vitus ſe homicidium feciſse; nec multum poſt, Suſpectus ille declaratur. Ex his Quæritur, Num ei illata tortura, & Prouiſio illa, quod Complices foriudicentur, ſint valida, prætextu illorum teſtium, qui à Iudice etiam recuſato, cum alijs non recuſatis recepti ſunt, & An ſuſtineri ſaltim debeat, ex alterius non recuſati Iudicis perſona.

1 Recuſatione pendente † intromitti in cauſa
non debet Iudex; Alias proceſſus eſt ipſo iure nul-
lus, *gloſ.c.Iudex.verb.proponatur.ibiq; Franc.& Ge-
min.de offic.deleg.in 6.Bart.& alij, l.quia poterat. nu.
4.ff.ad Trebell.Salic.auth.offeratur. C.de lit.conteſt.c.
cum ſpeciali,& ibi Peruſ.nu.64.de appel.Granut.theo-
rem.17.ſub num.1. Lap.alleg.1. Rom. conſ.220.nu.3.
vbi Mandoſ. Alex.conſ.104.num.4.vol.5.conſ.89.nu.
3.in 1.Gail.lib.1.obſer.33.nu.12. Cenal. comm. quaſt.
680.Villadieg.for.iudic.lib.2.tit.1.l.22.num.11.Caſ-
ſan.conſ.30.num.21.Comm.Alciat.conſ.111.num.33.
lib.5.Tuſc.lit.S.concluſ.913.nu.25.Miſing.cent.4.ob-
ſer.59.Pariſ.conſ.89.nu.7.vol.3.Guaz.reor.defenſ.1.
c.19.nu.37.55.Cephal.conſ.241.num.19.Ruin.conſ.6.
nu.5.in 4.Menoch.conſ.865.nu.15.Chirch.comm.opin.
cent.3.concluſ.91.Intrigl. lib.3.ſing.79.num.182.Co-
uar.pp.qq.c.26.Azeued. l.1 nu.8.tit.16.lib.4. recop.
Muta,ad pragm.tit.4.num.22.Campan.R.N.cap.217.
num.65.Oſaſc.deciſ.84.nu.3.Maran.de iudic.p.4.diſt.
16.num.4.par.6.tit.de appell.num.24.Scacc.de appell.
quaſt.5.ſub nu.116.quaſt.14.num.62.Morla,in empor.
tit.2.de iuriſd.in pramiſſ.nu.211.Canal.deciſ.28.num.
112.p.2.Burſ.conſ.21.num.20. Rebuff.tit. de recuſat.
art.6.gloſ.1.num.2. Gabr.tit. de iudic.concluſ.5. nu.1.
Coſta.de ſcient.inſpec.85.num.26.Lancell.de attent.p.
2.c.6.num.4.Lopez.l.22.gloſ.magna.tit.4.par.3.*Pro-
batæ ſiue ſint recuſationis cauſæ, Aut non, ſed tales
ſint, quæ probatæ haberentur, *Verall.deciſ.7. nu.2.
p.3.Lancell. d.c.6. nu.28. Valenzuol.conſ.43. nu.172.*
2 Vſque adeo vt nec diſcuſſioni, † & cauſæ relationi
præſens eſſe debeat, *Capic. deciſ. 138. num.5. & ibi
Maſull.num.7. Rebuff.d.art.6. gloſ.1. nu.8. Muta d.tit.
4. num.24. Carauit. rit.265. num.1. Guaz. d. cap.19.*
3 *nu.36.* Conquieſcit † enim (tunc) Iudicis officium,
*Milliſ.repert. verb. Iuriſdictio. Verall. deciſ.7. num.1.
p.3.Lancell.d.cap.6.nu.4. Valenzuol. d.conſ.43. num.
170.Muta d.tit.4. nu.23.* Imo recuſans à recuſati Iu-
dicis iuriſdictione exemptus dicitur, *Pariſ. de Sin-
dic. §.ſuſpicio. num.11.Ioan. Andr. in c.cum ſpeciali.
de appel.Iodoc.prax.ciuil.tit.de recuſat.c.125.Intrigl.
d.ſing.79.num.181. Muta d.tit.4.nu.25.*

His ſic poſitis, Plures (ad propoſitę difficultatis
reſolutionem) conſtituendi ſunt caſus.

4 Primus eſt in pluribus † Sindicatoribus, quorum
vnus ſi ſuſpectus eſt, & ſe immiſcet in cauſa, valida
etiam erit aliorum ſententia, quia alij non ſuſpecti,
Alterius ſuſpecti inhabilitatem ſupplent, *Franc. c.
poſtremo.nu.20.de appell. Pariſ.de ſindic. verb. ſuſpi-
cio.c.1.num.8.* Niſi ille ſuſpectus, principalior eſſet,
vel eius ſucceſſor, *Guazz. reor.defenſ.1.c.19. nu.57.
59.* Qui caſus noſtro non conuenit.

5 Secundus caſus eſt, quod ſi † plures dati ſint Iu-
dices delegati, quorum alter recuſetur: Tunc ſi alij
cum recuſato, procederent in cauſa, proceſſus pro-
pter admixtionem inhabilis, eſt nullus, *cap.cum ſu-
per. & ibi gloſ.1.de off.deleg. c.ſi contra vnum. & ibi
Doct.not.de off.deleg.in 6.Præpoſ.cap.poſtremo.nu.11.
Franc.num.20. de appell. idem Franc. c.cum ſpeciali.
num.28.Alex.de Neuo, num.6.eod.tit.Felin.c.cauſam
quæ.num.1.de off.deleg.qui contrarijs reſpondet.Iacob.
de S.Georg.l.apertiſſimi.num.32.C.de iudic. Tuſc. lit.
I.concluſ.422.num.8.Laurent.de Iud.ſuſpec. c.4.num.
41. Farinae.fragm. p.2.nu.771.* Quia delegatorum
6 † iuriſdictio connexa eſt, *c.prudentiam. de off.deleg.
Rim.Iun.conſ.237.num.18. Natt.conſ.39.nu.6.Becc.
conſ.91.num.5. Bott.conſil.5.num.10. Foller. de cen-
ſib.gloſ.& vt videſ.3. num.10,* Hic caſus noſtro nec
conuenit.

7 Tertius caſus eſt, in pluribus † Iudicibus ordina-
rijs, quibus data eſt iuriſdictio inſolidum, Tunc ſi
alter recuſatus, in cauſa cum alijs procederet, ſen-
tentia non erit nulla, ſed ex perſona habilis ſuſti-
neretur, *ad tex.l.1.§.Pomponius.ff.quod falſ.tut.auth.
Morla, d.tit.2.de iuriſd.omn.iud.in præmiſſ. num.212.
Lancell.d.p.2.cap.6.num.22.Vant.de nullit.tit. ex de-
fect.iuriſd.num.184.Niger, Campan.R.N.cap.227.
num.49.Guazz.reor.defenſ.1.cap.19.num.78.* Vnius
enim recuſatio, impedimentum non præſtat, quin
cæteri poſſint in cauſa procedere, *Felin.c.cum ſuper.
col.2.Dec.col.3.de off.deleg.* Nec poteſtas Iudicis ha-
bilis per inhabilem immutatur, *Gomez.c.ſtatuimus.
nu.113. de reſcript. Rom.conſ.506. nu.13. Alex.conſ.
93.vol.7.Foller.d.gloſ.& vt vides. 3.num.16. Lancell.
Gall.conſ.64.num.4. Gabr.conſ.39.in 1.Gail.lib.1. de
pac. publ. obſer.6.num.21. Honded. conſ.21. num.45.*
8 *vol.2.* Vbi enim plures † ſunt Iudices æqualem ha-
bentes iuriſdictionem, quorum vnus ſit inhabilis
tota iuriſdictio accreſcit alijs, *l.1. ff. de off. conſul.l.
Imperatores.§.ſi magiſtratus.ff.de appellat.l.proprium
fundum.ff.comm.prædior.Bald.num.34.Rom.num.21.
l.1.C.quand.non peten.par.Alex.l.ſi mihi, & Titio. in
princ.ff.de verb.obligat.Iaſ.num.253.Bolognet. num.
421.in l.re coniuncti. ff.de legat.3. Capic.deciſ.28.nu.
11. Vant.d.tit. defect.iuriſdict.num.184. Petr. Greg.
conſ.73.num.1.2.*

9 Quod verum ſi ſciat † Iudex habilis, inſolidum
ſe habere iuriſdictionem, & vt talis pronunciet: Se-
cus ſi inſolidum poteſtatem ſibi non cōpetere opi-
naretur, alium ſibi aſſociaſſet, in quo talem etiam
reſidere poteſtatem crederet: vbi enim voluntas
cum poteſtate non concurreret, imo inter ſe repu-
gnent, nullum eſt, quod agitur, *c.cū ſuper.vbi Abb.
Felin.& alij, de off.deleg. Hoſtien. in ſumm.tit.de ſen-
ten.§.ſi quis.in fin.Lap.alleg.88. Vant. d.num.184.*

10 Idem quoque eſt, † ſi Ordinarius cum delegato
inhabili procederet, *Rom.conſ.506.num.13.Maſtril.
deciſ.27.nu.12.* Hic caſus noſtro non conuenit.

11 Quartus caſus eſt, de † pluribus Iudicibus ordi-
narijs, qui cum inferiores ſint non inſolidum habēt
iuriſdictionem: Tunc ſi alter recuſetur, cæteri verò
non, proceſſus, & ſententia (ſi omnes cauſæ inter-
uenerint) ab eis lata, nulla ſunt ipſo iure, *gloſ. Abb.
& reliqui, cap.ad probandum. de re iudic. Vant.d.tit.
defect.iuriſd.nu.183.Canal.de Brach.Reg.p.3. nu.318.
Morla, d.tit.2.de iuriſd.in præmiſſ.num.212.Guaz.d.c.
19.nu.59.* Admixtio enim Iudicis inhabilis, totum
vitiat, ſi ſine illo alter procedere non potuiſſet,
Guazz.d.num.59.Canal.d.nu.318. & vno deficiente,
omnium ceſſat iuriſdictio, ſi exercitium nec cenſea-
tur inſolidum, *cap.vno delegatorum.de inoffic.deleg.*
12 Indiuiduum enim † eſt ſentētia, & proceſſus, *l.pe-
dius.ff.de arbit.l.in hoc iudicio.ff.famil. herciſc. Burſ.
cōſ.176.nu.4.Polid.Rip.de indiuid.ſect.22.nu.19.39.*
Siue Iudicis ſint, ſiue arbitri, *Brederod.de appell.p.2.
tit.38.de ſentent.Rip.d.ſect.22.nu.20.* Et ſi plures ſint
res, vna tamen actione petitæ, *Ruin.conſ.12.nu.40.
vol.3.Gabr.conſ.56.in 1.Azeued.lib.4.Curi.Piſan.c.
6.num.43. Cancer.3.reſol.cap.17. de ſenten.num.100.*

Imo

Digitized by Google

13 Imo iudicandi munus indiuiſibile eſt, *Sola, ad Decret.Subaud.tit.de ſenten.gloſ.1.num.12.Vant.de nullit.defect.iuriſd.ordin.nu.173.* Satiſque vrgens, & iu-
14 ſta eſt, illa ſuſpicionis cauſa, ſi † recuſatione non obſtante voluerit recuſatus Iudex procedere, licet allegata ſuſpectionis cauſa ſit falſa, *l.quæ omnia.§.1. verſ.nec ferendus eſt.ff.de procur.glo.c.2.verb.ſuſpectum.de procur.in6.Gargiar.Patroc.40.nu.6.Pariſ.conſ.98.nu.9.in3.Oſaſc.deciſ.84.n.11.Ronit.ad R.N.prag.1.nu.42.tit.de ſuſpit.offic.Intrigl.lib.3.ſing.79.nu.185.Menoch.cōſ.865.n.17.Bertaz.crim.cōſ.8.n.8.*

Cumq; poſteriori hoc in caſu verſemur, ipſique Straticotiales Iudices, criminali in cauſa, inſolidū habeant iuriſdictionem in procedendo, cōiunctam verò in iudicādo, & à Straticoto in palatinis cauſis dependētem, cui Protex ſic procedendi poteſtatem ſuis literis concedit cum voto tamen Iudicum. Fatemur vtique, *illatum fuiſſe Grauamen*, dū alter (ex duobus Iudicibus) recuſatus, inſimul cum alio non recuſato ad teſtes, pro Curia, recipiendos proceſſerit, quorum prætextu ad torturam ab illo non ſuſpecto fuit exinde deuētum: vbi enim proceſſus informatiuus fuit nullus, ob recuſati Iudicis interuentum, torturæ decretum à non recuſato latū, eſt nullum *Bald.c.cum, I.& A.nu.2.de re iud.conſ.375.in 2.conſ.46.in5.Felin.c.quoniam contra.nu.7.de probat.Signorol.conſ.153.Alex.conſ.137.in2.conſ.137.conſ.152.conſ.187.vol.6.Dec.conſ.62.Vant.de null.defect.proceſ.nu.7.22.Guazz.reor.defenſ.22.c.2.nu.3.* Quia cauſa, ob quam irritatur proceſſus, influit in torturę decretū *Signorol.conſ.154.Plot.30.nu.36.40.Guazz.d.num.3. Atque ita fuit in M.R.C. pronunciatum.* Die 31. Auguſti MDCXXI. & inde tota cauſa ad M.R.C. deuoluta.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis priuilegium non Epiſcopo, vel Clericis, aut reis ad Eccleſiam confugientibus conceſſum fuit. Sed loco Sacro; alij mixtum illud, opinantur.*
2 *Eccleſia immunitatem reis tribuit, Sed quæ declaratur. num.6.16.*
3 *Palatium Epiſcopi, immunitatem reis non dat, Declar.num.13.*
4 *Apotheca Hoſpitalis immunitatem, An concedat, num.14.*
5 *Oratorium priuata in domo, Eccleſiæ non gaudet immunitate, & quando, nu.15.*
7 *Eccleſiaſticus an ſit locus, pro immunitate, laici Iudicis non eſt cognitio.*
8 *Immunitas Eccleſiæ conceſſa, ad id extenditur, quod illi inhæret*
9 *Parochi domus, reò tribuit immunitatem.*
10 *Cimiterium gaudet Eccleſiæ immunitate.*
11 *Clericorum ædes in atrio Eccleſiæ, vel intra eius fines, reum illic confugientem defendunt.*
12 *Furnum Seminarij, immunitatem reo illic confugienti, impartitur.*
17 *Proditoriè alium vulnerans Eccleſiæ non gaudet immunitate. Contrar.num.19.*
18 *Ictus ſcopettæ deliberata n arguit occidendi animum.*
20 *Forus non amittitur, ſi attentatum ſit homicidium, nec Eccleſiæ immunitas.*
21 Pragm.3.4.tit 41.de arm. prohib. *Declaratur, & num.22.23.*
24 *Qualitas in omni diſpoſitione probanda eſt, maxime ſi grauet delictum, ita vt nec ſatis ſit, illam conſtare ex ficta inquiſiti confeſsione.*
25 *Immunitati Eccleſiæ in dubio fauendum eſt.*

ARGVMENTVM.

Reus, in domo Parochi, à Seculari Magiſtratu captus, Eccleſiaſtica An gaudeat immunitate.

Delictum vt ſit de caſibus à Gregorij XIV. Bulla exceptis, An conſumatum eſſe debeat.

Ad intellect. Pragm. 3. 4. tit. 41. de Arm. prohibit.

CONSILIVM X.

IOſeph Pariſins apud Magiſtratum Curiæ Straticotialis multorum criminum reus delatus, cum ab eiuſdem Curię ſatellico perquireretur, in domum Parochi Eccleſiæ Ruris Galatis, Territorij Meſſanæ ſe recepit; à qua ſecularis Iudex inuitum eum, ac reluctantem abduxit: ſed eductum, inde Eccleſiaſticus ſuperueniens Magiſtratus ſuo carceri incluſit. Cūq; domus illa, ipſi Templo, hæreat, vnumque veluti corpus exiſtimetur; Nec in eam aſcenſus aliunde pateat, quam ſi per Eccleſiæ atrium, ſeu Cœmiterium tranſeundum ſit; Quippè plures ſcalæ gradus, quibus in domum, it, reditque Parochus, in ipſo Cœmiterio ſunt, Etſi cæteri omnes gradus è muro penſiles, extra atrium proiecti ſint. Inſtat Ioſeph ad Eccleſiaſticæ immunitatis beneficium, contra Fiſcum Secularem admitti.

1 Petitū hoc † Eccleſiaſticæ immunitatis priuilegiū perſonis, ideſt Epiſcopo, vel Clericis impartitum non fuiſſe (inquit Fiſcus Secularis.) ſed loco Sacro, *Anchar.conſ.329.num.1.Heuya in Curia.Philip.p.3.§.12.nu.15.Mart.de iuriſd.par.2.c.50.nu.28.Guazz.reor.defenſ.1.c.37.nu.24.Molſeſ.in ſumm.tract.7.cap.18.nu.14.Roder.tom.2.regul.q.50.art.1.Rizz.deciſ.174.nu.1.p.1.Ambroſ.de immunit.c.10.num.78.Decian.lib.6.crim.c.24.nu.14.c.25.nu.15.16.c.26.nu.12.* Nec reis ipſis, (*Couar.d.c.20.nu.11.Decian.d.cap.24.nu.1.* Etſi omnium fauore conceſſum alij dixerint, vt mixtum potius Priuilegium hoc cenſeatur, *Ricc.d.deciſ.174.nu.2.Bouadill.lib.1.polit.c.14.nu.8.*

8 Alia fuit *Doct.* Opinio † vt extra ordinem puniatur commodans arma, ſi ſciens fuerit, At ſi ignorãs, nulli ſubiectus ſit pœnæ, *Bald.l.quicumq; nu.*22.*C.de ſeru.fugit.conſ.*382.*nu.*6.*vol.*5.*Blanc.l.fin.num.*171. *ff.de quæſt.Aret.& alij,l.ſi ſtipulatus fuerit.ff.de verbor.oblig. Felin.cap.ſicut dignum. num.*4. *de homicid.* *Marſ.in prax.§.conſtante. nu.*55.*Carrer.in prax.§.indict.*23.*& §.homicidium.*4.*nu.*53.*Maſcar. de probat. concluſ.*159.*nu.*24.*concluſ.*1386. *nu.*16. 17. *Ludouic. Peruſ.deciſ.*31.*nu.*10. *Bero.conſ.*192.*nu.*8.*vol.*3.*Tepat.lib.*1.*variar.tit.de indict.col.*7.*Guaz.reor. defenſ.* 33.*c.*10.*num.*6.*Ball.de quæſt. & indic.quæſt.*23.*Honded.conſ.*93.*num.*7.60.*vol.*2.*Carpan.ad Nou.Mediol. Conſtit.c.*1.*num.*1179.*Neguſ.conſ.*495.*nu.*7.*Pappon. lib.*24.*tit.*8. *arreſt.*4.*Thob.Noni. conſ.*101. *num.*16. *Boer.deciſ.*167.*Fachin.conſ.*79.*num.*10.*lib.*3.*Gomez, d.num.*49.*verſ.dubium tamen. Cephal.conſ.*76. *nu.*21. Additque, & meritò, *nu.*81. commodãtem arma ad delictum non teneri, niſi id doloſe, ex propoſito, vel lata ſaltim culpa, commodauerit, *ex Salic.l.*2. *C.de noxal.Burſ.conſ.*146.*nu.*22. Torqueri ergo poteſt (vt mox dicemus) cum probata ſatis, ſuperque, à Fi-
9 ſco † ſit commodantis ſcientia, cuius probãdi onus ad eum ſpectat, *gloſ.Bart.& alij, l.*1.*ff.de recept.Boer. deciſ.*167.*Fachin.conſ.*79.*nu.*10.*lib.*3.*Burſ.conſ.*146. *num.*20.*conſ.*351.*nu.*3. *Gomez.p.*3. *delict. c.*3.*nu.*50. *Guazz.d.c.*10.*num.*6.*Turret.conſ.*9.*num.*52.79. *conſ.* 13.*num.*3.*conſ.*95.*num.*7.*in* 1.*conſ.*8.*num.*9.*in* 3.*Menoch.conſ.*348.*num.*15.*Sym.de Prat.conſ.*50.*conſ.*81. *Bertaz.crim.conſ.*57.*num.*20.*conſ.*126.*num.*5. ab eo enim probanda eſt, qui in ea ſe fundat, *Soc.conſ.*82. *nu.*22.*vol.*1.*Monach.Floren. deciſ.*45. *nu.*11. *Turret. conſ.*44.*nu.*43.*in* 1.*conſ.*71.*nu.*7.*in* 3. *Surd.conſ.*150. *nu.*41.*Cephal.conſ.*455.*nu.*54. *Cornaz.deciſ.*188.*n.*8.
10 Debilior † enim eſt ſcientiæ, quam ignorãtiæ præſumptio, *Turr.conſ.*9.*num.*63.*vol.*1. & potius ignorantia, quam ſcientia præſumitur, *l.verius.C.de probat.Triuiſ.deciſ.*14.*nu.*11.*lib.*1.*Turret.conſ.*9. *nu.*50. *conſ.*95.*nu.*6.*in* 1.*Guazz.reor.defenſ.*33.*cap.*11. quæ certa eſſe debet, *Grilenz.conſ.*30.*nu.*10. *Cephal.con-*
11 *ſil.*601.*num.*48. Ignorans † non dicitur delinquere, *Caſtr.conſ.*30.*nu.*17.*in* 3. *Eugen.conſ.*86.*nu.*34. *Honded.conſ.*42.*nu.*42.*in* 1.*Surd.conſ.*25.*num.*30.*Decian. conſ.*44.*num.*36. *vol.*1.*Rim.Iun.conſ.*314. *nu.*11. *Alba, conſ.*770.*nu.*35.*Petra. de fideicomm. quæſt.*14.*nu.* 247. Nec punitur: ac proinde nullum eſt Statutum, quo aliter expreſſum ſit, *Crauet.conſ.*969.*nu.*5.*Burſ. conſ.*134. *num.*17. ignorans in pœnalibus nihil velle videtur, *Burſ.conſ.*153.*nu.*66. Niſi actum faciat illicitum, & à iure prohibitum, *Ruin.conſil.*184.*num.* 3. 9. *in* 2.
12 Secundo, interrogatus † reus commodauerit, ne arma? negauit, mendacio ergo conuictus torturæ ſubijci debet, *Clar.§.fin.q.*90.*num.*2.*Guazz.reor.defenſ.*33.*c.*10. *nu.*6. Mendacium indicium eſt torturæ, *Bart.l.de minore.§.plurimum.nu.*4. *& in l.fin.ff.de quæſt.& ibi Blanc.nu.*265.*Apen.l.quoties.nu.*32.*C.de dignit.lib.*12.*Rom.cõſ.*8.*Marſ.ſing.*103. *& §.diligenter.nu.*74.98.*Plot.de in lit.iuran.§.*54.*num.*11.*Triuiſ. deciſ.*13.*nu.*37.*lib.*2. *Caſon. de malefic.tract.*9. *cap.*2. *Cranet.conſ.*178.*nu.*4.*Nat.conſ.*42.*nu.*4. *Thob.Noui. conſ.*99.*nu.*21. *Gram.crim.conſ.*17.*num.*9. *Socc.conſ.* 40.*num.*5.*conſ.*54.*num.*13.*vol.*3.*Perſ.u.de indict. nu.* 87.*Vivi.deciſ.*282.*num.*29.*Sfort.conſ.*15.*num.*24. *Simon.de Prat.conſ.*105.*nu.*12.*Alba.conſ.*56.*num.*31. *conſ.*72.*num.*10.*Menoch.de præſumpt.lib.*1. *quæſt.*89. *num.*67.*Oſaſc.deciſ.*79.*nu.*5. *Grauet.theorem.*3. *nu.*7. *Pacian. conſ.*158. *num.*8. *conſ.*52.*nu.*4. *Burſ.conſ.*20. *nu.*21.*Farin.quæſt.*52.*num.*31. *Rim.Iun.conſ.*302.*nu.* 16. *&* licet *Boſſ. tit. de indict. num.*36. *tit. de variat.*

num.38. ſolum hoc indicium ad torturam ſufficere
velit: Putarunt tamen alij, & melius, id verum, ſi
leue aliud accedat adminiculum, *Granut. d. num.7.
Menoch. d. quæſt.89.num.68. Maſcard. de probat. con-
cluſ.1040. num.2. Intrigl. lib.1. ſing.168. num.10. &
lib.2. ſing.176. nu.72. Farin. d. quæſt.52. nu.36. Bertaz.
crim. conſ.60. num.13. conſ.548. num.7. Theſaur. deciſ.
24. nu.28. Clar. d. quæſt.21. num.28. Burſ. conſ.79. num.
15. Pacian. conſ.158. nu.9. conſ.52. num.4. Feltr. alleg.
9. nu.14. p.p. & alij nuper citati.* Sed Iudicis arbitrio
indictium hoc remittunt, *Menoch. d. q.89. num.70.
Clar. d. quæſt.21. nu.28. Tuſc. lit. M. concluſ.188. nu.41.*
quod verius.

Non obſtat primum, *ex Boer. & Clar.* quia id ve-
13 rum † ſi ignorans fuit Commodans, nec de menda-
cio conuictus in re ipſa principali ſit, aut in circum-
ſtantia ſubſtantiali. Cumque hoc in caſu Guadarel-
læ ſcientia probata iam ſit à Fiſco, eiuſque menda-
cium concurrat; tradit, & merito, *Clar. d. quæſt.90.
nu.2.* torquendum eum eſſe. Nec arma, alias, com-
modaſſe commoſtrauit Guadarella. Nec ſi probaſ-
ſet, excuſaretur, cum ſcienter commodauerit ad ho
micidium, quo in caſu, ſi *Farin. d. quæſt.130. d. nu.4.*
deferendum mihi eſt, eadem mortis pœna punien-
dus is eſſet, qua Marcellus occiſor, torturæ ergo
locus eſt.

Non obſtat ſecundum, Quia vbi ex delicto pœ-
14 na † mortis, vel corporis afflictiua, non autem mi-
nor, eſt imponenda; Tortura inferri poteſt, *Gan-
din. de maleſic. rub. de quæſt. nu.12. Gomez, p.3. delict.
cap.13. ſub num.2. Crauet. conſ.41. nu.9. Monald. conſ.
65. num.39. in 1. conſ.2. num.23. in 2.* Sed mortis pœ-
nam ſubire cogitur, qui arma ad homicidium ſcien
ter commodauit, *ex Farin. & alijs citat. num.6.* Tor-
quendus ergo eſt. Si verò extra ordinem (*inſpecta,
Bald. &* aliorum *ſententia*, quam probauimus *nu.7.*)
Torturæ etiam locus eſſe poteſt, *Roiaſ. ſing.191. nu.
3. Monald. conſ.60. num.42. in 1.*

15 Reſpon. II. Pœnam arbitrariam † ad corporis af-
flictiuam extendi, ad remigandum nempe, ſuper
regijs triremibus, *Gram. deciſ.42. ad fin. & deciſ.96.
Clar. §. fin. quæſt.85. nu.10. ad fin.* morte naturali ex-
cepta, *Alex. conſ.121. num.3. vol.7. Tuſc. lit. P. con-
cluſ.236. num.37. 40.* Quam ab inferiore Magiſtra-
tu imponi non poſſe, Principe inconſulto, *dixi conſ.
6.* Cumque delictum hoc, reſpectu occiſoris homi-
cidium ſit, ipſumque reum arma commodantem
auxilium præſtiterit, vel proximum, *ex Farin. quæſt.
130. num.1.6.* vel remotum, ſine quo ad homicidiũ
deuenire nec occiſor ille potuit, eumque cohorta-
tus, & inſtigatus fuit ad occidendum: Triremium
ergo pœnam irrogandam illi eſſe, & torturã cenſeo.

Reſpon. III. Quod etſi dixerint alij, in arbitrarijs
16 † pœnam corporis afflictiuam irrogandam non eſ-
ſe, nec torturam. Eos tamen non ita ſimpliciter ad-
mittendos cenſui, Niſi delictum à relegatione in-
fra ſit, *Peguer. deciſ.16. num.2. Muſcatell. prax. crim.
rub. de vulner. num.24. Farin. quæſt.42. nu.3. Burg. de
mod. ex arrup. quæſt.23. num.8. Becc. conſ.67. num.27.*
nec de iure ſaltim Statutario certa eſt pœna erudi-
tè *D. Caſtill. deciſ.176. num.15.* quia maior eſſet pœ-
na in modo procedendi, quam illa, quæ pro deli-
cto imponeretur, *Crauet. conſ.41. ad fin. conſ.237. nu.
11. Bertaz. crim. conſ.215. num.7. Cartar. lib.4. inter-
rog. reor. cap.1. num.20.21. Aldouin. conſ.26. num.59.*
Cum tortura ſit iniuria corporalis *l. nihil. C. de quæſt.*
& maior omni pœna pecuniaria, *l. in ſeruorum. ff. de
pœn. Marſ. in prax. §. expedita. nu.58. Crauet. conſ.237.
num.11. Cartar. d. cap.1. num.18. Aldouin. conſil.26.
num.57.* imo maior, quam vtriuſque manus abciſ-
ſio, *Boſſ. tit. de tortur. num.12. Farin. d. quæſt.42. num.
14. Scacc. de Iudic. lib.1. cap.84. num.4. Peregr. conſ.
2. num.143. in 2. Franc. deciſ.459. nu.2. Muſcatel. de-
lict. prax. rub. de extract. num.136.* morti ſimilis, *Pe-
regr. conſ.115. num.14. in 2. Aldouin. conſ.22. nu.25.
conſ.26. num.59.* Ac plerique tanta ſit impatientia,
vt mẽtiri potius, quam pati illam velint; *l.1. §. quæ-
ſtioni. ff. de quæſt. Aldouin. conſ.22. num.25. conſ.26.
num.59. Peregr. conſ.2. num.99. in 2. Farin. quæſt.83.
num.68. Menoch. de arbitr. caſ.269. Cartar. d. c.1. nu.
129. Bertaz. crim. conſ.29. num.4. conſ.182. num.9.* At-
qui, maleficium hoc à Relegatione ſupra eſt, cum
proximum ſit auxilium ad homicidiũ, arma com-
modare, quod ſatis eſſet. Sed inſtigator etiam fuit:
Adeo vt ex multis dixerit, *Farin. d. quæſt.130. num.
4.5.* Reum mortis eum eſſe. Torturam ergo irroga-
ri illi poſſe concludimus, vt veritas ore proprio
eluceſcat, *Franc. deciſ.459. num.3.* Hæc ad primum
ſint ſatis.

17 Circa ſecundum. Perſuaſio † ſi perſuadentis tan-
tum intereſſe reſpiceret, mandatum dicitur, non
conſilium: At ſi ipſius facientis commodum, & in-
tereſſe, Conſilium erit. *Bart. l. non ſolum. §. ſi manda-
to. num.2.19. ff. de iniur. Bald. l.1. num.5.6. C. de ſeru.
fugit. & in l. ob hæc verba. num.3. ff. de his qui not. in-
fam. Felin. cap.1. num.8. de off. deleg. Alex. conſ.127.
num.5. conſ.128. conſ.129. nu.6. in 4. Gram. vot.6. nu.
2. Ang. conſ.22. num.3. & de malef. gloſ. Sempronius.
num.1. & ibi Ang. in princ. Carrer. prax. §. circa. num.
129. Corn. conſ.57. num.8. vol.4. Ruin. conſ.6. nu.2. vol.
6. Roſentall. de feud. cap.10. concluſ.29. num.6.7. p.2.
Bertaz. crim. conſ.62. num.2. conſ.103. num.4. & ibi,
Scoliaſt. lit. A. conſ.341. conſ.505. num.44. conſ.419.
num.8.9. conſ.513. conſ.356. Monticell. reg.7. num.1.
Larat. conſ.112. num.33. Maſcard. de probat. concluſ.
419. num.14.15. Tuſc. lit. M. concluſ.36. num.14. con-
cluſ.34. num.8. Menoch. conſ.788. num.10. Rom. Iun.
conſ.310. num.1.12. conſ.817. nu.50.51. & conſ.105.
num.38. vol.2. crim. Mantic. de tacit. & ambig. lib.7.
tit.2. num.19.20. Gomez. p.3. delict. cap.3. num.43.
Carpan. ad Nou. Mediol. Conſtit. cap. homicida. num.
1386.1399. Caball. crim. reſol. caſ.241. num.4.5. Fa-
rinac. quæſt.129. num.9. Oſaſc. deciſ.67. num.10. An-
ton. Sola, ad decret. Subaud. tit. de falſ. gloſ.3. num.57.
Decian. lib.9. crim. cap.31. nu.5. Hartum. lib.2. tit.25.
18 Foren. obſer.5.* Maxime † ſi conſtet perſuaſionem,
ſeu conſilium præceſſiſſe delictum, *Bald. l.1. nu.13.
C. de ſeru. fugit. & ibi Iaſ. num.23. Dec. cap.1. num.9. de
off. deleg. & in l. conſilij. num.11. ff. de reg. iur. Iacob.
Gall. conſ.115. num.9. Petr. Rebuff. conſ.95. verſ. tertio
nemo. Menoch. de arbit. caſ.351. num.8.* Vt ex conſi-
lio, ac perſuaſione illa motus fuerit occiſor ſcienter,
*Cardin. clem.1. quæſt.12. de pœn. Dec. d. cap.1. num.10.
& d. l. conſilij. num.10. Menoch. d. caſ.351. num.9. Ia-
cob. Gall. d. num.9. Boer. deciſ.262. nu.1.* Cumque ho-
noris ſui cauſa illum occiſurus fuiſſet Marcellus,
Conſilio tamen hoc, & armis præſtitis, impulſus
dicitur ad occidendum: Adeo, vt delictum in com-
modum

modandis armis, perſuadendo auxerit Guadarella.

19 Cæterum homicidij inſtigator ipſe † fuit, quia Marcellum commouit, inflammauit, impulit, *l.non eſt enim.ibi inſtigationibus corrupti.ff.de inoff.teſtam. l.ob hæc verba.& ibi notant.Gloſ.Bart.Bald.& alij.ff. de his qui not.infam.cõſert.tex.l.1.§.incidit.ff.ad Turpill.l.1.§.ſed et ſi.ff.ſi quatrup. Decian.lib.9.cap.30.nu. 7.optimè Roſentall.d.cõcluſ.29.nu.21.* Qui enim hor-

20 tatur, non mandat, *l.ob hæc verba.vbi gloſ.& Bald. ff.de infam.in l.ſi vero non remunerandi.§.cum quidã. ff.mand.* & qui perſuadet, non mandat, *l.1.§.Pomponius.ff.depoſ.Bertaz.crim. conſ.357.num.41.* Nec qui conſulit, vel permittit, *l.cum pater.§.mandato. ff.de legat.2.* explicat, *Bald.d.l.1.August.ad Ang. de maleſic. gloſ.Sempronium mandatorem. Muſcatell. in prax.delict.tit.de homic.median.mand.num.26.* Sed perſuaſio, qua inducimur ad aliquid faciendum loco compulſionis eſt, *l.eum qui.ff.de Apoſt.l.1.ff.de rapt.virg.* Imo plus eſt, quam violenta coertio, *Cyn. in l.1.C.de rapt.virg.quod ex l.1.§.perſuadere.ff. de ſeru.corrup.* edocuit. *Neurz.ſylu. nupt.lib.4.num.39. Larat.conſ.112.nu.34.* & dolum arguit, *Decian.lib.8.*

21 *crim.cap.7.num.7.* vt inſtigare plus ſit † quam conſulere, *d.§.perſuadere.Bart.d.§.ſi mandato.Roſental. d.num.21.* Perſuadere, nec aliud eſt, niſi maxime ſuadendo inducere, *Rim. Iun.d.conſ.310.nu.9.* Perſuaſit inquam, & inſtigauit homicidium, armis ad maleficium præſtitis. Torturæ ergo ſubijciendus eſt, vt indictijs probatum, ore proprio confiteatur reus, & ita iuris eſſe concludo.

Ex his pronunciauit Iudex Terræ Mottæ, *Procedatur ad torturam contra Antoninum Guadarellam*, Fuitque ſic exequutum, & M. R. C. confirmauit. Anno MDCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ ſtatus, eiuſque mutatio, mota litis non commiſſi delicti tempore, inſpici debet. Declar.nu.29.*

2 *Reus ſi poſt maleficium ſit Clericus, ab Eccleſiaſtico, non à Seculari Iudice, cognoſcendus eſt, nu.32.33. Ratio, num.40.*

3 *Status inſpicitur, in quo, quis eſt, dum conuenitur.*

4 *Reus, ſi commiſſo crimine, vel inchoato proceſſu ſit miles, ad Magiſtrum militum remitti debet.*

5 *Forus mutatur, mutato ſtatu.*

6 *Forum mutare cuique licet, ſi præuentus non ſit, ex citatione tamen valida.*

7 *Clericus vxorem ducens, in omnibus ſit ſecularis, & beneficium amittit.*

8 *Nouitius, durante anno, verè Religioſus eſt, gaudetq; fori, & Canonis priuilegio, licet prima tonſura initiatus non ſit.*

9 *Nouitius reus criminis, à ſolo ſuo Prælato puniendus eſt, etiam pro delicto extra Clauſtra commiſſo.*

10 *Nouitius ſi poſt delictum commiſſum infra annum, habitum dimiſerit, vel à Prælato deiectus eſt, tunc à Seculari Iudice pro eo delicto puniri debet, ſed ea pœna, quam promeruerat, inſpecto delicti tempore. Ratio num.41.*

11 *Ieſuitæ, veri ſunt Religioſi.*

12 *Delicti tempus inſpicitur, ad fundandam iuriſdictionẽ.*

13 *Iuriſdictio quæſita Iudici, ratione alicuius qualitatis conſiſtentis in perſona, tempore actus, aut delicti, tribuentis Iuriſdictionem, non tollitur, mutata qualitate.*

14 *Delicti tempus inſpicimus, non ſententiæ, licet mutetur ſtatus.*

15 *Dignitas Actoris, vt forum Rei non immutat, ita nec rei dignitas, actori nocet.*

16 *Craſſ.cleric. effect.1.nu.649. reijcitur.*

17 *Clericus ſi commiſſo delicto ſit laicus, ab eccleſiaſtico foro non eximitur, & num.35. Ratio num.39.*

18 *Carauit.rit.66.num.10.reijcitur. & num.36.*

19 *Laicus, qui ratione artis certum habet Iudicem, ſi deſinit illam exercere, corã eo adhuc conueniendus eſt. De Mercatore, nu.20. De Principis Theſaurario nu.21. De Scholari, num.22. De Officiali, num.23. De Milite, num.24. De Subdito Admirati, num.25. De Offendente bannitum, inde exemptum, num.26. De Clerico Epiſcopalis Curiæ Notario. num.27. De Vaſſallo Officiali, num.28.*

30 *Ordo eſt, Prima tonſura.*

31 *Contrariorum non eſt eadem diſciplina, ſi diuerſa vrget ratio.*

34 *D.Carolus Tapia Marchio Bellimontis in Supremo Italicarum rerum Senatu Regens laudatur.*

37 *Præuentio non fit coram Iudice incompetenti.*

38 *Guaz.reor.defenſ.1.c.10.num.8.reijcitur.*

42 *D.Hieronymus de Neapoli, olim Tribun. Conſiſt. Præſes laudatur.*

ARGVMENTVM.

Clericus tonſuratus, ſi commiſſo delicto fiet Laicus, An à Seculari, vel Eccleſiaſtico Iudice pro eo delicto Clericatus tempore patrato puniendus ſit? Quid in Nouitio probatæ Religionis?

CONSILIVM XV.

IOannes Ariczi Minorum Ordinum Clericus, nefandi criminis accuſationem in Titium propoſuit: Teſtibus examinatis, cum delictum probaretur; Terminus (vt aiunt) Extraordinarius Titio datus eſt, is interim datis defenſionibus, quia teſtium falſitatem concludenter euicit, abſolutus eſt. Proinde cum eos ad pœnam Talionis depoſceret, M. R. C. eos in pœnam mortis damnauit. Ariczium vero, quod, clericus eſſet, omnino præterijt: Verum cum iſte, non multo poſt, clericalem militiam abieciſſet, dimiſſo habitu à Titio M. R. C. accuſatus eſt. Sed Ariczius ſecularem Iudicem hac in cauſa, Competentem eſſe negabat, ad Eccleſiaſticum ſe omnino remittendum petens, quia commiſſi delicti tempore, ipſo Eccleſiaſtici Iuris, ob clericatus qualitatem, cenſeretur.

Ex his dubitatum fuit, Cuius temporis ratio habenda eſſet, in cognoſcenda iuriſdictionis quæſtione, Delicti ne, vel accuſationis, & pœnæ tempus? Quare vt accuſationis, & pœnæ tempus inſpiciamus, permultæ ſunt, & egregiæ quidem rationes:

1 Primo, ad perſonæ † ſtatum, ciuſq; mutationem motæ

motæ litis, non commiſſi delicti tẽpus inſpicimus. *§.omnis autem.§.ſi ſeruus. Inſtit.de noxalib.Marſ.rub. de fideiuſ.q.12.num.136.*

2 Hinc reus † aſsumpto poſt maleficium clerica-
tu, non à Seculari, ſed ab Eccleſiaſtico Iudice co-
gnoſci debet, *cap.propoſuiſti.de for. compet.l.ſi quis
poſtea.ff.de Iudic.Archid.c.nemo unquam.11.quæſt.
1.Oldrad.conſ.4.Cancer.lib.2.reſol.cap.2.de Iuriſdict.
nu.133.Gandin.de maleſic.rub.de aliquib.quæſt.var.in
maleſ.num.9.rub.de pœn.reor.nu.32.Marta, de Iuriſd.
par.4.cent.2.caſ.121.num.5.10.11.Marſ.ſing.480.
Guttier.lib.1.pp.qq.5.num.2.Marcabr.conſ.44.nu.65.
Anton.Scap. de Iur. nonſcrip.lib.1.cap.1.nu.6.Boſſ.
tit.de pœn.num.38.comm.Decian.lib.4.crim.cap.9.nu.
60.Scacc. de Iudic.p.p.cap.12.nu.2.Valaſc. deciſ.48.
deciſ.65.Ceuall.comm.quæſt.563.num.6.Caball.crim.
reſol.caſ.108.num.20.caſ.147.nu.5.Franc.deciſ.400.
Plac.delict.lib.1. cap.35.num.5.comm.Iul.Clar.§.fin.
quæſt.36.num.38.Auendag.de exeq.mand.reg.lib.1.
c.22.num.12.Rodcrich. regul.q.2. artic.3.p.2.Canal.
deciſ.10. deciſ.11.par.5.Craß. cleric.effect.1.à num.
1071.Couar.pp.qq.32.ſub n.4.Monald.conſ.133.nu.1.
vol.1.Azeued.l.1.num.3.tit.4.lib.1.recop.* quia mu-
tato foro, mutauit ſimul ſtatum, & perſonæ condi-
tionem *Amorin.num.25.Barboſ.num.198.215.d.l.ſi
quis poſteaq.Franc.deciſ.308.num.9.* Si vero clericus,
fit laicus, à ſeculari puniendus eſt, vt contrariorum
eadem ſit diſciplina, *§.fin.Inſtit.de iis qui ſunt ſui,vel
alien.iur.* exornat, *Tuſc.lit.C.concluſ.1013.à num.1.*
niſi ab Eccleſiaſtico fuerit præuentus. *Franc.Mazz.
in Schol.ad Franc.Anton. de liquid.inſtrum.conſid.4.
ſub num.71.Foller.in rit. Item quod ſi aliquis.num.2.
rub.Cleric.coniug.non admitti.Carauit.rit.66.num.9.
10.Craß. cleric.effect.1.nu.649.Franc.deciſ.417.nu.
5.Guaz, defenſ.reor.3.c.10.num.8.*

Secundo tradit, *Alex.in l.nemo poteſt. num.3.ff.*
3 *de leg.1.* cum eſse † cuiuſque Statum inſpiciendum,
in quo is conuenitur, *Franc.Mazz.d.conſid.4.nu.71.*
Proinde clericus à Curia Eccleſiaſtica relegatus, ſi
durante relegatione fiat Laicus, & illam frangat, à
Seculari Iudice puniendus eſt, quia nouum eſt deli-
ctum, cuius Status eſt immutatus, ac non ſubditus
effectus, *Alber.l.meminiſſe. ff. de off.proconſ. Franc.
deciſ.395.Mar.Ant.Genuen. prax.Archiep.cap.9.nu.
3.* & Paganus, ſi commiſſo delicto fiat miles, ſub ſe-
4 cundo † militari Iudice puniendus eſt, *l. qui cum
vno. §.reus.ff.de re milit.l.hos accuſare.§.1.ff.de ac-
cuſ.Anchar.c.ea qua.quæſt.13.de reg.iur.in 6.Oldrad.
conſ.4.Barboſ.d.l.ſi quis poſteaq.nu.114.Ceual. de co-
gnit.per vim. & violen.par.2.quæſt.37.nu.2.Gratian.
diſcept.226.num.27.Decian.lib.4.crim.cap.24.nu.2.
Ricc.in prax.tit.de Cleric.deciſ.596.num.7.* Idem de
eo dicendum eſt, qui commiſſo crimine effectus ſit
Cardinalis, nam in eius cognitione, priuilegijs gau-
debit, Cardinalibus indultis, *c.præſul.5.q.2.Gratian.
diſcept.226.nu.23.* Mutato enim perſonæ Statu fo-
5 rus † mutatur, *l.ſi filius.1.& ibi Bald. ff.de tutel.&
6 ration.diſtrah.Surd.conſil.396.num.19.* Licitum † eſt
vnicuique mutare forum, ſi præuentus non ſit, *Soc.
cap.fin.q.10.de for.compet.Marcabr.conſ.69.num.87.*
Nec ſatis eſt datum eſſe libellum, niſi ſit citatus, *l.ſi
quis poſtquam.vbi Bald.Amorin.num.6.7.Barboſ.nu.
50.& alij.ff.de iudic.Socc.in c.peu.art.4.princ.q.1.de
for.compet.Tuſc.lit.P.concluſ.646.num.9.Marcabr.
conſ.69.num.88.* ibique addunt omnes, nec obſtare,
quo minus poſſit alterius effici iuriſdictionis, ſi reus
citatus eſset nulliter: alias ſecus, *Amorin.ibid.nu.4.
11.Maſcard.de probat. concluſ.1126.num.16. Aze-
7 ued.l.10.nu.52.tit.13.lib.8.recop.* Cumque † vxorem
duxerit Ioannes, ſecularis omnino eſt, vt nec bene-
ficium retineat, *gloſ.Abb.& Doct.cap.1.de cler.con-
iug.Rebuff.de pacif.poſſeß.nu.223.alias, 187.Corraſ.
de benef.p.p.cap.10.num.10.Gig.de penſ.quæſt.54.nu.
11.Couar.de ſponſal.p.2.cap.6.§.3.num.4.Leſſ.de iuſt.
& iur.lib.2.cap.34.dub.21.Ponte, deciſ.4.num.14.
Suar.comm.opin.verb.clerici.num.107.Maſcard.de
probat.concl.182.num.6.Clar.§.fin.quæſt.73.num.5.
Lopez,l.1.gloſ. el beneficio.tit.6.par.1.Caldaſ. de po-
teſt.eligen.p.3.cap.5.num.14.Sayr. de cenſur.lib.6.c.
5.num.10.Farin.quæſt.138.num.98. Roder.in ſumm.
p.p.cap.30.num.9.Vega, p.p.cap.36.caſ.20.Guttier.
lib.2.pp.qq.104.num.2.Decian.lib.6.crim.cap.22.nu.
3.Salzed.ad Diaz.in prax.c.80.lit.F.Vaſq. de teſtam.
§.22.nu.64.Nauar.in manual.cap.25.nu.119.Azor.
Inſtit. Moral.p.p.lib.13.c.13.quæſt.8.p.2.lib.7.c.16.
quæſt.5.Tuſc.lit.C.concluſ.302.lit.M.concl.148.Sanz.
lib.4.diuiſ.bon.cap.6.num.23.Garz. de benefic.p.11.
cap.8.num.4.Beret.conſ.102.nu.2.9.Gratian.diſcept.
159.num.10.Cened.pp.quæſt.30.num.27.Petr.Gre-
gor.de benefic.cap.25.num.4.cap.75.num.5.Pariſ.de
reſignat. benefic.lib.1.quæſt.1.num.12.Ceual.comm.
quæſt.147.num.5.Palat.Rubé.rub.de donat.int.vir.&
vxor.§.55.num.7.Pech. cap.beneficium.num.26.de
reg.iur.in 6.Gonzal.ad reg.cancell.gloſ.15.num.44.
Perez.l.1.fol.4. verſ.hinc infertur, tit.1.lib.5.recop.
Ladercb.conſ.24.num.62.Putc.deciſ.459.lib.2.San-
chez.de matrim.lib.7.diſput.44.alios congeſſi, ad Sta-
tut.Meſſan. cap.1.gloſ.1.num.44.p.p.* Etſi matrimo-
nium nullum ſit, *Ioan.Andr.& alij in cap.1.de cler.
coniug.Anchar.cap.1.eod.tit.in 6. & conſ.34.comm.
Pariſ.de reſignat. lib.7. quæſt.1. num.19.* Sed conſu-
las diſtinguentem, *Garz. d.cap.8.num.12.13.*

8 Tertio, Etſi nouitius † approbatæ Religionis,
intra annum, vt laicus cenſeatur in multis, ex rela-
tis, *à Molin.de primog.lib.2.cap.9.nu.52.Guttier.lib.
2.canon.quæſt.1.num.107.Mantic.deciſ.295.num.3.*
Durante tamen nouitiatu, ſi alium occidat; Cum
perſona ſit Eccleſiaſtica, *cap.religioſo.de ſent.excom.
in 6.Bellug.in Specul.princ.rub.11.§.videndum.nu.5.
Beret.conſ.68.num.5.Gratian.diſcept.226.num.33.
Nouar.de elect.for.ſect.1.q.35.num.1.* Gaudet enim
Fori, & Canonis priuilegio, *d.cap.religioſo.§.1.Ho-
ſtien.cap.ſtatuimus.verb.poſſe. de regular.Gaetan.in
ſumm.verb.excommunicatio.c.10.verſ.nota.7.Graff.
deciſ.p.2.lib.3.cap.5.num.26.Decian.lib.6.crim.cap.
17.num.9.Plac.lib.1.delict.cap.42.nu.24.Tolet.lib.
5.Summ.cap.8.num.2.Socc.c.peruenit.nu.63.de ſent.
excomm.* vt aduerſus, *Abb.& Innoc.firmat.Spec.de
teſtam.gloſ.12.nu.59.in fin.Cancer.2.reſol.cap.1.nu.
117.Molin.diſput.139.Cened.canon.quæſt.4.num.41.
quæſt.6.nu.13.Gabr.tit.de præſumpt.concluſ.12.num.
14.Tiraq.1.retract.§.1.gloſ.8.num.21.Bellug.d.nu.5.*
vt Profeſſus, *cap.1.de Stat.monach.copioſe Rebuff.
prax.benefic.tit.de Diſpenſ.cum Regul.nu.23.* etſi lar-
ge, *Gratian.deciſ.35.num.16.* Licet prima tonſura
initiatus non ſit, *Azor. Inſtit. Moral.lib.12.cap.3.
quæſt.2.p.p.Rodrich.p.3.regul.quæſt.51.art.12.Bar-
boſ.in ſchol.ad Conſ.Trid.ſeſſ.23.cap.6.nu.10.Cened.*

canon.

Google

canon.quæſt.6.nu.41. Præſertim quoad fauores, non
quoad odia, Graff.conſ.22.nu.25.lib.5. Roder.regul.
quæſt.21.art.11.par.1. Beret.conſ.68.num.5.Coſta. de
retrotr.cap.9.caſ.3.num.24.Cened.d.quæſt.4.num.41.
9 A ſolo ergo ſuo Prælato † puniendus eſt, etiam pro
homicidio, & alio graui, quouis delicto, Abb.c.cũ
contingat.nu.21.de ætat.& qualit. Iaſ.auth.ſi qua mu-
lier.num.59.C.de ſacroſ.eccleſ. Molin.p.4.de iuſt. com-
mut.diſputat.49.num.24.Nauar.lib.2.tit.de for.com-
pet.conſ.6.num.4.Ambroſ.de immunit.eccleſ.cap.22.
num.11.Nouar.de elect.for.ſect.1.quæſt.35.Marta, de
Iuriſd.p.4.cent.2.caſ.121.num.24.Eugen.conſ.26.nu.
10.Maſtrill.deciſ.290.num.168.Roderic.regul.quæſt.
2.art.10.p.2.Decian.lib.4.crim.cap.9.num.24.Ricc.
deciſ.225.num.1.p.p. Marſ.ſing.534.Gratian. ad de-
ciſ.35.num.1.Scacc. de Iudic. cap.11.num.21.Farin.
quæſt.16.num.46.Bellug.d.num.5.Boſſ.tit.de for.com-
pet.num.127.Caball.crim.reſol.caſ.108. num.20.Ca-
ual.deciſ.11.à num.1.p.5. & pro delicto extra Clau-
ſtrum commiſſo, Ricc.deciſ.121.p.2.Nouar.d.q.35.
10 nu.5. At ſi habitum † dimiſerit, vt integrum ei eſt,
durante anno, c.nõ ſolum.de regular.Lopez.l.7.verb.
ſi quando.tit.7.par.1.Craſſ.cleric.effect.4. à nu.27.ad
num.vſque 33.Rim.Iun.conſ.477.nu.26.Honded.conſ.
73.nu.21.22.vol.2.Gutier.de gabell.quæſt.95.nu.35.
D.Carol.Tapp. in auth.ingreſsi. verb.ſua.cap.14.C.de
ſacroſ. eccleſ. Vel ſi Prælatus illum, vt religione in-
dignum, è nouitiatu (vt par,eſt) eijciat: Tunc à ſe-
culari Iudice, pro eo crimine, plectendus eſt, pœna,
quam pro eo delicto promeruerat, attento Statu,
in quo eſſet delicti tempore, Molin. d.nu.24. Henya.
in Curia, Philip. p.3.§.1.num.12. Ambroſ.de immu-
nit.eccleſ.cap.22.num.11.Farin.quæſt.8.num.49. Bo-
uadil.lib.2.Polit.cap.18.nu.87. Lambert. de contract.
gloſ.2. quæſt.19. num.72. Licet ſecularem Iudicem
11 præueniſſet Prælatus. Quod † procedere etiam ait,
Molina d.num.24. In Societate Ieſu, & in omnibus,
qui per actis duobus probationis annis, tria vota
emiſerint, veriq; Religioſi eiuſdem Societatis ſunt,
non tamen Profeſſi, ex Pij V. Iulij III.& Greg.XIII.
Bullis, D.Tap.d.auth.ingreſsi.verb. monaſteria.c.10.
num.8. Azor.Inſtit. Moral.p.p.lib.13. cap.7.Roder.
reg.quæſt.56.art.1.p.p.quæſt.47. art.16.p.2. Io. de la
Cruz. de Stat. regul.lib.1.cap.2. concluſ.5. Barboſ. ad
Trid.Conſ.ſeſs.25.cap.16.num.10. Gabr.conſ.28.in 1.
Molin.diſput.139.671.nu.3. qui Laſert.aliter (& mi-
nus recte) ſentientem increpat. Hæc me ancipi-
tem reddebant.

Sed his non obſtantibus, in ea ſum ſententia,
Quod ſi clericus, dimiſſo habitu fiat laicus, ab Ec-
cleſiaſtico Iudice puniendus adhuc eſt pro crimine
Clericatus tempore commiſſo.
12 Primo, ad fundandam † iudicis iuriſdictionem
commiſſi delicti tempus inſpicitur, vt ſciamus, ad
quem illius punitio pertineat, l.quid ergo. ff. de his
qui not.infam.Bart.l.quod ait.§.1.ff. ad l.Iul. de adult.
Abb.in cap.fin.num.2.de ſent.excomm.Bald.in cap.1.
§.iniuria.verb.feudum.de pac.iuram.firmat.in c.olim.
ad fin.de dol.& contum.Iaſ.in l.more.num.22.ff.de iu-
riſd.omn.iud.Marſ.ſing.480. Alex.conſ.149. num.9.
vol.6.Roland.conſ.100.num.28.vol.2.conſ.77.num.6.
in 4.D.Carol.Tap.lib.2.de Iur. Neapol.rub.31.num.5.
ſcite.D.Valenzuel.conſ.4.nu.23.Ambroſ.de immunit.
eccleſ.cap.19.num.3.Decian.lib.4.crim.cap.20. nu.5.
& in delictis initium ſpectamus fauore rei, l.ſi quis.
ff.de furt.Valenzuel.d.conſ.4.num.20. Eo enim ipſo,
quod crimen committitur, quæſitum illi ius eſt, cu-
ius ſubeſt iuriſdictioni, auth.Qua in Prouincia.C.vbi
de crim.agi oport.l.licitatio.§.quod illicitè. ff.de publi.
l.fin. ff.de priuat. delict.l.fin. ff.de furt.Bald.l.officia-
les.num.1.ibique Aloyſ.Leo,nu.2.3.C.de Epiſc.& cle-
ric.idem Leo,in l.qui ſub prætextu.num.16.C.de ſacroſ.
eccleſ.Dec. in c.quæ in eccleſiarum. num.18. de conſtit.
Gratian.diſcept.226.nu.10. Iuxta perſonæ conditio-
nem, quæ fuerat commiſſi delicti tempore, l.1.ff.de
pæn.Bald.l.officiales.n.2.Gratian.diſcept.226.nu.11.
13 Ac proinde iuriſdictio † quæſita Iudici, ratione ali-
cuius qualitatis, in criminoſi perſona conſiſtentis,
actus, aut delicti tempore; mutata qualitate non
tollitur, Caſtr.l.1.C.vbi de ratioc.agi oport.& in l.fin.
in princ.C.de iuriſd.omn.iud. Peregr. Tract.var.lib.1.
num.139. Sed tempore quo deliquit, Eccleſiaſtico
Iudici erat ſubditus, ergo &c.
14 Secũdo, in delictis † patrati criminis tempus at-
tenditur, l.1.ff.de pœn.l.iniuriam æſtimatio.ff.de iniur.
l.doli. §.fin.ff.de ſeru. corrupt.l.1.§.1.ff. ad Syllan. l.ſi
quis poſtea. vbi, Gloſ.& Doct.ff.de iudic. Bero.in c.de
cauſis.num.20.de offic.deleg.Bellam.c.propoſuiſti.q.2.
de for.compet.Boſſ.tit.de pœn.num.21.38.Marta, de iu-
riſd.p.4. cent.2.caſ.121. num.3. Bouadil.lib.2.polit.c.
18.ſub num.77. Ambroſ.d.cap.19.num.2. Morla, in
empor.iur.tit.1.de legib.quæſt.6.num.19.Franc.deciſ.
76.num.12.Cenal. de cognit.per vim. & violen.par.2.
quæſt.37. num.3. Peregr.conſ.103.num.3. vol.1. Mo-
nald.conſ.146.num.13.vol.2.Gomez.3.delict.cap.10.
num.5.aliter enim iniuſtum eſſet, Morla, d.num.19.
licet mutetur ſtatus, gloſ.l.1. verb.commiſſa. C. vbi
de crim.agi oport. Gratian. diſcept.226.nu.12. ſi cer-
ta eſt pœna, Caball.d.caſ.147.num.15. Actoris nam-
15 que dignitas, † vt rei forum non mutat, ex Vulteo.
ad l.3.nu.4.C.vbi cauſ.ſtat. Ita nec rei dignitas, acto-
ri obeſſe debet, Hering.de fideiuſ.cap.20.§.26.nu.13.
Nec reum ipſum excuſat, l.ſi quis decurio.ad fin.C.ad
leg.Cornel.de falſ. Quo fit, vt neceſſe nec ſit, Iudicẽ
Eccleſiaſticum in delicto præueniſſe, vt minus re-
16 cte † opinati fuere Craſſ.cleric.effect.1.num.649. &
alij à me citati.nu.2. à iure namque præuentum cen-
ſetur, Ioan.Andr.cap.1. de oblig. Aloyſ.Leo. in l.reos
capitalium. num.5. C. de accuſ. ad quem etiam effe-
ctum ſatis eſt initium, Ricc.d.deciſ.590.nu.2.Franc.
deciſ.417.num.6. Quod qualibet in re inſpici opor-
tet, l.ſi filius fam.ff.de verb.oblig.Franc.deciſ.544.nu.
8.deciſ.37.num.4.

Tertio notat, Bald.l.affinitatis. num.5.7.C.de ſuc-
ceſſ. & in l.affines. C.comm. vtriuſque iudic. quod ſi
17 clericus † homicidium, clericatus tempore com-
mittat, & inde vxorẽ duxerit, pro delicto illo ſup-
poſitus ad huc eſt Epiſcopo, idem Bald.nu.2. Aloyſ.
Leo.num.4.l.officiales. C.de epiſcop. & cleric.l.qui ſub
prætextu.num.16.C.de ſacroſ.eccleſ.ex gloſ.l.nemo po-
teſt.vbi Crot.col.penult. Alex.ad fin.ff.de leg.1. & cõſ.
8.ſub num.3.vol.1.conſ.149.nu.8.9.vol.6. Cagnol.l.1.
num.107.ff.ſi quis ius dicen.Cappell.Tholoſ.deciſ.378.
Marſ.ſing.480.Abb.conſ.85.p.p.Caual.deciſ.10.num.
28.par.5.Seraph.Iuram.priuil.8.num.2.Iul.Clar.§.fin.
quæſt.36.num.11.12.& ibi Baiard.num.46.47.Tuſc.
lit.C.concluſ.385.num.21.lit.I.concluſ.451.nu.5.Gra-
tian. diſcept.226.num.2. Thor. compend. deciſ. lit. C.
verb.

verb.clericus.8.Ricc.collect.308.ampl.4.collect.724.
collect.1864.& in prax.deciſ.590. Cencd.collect.23.
num.2.p.2.Marc.Anton.Genu.in prax.Archiep.c.9.
num.1.Sayr.in claui.Reg.lib.12.cap.7.nu.9.Craſſ.cle-
ric.effect.1.num.647.Franc. deciſ.417.num.4. deciſ.
571.num.2.Borrell.in ſumm.deciſ.tit.43.de for.com-
pet.nu.72.Marta,de iuriſdict.p.2.cap.32.nu.53.& p.
4.cent.2.caſ.121.num.4. Heuya in Cur. Philip.p.3.§.
1.num.10.Bouadil.in polit.lib.2.c.17.num.34.Decian.
lib.4.crim.cap.14.nu.5.Camill. de Curt.in diuer. feud.
par.2.cap.2. num.114.Caball. crim. reſol. cent.2.caſ.
147.num.10.Ambroſ.de immunit. eccleſ.cap.19. nu.
3.D.Valenzuel.conſ.4.nu.21.Ceual. comm.quæſt.563.
num.5.Valaſc.deciſ.48.nu.2. Sic pluries deciſum re-
fert, Gramm.deciſ.10.num.23.Carauit.rit.66.num.9.
18 qui † etſi num.10.ſentiat præuentionem eſse neceſ-
ſariam, improbatur tamen à Caual.d. deciſ.10.num.
28. & hoc verius dixere, Ceuall. d.num.5. Gratian.
d. num. 2.

19 Hinc ſi de collegio artis quis ſit, recuſare nõ po-
terit iuriſdictionem eius, qui præeſt collegio, etſi
eiuſdem artis eſse deſierit, in ijs præſertim quæ ad
artem illam tunc geſserat, l.1. C. vbi de ratioc. agi
oport.l.prætor. §.etiam. ff.de eden. Iacob. de Aren.in
l.hæ demum.& in l.operæ. ff.de oper. libert. Aloyſ. Leo
in l.officiales.num.6.C.de epiſcop.& cler. Caſtr.l.fin.in
20 princ.C.de iuriſd.omn.iud.& ibi infert † quod ſi quis
deſierit eſſe mercator, pro ijs tamen, quę geſſit tem-
pore quo erat mercator, coram conſulibus eiuſdem
mercantiæ conueniri poterit, Crot. in l.nemo poteſt.
num.80.ff.de legat.1.Caball.d.nu.10.Gratian.diſcept.
226.num.14.15.Ricc. deciſ.590. num.2.Marc. Ant.
Genuen.prax.Archiep.c.16.num.5.Franc.deciſ.417.
21 num.3.4. Sic Principis † vel Auguſtæ Theſaurarius,
ſi de crimine etiam graui, depoſita iã adminiſtra-
tione, accuſetur, alteri Iudici nec ſubeſt, niſi ſoli
Principi, aut illi, cui ſpeciatim ipſe commiſerit, Bel-
22 lin.de re milit.p.7.tit.3.nu.20. Sic ſcholaris † pro ge-
ſtis tempore quo erat Scholaris coram Rectore cõ-
ueniendus eſt, Caſtr.l.fin. num.1.2.C.de iuriſd. omn.
iud.& in l.1.nu.3. C.vbi de ratioc.agi oport. Caball. d.
caſ.147.num.11.Ricc.d.num.3.Petr.Moncad.ad Crot.
de teſtib.p.4.nu.178.lit.N.Gratian.diſcept.226.num.
19.Franc.deciſ.417.ad fin.Marc.Ant.Genuen.d.c.16.
23 23.nu.5. Et Officialis, † ſi durante officio clericus
fuerit ordinatus, pro geſtis in Officio, à Sindicato-
re puniendus quoq; eſt clericali priuilegio non ob-
ſtante, l.ſi quis curialis. C.de epiſc.& cleric.Gram.ad
regn. Conſtit.lib.1. verſ.duodecimo.fol.28. Bouadill.in
24 polit.lib.2.c.18.nu.99.ad fin. Et is † qui delicti tem-
pore erat miles, ſi talis eſſe deſijt, à militari Iudice
corrigendus eſt, ac ſi in militia adhuc permanſerit,
Gugliel. Cunc.l.1. C. vbi de ratioc. agi oport. Gratian.
diſcep.226.num.3.19.Ricc.d.nu.3.Caball.d.caſ.147.
num.28. Neque enim ab alijs, milites leuis, grauiſuè
armaturæ, vel pedeſtres priuilegiari, quàm à ſuis
militum magiſtris cognoſcendi ſunt, Franc. deciſ.
88.Viui.deciſ.254. Capiblan.de Baron.pragm.8. p.2.
25 num. 242. Sic ſuppoſitus † iuriſdictioni admirati
ratione certi officij, pro delicto tunc commiſſo, ab
eodem pœna omni afficiendus eſt, licet officio fue-
rit priuatus, Anchar.conſ.352.Maxill.conſuet.Baren.
incip. A Comitibus. num.26.Franc.deciſ.417.num.9.
26 Proinde bannitum † offendens, eo deinde à banno
exempto, non tenetur, l.qui cum maior. verſ.ſed ſi
minor. ff. de bon. libert. l.quod ait Lex. §.ait. vbi Bart.
ff.ad leg.Iul.de adult.Marſ.ſing.225. Anton. Burg.in
cap.cum dilecti.num.41.de empt. & vendit. D.Valen-
27 zuel.conſ.4.nu.22. & Clericus, † qui Curiæ Epiſco-
palis fuit Notarius, ſi inde fiat Bigamus corã Epi-
ſcopo reſpõdere cogitur, pro geſtis notariatus tem-
pore; non ratione clericatus, aut Bigamiæ, ſed pro-
pter officium quod habuit in Curia, Caſtr. l.1.num.
2.3.C.vbi.de crim.agi oport.Ricc.d.num.3.Marc. An-
ton.Genuen.prax.Archiep.c.16.nu.5.Gratian.diſcept.
226.nu.18. Adeo vt ſi à Viceprothonotario, coram
quo de geſtis in officio, ſecularis notarius reſpon-
dere debet, ex Angel.in l.prætor ait.§.is etiam. ff.de
eden. & ibi, Iacobin; vocatus non veniret; cum no-
tarius amplius non ſit, carcerari ab eo poterit, An-
28 na, ſingul.360. Vaſallus denique Officium † exer-
cens, ſi delinquat, & inde ceſſaret, vel foro renun-
ciaret, adeo vt ſub Baronis ſui iuriſdictione ſit cum
enim initium delicti ſpectandum ſit Ab eiſdem ar-
tis, vel officij Iudicibus puniendus eſt, Capiblan.de
Baron.prag.8.p.2.num.240. Sed hæc accipienda di-
xit, Caſtr.l.fin.C.de iuriſd. omn. iud. In geſtis concer-
nentibus officium, vel artem, quam quis gerebat,
non in alijs, Marc.Anton.Genuen.d.num.5.& ita iu-
ris eſse cenſeo.

Ex his ſupereſt, vt illis ſatisfaciam argumẽtis, &
rationibus, quæ dubitandi occaſionem præbuere.

29 Non obſtat primum, Quia † mutatio Status, etſi
operetur, multa ex Marſ.rub.de fideiuſ.num.136. In
eccleſiaſtici tamen Iudicis præiudicium, cui deli-
cti tẽpore acquiſitum fuit ius, Clericatus prætextu,
quo fugebatur, Bald.l.officiales.num.2.C.de epiſcop.
& cler.Dec.in cap.quæ in eccleſiarum.num.18.de con-
ſtit.Franc.deciſ.417.nu.6. Mutatio ſtatus nihil ope-
rari poteſt, imprimitur enim character, in quoli-
30 bet ordine, etiam primæ tõſuræ, quæ † ordo etiam
eſt, c.cum contingat.vbi Butr.& Doct.de ætat.& qua-
lit.Felin.cap.ſicut.3.num.2.de Simon.Mandoſ.reg.24.
quæſt.1.nu.2.Couar.c.quia nos.num.3. de teſtam. Men-
dez, l.cum oportet. num.166. C.de bon. quæ liber. Sua-
rez, tit.de maiorat.nu.34.Lopez, in procm.tit.6.par.1.
Caldas, l.ſi curatorem.gloſ.læſis.num.104.C.de integr.
reſtit.Rot.deciſ.731.num.5.6.p.p.Marta, de iuriſd. p.
4.cent.2.caſ.121.nu.11.Surd.conſ.259.nu.12.Garz.
de benef.p.7.cap.1. nu.2. Nauar.conſ.11.nu.3.lib.1.
de tempor.ordin.p.p. Gabr.conſ.181. in 2. & licet di-
xerit, Franc.deciſ.189.nu.9. Primam tonſuram, Sa-
crum Ordinem non eſse, Menoch. conſ.912.nu.21.
Id tamen verum eſt, loquendo de Ordine, non vt
Sacramentum, ſed vt (largo modo) pro deputatio-
ne ad diuinum officium, ſeu cultum, Guid.Pap.de-
ciſ.449.num.1.Garz.d.cap.1.num.3.Suarez.d.nu.34.
qui ad tex.c.clericus. de vit.& honeſt. cleric. reſpon-
det, quod, ibi clericus ſtricte ſine gradu eſt, Dec.cap.
eccleſia S.Mariæ.num.6.de Conſtit.& in c. cum non ab
homine.num.4. de iudic. Couar. d.cap.quia nos.num.4.
Gram.vot.33. nu.3. Surd.d.num.22.

31 Reſpon. II. Contrariorum † non eſt eadem di-
ſciplina, ſi diuerſa eſt ratio, l.inter ſtipulantem.§.ſa-
cram. vbi Bart. Iaſ.num.26.& alij, ff. de verb.oblig.
Alex.l.neceſſarijs.1.not.ff.de acquir. hæred.conſ.111.
num.13.in 7. Pariſ.conſ.82. num.49. in 3. Valenzuel.
conſ.100.num.28.Mantic.lib.3.de coniect.vlt.volunt.
tit.

Digitized by Google

tit.15. num.12. Mangil. de imputat. quæſt.52. num.2.
Roland.conſ.60.num.32.volum.1. Tuſc.lit. C.concluſ.
1013. num.26. Illa enim reformat pactum, l.inter-
poſitas. & ibi Doct. C. de tranſact. Sed hac in theſi, in-
ter vnum, & aliũ caſum diuerſa conſtituitur ratio,
32 quia vbi Laicus † commiſso delicto fit clericus,
adeo à Seculari iuriſdictione eximitur, vt moleſta-
ri ab eo non poſſit amplius, Marſ.ſing.480.Plac.lib.
1.delict.cap.35.num.5.Couar.pract. quæſt.32. num.4.
Iul.Clar. §.fin. quæſt.36.num.43. Guttier.lib.1.pract.
quæſt.5.Cartar.de exeq.ſent. cap.fin. num.308. Boua-
dill.lib.2.polit.cap.18.num.77.Gratian.diſcept.226.à
num.20.Did.Perez.lib.3.ordin.tit.1. in rubr.fol.450.
Cucc.inſtit.Canon.lib.3.de priuil.cleric.tit.9.num.21.
Auendag. lib.1.de exeq. mand. reg. cap.22.num.12.
Craſſ.cleric.effect.1.num.1071.Marta.d.caſ.121.nu.
12.Farinac.quæſt.8.nu.104.Ceuall.de cognit.per vim,
& violen.par.2.quæſt.44.num.5.& comm.quæſt.563.
num.5.6.Cancer.2.Variar.cap.10.num.5.Menoch.lib.
6.præſumpt.76.num.35.Gomez.par.3. delict. cap.10.
num.5.Barboſ.ad Trid. Concil.ſeſſ.23. cap.6. num.11.
Zerul.prax.epiſc.p.p.verb.clericus.num.6. Azeued.l.
1.num.3.tit.4.lib.1.recop.Cened.collect.23.nu.1.Va-
laſc.deciſ.48.Tuſc.lit. I. concluſ.453. num.22. Caball.
reſol.crim.caſ.108.num.1.caſ.147.num.5.Scac.de iu-
dic.cap.12.num.26. quia Eccleſiaſticus ordo, eum
omnino liberat à Secularis Iudicis iuriſdictione,
arg.l.hos accuſare.§.hoc beneficio. & ibi Ang. ff.de
accuſ.Alber.l.qui eum vno.§.reus.ff.de re milit.Aufr.
clem.1.reg.1.fall.11.de off.ordin. Auendag.lib.1. de
exeq.mand.cap.22.num.12.Plac.lib.1.delict.cap.35.
num.3.Clar.§.fin.quæſt.36. Adeo vt Laicus effectus
Clericus, ſtatum mutet, & forum, Franc.deciſ.208.
num.9.Gratian.diſcept.226.num.21. Etſi in Secula-
ris iuriſdictionis fraudem fieret. Franc. deciſ.189.
num.4.deciſ.209. num.4. deciſ.384. num.12. Guazz.
defenſ.reor.1.cap.10.num.8.Marta.d.caſ.121.nu.17.
& in Opuſc.de præuen.cap.1.num.29. Sic laicus à Se-
culari iudice relegatus, ſi fiat clericus, ipſoſque re-
legationis fines rumpat, iudex Eccleſiaſticus eum
punit, Ioan.Andr.& alij, in cap.1.de oblig.ad ratioc.
Marc.Anton.Genuen.prax. Archiep.cap.9.ſub nu.3.
Baiard.ad Iul.Clar.§.fin.quæſt.71.nu.31.Guazz.reor.
defenſ.33.cap.27.nu.15.Franc.deciſ.395.deciſ.656.
& ibi firmat, quod laicus obligatus pœnes acta cu-
riæ, ſi fiat clericus, à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci-
tur, licet nulliter fieret, vt recte aduertit, Canale.de-
ciſ.10.nu.27.par.5.ac ſine diſpenſatione, Guid.Pap.
deciſ.449.Gabr.conſ.181.in 2.Marta.de iuriſd. par.4.
cent.2.caſ.149.num.8.9.Ceual.de cognit.per vim. par.
2.quæſt.31.nu.8. Imo donec declaretur ab Epiſco-
po, clericum, illum fieri non potuiſse, iudex laicus
punire nec poteſt, quia clericus eſt, Cartar.de exe-
cut.ſent.capt.bann.cap.fin.ſub num.308.Marta. d.caſ.
121.num.18. Quia ſi Monachus non fuerit profeſ-
ſus, ſed Nouitius, cum ſit de foro eccleſiæ, coram
iudice eccleſiaſtico conueniendus eſt, Hoſtien. cap.
ſtatuimus. verſ. poſſe. de regular. Doct.cap.religioſo.
eod.tit.in 6.Tiraq.1.retract.§.1.gloſ.8.nu.21. & alij,
à Ceual.de cognit.per vim.q.37.nu.6.
34 Hæc fraudis diſtinctio reſpectu pœnæ in eius per-
ſonã imponendæ defendi poteſt, Sed reſpectu bo-
norum tantum, & pœnæ pecuniariæ, Barboſ. ex nu.
215. Amorin. num.25. l.ſi quis poſteaq.ff. de Iudic.
Oroſc.in l.cum quædam puella.num.15.16.ff.de iuriſd.
omn.Iud. & ibi Alban. ad Bart. num. 4. Aufrer. de
poteſt.ſecular.regul.1.num. 19.fallen. 11. Marſ.ſing.
534.Gerard.ſing. 51.Couar.d. c.32.num.4. Scac.de
Iudic.difficult. 6. num. 10. Farin. crim.quæſt. 8.num.
104.107.& conſ.77.num.9. Did. Perez.in rub. tit.1.
lib.3.col.744.ad fin.& in l.1.tit.3.lib.1.ordin.col.95.
Baez.de inop.debit.c.17.nu.22.28.Paz. in prax.tom.
3.prælud.2.num.8.Azeued.l.1.num.3.tit.4. lib.1.re-
cop.Humad.ad Greg.Lopez, l.23.gloſ.5.num.2.tit.6.
part.1.Cucc.Inſtit.canon.lib.3.de priuil. cleric.tit.9.
num.24.Coſtl.de re integr.diſtin. 32. num. 1. Auen-
dag.lib.1.de exeq.mand.c.22.num.12.Plac.lib.1.de-
lict.c.25.num.5.Larath.conſ.105.num.1.2. Lancellot.
de attent.par.2.c.4.limit.20.num.16.Valaſc.dec. 48.
num.4.Caual.deciſ.10.num.3.p.5.Craſſ. d.effect.1.nu.
1129. eruditè D. Carol. Tap. de Iur. Neap.tit.de ſa-
croſ.eccleſ.rub.3.de epiſc.& cler.in conſtit.de perſonis
à num.29.ad num.vſque 35.Cancer. Variar. reſol. lib.
2.tit.de Iuriſd.num.134. Bellug. ſpecul. Princip. rub.
11.§.videndum num.21 & ibi Borrell.lit.K.idem Bel-
lug.rub.20.num.24. Scap.de Iure non ſcrip. lib.1.c.1.
num.5.Gernon.lib.3.de Sacror.immun.c.15.num.77.
83.Ambroſ.de Immunit.eccleſ.c.19.num.15.Marta.
d.caſ.121.num.20.21.27.Gratian.diſcept. 226.num.
30.Caſſan.Burg.Conſuet.rub.1.§.1.num.67.§.5.num.
105.Viui.lib.1.opin.112.Carrer.in prax.tit.de homi-
cid.§.circa itaque num.49.Gomez.tom.3.reſol. de de-
lict.c.10.num.5.Apont.de Poteſt.Proreg.tit.de Aſ-
ſen.Reg.§.7.num.16.Monald.conſ.133.num.4.vol.1.
Cened.collect.37.num.13.p.p.collect.23.p. 2. Guttier.
lib.1.pract.quæſt.5.num.3.Maſtrill. deciſ.294. nu. 10.
Suarez, recept.ſent.verb. religionis initiatio. Bonacoſ.
com.opin.verb. clericus effectus. verb. Clericus, qui ſe
fieri.& verb.Votũ faciens.Capiblan.de Baron.pragm.
8.par.2.num.14.15.Tuſc.lit.C. concluſ.385. num. 46.
47.48.49.lit.I.concl.7.num.4.concl.9.num. 11. lit.P.
concl.646.num.11.12.13.Caball.crim.reſol.caſ.108.
num.2.caſ.147.num. 13.14. Duen.regul.100. ad fin.
Decian.lib.4.crim.c.9.num. 60. 137. Boſſ. tit. de pœn.
num.38.Clar.§.fin.quæſt.36.num.43.Foller. in conſtit.
Aſcripticioſ.num.7.tit.de epiſc.& cler.Bouadill.in po-
lit.lib.2.c. 18. à num. 77. ad num. 84. Roderic. regul.
quæſt.1.art.3.verſ.quarto eſt.p. 1.Ceual. comm. quæſt.
563. num.5.6.Cartar.de execut.ſent.capt.bannit.cap.
fin.ſub num.308.Anna, ſing.130.Tiraq.de pœn.tem-
per.cauſ.25.nu.8.Seraph.in ram.privil. 8.nu.1. Franc.
deciſ.192.deciſ.209.num.1.deciſ.384.deciſ.656. Li-
cet laicus Iudex præuenerit, quia perſonæ intuitu,
ſtatim ceſsat præuentio, Frãc.deciſ.384.ad fin. Gut-
tier.d.quæſt.5.Gratian. diſcept.226.num. 30. A qui-
35 bus etſi † diſsentiat, Fab. Anna. conſ. 140.num.8.
Eius tamen ſententiam nuſquam receptam vidi:
imo contrarium in S.C. N. ſeruatum inquit, D. Ca-
rol.Tap.d.num.29. Nec dubium eſt, quin illa in con-
trouerſia, D.Tap. ſententiam. contra Fab. Ann. ſe-
qui cogamur. Cum in noſtra hac Iuriſprudentiæ diſci-
plina, & ingenij acumine, ſui æui, Iuriſconſultorũ Prin-
ceps exiſtimetur, & propter diuturnam Tribunalium,
ac Magiſtratuum, quos geſsit, vſum, & conſuetudinẽ,
plurimum eius authoritati tribuendum ſit. Vt prudẽn-
tiſsimè, & meritò feciſſe videatur Philippus, III. Rex
Optimus, Cum in Sanctiori, ac Supremo Italiæ Conſi-
ſtorio Regentem eum ſedere iuſsit, & Marchionatus
Bellimon-

Bellimontis titulo inſigniuit. Sic quoque in M. R.C. ſæpius deciſum teſtatur, *Maſtrill. deciſ.* 294.

35 Diuerſa autem ratio eſt, † ſi clericus fiet laicus, ratione Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, quæ delicti commiſſi tempore in eum fuit acquiſita, vt facto ſuo auferri nec potuerit dimiſſo clericatu, Ab eo itaq; Eccleſiaſtico Iudice cognoſcendus eſt, cuius iuriſdictioni, delicti cōmiſſi tempore, ſubiectus iā erat.

36 Reſpond. III. Hoc in caſu † inter laicum, & Eccleſiaſticum Iudicem non conſiderari præuentionem, vt opinatur, *Carauit.d.rit.66.num.*10. Quem, & merito increpat, *Caual.deciſ.*10.*nu.*28.*par.*5.*Ricc. in prax. deciſ.*596.*num.*6. Non enim datur præuentio, in ſeculari Iudice, qui ab initio commiſſi delicti, omni penitus in clericum carebat iuriſdictione, dictumque initium ad hunc effectum ſatis eſſe, concludit in ſpecie, *Franc.deciſ.*417.*num.*6.*Gratian.diſcept.*226.*num.*13.*poſt.Gram.deciſ.*10. vtque

37 præuentioni † locus ſit, incompetens Iudex, nec eſſe debet, *clem.fin.vt lit.pend. Decian.lib.*4. *crim.cap.*20.*num.*19.*Ponte conſ.*99.*num.*3.4. *Azeued.l.*10.*nu.*41.*tit.*13.*lib.*8.*recop.* Cauendum ideo eſt, à *Craſſ.d. num.*649. qui ſi *Franc. d.deciſ.*417.*num.*6. inſpexiſſet, nec contrarium oſcitanter reſpondiſſet, quod

38 præuentio neceſſaria ſit. Proinde † minus recte loquutum etiam intelligo, *Guazz. defenſ.reor.*1. *cap.*10.*nu.*8. Eccleſiaſtici Iudicis præuentionem requirentem, Quorum opinionem admittendam cenſui ſi iudicium fuiſſet cæptum, & lis coram ſeculari Iudice iam conteſtata. Tunc in patrimonialibus, nec mutaretur, *Ceual.de cognit.per vim.p.*2.*quæſt.*37.*num.*4. ſententiam tamen in bonis clerici, Eccleſiaſticus exequetur, *Ioan.And.cap.*1.*de oblig.ad ratioc. Specul.tit.depoſ.*§.1.*verſ.ſed quid ſi eſt. Aufrer.Tholoſ.deciſ.*147.*Socc.c.propoſuiſti. num.*46. *de for. compet.Caual.deciſ.*10.*num.*32.*p.*5.*Surd.conſ.*396.*nu.*33. *Viui.deciſ.*49.*nu.*6.*Guttier.lib.*1.*pp.qq.*5.*nu.*3.*comm. Couar. pp. qq. cap.*22. *Clar.*§.*fin.quæſt.*36. *Bellug.d.*§. *videndum. Marta. de iuriſd.par.*4.*cent.*2. *caſ.*131.*nu.*8. Vt deciſum refert, *Maſtril.d.deciſ.*294. Et, iam citati Patres omnes.

Non obſtat ſecundum, Pro cuius reſolutione, diſtinguit, *Bart.l.*1. *num.*3. *ff.de pœn.* Aut ex ſuperuenienti qualitate, Forum, quis mutat: Aut Statum, & Perſonæ conditionem, *Bald.auth.cauſam quæ. nu.*1.*C.de epiſc.& cleric.*

39 Priori in caſu, ſi Clericus † dimiſſo habitu, & tonſura, poſt delictum fiat laicus cum forum mutet dumtaxat, ius priori Iudici, ex delicto iam quæſitum, auferri non poteſt, illi enim ratione delicti eſt obligatus, *Bald.d.l.officiales. nu.*2. Ab eo ergo puniendus eſt, *ex Bald.l.affinitatis. C.comm. de ſucceſſ. Eiuſque aſſeclis, à me congeſtis, nu.*17.33.

40 Poſteriori in caſu, ad ſecundum † Iudicem remitti illum neceſſe eſt, vt de laico qui ſi poſt maleficium fit clericus, Secularis Iudicis præuentione non obſtante, coram Eccleſiaſtico, tunc cōueniendus omninò eſt, *Decian. lib.*4. *crim. cap.*24. *num.*2. *Baez.de inop.debit.cap.*17.*num.*22. *Anton. Matth.de proreg.iuriſd. num.*36. *Barboſ. à num.*199. *Amorin. num.*25. *l.ſi quis poſteaq. ff.de iudic. & alij à me relati num.*2.31.32. Et de eo qui commiſſo delicto fit miles, *Decian.d.cap.*24.*num.*2. *& alij iam citat. num.*4. De vtroque *Ricc.d.deciſ.*596.*nu.*6.*Cabal.d.caſ.*137.*num.*12. Ratio eſt, *ex Bald.d.auth.cauſam quæ. nu.*1. Quia primus ille ſecularis forus, in quo delinquit, incomparibilis ſanè eſt cū Statu, qui nunc perſonæ inhæret, propter aſſumptos primæ tonſuræ ordines.

41 Non obſtat tertium. Quia † Nouitius durante anno, ideo à ſuo Prælato pro commiſſo delicto punitur, quod præſumatur illū velle in religione continuare, *Mandoſ.de priuileg. ad Inſtar. gloſ.*10.*num.*22.*Oratian.deciſ.*35.*nu.*16.*Valenzuel.conſ.*95.*nu.*53. & de ſuo fauore agitur, ob mitiorem pœnam ab Eccleſiaſtico irrogandam, *Ricc.deciſ.*121.*p.*2. At ſi dimiſſo habitu, ad ſeculū redierit, fingitur retro, quod ſecularis ſemper fuerit, quia nullo initiatus fuit Carattere, ex religionis ingreſſu: Adeo vt nec pro tempore, quo, in Monaſterio perſeuerauit, religioſus cenſetur, à ſeculari ergo Iudice puniendus eſt, *Anchar.conſ.*69. *nu.*8.*Lamberteng. de contract.lib. gloſ.*2. *quæſt.*19.*num.*62.72. Niſi profeſſione emiſſa. Tunc enim perinde eſt, ac ſi à principio religioſus fuerit, quia ad ingreſſum retrotrahitur profeſſio, *Cravet. conſ.*152.*nu.*4. *Decian.conſ.*60. *num.*13. *ad fin. vol.*4. *Coſta, de retrotract.cap.*9.*caſ.*3.*num.*1.2. Clericus vero, vbi prima tonſura fuit decoratus, propter characterem, qui ex illa imprimitur, cum ſit ordo, *vt dixi nu.*30. Fingitur retro Clericus: Ideo à ſolo Iudice Eccleſiaſtico cognoſcendus eſt, ſi poſt delictū clericatus tempore commiſſum, vxorem duxerit; quod enim irreuocabiliter illi acquiſitum fuit ius, *vt dixi*, Clerici voluntate auferri non poteſt, & ita iuris eſſe concludo.

Cauſæ huius cognitionem commiſit Prorex, Illuſtriſſ.

42 † D. Hieronymo de Neapoli Tribunalis Conſiſtorij S.R.C. præſidi, *Viro, Generis Nobilitate, Iuris prudentiæ Studijs, Geſtorum Magiſtratuum ſplendore, in Omnem ætatem Clariſſimo. Qui* Regij Fiſci, *rationibus cognitis, hoc etiam reſponſo accuratè examinato*, Remittendum eſſe, Ioannem de Ariczijs, *D.Syracuſanorum Epiſcopo pronunciauit. Fuitque ſic exequutum. Anno MDXCVI.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes ſunt in condemnando confeſſum, ex inordinato etiam proceſſu.*
2 *Confeſſus pro iudicato habetur.*
3 *Confeſſio firma, rataque eſt, licet proceſſus nullus ſit; & quando ſecus.*
4 *Pœna arbitraria, ex circumſtantijs, relegationem excedere poteſt.*
5 *Confeſſio erronea, probato errore, reuocari poteſt, in iudicio etiam appellationis: & quando erronea dicatur, num.*8.
6 *Confeſſio reuocata nullum ſortiri poteſt effectum, nec indicium eſt ad torturā, nec confitenti nocet, nu.*14.
7 *Error probatur coniecturis, & quod res aliter ſe habeat.*
9 *Confeſſio ex arrupto abſque animi deliberatione, emiſſa reuocari poteſt, vt erronea, non probato etiam errore.*
10 *Officialis à publico deputati ſcripturæ, ſtandum eſt.*
11 *Erroneæ confeſſionis cauſam concludenter probari oportet.*
12 *Erroris cauſa eſt metus à Iudice illatus, vel aduerſarij perſuaſio.*

Con-

13 *Confeſsione, non ſit delictum illud, quod de Iure non eſt delictum.*

15 *Mercibus, in Taberna Maris littori adhærente, inuentis, præſumptio eſt, quod extra Regionem illæ exportentur.*

16 *Extrahendi animum habere præſumitur, qui à recta via deuiat, & conſuetam non ſeruat; Niſi recta illa via eſſet minus tuta, num. 34.*

17 *Maris littus, locus eſt fraudi ſuſpectus, ad merces exportandas.*

18 *Fraus, & dolus ex loci qualitate argui ſolet.*

19 *Extractio perfecta non requiritur, vt in commiſſum merces incidant, ſatiſq; eſt intra fines deprehendi.*

20 *Merces propè maris littus inuenire, Actus eſt extractioni proximus.*

21 *Merces, qui extra Statuentium fines nondum extraxit, ſed intra territorium deprehenditur iter continuans, pœna plectitur ordinaria.*

22 *Gabella prius ſoluenda, quam merces exeant territorium.*

23 *Extrahentis animus conſideratur, vt merces in commiſſum incidant.*

24 *Taberna, domus appellatione continetur.*

51 *Rectore mortuo, Locumtenentis ſui Iuriſdictio, an expiret? Tres caſus diſcutiuntur, n. 81. 82. 84.*
52 *Priuilegia interpratari ſolius Regis eſt.*
53 *Beneficium vacat per illius mortem, qui de iure poſſedit, non ſi de facto.*
55 *Interpretatio fit, ſupplendo vnam ſcripturam ex altera.*
56 *Interpretare eius eſt, qui poteſt condere.*
57 *Priuilegij conceſsio in ſuprema Principis auctoritate reſidet.*
58 *Interpretatio à ſubiecta materia moderanda eſt.*
59 *Officium finiri tempore, aut morte paria ſunt.*
60 *Legatus Prouinciam ſuam egreſſus, animo non reuertendi, ſtatim deſinit eſſe Legatus.*
61 *Conceſsio generalis reſtringenda eſt, ſi ſubeſt ratio.*
62 *Interpretatio ſuper Priuilegij verbis facienda ſemper eſt in Vrbis Meſſanæ fauorem.*
63 *Princeps ſciens ſuas leges non ſeruari, ſi transgreſſores non puniat, niſi quando accuſantur: hęc indulgentia, ſufficiens non eſt argumẽtum, ad oſtendendum quod Princeps eam conſuetudinem approbet.*
64 *Auendag. de exequut. mandat. part. 1. cap. 8. num. 8. reijcitur.*
65 *Conſuetudo, ex vno actu, non inducitur.*
66 *Conſuetudo ex actu diformi non inducitur.*
68 *Negatiuæ ea eſt vis, vt omnem deneget potentiam, ac neceſsitatem inducat.*

Legatus

69 *Legatus contra legis à ſuperiore condita prohibitionem, nec quicquam poteſt agere, licet plenitudo poteſtatis conceſſa ei fuerit.*

71 *Reſeruata Principi non tranſeunt inciden er, ſed ſpeciale requirunt mandatum.*

75 *Interpretatio, qua altera partium defraudatur, reijcienda eſt.*

83 *D. Scipio Rouitus Iuriſconſ. Neapolitanus, & Regius Conſiliarius laudatur.*

85 *Priuilegium alteri conceſſum ex cauſa reuocari, ac moderari poteſt, etſi circa iuriſdictionem conceſſum illud ſit. Contrarium num. 87. Declaratur numero 92. 93.*

86 *Prorex Iudices inferiores Iure ſuo mutat, priuat, reuocat. Declar. num. 97.*

88 *Priuilegia in meritorum remunerationem conceſſa ſupremus Princeps non reuocat.*

89 *Priuilegia pecunijs obtempta, nec immutat Princeps.*

90 *Iuramentum Priuilegia confirmat, ne reuocari poſſint.*

91 *Text. l. Titium, aut Meuium, ff. de admin. tut. declaratur.*

94 *Prorex Priuilegia à Rege conceſſa non reuocat ex plenitudine etiam poteſtatis, qua Meſſanæ vti prohibetur.*

95 *Priuilegia reuocare ad plenitudinem poteſtatis ſpectat.*

96 *Meſſanam Vrbem, Iuriſconſulto Locumtenente, gubernari vtilius eſt.*

ARGVMENTVM.

Straticotus Meſſanæ Vrbis, An à ſolo Rege eligendus ſit? & an aliquo in caſu poſſit à Siciliæ Prorege eligi?

CONSILIVM XIX.

Quæſtionem aggredior, & rerum pondere ſatis grauem, & diſputationum ambagibus egregiè impeditam, & quod potiſſimum eſt, plurimorum inuidia laborantem, quod Proregis poteſtatem, quæ quam maximè maxima eſt, Anguſtis quibuſdam finibus concludam, vt negem ei licere Strategum Meſſanę, quę collibuerit eligere. Verum ego minime vereor quin ij, quibus Conſilij mei ratio conſtabit, facile ſibi perſuadeant, me rectam inſtare viam, & in hac qualiſcunque tandem erit elucubratione, haud quidem à me Proregis imminui poteſtatem, aut infringi: ſed quantaquè ſit candidè, & ſimpliciter, vt Iuris Conſultum decet explicari. Quiduè identidem Hiſpaniæ, ac Siciliæ Rex Optimus Maximus ſibi præcipuum reſeruarit. Erunt itaque mei officij partes, quam breuiſſimè, ac dilucidè per me fieri poterit, totam iſtam quæſtionem in medium per articulos proponere, ſuiſque ſingulas Doctorum ſententias rationibus confirmare, & veriorem inſequi: qua vna re, & perſonæ, quam iuris, & æqui ſcientia mihi iam pridem impoſuit, & obſeruantiæ, quam Senatui Meſſanenſi patrio iure debeo ſatisfaciam, & hæc quidem ego pro viribus conabor. An vero aſſequutus ſim, iudicabunt ij, qui noſtra hæc diligentius inſpicere voluerint.

Meſſana Vrbs, eiuſque Conſtrictus, & Diſtrictus (vtramque enim Speciem territorij habet) non hac modo tempeſtate, ſed antiquiſſima etiam ſæculorū ſerie per Straticotos, hoc eſt Iuſtitiarios, regi conſueuit. Cuius Magiſtratus electionem ad Regem ipſum pertinere ſtatuit *Martin. Rex in Regi* c. 44. anno Domini, 1395. ibi *Duximus ſtatuendum, quod de cætero Straticotus nobilis Ciuitatis Meſſanæ, Prætor fœlicis Vrbis Panormi, Capitaneus, & alij Officiales Regni noſtri Demanij, non niſi per annum durent in officio, & annuatim mutentur per Noſtras Maieſtates.* Idquè etiam *Alphonſo Regi* placuit in priuilegio Panhormi, dato 20. Nouembris 13. Indict. 1434. ibi: *Regia Maieſtas ſuo tempore, taliter de dicto Officio Straticotus prouidere intendit iuxta priuilegia dictæ Ciuitatis, quod poterit, & debebit merito contentari.* Eodem etiam reſpexit Ferdinandus Rex in alio ſuo priuilegio, Dat in Ciuitate Burgorum, 30. Iulij 15. Indict. 1502. *Placet Regiæ Maieſtati, quod Straticotus ſit annalis; niſi ex cauſa, ſua Maieſtas prouideret alicui ad biennium.* Tandem id dilucidius ſuo priuilegio comprobant Ioanna, & Carolus, dato Bruſſellis die 15 Februarij, 5. Indict. 1517. ibi, *Placet Regiæ Maieſtati, Quod Straticotus ſit biennalis tantum, quo elapſo ſit priuata perſona, & in his, quæ geſſerit, vt Straticotus, Sindicetur, vt cæteri Officiales Regni, & in his quæ geſſerit, vt Capitaneus Armorum, conſtito de extorſionibus, & male geſtis Vicerex prouideat de Sindicatore, & Sua Maieſtas prouidebit de Straticoto grato dictæ Ciuitati.* Ex his itaque tum illud conficitur, quod ante dicebam, huius Magiſtratus electionem ad Regem ipſum pertinere, tum illud etiam Straticoti munus biennio tantum durare; verum quia interdum, ac ſæpiſſimè contingit, quod elapſo illo biennij ſpatio, adeoque functo ſui Magiſtratus munere Straticoto, non continuò, ac ſtatim ſucceſſor à Rege ſufficitur; idcirco ne intereà temporis deſit, qui in Ciuitate pro Straticoto ius dicat, antiquiſſima, & immemorabilis temporis conſuetudine inductum eſt, vt Curiæ Straticotialis eiuſdem Vrbis Iudices, qui pro tempore fuerint per Turnum eiuſdem Straticoti vices gerāt, donec alter à Rege Straticotus eligatur, quos, Patrio nomine, Locumtenens appellamus.

In hac facti ſpecie controuerti vidimus, quid ſi durante biennio Straticotus moriatur, vel alia ex cauſa Magiſtratu priuetur, aut ex Vrbe, eiuſque Conſtrictu diſcedat, quiduè etiam ſi lapſo iam biēnio neminem adhuc Rex decedenti Straticoto ſucceſſorem dederit. An inquam, hiſce caſibus Prorex Siciliæ alium interim Straticotum creare valeat, qui, vel pro ea parte biennij, quæ ſupereſt, Straticoti munere fungatur, vel quamdiu Straticotus abſens fuerit, vel tandem eò vſque donec alium Rex huic muneri, aut Magiſtratui præfecerit. In hac quæſtionum ſylua, quæ ſe tota ſimul animis lectorum offert, niſi modum aliquem teneam: haud vereor, quin hæc, quę diſputabimus, tenebras magis, quam lucem allatura ſint. Totam igitur iſtam diſputationem, quantacumque eſt, in quatuor articulos partiemur.

Artic. I. Poteſtas creandi Magiſtratus cuiuſque ad

Digitized by Google

ad Iuſtitiam expediendam cuius ſit ?
Artic. II. Ampliſſimo Viceregiæ poteſtatis Priui
legio à Rege conceſſo, an Straticoti Meſſanenſis
electio commiſſa cenſeatur ?
Artic. III. Straticoti noſtri electio Regi reſerua-
ta in caſu finiti biennij, an in caſu mortis, vel omni
alio euentu, quo Straticoti officium expiret, ad ſo-
lum Regem deuoluatur ? An ad Proregem ?
Artic. IV. Priuilegium quo Vrbi Meſſanæ indu-
ctum eſt, Straticoto mortuo, abſente, vel munere
ſuo functo, Iudices Curiæ Straticotialis vicem eius
ſubire, An reuocari valeat ?
Porrò minimè vereor quin vbi quatuor hos Iu-
ris controuerſi Articulos diſtinctè, abſolutèq; quan
tum à me fieri poterit, pertractauerim; Nihil reli-
qui erit, quò minus vnicuique clariſſimum fiat,
quid in propoſita quæſtione ſentiendum ſit, adeo-
què perfacillimum erit, cognoſcere, quam æqua
ſit, & Iuri Conſentanea Petitio Senatus Meſſa-
nenſis.
Circa Primum, Poteſtatem creandi Magiſtratus
cuiuſque ad Iuſtitiam expediendam ſolius Regis
1 † eſſe ait. *text. in cap. 1. de Regalib. l. 1. ff. de Ambitu l.*
quidam. ibi, Princeps enim. qui ei Magiſtratum de-
dit, *ff. de re iudic. Iſern. Afflict. & alij, d. c. 1. Cagnol.*
l. 1. num. 102. 103. ff. de orig. Iur. Peregr. de Iur. Fiſci,
lib. 1. tit. 1. num. 10. & tit. 2. num. 97. Sextin. de Regal.
lib. 2. c. 15. num. 6. Borrell. de Reg. præſtant. c. 21. à nu.
14. c. 36. num. 23. c. 71. num. 43. Reſtaur. de Imperat.
quæſt. 110. caſ. 117. Bonadill. lib. 1. Polit. c. 2. num. 14.
19. & lib. 3. c. 8. num. 152. 153. Cranet. conſil. 338. n. 2.
Morla. in empor. Iur. tit. 2. num. 8. Couarr. pract. quæſt.
c. 1. num. 9. 10. c. 4. num. 3. Azeued. l. 3. n. 1. tit. 5. lib. 5.
recop. Matien. l. 1. gloſ. 21. num. 4. tit. 10. lib. 5. Gregor.
de Republ. lib. 9. c. 1. num. 34. Capic. inueſt. feudal. tit.
feudal. clauſul. §. quod poßit creare. & deciſ. 130. num.
26. Auend. de exequend. mand. c. 1. num. 1. Auil. ad ll.
Prætor. c. 1. gloſ. 1. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 82. nu.
63. Chopin. de doman. Regn. Franc. lib. 3. tit. 9. num. 5.
& tit. 20. num. 1. Henya, in Curia Philip. §. 2. nu. 2. p. p.
Cabed. deciſ. 44. num. 2. p. 2. Menoch. conſi. 302. nu. 29.
Rouit. tit. de offic. prouiſ. facien. pragm. 1. num. 1. Pe-
rez. l. 1. tit. 15. lib. 2. ordin. Decian. lib. 8. crim. c. 23. nu.
1. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 4. num. 8. qui extra
controuerſiam omnem hoc eſſe profitetur, & eſt,
Conſtit. duram. & diram. rub. 46. Conſtit. Ea quæ ad de-
cus. rub. 47. Conſtit. Offitia. rub. 56. lib. 1. comprobat,
Martin. c. 44. ibi: Duximus ſtatuendum. Quod de
cætero Straticotus Nobilis Ciuitatis Meſſanæ, Pręe-
tor Fœlicis Vrbis Panhormi, Capitaneus, & alij Of-
ficiales Regni noſtri Demanij; non niſi per annum
durent in officio, & annuatim mutentur per No-
ſtras Maieſtates. Quippe omnis iuriſdictionis fons,
2 † in ſolo Rege eſt, *Angel. & reliqui, rubr. ff. de Iuriſ-*
dict. omn. iudic. Bald. & alij, c. 1. §. Iudices. de Pac. Iur.
firm. Abb. conſ. 8. num. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 1. num. 12.
in 2. Bonadil. lib. 1. Polit. c. 2. nu. 21. Girond. de gabell.
par. 1. num. 33. Azeued. l. 1. num. 10. tit. 1. lib. 4. recop.
Molin. lib. 1. de Primog. c. 25. num. 12. Vaſq. de ſucceſſ.
lib. 2. §. 17. num. 88. in fin. Lanar. conſ. 52. nu. 8. Perez.
l. 1. tit. 1. lib. 3. ordin. Suarez allegat. 7. num. 7. D. Carol.
Tap. rub. ff. de Conſtit. Princ. c. 4. num. 10. Eug quæſt. 9.
num. 18. p. 1 Borrell. d. cap. 21. à num. 14. Mattien. l. 1.
gloſ. 21. num. 3. tit. 10. lib. 5. recop. Couar. pp. qq. cap. 1.
num. 9. Sextin. lib. 1. de regal. c. 4. num. 3. & lib. 2. cap.
15. num. 7. Parlad. 2. rer. quotid. c. 1. nu. 7. Cancer. lib.
1. reſol. c. 2. num. 307. Bellug. in Specul. Princ. rubr. 22.
num. 1. Marant. p. 4. diſtinct. 5. num. 3. Auend. de exeq.
mand. p. p. c. 1. n. 2. 7. Greg. Syntag. iur. p. 3. lib. 47. cap.
3 *20. num. 6. 9.* A quo † iuriſdictiones fluunt per con-
ceſſiones, commiſſiones, & confirmationes, ac per
appellationes, nullitates, & quęrelas ad eum re-
fluunt. *l. 1. §. cum Vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. l. ſa-*
crilegij. C. de diuerſ. reſcript. Bald. c. 1. nu. 11. de allod.
c. 1. §. ad hæc. de pac iuram. firm. c. 1. num. 1. tit. quis
dicat. dux. Abb. conſ. 6. num. 2. lib. 2. Dec. conſ. 408. nu.
17. Petr. de fideicom. quæſt. 13. num. 555. Vaut. de nul-
lit. de ſect. iuriſdict. num. 10. Cranet. conſil. 92. num. 99.
conſil. 963. num. 2. Boſſ. tit. de Princ. num. 231. Magon.
Floren. deciſ. 87. num. 1. Marta, de Iuriſd. p. p. c. 42. n. 5.
Rouit. d. Pragm. 1. nu. 1. Camill. de Curt. in diuerſ. feud.
§. poteſt. quoque. num. 4. Sextin. de regal lib. 1. c. 4. n. 3.
4. lib. 2. c. 15. num. 8. Seſſe de inhibit. §. 10. num. 59. Ca-
ſanat. conſil. 43. num. 1. Azeued. l. 1. num. 10. tit. 1. lib.
4. recop. Goden. conſ. 3. num 23. 24. Decian. conſ. 19. n.
185. in 1. Suarez. alleg. 7. Couarr. c. poſſeſſor. par. 2 §. 3.
de reg. iur. in 6. & pp. qq. c. 1. num. 9. Peguer. deciſ. 36.
num. 3. Gail. lib. 1. obſer. 30. num. 21. Auend. d. cap. 1.
num. 1. 2. 6. 8. & c. 4. nu. 5. Roſental. de feud. c. 5. concl.
85. num. 3. Capiblan. de Baron. prag. 5. num. 94. Greg.
de conceſ. feud. p. 2. quæſt. 2. num. 13. Schneid. de feud.
p. 2. n. 98. Menoch. lib. 2. præſum. 14. Valaſc. de iur. em-
phit. quæſt. 8. num. 21. 29.
4 Proinde poteſtatem hanc adeo ad Regem per-
tinere dixi, eiuſque Regale ius eſſe vt eam inter ma-
iora Principis regalia, in ſignum ſupremę Iuriſdi-
ctionis referant alij, *ex Auth. de defenſor. ciuit. §. nos*
igitur. & in c. 1. tit. quæ ſint regal. vbi Iſern. num. 64.
in §. poteſtas. ac præſertim Zaſi. in epit. feud. p. 5. nu. 14.
Caſtal. de Imper. quæſt. 100. caſ. 17. Montan. de feud. li.
5. c. 7. verſic. Regali adhuc, Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1.
c. 4. num. 31. 32. D. Tap. de Iur. Neapol. lib. 2. Rub. 1. de
Offic. in Regno conſtit. ad Conſtit. Occupatis. num. 13.
Sonsbeck. de feud. c. 5. concluſ. 3. Marta, de Iuriſd. p. p.
c. 42. num. 1. Vult. de feud. c. 5. num. 7. Mozz. de feud.
tit. de nat. feud. num. 25. Franc. deciſ. 166. nu. 3. Aze-
ued. l. 3. tit. 5. lib. 3. recop. Sextin. de regal. lib. 1. cap. 2.
num. 34. & lib. 2. cap. 15. num. 10. Caldaſ. obſeruat. 78.
lib. 3. Reyger. Theſ. iur. lit. R. verb. Regalia, Perez. l. 1.
tit. 15. lib. 2. ordin. Id quod facit vt plurimum, ad-
5 mirer, ſenſiſſe † *D. Seſſe, deciſ. 175. num. 6.* Magiſtra-
tum conſtituere, de Regalibus non eſſe, ſed effectū
dominij iuriſdictionis: Cui tamen deferendum nō
eſt, contra pręcit. Patres, dum ſine lege loquitur, *ad*
tex. l. illam. C. de collat. Nec adhibendā ei eſt fides
perfunctoriè diſſerenti.
6 Vnde illud conſequitur, Regem ſuo iure † poſſe
Magiſtratus quoſcunque, ac reliquas dignitates
omnes abrogare, *l. meminiſſe. ff. de off. procons. Innoc.*
cap. intimaſti. num. 1. de appellat. Gramm. Vot. 28. n. 9.
Cranet. conſil. 338. num. 1. conſil. 592. num. 99. Mancn.
conſ. 109. num. 22. part. 2. plenè, Rolan. conſil. 80. n. 2.
Boſſ. tit. de foro compet. num. 49. & de regal. num. 33.
Theſaur. in proœm. deciſ. num. 22. & ibi Scholiaſt. Sex-
tin. d. cap. 15. num. 24. Menoch. conſil. 1156. num. 31.
Surd. conſil. 210. num. 64. Valenzuel. conſil. 85. nu. 8. 9.
Morot. conſil. 15. Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 115.
de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 56. Petr. de Princip. poteſt.
c. 25.

Digitized by Google

*cap.25.nu.69.c.28.nu.52.c.29.num.3.Suar.alleg.12.
num.56.Rot.deciſ.297.num.3.p.2. Sola ad decret. Sa-
baud.tit.de for.compet.gloſ.1.num.11. Couarr. pp.qq.
c.4.n.5.* Addit, *Bald.conſ.333.n.1.in 1.* Ne dum gra-
dationem, ſed, & degradationem ad Principem
pertinere, *Senec.lib.6. de Clement.ad Neron.in princ.*
7 † & inquit, *Rom.conſ.116.* Officialem à Rege ele-
ctum non poſſe illum, Proregem amouere, *Parlad.*
8 *d.c.1.num.13.* Indè apud Maiores † ſeruatum vidi-
mus, Magiſtratus omnes Ciuitatum, atq; Oppido-
rum, quæ ſub Regis Demaniali iure eſſent, à Rege
ipſo creari ſolitos; vt *Martin.* Rex, nos edocuit in ſę-
pius repetito *Regn.c.44.* ibi, (hac igitur conſultiſſi-
ma ſantione, quam Deo præuio cum deliberatio-
ne, & conſenſu prælatorum, Comitum, Baronum,
non nullorum Principum, ac procuratorum, cęte-
rorum abſentium nobilium, & Baronum, nec non
Sindicorum, Vniuerſitatum, in noſtro ſacro Conſi-
lio præſentium duximus ſtatuendum) *quod de cæte-
ro Straticotus nobilis Ciuitatis Meſſanæ, Prætor fælicis
Vrbis Panhormi, Capitaneus, & alij Officiales Regni
noſtri Demanij: non niſi per annum durent in officio, &
annuatim mutentur per Noſtras Maieſtates.* Verum
quia cura iſta, & Regi ipſi fortaſſe moleſta, & pu-
blicæ etiàm Regni adminiſtrationi ſatis oneroſa
erat: quippe difficillimum, & periculi plenū, igno-
tos, vt plurimum homines Ciuitatibus regendis
præficere; Ideirco nouiſſimo iure tota iſta creando-
rum Magiſtratuum ſollicitudo Protegi demandata
eſt, cui ſingulorum hominum mores, ſtudia, ac me-
rita non latere veriſimillimum eſt. Ab hac tamen
generali conceſſione Rex Prætorem, Capitaneum,
& Iudices Vrbis Panhormi, Iudices etiam Curiæ
Straticotialis excepit, quorum nominationem ſibi
veluti præcipuam reſeruauit.

Neque inde quiſquam rectè inferat, Straticoti
creationem in generali iſta eligendorum Magiſtra-
tuum facultate, vno, vel alio, aut quocunquè in ca-
ſu comprehendi, adeoque ad Proregem pertinere.
9 Tum quia in Regalium † iurium conceſſione ea ſo-
la cenſentur conceſſa, quæ expreſſim in priuilegio
nominatur, eaq. reſtrictò fieri debet, vt ab vna ſpe-
cie ad aliam non fiat extenſio. *Afflict.ad Regn.Con-
ſtit.in locis deman.n.6.rub.77. Veſemb.conſ.27.n.24.
Sex.in.de regal.lib.1.c.5.nu.64.91. Thylman.Syntag.
2.decad.1.vot.6.n.42. Zaſ.conſ.16.n.64.in 2. Myſing.
conſil.1.n.96.decad.11. Roland.conſ.1.num.17.148.
vol.2.* ratio eſt, quod Regalia, *vt Rol.* addit, *d.n.148.
ex Apen.l.2.C.de iur.reipub.lib.11.* Iura ſunt ſpecia-
lia, & à iure communi exorbitantia, ideoq. reſtrin-
genda *c.ea quæ.de reg.iur.in 6.* & ex diuerſis, ac ſepa
ratis ſpeciebus ab vna ad aliam non infertur, *l. fin.
& ibi, doct.ff.de calum.l.Papinianus.ff.de minor.l.na-
turaliter.§.nihil commune.l.permiſceri, & ibi Imol.ff.
de acquir.poſſ.* Tum quia veteri, & antiquo iure Stra
ticoti muneris collatio, vt initio monui, ad ſolum
Regem pertinebat, quò fit, vt cum poſtea Princeps
nouo iure Magiſtratuum omnium (quibuſdam ex-
ceptis) electionem Protegi delegauerit; haud qui-
dem etiam antiquum ius correxiſſe videatur, quo
Straticoti electio Regis erat præcipua. Neque adeo
opus fuit huius etiam dignitatis collationem, no-
uo iſto iure, ſibi omni, vel aliquo in caſu reſeruare,
quippe id iam cautum erat prædeceſſorum Re-
gum prouiſione, *Martin.d.c.44. Alphon.in Priuile-
gio Panhormi dato 20. Nouembris 13. Indict. 1434.
Ferdin.in ſuo Priuileg.dato in Ciuit. Burgos. 30. Iulij.
15.Indict.1502. Ioannæ, & Caroli, in priuil.dato Bruſ-
ſell.die 15.Febr.5.Indict.1517.* Quæ ad verbum re-
10 cenſuimus ſupra: Imo, cū Straticoti dignitas † pri-
ma poſt Proregem ſit in Siciliæ Regno, abſurdum
planè videretur, ſi cum reliquis multo inferioris
ordinis Magiſtratibus, eius muneris collationem,
Proregi in generali iſta conceſſione demandaſſet
Rex; præſertim cum id etiam Locumtenentis, ſeu
Iudicum Curiæ Straticotialis damno, alioquin ce-
11 deret; nec cenſetur Princeps, † quod tertio præiu-
dicare velit, *l.2.§.ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc.
publ.l.nec auus.C.de emancip.liber.c.ſuper eo.de offic.
deleg.c.quamuis.de reſcrip. in 6. c.ex tuarum, de au-
thor.& vſu pall. Alciat.reg.3.præſum.11. Suar.alleg.
7.num.4.alleg.11.num.3. Aldouin.conſil.110. nu.26.
Rota, deciſ.196.num.6. deciſ.614. num.5.p.p. Alba,
conſil.34.num.10. Gram. deciſ.105. à num.7. Cephal.
conſil.20.num.5.conſ.58. num.2. conſ.133. num.102.
Schrader.de feud.p.8.c.2.num.60. Sacca, conſ.13.nu.
4. Raudenſ.variar.reſol.cap.68. num.49. Gratian. de-
ciſ.85.num.15. Menoch.conſ.1156. num.26. D.Tapp.
rubr.ff.de conſtit.Princ.c.2. num.23. Morot.conſ.45.
Valenzuel.conſil.59.num.48.conſ.93. nu.30. conſ.69.
num.110. Petr.de Princ.poteſt.c.32.quæſt.8.num.32.
c.24.n.109. Rim.Iun.conſ.779. num.108. conſil.807.
nu.7. Rot.Bonon.deciſ.8.nu.101.in nouiſſ. Theſaur.lib.
1.forenſ.quæſt.100.num.16. Topius de poteſt.Princip.
ſecul.§.3.num.6. Intrigl.deciſ.6. num.104. Mexia, de
tax.pan.concluſ.5. num.142. & ad l. Tolet. de los ter-
minos.p.2.fundam.3. num.6. Maria, de Iuriſdict.p.4.
cent.1.caſ.59.num.2. Georg.alleg.37.num.10. Ceuall.
comm.quæſt.2.num.33.* exornat *Azeued. l.2. num.1.
44.tit.14.lib.4.l.1.num.27.tit.24.lib.8.l.6. num.3.4.
tit.9.lib.9.Recop.* Nec per viam declarationis, *Caſtr.
l.hæredes mei. §.1 nu.4. ff.de hæred.inſtit. Valenzuel.
conſil.69.num.109. Tuſc.lit.D.concluſ.91.n.17. Petr.
de Princ.poteſt.c.8.n.3.* etſi aliter, ſenſerit, *c.24.num.
213.* clauſula, ex certa ſcientia, non obſtante, *Molin.
de primog.lib.2.c.8.n.23.* vel motu proprio, *Mexia,
d.n.142.* plures citat eruditiſſimos in Regio Itali-
carum rerum Senatu Regens, *D.Tap.d.c.2.n.24.25.
26.27.* ac etiam de plenitudine poteſtatis, *Crauetta
conſil.5.n.10.conſ.463.n.6. Gabr.tit.de iur.quæſit.non
toll.concluſ.1.num.1.6. Menoch.conſil.1283. num.10.
Borell.conſil.14. Vaſq.lib.1. Illuſtr.quæſt.5.nu.15. Soc.
Iun.conſil.120.num.11.in 3. Bellon.conſil.2. num.2.
Marta, d.caſ.59.n.3. Gabr.conſ.193.nu.13.in 2. Bece.
conſ.30.num.50. Peregr.de fideicom. art.52. nu.126.
& de iur.fiſc.lib.1.tit.3.nu.65.* Si de modico etiam
eius ageretur præiuditio, *gloſ. c.eum olim.de conſuet.
quam, ibi, not.Gemin. & D.Tapp. d.c.2.n.23. Rauden.*
12 *d.reſol.68.n.50. Mexia.d.n.142.* Poteſtas denique †
alicui conceſſa, creandi Officiales, intelligitur in du
bio, eo modo, quo vſus eam interpretatus fuit, *l.ſi
de interpretat.ff.de leg. Franc.deciſ.166.n.2.5.*

Atqui inueterata iam conſuetudo obtinuit, lon
giſſimi temporis obſeruatione confirmata, Strati-
coti electionem nullo modo ad Proregem ſpecta-
re, ſed ſoli ipſi ſupremo Principi reſeruari. Ex his,
quæ dicta iam ſunt; Primum Articulum ſatis ſuper-
que explicaſſe arbitror.

Artic. Secund. *Ampliſsimo Viceregiæ poteſtatis
priuilegio, à Rege conceſſo, An Straticoti Meſſanenſis
electio commiſſa cenſeatur?* In dubij apud omnes, iu-
13 ris eſt, Vicarium, † & Locumtenentem generalem
(qualis eſt Siciliæ Prorex) poſſe omnia, quæ poteſt
Princeps, cuius vices gerit, *l.1. §. ij quibus. ff. de leg. 3.
l. 2. C. de offic. eius qui, vic. Gutier. Canonic. qq. lib. 2. c.
17. num. 15.* vt de Vicario Imperatoris, *Cuman. conſ.
162. Iaſ. conſil. 136. num. 4. in 4. Caſtr. conſil. 34. in 2.
Tuſc. lit. V. concluſ. 182. à num. 6. Tylman. Syntag. de-
ciſ. 1. deciſ. 1. vot. 8. num. 11. Boſſ. de Princip. num. 28.
Cephal. conſil. 539. num. 14.* & in eodem caſu, *Natta,
conſ. 661. num. 14. Roland. conſ. 86. num. 12. 33. in 1.
Marcabr. conſil. 13. num. 13.* Adeo quòd habetur in
Principem, illiuſque Vice fungitur, plenitudine po
teſtatis vtitur, & clauſula, ex certa ſcientia, *Marſil.
in l. ſi quis obrepſerit. num. 2. ff. de falſ. Scapp. de iure
14 non ſcript. tit. de Princip.* ſic, & Legatus à Latere †
in prouincia ſibi commiſſa Princeps dicitur, & Se-
dis Apoſtolicæ appellatione continetur, *c. ſi Abba-
tem. cap. Statutum. de elect. in 6. Barb. conſil. 44. in 1.
Conrand. in templ. iudic. lib. 2. cap. 3. tit. de Patriar. nu.
10.* quippè eius poteſtas maior eſt illa, quam obti-
neat Vicarius Generalis Papæ, *Boer. de Poteſt. Le-
gat. à Later. num. 15. 25. 66. Conrad. loc. cit. num. 13.* &
ea poteſt, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit,
quia vices eius gerit, *c. cum venerabilis. de conſuet. c.
1. & ibi Abb. not. de offic. legat. Gutier. Can. quæſt. lib.
1. c. 11. num. 7.* Quæ ſanè omnia, & alia de Vicarijs
15 Imperialibus perpetuis † à Doct. tradita, in Vice-
regibus hodiernis procedere, inquit, *Caſtald. de Im-
perat. quæſt. 106. n. 14.* vt eadem quoque ratione, ea
16 quæ de Legatis † à Latere recenſentur, in Proregi-
bus verificari, dixerit, *Ann. Iun. conſ. 14. n. 19.* Dici-
turq. Legatus Regis, cui ſumma eſt ius dicendi po-
teſtas. *Coraſ. in l. Legato. ff. de offic. aſſeſ. Frez. loc. cit.
num. 32.* & poteſt dici Legatus Regis à Latere ex
priuilegij verbis, Ibi (à dextero Latere noſtro ſum-
ptum) vt eleganter notat, *gloſ. in c. 2. verb. Proconſu-
lum de offic. legat. in 6.*

17 Sed vt Proregis poteſtatem † præſtius oſtenda-
mus, qualis, quantaq. ſit, dicimus eum poſſe om-
nia, quæ poteſt Rex, *Rom. ſing. 167. conſ. 59. num. 3.
Guid. Pap. deciſ. 334. Leonard. de magiſtr. c. 3. num. 9.
Franc. deciſ. 165. n. 2. & ibi Amend. in Schol. num. 1.
Frec. d. tit. quis dic. dux. n. 30. Surd. conſ. 281. n. 1. conſ.
540. n. 18. Aluarad. in ſpecul. pontif. c. 54. nu. 34. Boſſ.
tit. de Princip. num. 87. Decian. conſil. 23. num. 66. 69.
vol. 1. Oliban. de iur. fiſc. c. 4. à num. 58. Pon. de poteſt.
proreg. tit. de aſſen. Reg. § 5. num. 3. conſil. 1. nu. 2. 46.
Milan. deciſ. 8. num. 71. lib. 1. Cancer. 3. reſol. cap. 3. de
Priuil. num. 329. Menoch. conſ. 1201. n. 19. conſ. 52. n.
162. Craſſ. except. 1. n. 44.* quin vna eſt perſona cum
Rege, *Caſſan. cathal. glo. mund. p. 7. conſid. 10. Amēd.
in Schol. ad Franc. deciſ. 165. nu. 1. Frez. loc. cit. n. 29.
Surgen. de Neap. illuſtr. lib. 1. c. 22. n. 8.* Sic enim ſe res
habet, vt Princeps ipſe in mandato, quod facit to-
tum ſe ſe in ipſum ſuum Proregem, Locumtenen-
tem Generalem, profundere, omnemque ſuam po
teſtatem in eum transferre videatur. *Oliban. d. c. 4. n.*
18 61. idque clarè etiam innuunt † illa mandati ver-
ba, ibi *(ac loco, vice, & nomine noſtris)* quibus reſer-
uata etiam Principi contineri inquit, *Felin. cap. quæ
in Eccleſiarum. n. 33. de Conſtit. Abb. conſ. 188. nu. 8.*

Ampliſſimum idcirco illius officium appellant.
Caſſan. Oliban. Cancer. & alij nuper, cit. Quin, ſi Pro-
19 rex † Superiorem recognoſcat, omnia tamen Re-
gis Iura habet, ex clauſula illa (Alter Nos) *Cancer.
d. num. 329. Seſſe. deciſ. 175. num. 5. Oliban. de iur. fiſc.
cap. 4. num. 58. Pont. conſil. 55. num. 46. in 1. & de po-
teſtat. proreg. tit. 1. num. 1.* Quod adeo verum eſt, vt
Proregis authoritas, ad Principi reſeruata, ex con-
ſuetudine ſaltim amplietur, *Decian. conſil. 23. num.
66. vol. 1.* & de Iure, ſtante mandati forma, in quo
talis eſt clauſularum amplitudo, & geminatio, vt
dixerit, *Xibec. in conſilio nondum impreſſo pro Monar-
ch. num. 81.* ſub illis comprehendi omnia, quæ ima-
ginari poſſunt. Quod perſuadent etiam illa man-
dati verba, ibi. *Quæ nos ipſi facere, exequi, adimplere,
& mandare poſſemus, ſi in prædicto noſtro vlterioris
Siciliæ Regno, perſonaliter adeſſemus.* quorum virtus
eſt, mandatum cum libera præſeferant, *Bartol. in l.
Procurator cum libera. ff. de procurat. & in l. creditor.
§. final. ff. mandat. Iacobin. l. quæ acta. num. 3. de offic.
Procurat. Cæſar.* etiam in reſeruatis, *Bellug. in Specul.
Princip. rub. 25. §. ſæpiſsimè. num. 3.* Vtque alias om-
nes clauſulas prætercam, nempè illam [*etiam ſi ta-
lia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale,
aut ſpecialiſsimum*] de qua tradit in term. *gloſſ. final.
cap. licet. de Offic. Vic. in 6.* & illam [*cum libera, &
generali adminiſtratione, & ampliſsima facultate*]
hoc, quod ante dicebam latis, ſuperque euincit
clauſula *(& alios quoſcumque actus noſtræ Regiæ di-
gnitati reſeruatos)* Communi enim ſententia affir-
20 mant Doct. quòd ſi enumeratis † pluribus caſibus
reſeruatis apponitur clauſula *(& alios quoſcumque)*
tunc conceſſa cenſentur omnia alia, Principi reſer-
uata, ex præſumpta concedentis mente, *vt ex Ca-
ſtrenſ. Alciat. Iſern. Dec. & alij, reſoluit, Riminal. Iun.
in l. Imperium. num. 253. ff. de iuriſd. omn. Iud.* ſi enim
reſeruata, Princeps ſuo Vicario Generali concede-
re noluiſſet, vtique excepiſſet, *Rolan. conſ. 86. nu. 33.
34. volum. 1. Surd. conſil. 281. num. 1. Pariſ. de rein-
tegr. feud. tit. de probib. feud. alien. per Federic. verſic.
An Vicarij Regis eo abſente. fol. mihi 428. Frez. d. tit.
quis dicat. dux. num. 29.* Hanc denique eximiam Vi-
21 ceregię † poteſtatis amplitudinem ſatis explicat,
Bald. conſ. 272. num. 2. ad fin. vol. 1. aſſerens, reuoca-
re in dubium huiuſmodi poteſtatem Mundum, eſ-
ſet, reuangare; Quod ſi tanta itaque eſt, Proregis
poteſtas, eaque poteſt, quę Rex ipſe, cui dubium?
quin Sicilię Prorex Straticotum Meſſanenſem (cum
ei collibuerit) creare, & eligere poſſit.

Verum, hęc nihil impediunt, quò minus in con-
trariam ſententiam eamus: Proregem Sicilię (nullo
caſu) Meſſanenſem Strategum eligere poſſe. Quod
vt ordine cognoſcamus, illud diſcutiendum eſt in
primis, cui Romani Imperij Magiſtratui, Proregis
dignitas aſſimiletur? Qua in re.

22 Alij, Pręſidi Prouincię, *ex Coraſ. in l. 1. in l. Præſi-
dis. in principio, l. diem functo, num. 1. ff. de offic. aſſeſſ.
Alberic. ab Alciat. relatus. lib. 3. parerg. iur. cap. 3.
Bouadil. lib. 1. Polit. cap. 2. num. 4. Capic. inueſtit. feud.
tit. de probib. feud. alien. col. 145. Frez. d. tit. quis di-
cat. dux. num. 34. 35. 36. Caſſan. Cathol. gloriæ mundi,
par. 7. conſider. 18. Greg. Syntag. iur. lib. 47. capit. 32.
num. 2.*

23 Alij Pręfecti Pretorio locum, ac dignitatem
obti-

Digitized by Google

obtinere cenſent, propter ampliſſimam illi collatam à Principe poteſtatem, *Muſcatell. de dignit. doct. par. 3. num. 42. Capiblanc. de Baron. Pragmat. 1. num. 21. 22. 23. Carauit. Pragmat. 1. §. 2. num. 8. tit. ad Macedon. Grauat. ad Veſtr. lib. 1. cap. 1. num. 8. Decian. conſil. 23. num. 67. in 1. Surgent. de Neapol. Illuſt. cap. 19. Gregor. dict. lib. 47. cap. 18. num. 15. cap. 33. nu. 2.* Etſi id aliqui ea ratione improbent, quòd Præfectus Prætorio, non vnius tantum prouinciæ adminiſtrationem habuerit, ſed plurimarum, quę ſub vna Dięceſi, ſeu tractu continebantur, quales apud antiquos in Imperij notitia, florente Republica, erant tractus Orientis, Africæ, Illyrici, *vt tot. tit. C. de offic. Præfect. Prætor. Orien. Illyric. & Afric.*

Cæterum quocumque nomine Proregem appellamus, & ſiue pręſidem prouincię, ſiue pręfectum pretorio pręſeferre videatur, illud mihi certiſſimum eſt, & planè indubium, Ampliſſimo Viceregię poteſtatis priuilegio, minimè quidem ea iu-
24 ra contineri, quę principi, † vel iuris communis diſpoſitione, vel ipſius principis voluntate reſeruantur, ex quadam pręrogatiua, & priuilegio, *Afflict. tit. de regalib. §. Angariæ. num. 15. Sace. conſilio 13. num. 5.* niſi Rex conceſſerit, *Innocent. in cap. Monaſterium. de ſtat. monach. Putc. de reintegr. feud. queſtio. 269.* Atqui Straticoti electio de genere prohibitorum eſt, ex geminatis Regis pręſeruationibus, tum quia reſiſtit lex *Martin.* Reg. d. cap. 44. ibi, *mutentur per noſtras Maieſtates*. Tum etiam Meſſanę Vrbis priuilegium, à Carolo, & Ioanna conceſſum, ibi, *Sua Maieſtas prouidebit de Straticoto grato.* Cumque pronomen, *Noſtrum, ſuum,* in dubio personam concernat, *ex Capic. deciſ. 136. nu. 2. Guid. Pap. deciſ. 489.* Ad Proregem ergo non extenditur.

25 Secundò pręfectus prætorio † cum non ſit legibus ſolutus, aduerſus principis decretum, quicquam agere non poteſt, *l. formam. C. de offic. Pręfec. Prætor. gloſ. cap. fin. verb. Figura. de hæret. in 6. Abb. & alij in cap. fin. de off. Vicar. in cap. 1. not. 2. de tranſ. Caſtrenſ. in l. 1. ff. quod quiſque iur.* Vt à ſuperiore editum, *Molſeſ. in proem. R. N. conſuetud. queſt. 15. nu. 9.* Idque diſertis ſanè verbis docuit nos Philippus Sicilię Rex, huius nominis Secundus in Epiſtola ad Comitem Alug de Aliſte, tunc Sicilię Proregem data, die 8. Aprilis 1591.

Illuſtre Conde primo nueſtro, Lugartenente, Capitan General, auiendoſe platicado por mi orden, en poner ex Remedio neceſſario en algunas coſas toccantes al buen gouierno de eſſe Reyno, en que al preſente ſe entiende que ay algunos abuſos, ſe darà en eſta reſolucion, que en cada particular de los que abaxo ſeran declarados, ſe ha tomado con encargar Os, que con mucho cuydado procureis, que aquella ſe obſerue inuiolablemente. Quanto a lo primero, tieneſe entendido, que los Viſorreyes que por tiempo ha auido en eſſe Reyno, a titulo de la autoridad, que en ſu Priuilegio ſe les dà, llaman do los, Alter nos, diſpenſan a muchas coſas extraordinarias ſiendo para eſto tambien prouocados de los Conſcieros que cerca dellos aſſiſten, dandole a aquella palabra, vna intelligencia abſoluta: Y aunque en nueſtra inſtrucion ſe dize harto claro, que la dicha clauſula ſe pone mas por autorizar en lo publico la perſona del Virrey, que porque en virtud della ſe pueda diſpenſar a Pramatica, ni orden firmada de mi mano, toda via he querido tornar os a qui a aduertir de mi intencion, con ordenar os que no ſe exceda della. Eſt enim pręciſa ſatis dictio, *inuiolabiliter*, qua Rex ſuis in literis vtitur, vt ne quid minimum contraire liceat, *Aldouin. conſil. 106. nu. 12.* & ſignificat ſine violatione, *Apetr. de Princ. Poteſt. c. 20. n. 25.*

Atque id quidem ſumma ratione diſpoſitum à Rege fuit. Nam, & Legati Papę, quibus Prorex eſt ſimilis, cum verè Regis Legatus ſit, vt dixi, *ex Bald. l. 1. num. 6. ff. de offic. Præfect. Prætor.* non poſſunt à canonum iure recedere, *Tuſc. lit. L. con-*
26 *cluſ. 161.* Nec quicquam facere † contra legem à ſuo ſuperiore conditam, *Sanchez. de Matrimon. lib. 8. diſputat. 6. numero 14. & iterum, diſputat. 17. nu. 5.* quò loci ampliat, etſi conceſſa ei fuiſſet plenitudo poteſtatis. Non enim ad diſſipationem accipienda eſt, ſed vt, ſecundum iura, diſpenſet.

27 Tertio generalis † poteſtatis conceſſio non comprehendit regalia, *cap. per translationem. de offic. Legat. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 14. verſic. nunc videamus. Sicar. in l. quoties. numero 9. C. famil. herciſc. Morla, in empor. iur. tit. 2. in princip. numero 158. Miſing. conſilio 39. num. 6. 7. Veſemb. conſilio 32. numero 11. conſil. 45. numero 37. conſil. 92. num. 13. Afflict. deciſ. 122. num. 3.* Ea enim quę ſpecialiter, & nominatim concedi debent, non continentur, *l. obligatione generali. ff. de pig. l. filiusfamil. ff. de don. cap. in generali. de offic. Vicar. in 6. cap. in generali. de regul. iur. in 6.* Cuiuſmodi ſunt ea, in quibus concedendis Princeps ſe ſolet difficilem reddere, *Siluan. conſilio 56. num. 24. Grauet. conſilio 172. num. 4. Sextin. de regal. lib. 1. cap. 5. num. 78. Schrader. conſilio 1. num. 319. in 1.* Sed expediti iuris eſſe cenſui, quod Rex difficilem ſe reddidit in concedenda Proregi, officialium creatione, reſpectu Straticoti. Vbi Ioanna, & Carolus, in ſępius repetito priuilegio clariſſimis verbis Proregi poteſtatem faciunt Sindicatorem creandi, qui de exceſſibus Straticoti cognoſcat, in quibus veluti Armorum Capitaneus deliquerit; Ipſius vero Straticoti electionem, ac prouiſionem ſibi reſeruant, nec conceſſa demum eidem Proregi, & ſucceſſoribus, officialium Regni creatione, Straticoti electionem in ea comprehendi dixi A rtic. I.

Conſtat ex his ſub ampliſſima illa facultate, & adminiſtratione, quam Proregi ſuo Rex confert, non etiam Straticoti Meſſanenſi, pręficiendi licentiam comprehendi.

Non obſtat primum, ad cuius reſolutionem Vi-
28 carios † Principum in duplici differentia eſſe tradit, *Alexand. rubr. ff. de offic. eius. num. 13. 14. poſt gloſ. l. more maiorum. verb. alieno. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Maran. p. 4. diſtinct. 5. num. 6. Thylman. deciſ. Syntag. 1. deciſ. 2. vo. 8. n. 13. Sbroz. lib. 1. de Vicar. Epiſc. queſt. 3. num. 2.*

Alij enim à lege conſtituuntur Vicarij, qui ſcilicet abſentis, vel impediti magiſtratus vicesgerant, vt Archidiaconus, qui legis auctoritate vices Epiſcopi abſentis, aut impediti (iure communi inſpecto) ſubſtinet, *cap. 1. de offic. Archid.* his aſſimilari Proregem non conuenit, cum non à lege ipſa, ſed à Principe Prorex eligatur.

Alij vero Vicarij ab homine, hoc eſt ab ipſo

Principe conſtituuntur, *l.1.§.à Præfecto. ff. de legat. 3.* his æquiparari Proregem concedo, vt eam habeat facultatem, quam Princeps ipſe in eligendo dedit.

29 His ſic pręmiſſis † *Caſtald. opin. de imperat. quæſt. 106. num. 1.4.* vt quæ de Vicarijs Imperialibus perpetuis à Doct. ſunt tradita in Viceregibus hodiernis procedant; Negamus veram eſſe, nam ſi demandatam à Rege Iuriſdictionem habet Prorex, non legis Vicarius eſt, vt ea omnia, quæ de huius generis Vicario edixerint Doct. in Prorege procedant: Sed comparandus potius eſt Prorex Vicario Imperatoris, vt ab homine electo, cuius poteſtas eò vſque extendatur, quò vſque Rex ipſe voluerit. At qui Rex noſter Inuictiſſimus Straticoti eligendi facultatem ſibi reſeruauit, nec Proregi conceſſam eſſe voluit. Dicimus ergo, quod licet Regis Vicarius ſit Prorex, non tamen ei omnia, quæ Rex ipſe poteſt, ſed quę expreſſim conceſſerit permittantur.

30 Non obſtat ſecundum † Proregem Legato à Latere aſſimilari, vt quę de hoc dixerint alij, in illo locum vendicent, *ex Ann. Iun. conſil. 14. num. 19.* quia multipliciter reſpondetur.

Primo, Legatus in ſua prouincia, licet Sedis Apoſtolicæ Vices gerat, vt dixi num. 24. hoc tamen, in non reſeruatis, verum eſt, *cap. mandata. de præſump. Garz. de benefic. p. 5. cap. 3. nu. 13. additque Gambar. de offic. & poteſt. legat. lib. 3. num. 78.* quod licet de iure communi conferre ipſe poſſit omnia beneficia exiſtentia, in prouincia ſibi demandata, *cap. 1. de offic. legat. in 6. c. ſi à ſede. de probat. in 6. Farin. Rot. deciſ. 624. num. 1.* Beneficia tamen reſeruata conferre illum non poſſe, *inquit tex. cap. 2. de præben. in 6. Rot. deciſ. 3. alias, 19. de offic. legat. in nouiſſ. Creſcen. deciſ. 20. alias. 217. num. 5. de præben. Achil. deciſ. 1. num. 5. in fin. de offic. ordin. Gonzal. reg. cancell. 8. gloſ. 24. num. 21. 44. Gambar. d. lib. 3. nu. 116. Rip. reſponſ. 6. num. 1. tit. de Conſtitut. Caſſador. deciſ. 5. num. 3. de conceſſ. præben. Farin. in patroc. de gabell. p. 3. ſub nu. 26. Ferret. conſ. 4. num. 7. conſil. 320. num. 7. Germon. de indult. §. hac in ritum. ex num. 44.* Pari ergo ratione dicendum eſt, non poſſe Proregem ea officia, & Magiſtratus conferre, quæ Princeps ſibi reſeruauit.

Reſpon. II. quod licet Legatus à Latere leges, & conſtitutiones ferre poſſit. Id tamen intelligitur, niſi per illas ius tertio quæſitum reuocet, *Rom. conſil. 37. Tuſc. lit. L. concluſ. 161. num. 3. 11. & concluſ. 162. num. 15.* licet ex priuilegio ius quæſitum ſit, *Abb. conſ. 77. col. 1. in fin. verſ. ſed poſito, & col. ſeq. lib. 2. Roman. conſil. 428. num. 12.* vel ſi ex certa ſcientia id egerit Legatus. *Tuſc. d. concluſ. 162. num. 16.* vt nec ſtatuta poſſit à Principe confirmata reuocare, *Ruin. conſil. 166. num. 3. volum. 4. Tuſc. d. concluſ. 161. num. 5.* Rationem addit, *Roman. d. conſil. 37. num. 2.* quod inferior legem ſuperioris deſtruere non poteſt, *cap. ſolitæ. de maior. & obed. exornat. Gutier. allegat. 1. num. 26.* Quo fit, vt nec etiam poſſit Prorex, quem Legato à Latere aſſimilamus, Meſſanæ priuilegijs, & Locumtenentium Curiæ Straticotialis pręrogatiuis derogare, præſertim cum à Principe ipſa confirmata ſint ſępius.

31 Reſpond. III. Legatum poſſe † omnia, ad quæ mandatum habeat ſpeciale, generale enim non ſufficit in reſeruatis, *Bartol. l. hocque neceſſario. §. ſed ſi quæ. C. de offic. præfect. prætor. Tuſc. d. ct. concluſ. 161. num. 10.* Neque enim Legati à Latere poteſtas vltra specialiter conceſſa extenditur, *Put. deciſ. 148. num. 1. lib. 2.* cui ſi adæquamus Proregem, reſeruatam Principi eligendi Straticoti facultatem, generali ſuo priuilegio, nec conceſſam concludimus.

32 Nec obſtat † *Franc. deciſ. 165. num. 2.* aſſerens, Proregem poſſe omnia ea, quæ Regi licent. Bene enim illum explicat illic, *Amend. num. 3.* intelligendum eſſe in ijs, quæ tamen Regi non ſint reſeruata, ergo, &c.

33 Non obſtat clauſula † in Proregis priuilegio [*Loco, vice, & nomine noſtris*] Quia ad excepta, & reſeruata non extenditur, *vt ex Iſer. & Boſſ. reſoluit Capiblan. de Baron. Pragm. 1. nu. 26.*

34 Non obſtat † clauſula [*Alter Nos*] iam enim idem ipſe Rex Optimus Philippus Secundus ſua illa epiſtola [*quam recenſuimus*] expreſſis verbis declarauit. quid hæc clauſula præſeferret, cum docuit, ea verba Proregum mandatis apponi, vt ijs titulis maiores in prouincia viderentur. Re vero ipſa prohiberi, quo minus, vel Pragmaticas leges abrogent, vel ad ea manus adijciant, quæ Princeps ſibi reſeruauit, ibi: *Y aunque en nueſtra inſtrucion ſe dize harto claro, que la dicha clauſula ſe pone mas por autorizar en lo publico la perſona del Virrey, que porque en virtud della ſe pueda diſpenſar a Pramatica, ni orden firmada de mi mano, toda via he querido tornar os a qui a aduertir de mi intencion, con ordenar os que non ſe exceda della.*

35 Secundo, clauſula † iſta (*Alter nos*) nihil operatur in hijs, quæ per iura patriæ, maiorum mores, & priuilegia non poſſunt ſeparari à perſona Regia; Adeo vt negent Proreges, aut Locumtenentes prouinciarum hæc exercere poſſe, *Oliban. de Fiſc. cap. 4. num. 61. cap. 6. num. 18. Cancer. lib. 3. reſol. cap. 3. nu. 329.* Quare nulli dubium iſta verba (*Alter nos*) non eò vſque extendi, vt Proregi liceat Strategum creare, quem Princeps à ſe ipſo ſolum creari voluit.

36 Nec obſtat, *Decian.* † *conſil. 23. num. 66. in 1.* quia etſi conſuetudine fieri poſſit, vt Proregis poteſtas ad reſeruata extendatur, nondum tamen hoc probatum video, conſuetudine obtentum eſſe, vt Proregi Strategum creare liceat, quin contrarium conſuetudine, & ſanè immemorabili ſeruatum legimus, vt mox *Artic. 3.* dicemus copioſius, nec diſſentit, *Verall. deciſ. 270. num. 2. de diſpenſat.* aſſerens, quod non poteſt Legatus ex facultate ſibi conceſſa, poteſt ex conſuetudine facere, *c. 1. de offic. legat. in 6. not. Doct. in gloſ. c. 1. eodem tit.* & addit illic, *Verall. num. 3.* requiri etiam, quòd probetur immemorabilis conſuetudo, qua ceſſante nihil agere poteſt Legatus, præter expreſſa.

37 Nec † aduerſatur generalitas illa verborum, & clauſularum amplitudo, quam in principio adduxi, quia etſi ampla, geminata, & generalia ſint verba, adeoq. caſus omnes, iuxta opin. *Xibec. in conſilio nondum impreſſo, pro Monarch. num. 81.* cogitatos. & incogitatos, apta ſint comprehendere, non tamen extenduntur ad ea, quę Principi competunt ex quodam priuilegio, & prærogatiua, *vt Afflict.* inquit, *de regalib. §. angariæ. nu. 15. Sacca. conſ. 13. n. 5.*

qualis

Digitized by Google

qualis omnino eſt facultas iſta creandi Straticotum,quam iure ſuo propriam ſibi Carolus, & Ioanna,in ſæpius repetito priuilegio eſſe voluerunt.

38 Pari ratione reſpondendum eſt, † ad clauſulam illam [*& alios quoſcumque actus noſtræ Regiæ dignitati reſeruatos.*] Quia vbi enumeratis aliquibus caſibus reſeruatis ſubijcitur clauſula[*& alios quoſcumque*] conceſſa cenſentur reliqua omnia iura Principi reſeruata, quod tamen intelligunt Doct. procedere ex præſumpta Principis concedentis mente. Sic enim loquuntur, *Rim.Iun.Rolan.Surd.& alij,in n.*20.cum rationem illam afferant, quod ſi reſeruata Princeps ſuo Vicario Generali concedere noluiſſet, vtique excepiſſet, cum facile exprimere illud potuit,& non expreſſit,vt dixere, *Dec. conſil.* 442. *num.*9.*conſil.*513.*num.*11.*conſil.*581.*num.*7.*Gozad. conſil.*29.*num.*16.*conſil.*83.*num.*9.*Pariſ.conſilio* 31. *num.*7.*conſil.*58.*num.*5.*in* 2.*Socc.Iun. conſil.*100.*nu.* 12.*in* 1.*Curt.Iun conſil.*33.*in fin.conſil.*49.*nu.*7. Modicum enim de pergameno expreſſio ſanè illa occupaſſet, vt *Ioan.Andr.(inquit)c.inter.de re iud.cap.ſuper eo.de appell.ſcite,Oldr.conſil.*226.*col.*2.*poſt med.* Non enim de tam modico,in illa expreſſione, agebatur, quod negligi deberet, vt ſcripto non mandaretur, *Crauet. conſil.*175.*num.*5.*Monter.deciſ.*50. *num.*15.

Ceſſat itaque huius clauſulæ vis, ac poteſtas, cũ aliunde certi ſimus, Principem expreſſim ſibi quicpiam reſeruaſſe,vt noſtro in caſu contigit, vbi Ioanna, & Carolus, clariſſimis verbis Proregi poteſtatem faciunt, Sindicatorem creandi, qui Straticoti exceſſus videat, in quibus veluti Armorum Capitaneus deliquiſſet; Ipſius vero Straticoti electionem, ac prouiſionem ſibi reſeruantes.

39 Imo clauſula iſta † efficax quidem eſt, non tamen adeo, vt per eam extenſio fieri debeat ad maiora expreſſis, ſed potius reſtringenda eſt ad ſimilia,vel minora expreſſis;de ſimilibus, *Afflict. c.* 1. *num.*7.*de capit.qui curi.dom.vendid. Caſtr.conſil.*63. *num.*3.*in* 1.*Caball.milleloq.*42.*num.*13.*Natt.conſilio* 435.*num.*9.*Roman.conſ.*271.*n.*2.*& ibi Mandoſ. Peregr.de Iur.fiſc.lib.*1.*tit.*2.*nu.*10.*Crau. conſ.*209.*n.*8. *Veſembr.conſ.*27.*n.*23.*conſil.*41.*n.*41.de minoribus verò,*Bald.Caſtr.Cabal.Natt.Veſemb. citati à Sextin. de regal.lib.*1.*c.*5.*n.*89. At quis non videt facultatem creandi Straticorum multò ampliorem, & digniorem eſſe,quam aliæ, quas Proregi ſuo Rex dare conſueuit?

40 Non obſtat,quòd † ex *Bald.conſ.*282.*num.*2.*in* 1. dixi,non licere de Principis poteſtate diſputare,ne mundum omnem renangamus.Id enim,& reliqua, quæ in hanc ſententiam cumulari poſſent,in ſupremo Principe locum habent,cuius ampliſſimam poteſtatem in dubium reuocare,inſani eſſet hominis: Quippè quæ à nemine dependeat, & ſui iuris ſit. De inferiore autem Principe quis neſcit? eius poteſtatem quibuſdam veluti terminis,concluſam eſ-
41 ſe. Verum in ipſomet † ſupremo Principe interdum etiam de Voluntate diſputamus, puta voluerit,nec nè? idque iure licere probat, *text. l.ex facto. ff.de vulg.Cephal.conſ.*133.*n.*104.*Gail. lib.*1.*obſeru.* 14.*n.*6.*lib.*2.*obſeru.*58.*nu.*7.*Gonzalez.cancell.regul.* 8.*gloſ.*9.§.2.*n.*70.*Apetr.de Princ.poteſt.cap.*1.*nu.*6. *Schulteſ.de feud.p.p. quæſt.*2.*num.*27. Quippe,& ſi certiſſimus, poſſe Principem ſupremum facere, quęcumque ipſi collibuerit; non tamen etiam certò ſcire poſſumus, an ea omnia in tertij pręiudicium voluerit,quandoque enim errat, *l.*2.*ff.de ſupell.legat.* licet voluntas ipſius præſumatur talis, qualis de iure eſſe debeat.

Reſpon.II. Diſputari non poteſt, ſi ex nimia audatia, aut contemptu id fieret, ſecus ſi ad tutelam, & conſeruationem iuris tertij,& ob cauſam neceſſariam,*Apetr.d.c.*1.*n.*6. redarguendi ergo non ſumus,ſi latitudinem poteſtatis ipſius in tollendo iure tertij, menſi fuerimus, conſtat enim non omnia ſub locato,& capſula proprij arbitrij, & voluntatis ſuæ collocata eſſe,*cap.literas.vbi gloſ.& Doct. de reſtit.ſpoliat. Alex. conſil.*216.*in princ.vol.*2.*Apetr.d. num.*6. Quare cum ſecundo huic Articulo pro viribus ſatis ſuperquè fecerimus. Supereſt nunc, vt ad Tertium,tranſeamus.

Artic.III.Straticoti electio Regi reſeruata in caſu finiti biennij, an in caſu mortis, vel omni alio euentu quo Straticoti officium expiret, ad ſolum Regem deuoluatur,vel ad Proregem? Multa ſunt, quę ſententiam illam perſuadere poſſunt.

42 Primum,quòd conſuetudo † optima eſt Legum interpres, *l.ſi de interpretatione. l. minimè. ff.de leg. Tiraq.piæ cauſ.Priuil.*27.*Thoming.conſ.*1.*nu.*72.77. *in* 1.*Montier.in præfact.deciſ.num.*20.*Garz.de benef. par.*1.*cap.*5.*num.*86.*Gratian.regul.*94.*Cened.canon. quæſt.*8.*num.*13.*quæſt.*32.*num.*7.*Parin. in patrocin. de gabell.p.p.num.*23.*Ceual.in præfac.commun.quæſt. num.*48.60.*Menoch.de arbitr. quæſt.*71.*num.*22.*conſil.*187.*num.*54. Ac etiam priuilegij, *Bald.conſ.*130. *in* 1.*Seraph.deciſ.*595.*num.*5.*Tuſc.lit.C.concluſ.*925. Atqui Ioannæ, & Caroli Regis priuilegium Dat. Bruſſellis,die 15.Februarij,5.Indict.1517.ibi,*Placet Regiæ Maieſtati, quòd Straticotus ſit biennalis tantum,quò elapſo ſit priuata perſona, & in ijs, quæ geſſerit, vt Straticotus, Sindicetur vt cæteri officiales Regni, & in ijs, quæ geſſerit vt Capitaneus Armorum, conſtito de extorſionibus, & malè geſtis Vicerex prouideat de Sindicatore, & Sua Maieſtas prouidebit de Straticoto grato dictæ Ciuitati:* Subſequuta conſuetudine, non ſemel ita interpretatum eſt, vt Proregi liceat Straticotum creare, id quod ſemel factum legimus à Duce Monteleonis, qui Comitem Condianni die 8. Augusti 1528. Meſſanæ Straticotum præfecit, cuius Magiſtratus poſſeſſionem, ille, die 13. Augusti adeptus eſt: Idem etiam in Comite Albæ de Aliſte obſeruatum eſt, qui D. Philippo Borgia Stratego in eo Magiſtratu vita functo, D. Bernardinum Toledo fratrem ſuffecit: Igitur nemini dubium eſſe debet,quin iſta Caroli Lex, ex recepta conſuetudine, ita intelligenda ſit, vt penes Proregem ſit facultas eligendi Strategum, ſi quo caſu prædeceſſor morte, vel alio impedimento, Magi-
43 ſtratu abiret. Neque vero ad iſtam † conſuetudinem inducendam Principis ſcientia requiritur, *ex Auend.de exeq.mand.p.p.cap.*8.*nu.*3. Nec temporis
44 † diuturnitas, cum interpretatiua ſit conſuetudo. *Natt.conſ.*406.*num.*26.*Curt.de conſuet.nu.*150.*Tepat.tit.de conſuet.col.*3.*Crauet.conſil.*839.*num.*10.*Simon.de Pratis,conſ.*76.*num.*16.*Surd.deciſ.*129.*num.* 19.*Cephal. conſil.*129.*num.*7.*Ludouic. tit. de conſuetud.concluſ.*38.*ampl.*3.*Modit. de iur. natur.* §.*lex eſt. dub.*51.

Digitized by Google

dub.51.num.2. Marta,decis.136.nu.4. Mantic. de tacit.& ambig.lib.3.tit.9.num.29. Piagg.de conſuetud. quæſt.4.num.95.98.Rot.decis.35.num.20.par.1.decis. 356.num.6.7.p.2.Gratian.decis.234. nu.25. Rauden. de analog.lib.4.c.34.num.290.conſil.18.num.38.Menoch.de arbitr.caſ.83.n.10.caſ.199.num.11.conſ.33. num.96.conſil.21.num.15.conſil.390.n.18.conſ.163. num.8.conſ.1156.num.65.66. Decian.conſ.44.n.16. conſ.51.num.56.vol.2.conſil.124.nu.27.vol.3.conſil. 36.nu.13.145.vol.1. Pu e.decis.283.lib.1. decis.15. lib.3.Mareſcot.in 2.reſol.100.num.23.Tuſc.lit.C.concluſ.796.n.39.45. concluſ.878.num.11.12.13.Barz. decis.58.n.6.decis.98.Turamin.de leg.p.3.c.6.nu.16. Ponte.conſil.1.nu.5.conſ.54. num.15. conſ.51.nu.28. 29.Sola.ad decret.Sabaud.tit.de iur.emphit.gloſ.7.n. 21.Maſcard.de ſtat.interp.concluſ.2.num.159.Morot. conſil.90.num.16. Botta.conſil.18.num.35. Gabr.tit. de conſ.et.concl.1.num.69. Gabr. conſil. 164.nu.7.8. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.1.nu.33. Gallin. de verb. ſignif.lib.10.c.35.num.6.Becc.conſil.101.n.57.conſ. 140.num.22.Borrell.conſ.3.num.16.Cancer.3.reſolut. c.19.num.74.Rimin.Iun.conſ.724. conſ.581.num.31. Bim.conſ.23.nu.29.conſ.113.n.15.conſ.166.num.24. Cumque certa interpretatio mutari non debeat, l. ſi de interpretatione. l.minime.ff.de leg. Sacc.conſ.76. num.3. Satis ergo ex ſubſequuta iſta obſeruantia, & fundatam eſſe, intelligimus, Aduerſariorum ſententiam.

45 Secundo, Prorex in Regno † leges antiquas remouet,& nouas inducit, Bart. Bald.l.1. §.ij quibus. ff.de leg.3. Andre.& Afflict. c.Imperialem. de prohib.feud.alien.per Federic.& ibi,Capic.verſ.3.notandum.Iacobi.de ſant.Georg.de feud.gloſ.Vicarius, Surgent.in annot.ad Surgen.de Neapol. illuſtr.c.22. nu.9. fol.mihi.369.Capiblanc. de Baron. pragm.1.num.23. Frez.lib.2.de ſubfeud.tit.quis dic.dux.n.30. Amend. in Schol.ad Franc.decis.165.nu.3. Idque confirmant Regij mandati verba,ibi [Legeſq; condere ad nutum duraturas] exornat Auil.in proem. ll.Prætor. gloſ.or-

46 denanzas.num.1. Imò priuilegia † concedit Prorex, Oliban.de Fiſc.c.4. num.58. Boſſ.de Princip.num.87. Cancer.lib.3.reſol.c.3.nu.329. Ratio eſt, quod ſicut legem condere non prohibetur, Immo, ex ſpeciali poteſtate ſibi permictitur; Ita,& in priuilegiorum conceſſione dicendum eſt, Medices, de legib.p.4.qu. 33.n.4. Eius ergo eſt leges omnes interpretari, qui condidit; priuilegia declarare,qui cõceſſit. Cumq; allegati priuilegij verba,ibi,(& Sua Maieſtas prouidebit de Straticoto grato dictæ Ciuitati) dubia viderentur; quem caſum, an finiti tantum officij, vel mortis,aut abſentiæ? non potuit ergo Prorex declarare in caſu mortis, Straticoti electionem ad ſe ſpectare.

47 Tertio,dubium ſi quod † eſt,interpretamur,l.hæredes palam.§.ſed ſi quid.ff.de teſtam. Mant. de tacit. & ambig.lib.1.tit.15.nu.10.tit.16.nu.15.non quod clarum eſt,l.ille,aut ille. §.cum in verbis.ff.de legat.3. l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig. Turamin. l.& ideo.nu.4.6.7.ff. de legib. Auiles d. gloſ. ordenanzas. num.18.Mantic.d.tit.16.n.8. & lib.2.tit.4. num.101.

48 Aldobr.conſil.76.n.22.26.32.37. Vſq.adeo † vt nec poſſit Rex aſſerere,hęc fuit mea intentio,Franc.decis.166.n.5.maxime in pręiuditium tertij, Iſer.in c. 1.§.Sed nec eſt.in addic.tit.quæ ſit prima cauſ.benefic. Ann.alleg.52.n.58.Caſtr.d.l.hæredes palam. §.1.n.4. ad fin.Crau.conſil.282.num.6. conſ.338. niſi ex certa ſcientia fiat,vel parte citata, Alex.conſil.11.nu.1.in 7.Mantic.d.tit.16.n.9. Sed prędicti priuilegij verba, vt Straticoti prouiſio ad Regem ſpectet, eo in caſu loquuntur, quò biennium Straticoti muneris elapſum ſit,ibi, ſit biennalis tantum,quo elapſo, ſit priuata perſona. Ergo non niſi finito biennio huius Magiſtratus electio Regi reſeruatur, ac ideo ſi non dum finito biennio Straticotus, decedat, haud quidem eius muneris collatio, ex Caroli priuilegio, ad ſolum Regem ſpectat; Sed etiam Prorex pro reſiduo ſaltem temporis, quod ad biennium explendum deſideratur Strategum ſufficere poterit.

49 Quartò, vbi directè † ex vno actu contrauentum eſt priuilegio,ex eo illud amittitur, l.1.C.de his, qui muner.pub.ſpont.lib.10.l.voluntarie.C.de excuſ.tutor. c.priuilegia.c.tuarum.de priuileg. Abb.& Felin.cap. cum acceßißent.num.6.de Conſtit. Borrell. conſ.1.nu. 35.Coſta,conſil.16.num.37. Gail. lib.1.de pac.public. cap.2.num.21. Ann.alleg.11.num.16.plenè: D.Tapp. l.fin.par.2.cap.2.num.1.ff.de Conſtit. Princip. Sextin. lib.1.de regalib.cap.6.num.34. Bott.conſil.87.à n.32. 33. Aldomn.conſ.20.nu.150. Sed Meſſanenſis Senatus Straticoti electionem, alteram in Comitem Condianni, alteram in D.Bernardinum Toledo, à Prorege factam, ratam habuit, Magiſtratus eiuſdem poſſeſſione tradita: Caroli ergo,& Ioannę priuilegio, quo ſolius Regis eſt Straticoti electio, renuntiaſſe videtur.

50 Quinto,curare debet † ſuperior,ne inferioris magiſtratus officium, Rectore careat, cap.fin. de Offic. Vic.in 6.c.inſpicimus. de reg.iur.in 6. l.meminiſſe. ff. de Offic.proconſ. l.1. §.adminiſtrationem autem. C. vt omn.iud.l.cum plures. §.minimum.ff.de adminiſtr.tut. l.3.C.de decurion.lib.10. Auth. de adminiſtr. ad fin. c.oblatæ.c.peruenit.de appell. Put. de Sindic. verb.accuſa us.num.1.poſt.princ.Bouadil.in polit.lib.2.c.2.n. 24.& lib.3.c.8.n.140. Ne igitur mortuo Straticoto deſit, qui eius vice, Vrbi pręſit; debet,ac poteſt prorex alium Straticotum eidem dignitati ſucceſſorem dare.

Sed nec obijciat quis,id minimè neceſſarium,cũ ſtatim Straticoto mortuo, ipſo iure, Iudices Curiæ Straticotialis eius dignitatis perſonam ſubſtineãt, quo etiã nomine in ciuitate, & diſtrictu ius dicunt. Nam qua ratione Iudices iſti Locumtenentes Straticoti appellari poſſunt, cum nullus ſit Straticotus, cuius vicem, ac locumteneant? Adde, quod Officia-

51 li † ſeu Rectore decedente omnis etiam expirat eius Locumtenentis iuriſdictio, neq. is deinceps poterit Iuſdicere, c.1.de offic.vic.in 6. Couar.pp.qq.c.4. n.6.Morla.in empor.Iur.tit.2.quæſt.27.n.3. Amendol. ad Franc.decis.165.num.5.decis.255.num.1.Parlad. lib.2.rer.quotid.c.1.num.10. Sic in Vicario Epiſcopi, quem mortuo Epiſcopo, nullam habere iuriſdictionem,firmat,gloſ.clem.1.verb.conteſtata. de procur.Faber.§.1.Inſtit.mand.Toſc.lit.V.concluſ.191.n. 1.Sbroz.de Vicar.epiſc.lib.2.quæſt.55.n.5.Bouadil.in polit.lib.1.c.2.n.23.Fuſc.ſingul.26.verb.Vicarius,& ſing.23.verb.Epiſcopus,& oẽs. Ergo cũ Straticotus ipſe deceſſerit, quis nõ videt abſurdũ eſſe, Iudices Curię Straticotialis Locũtenẽtes appellari, eius magiſtratus, qui nuſquã gentiũ ſit; aut quo iure quis

credat,

Digitized by Google

credat, horum Locumtenentium Magiſtratum du-
rare extincto ipſo Rectore, cuius locum tenent?
Rè tamen maturius conſiderata, ac diſcuſſis ſen-
tentiæ huius rationibus, in contrariam opinionem
venimus. Vt quocumq. caſu Straticotus Magiſtra-
tu decedat, ſiue longinqua abſentia impediatur, ſi-
ue diem ſuum obeat, ſemper huiuſce dignitatis col
lationem ſoli Regi reſeruari.
52 Primò. Priuilegia interpretari † ad ſolũ Regem
ſpectat, *c. cum veniſſent. de iudic. l. neratius. ff. de reg.
iur. l. ex facto. ff. de vulg. l. fin. C. de legibus, l. final. ff. de
conſtit. Princip. Schrader. in l. admonendi. num. 35. ff.
de iureiur. Girond. de priuileg. num. 84. Cancer. par. 3.
reſol. c. 3. de priuileg. num. 146. Canalc. deciſ. 4. nu. 35.
p. 2. Pacian. conſil. 36. nu. 150. Mantic. de tac. & amb.
lib. 2. tit. 1. num. 55. 56. Reyger. theſaur. iur. lit. P. ver-
bo, Priuilegium 21. Gail. lib. 1. obſer. 1. num. 7. Gregor.
Lopez. l. 27. gloſ. 1. 5. ti. 18. par. 3. late, Tuſc. lit. I. con-
cluſ. 329.* Nulli igitur dubium eſt, quin prædictis
caſibus penes ſolum Regem ſit facultas creandi,
atque eligendi Straticotum: cum ipſe idem Rex
priuilegium illud ita interpretatus ſit, quaſi finito
per biennij lapſum Straticoti Magiſtratu, nõ conti-
nuò poſſit Prorex alium Strategum creare, qui eo
vſque Vrbi præſit, donec alter à Rege eligatur: Col
ligitur autem hæc Regis voluntas, quòd cum D.
Philippus Borgia Strategus olim Meſſanæ in, eo
Magiſtratu diem ſuum obijſſet, ac ſubinde Comes
Albę de Aliſte, qui tunc tẽporis Sicilię Prorex erat,
fratrem ſuum D. Bernardinum Toledo huic digni-
tati pręfeciſſet: Philippus Rex cum Marchioni Hie-
raeis Magiſtratum illum conferre voluit, ita dixit,
*cum obitu D. Philippi de Borgia officium Straticoti,
& armorũ Capitanei nobilis noſtræ Ciuitatis Meſſanæ
in vlteriori Siciliæ Regno vacet, velimusq. illud egre-
gio cuipiam prudenti, proboq. ac bene de nobis merito
viro committere.* Quibus ex verbis clariſſimè colli-
gere licet, ſenſiſſe Regem pręd ictũ Straticoti officiũ
vacare, haud quidẽ per D. Bernardini ceſſum. Sed
per Borgiæ mortẽ, adeoq. facto ipſo, Rex ſignifica-
re voluit, non licuiſſe Proregi aliquẽ in eo Magiſtra
tu ſubſtituere, nec pro ea quidem tpis parte, quę ad
complendum Borgię biennium ſupererat. Sicut
53 dicimus † beneficium Eccleſiaſticum vacare, haud
quidem per mortem eius, qui non iure, ſed de facto
poſſedit, *Lap. alleg. 16. & alleg. 103.* addit *Caſſador.
deciſ. 5. n. 5. de Priuil.* in beneficijs non inſpicitur va
catio eius, qui abſque titulo poſſidebat; Sed eius
qui titulũ obtineret etiam ſine poſſeſſione. *Seraph.
deciſ. 667. n. 2.* Neq. enim neceſſaria eſt vacatio de
facto, vt beneficium, vel officium vacare dicatur, *ex
clem. 1. §. neutro. vt lit. pend. Simonet. de reſeru. q. 50.
n. 9.* plura congerit, *Gonzal. regul. cancell. 8. gloſ. 15.
§. 1. à num. 18. ad fin.*
54 Secundo, hoc ipſum priuilegium † ità intelligen
dum eſſe conſuetudo longiſſimi temporis, & ſequu
ta obſeruantia declarauit, *Surd. deciſ. 129. n. 19. Cor-
naz. deciſ. 72. n. 6. Couar. 3. reſol. c. 13. n. 4. Apont. con-
ſil. 1. n. 30. 55. Vin. deciſ. 515. deciſ. 517. Bertaz. crim.
conſil. 363. n. 3. Bott. conſ. 87. n. 33. Mantic. deciſ. 320.
num. 5. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concluſ. 2. num.
146. & alij paſſim.* Siquidem in Meſſanenſi Vrbe
hoc iure vtimur. Quod ab immemorabilis tempo-
ris lapſu obſeruatum vidimus: lapſo biennio, Stra-
ticoti nunquam à prorege in eo Magiſtratu ſubſti-
tui, ſed ipſos Curiæ Straricotialis Iudices per Tur-
num iuriſdictionem omnem in Vrbis diſtrictu, &
conſtrictu exercere, vt Regios Locumtenentes in
eo officio vi priuilegiorum Vrbis, à lege ipſa ſuffe-
ctos, eorumq. Magiſtratum extendi quouſq. Stra-
tegus à Rege delegatur. Teſtatur id, ipſe idem Co-
mes Aluæ litteris ſuis panormi datis, die vlt. Maij
3. Ind. 1590. Idem aſſerit Marchio piſcarię in lite-
ris. Dat. Panormi, die 24. Sept 13. Ind. 1569. Idem
profitetur D. Carolus de Aragona ſuis literis. Dat.
panormi die 23. Nouembr. 3. Indic. 1574. pleræq.
aliæ ſunt literæ in Eulogio, quas recenſere laborio-
ſum potius videretur. Immo ipſo etiam biẽnio du-
rante, ſi quando Strategus Vrbe excederet prouin-
ciam ſuam, ſeu diſtrictum peregraturus, ijdem Cu-
riæ Straticotialis Iudices Meſſanæ, & in conſtrictu,
ac diſtrictu, ius dicũt, quòd fatetur Ioan. Vega Re-
gni prorex, literis Dat. Meſſanę, die 5. Nouembris,
1555. & alijs literis dat. Meſſanę, die 24. Sept. 15.
Ind. 1556. Idem profitetur D. Ioannes de Lacerda
Medinæ Dux in literis Dat. Meſſanæ, 8. Nouembr.
3. Ind. 1558. & D. Garſias de Toledo Regni Prorex
in literis Dat. Meſſanæ die 28. Martij, 8. Ind. 1565.
Sic D. Carolus de Aragona Dux Terræ nouæ in li-
teris Dat. Panormi die 11. Martij, 13. Ind. 1573. &
Marcus Antonius Columna in literis Dat. Panor-
mi die 4. Martij, 6. Ind. 1578. & in alijs, datis Panor.
die 13. Martij, 1579. Alias pleraſq. literas ipſi, quæ-
ſo, videant in Eulogio; Ingenioſum namquè nõ eſt
omnia in Eulogio contenta tranſcribere. Cũ opti-
55 ma † ſit interpretatio, quę ex ſupplemento alterius
ſcripturę fieret, *l. qui duos. ff. de coniung. cum emanci-
pat. liber. ibi, bonorum poſſeſſionem. Caſanat. conſil. 57.
nu. 78.* neque nouum eſſe, inquit, *Alb. conſ. 599. nu.
13.* vt ex duabus ſcripturis ſimul iunctis, id conſe-
quamur, quòd ex vna tantum, nec poſſumus, *l. Gal-
lus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſth. Caſanat. d. conſ. 57.
num. 79.*
56 Secundo interpretari † inquit, *Felin. in c. in cau-
ſis. de re indic.* illi permittitur, cui licet condere, *Gre-
gor. Lopez. l. 27. gl. 1. tit. 18. p. 3. Tuſc. lit. I. concl. 329.
nu. 10. Gutier. lib. 3. pp. qq. c. 28. n. 3. Pacian. conſ. 36.
n. 151. Cancer. lib. 3. reſol. c. 3. de Priuil. n. 69. Seraph.
deciſ. 892. n. 3. Decian. conſ. 36. n. 8. 9. vol. 5. Garz. de
nobilit. gloſ. 1. §. 1. nu. 2.* Nè per indirectum liceat al-
teri, quod non licet directo, *c. cum quid, et ibi, Carot.*
57 *de reg. iur. in 6. Cancer. d. c. 3. num. 70.* Sed in ſolius †
Principis facultate eſt, ac in illius ſuprema auctori-
tate reſidet priuilegiandi (vt aiunt) Actus, *Bald. c.
fin. quib. res iudic. non noc. Brun. conſ. 1. n. 41. Curt. Iun.
conſ. 1. n. 25. Burſat. conſ. 156. n. 2.* Contra ergo legem
regiam, aliquid interpretare non poteſt Prorex, ac
proinde, neque etiam poterit Prorex priuilegium
illud interpretando Straticoti creationem ſibi ar-
rogare, caſu quo, morte, aut aliter vacet Strategi
officium, in Vrbis, & Straticotialis Magiſtratus prę
iudicium.
58 Tertio interpretatio † in dubio, ſecundum ſubie
ctam materiã, fieri debet, *l. ſi vno. in princ. ff. locat. l.
Miles ad Sororem. in princ. & l. cum Pater. §. bona. ff.
de legat. 2. Angel. in l. ſtipulatio iſta. §. ſicut. n. 1. & ibi
Alex. nu. 3. ff. de verb. oblig. Salic. l. ſi ex cautione. nu.
3. C. de non numer. pecun. Caſtr. conſil. 2. num. 9. in 3.*

Digitized by Google

Neuiz.conſ.91.num.16. Cephal.conſ.76.num.37. Caſanat.conſil.43.num.79. Sextin. de Regal.lib.2.c.18. num.41. Natt.conſ.416.num.3. Si quidem interpretatio quæ à rei ſubiectæ natura elicitur, eſt adeo neceſſaria, vt per ſtatutum auferri non poſſit. *Decian. conſ.32.n.52.vol.1. Mantic. de tacit. & ambig. lib.3. tit. 11. n.4.* ſubiecta verò Regij Priuilegij materia eſt, quòd Straticoti electio à Rege ipſo facienda ſit, ex repetito, Caroli, & Ioannæ Priuilegio; ibi, *& ſua Maieſtas prouidebit de Straticoto grato Ciuitati.* Quocumque igitur caſu Stratego opus ſit, ſiue ob biennij lapſum, ſiuè ob mortem, ſiue ob aliud impedimentum, ſemper eius Magiſtratus diſpoſitionem ſibi ipſi Rex voluit reſeruare. Nec id mirum. Quia

59 finiri Magiſtratum † ex curſu temporis præfixi, vel morte ſuperueniente, paria ſunt, *l. & quare. ff. de iuriſd. omn. iud. Bald. in l. eum qui. ff. eod. Fab. Ann. conſ.*

60 *14.n.8.* Sic Legatus Prouinciam † ſuam animo non reuertendi egreſſus, Legatus ſtatim eſſe deſinit, *l.3. de Offic. Præſid. gloſ. c. ſi Abbatē. verb. in Prouincia. in addit. de elect. in 6. Innoc. e. nouit. de Offic. Legat.*

61 Quarto nulli dubium eſt, reſtringendam eſſe † conceſſionem generalem, ſi reſtringendi ſubeſt ratio, *l. depreeatio. ff. ad l. rhod. de iact. l. ſcio quæſitum. ff. de teſtam. c.2. de coniug. lepros. Parin. in patroc. de gabell. p.3. n.96.* At qui maxima (in caſu noſtro) militat reſtringendi ratio, quia nempè ſtatuit, ac promiſit Carolus ſe, de Straticoto grato Ciuitati prouiſurum; Obſtrinxit igitur Rex fidem ſuam, vt non niſi gratum Straticotum à ſe eligendum eſſe: Ne melioris ergo iuris ſit Prorex (qui ea obligatione non afficitur, cum nunquam id promiſerit, ſed etiam ingratū eligere alioquin poſſet) quam ipſe Rex eſt, qui huic promiſſioni ſe ſubiecit; interpretandum itaq; eſt, Straticoti creationem ad ſolum Regē ſpectare, non ad Proregem, qui vt antea dixi odioſum etiam hominē huic muneri præficere poſſet. Atque hæc, quæ nunc vſque dicta ſunt, habent indè maximam confirmationē, quòd Federici Regis illius nominis

62 Tertij, & Alphonſi Priuilegijs cautū eſt: Si quòd † aliquo caſu dubium oriatur ſuper priuilegiorum Meſſanenſium interpretatione, ſenſus ille ſubaudiēdus ſit, eaq; facienda declaratio, quæ Meſſanæ libertati, ac prærogatiuę maxime faueat. Reſtat ex his altera propoſiti Articuli pars, quæ in refellendis aduerſatiorum argumentis verſatur.

Non obſtat primum. Quia à conſuetudine, vt le

63 ges poſſint interpretari, † duo requiruntur. Vnum eſt, vt adeo recepta illa ſit, vt nemini lateat, *Tuſc. lit. C. concl.795. n.1.* hęc proptiè dicitur conſuetudo; Vnde ſi quid à multis frequentèr obſeruetur, occultè tamen, vt probabile ſit illud ad noritiam principis, & populi non perueniſſe, talis cōſuetudo, leges nec poterit interpretare: Alterū eſt, quod princeps formaliter, vel interpretatiuè approbaſſet modum illum ſeruandę legis, quem conſuetudo induxerat, quòd quidē tunc erit, quando cognita cōſuetudine non puniret legum tranſgreſſores, & ſi in iudicium ipſi deferrentur. Nam quāuis princeps ſciat ſuas leges non ſeruari, nec etiam puniat traſgreſſores, niſi quando accuſarentur, hæc indulgentia non erit ſufficiens argumentū, quòd princeps eam conſuetudinem approbaret, vel formaliter, vel interpretatiue, cū talis indulgētia oriri poſſit ex eo, quòd princeps ignoret legum ſententiā non ſeruari: non autem ex voluntate, quā habeat approbandi talem conſuetudinem, *Aragon. de iuſt. & iur. ſol. mihi, 234. col.1. late, Guttier. de gabell. quæſt.3 n.14.15.* Atqui in caſu iſto tantum abeſt, vt Rex formaliter, vel interpretatiuè approbauerit electionem D. Bernardini Toledo, à Comite Aluæ factā; Quin te ipſa reprobauerit, tū quia biennio non dum finito, Magiſtratum à Prorege collatum abrogauit, & Marchionem Heraeij ei muneri præfeeit; Tum quia declarauit vacaſſe Magiſtratum per D. Philippi Borgia obitum; non autem per D. Bernardini Ceſſum.

64 Sed neq. *Auend.* † ſententia iu *d.c.8.n.3.* quę principis ſcientiā negat, in introducenda conſuetudine aduerſus Regiam iuriſditionem requiri, vera eſt, vt aduertit illic *Alphon. Ramirez de Prado. in Apoſtil.* eumq. reprehendit, *Guttier. lib.1. pp. qq. cap.85. n.2. Humad. ad Lopez. l.12. gl.1. n.12. tit.1. p.1. Pelaez de maiorat. p.1. quæſt.62. n.13.* & ibi monet nos, *Auēd.* ſibi contrarium, *in c.19. nu.2. in fin. & in d. verb. eo-ſtumbre in princ.* quibus in locis expreſſe, inquit, in iuriſditionalibus requiri ſcientiam Principis, quòd eò etiā magis verum, & receptum à Doct. eſt, vt colligitur, *ex Iaſ. in l. Barbarius. nu.52. in fin. ff. de Offic. Prætor. Couar. in c. poſſeſſor. in init. p.2. n.8. de reg. iur. Bellug. in Speeul. princip. rubr. 22. §. & quia quotidiana. n.63. Abb. c. cum eccleſia Sutrina. num.25. Rip. nu. 64. de cauſ. poſſeſſ. Crauet. conſ.134. num.14. Gratian. Regul.370. Pariſ. conſ.112. num.46. in 1. Rolan. conſ. 59. num.23. in 4. Tiraquel. de nobil. c.14. num.1.2. Menoch. conſil.147. num.55. Maſcard. de probat. concluſ. 1215. num.38. Molin. de primogen. lib.2. c.6. num.23. Azeued. l.14. n.8. tit.1. lib.4. recop. Tuſc. lit. C. concl. 797. Bart. & gloſ. l.2. C. de ſeruit. & aqu. alios refert. Caned. canon. quæſt.37. n.17.*

65 Reſpon. II. interpretatiuam † cōſuetudinem ex vno actu nō induci, *Quoniam, vt inquit Teophraſtus, quæ ſemel, aut bis accidunt, contemnunt Legiſlatores.* verba ſunt, *Paul. Iur. conſult. in l. quoniā. ff. de legib. & ibi,* exornat *Turamin. à n.1.* Sed plures, & ſæpius repetitos actus requiri teſtantur omnes, licet pluribus, quā duabus vicibus ſeruatum id ſit. *Turamin. l. Sed & ea n.1. ff. de leg. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concl.2. n.171.* Nam quòd bis, decennio fieret (*addit. Turamin. ibid.*) rarò propter magnum temporis interuallum, vel etiā inniri, factum eſſe, fateamur, oportet. Cumq. toto ipſo Eulogio diligenter inſpecto vna ſit electio à Prorege facta, finito Straticoti biennio (citra priuilegiorum Vrbis præiudicium) in perſonā Comitis Condianni, die 8. Augu ſti, 1. indict. 1528. Vna etiā legatur electio à Comite Aluę, tunc Siciliæ Prorege, in perſona D. Bernardini Toledo, ob mortē D. Philippi Borgia Straticoti, certiſſimum ſanè eſt, ex vno actu conſuetudinem non induci, *gloſ. rub. C. quæ ſit longa conſuet. Maſcard. de probat. concluſ.424. num.2. Ceuall. commun. quæſt.357. in princ. Piagg. de conſuet. quæſt.3. num.26. Rimin. Iun. conſ.24. num.13.*

66 Reſpond. III. ex his, quæ difformiter obſeruata ſunt, cōſuetudo non inducitur. *Turamin. l. nam Imperator. n.3. ff. de legib. Rimin. Iun. rubr. C. qui admitt. num.187. & conſ.220. num.26. conſ.264. n.28. conſil. 265. num.25. Crauet. conſ.96. num.5. conſ.814. nu.14. conſil.449. num.26. Surd. conſil.254. num.29.31. conſ.*

349.

349.nu.7.Coſta,conſ.65.num.12.Scbrad.conſ.3.num.69.conſ.13.num.405.Oſaſc.deciſ.99.nu.7.ſcite, Piag.de conſuet.quæſt.3.num.64.Caſanat. conſ.38.num.61.Gabr.tit.de conſuet.concluſ.3.num.32.Aldouin.conſ.9.num.5. Decian.conſ.5.in 1. Morot.conſil.24. num.8.Burſat.conſ.360.num.52. Natt.conſ.106.nu.10. Tuſc.lit.C.concluſ.805.num.1.2.Rolan.conſ.2. num.118. in 1.conſ.13.num.18.20. in 4. Menocb.conſ.8.num.17.conſ.163.num.6. Cum igitur iſti duo actus per Proreges diuerſis temporibus celebrati, difformes verè ſint, non videntur poſſe cõſuetudinem interpretatiuam formare: Difformes autem ſunt, quia Dux Monteleonis Comitem Condianni (petente Senatu Meſſanẽſi) Strategi dignitate in Biennium exornauit. Comes vero Albæ, D. Bernardinum fratrem ob Strategi Borgiæ mortem, in Strategum elegit.

67 Non obſtat ſecundum, quia id verum, ſi ab ipſo Prorege, vel à ſuis Prædeceſſoribus conditæ ſint leges. Si verò Regiæ ſint leges, neque in ijs diſpenſare, neque aliter reuocare poteſt Prorex, iuxta Inuictiſſimi Philippi Regis litteras, quas ſupra recenſuimus, ibi, *Diſpenſar à Pramatica, ni orden firmada de mi mano*, quod voluit illic Rex inuiolabiliter obſeruari, ibi, *Con encargar os, que con mucho cuidado procureis, que aquella ſe obſerue inuiolablemente*, & ibi, *Con ordenar os que no ſe exceda della:* Ea enim eſt
68 negatiuè † vis, vt potentiam omnem deneget, & neceſſitatem inducat, *Bald. in Margarit. verb. negatiua. Barbat.* (vbi Auoſtill.) *in c. nullus. nu.25. de for. compet. Menocb. conſ.383. num.14. Cened. ſing.70. nu.1.3. Rebell. de oblig. Iuſt. p.p. lib.1. quæſt.6. nu.42. Montier. deciſ.12. num.8.* coaddito etiam verbo illo, *Inuiolabiliter*, quod præciſam denotat reſcripti obſeruantiam, *vt dixi, num.25.* & merito, quia Legatus
69 † à Regis lege recedere non poteſt, nec quid agere contra prohibentem Superioris ſui legem, *Sanch. de matrim. lib.8. diſp.6. num.14.* Ampliat. *diſp.17.* licet poteſtatis plenitudo conceſſa ei fuiſſet, quæ non ad diſſipationem, ſed vt ſecundum iura diſpenſet, & agat, conceditur.

70 Reſpon. II. Proregem † Pragmaticas, Statuta, & Antiquas Leges reuocare, nouaque inducere poſſe, non eſt dubium, præterquã in reſeruatis, *Amendol. ad Franc. deciſ.165. nu.3.* vel ſi leges ipſę non ſint contra legem Regis, *Angel. in l. apertiſsimi. not.1. C. de iudic. cum alijs, à Borrel. rela is in Schol. ad Bellug. in Specul. Princ. rub.24. verſ. poſt lit. A.* Sed Straticoti electio ipſi Regi reſeruata fuit, ex Priuilegio Ioannæ. & Caroli. Cumque lex ipſa Regia expreſſim dixerit, ad Regem ipſum Straticoti electionem ſpectare; prohibitum fuit Proregi, ne quid cõtra eam
71 dicat, aut agat; non enim reſeruata † Principi (vt dixi) incidenter tranſeunt, ſed ſpeciale, & expreſſum requirunt mandatum, *Claper. de Imperat. & iuriſd. concluſ.16. nu.7. Thomin. conſ.28. num.41. vol.1. Parin. patroc. de gabel. p.3. nu.76. Hortigaſ. in patroc. pro Cæſar. Auguſt. Gymnaſ. p.3. nu.76. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib.2. quæſt.115. num.5. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.5. c.6. num.146.*

72 Reſpon. III. *ex Gabr. cõſ.182. in 2.* Quòd ſi † agatur de poteſtate, vel de intentione Principis concedentis, vel de eius intereſſe, Inferior illius legem interpretari nõ poteſt, ſecus ſi agatur de ſubreptione, vel obreptione, aut de modica, inter priuatos, verborum dubietate, quæ non reſpiciat, neque poteſtatem, neque intentionem, neq; Superioris concedentis intereſſe, *Tuſc. lit. I. concluſ.329. num.7.* Sed ex prædictis ſatis conſtat, Ne dum de Regis intentione, hoc in caſu agi, An Proregi Straticoti eligendi facultatem conceſſerit Rex, ſed de ipſius intereſſe, cum reſeruatam ſibi poteſtatem exercere velit Prorex.

73 Reſpon. IV. nec Regis † mentem declarare poteſt Prorex in tertij præiudicium, *ex multis, ab Ann. Sen. alleg.52. nu.56.* ſed dum interpretatur, declarat Prorex, ergo, &c.

74 Non obſtat tertium. Quia † expreſſum dicimus etiam illud, quòd à iure diſponitur late, *Apetr. de fideicom. quæſt.15. nu.154.* nec dubia eſt lex, quæ ab alia lege, vel conſuetudine declaratur, *l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Turamin. in l. non poſſunt. nu.26. ff. eod.* Altera enim, alteri ineſſe videtur, *l. ideo. ff. eod.* Sed expediti iuris eſt, Straticoti officium ſic finiri biennio, vt morte, *Ann. conſ.14. nu.8. & alij à me relati, nu.59.* Igitur ſicuti ad Regem pertinet Strategi Magiſtratus diſpoſitio, cum lapſu biennij expiret; eadem ratione ad eundem pertinet, Strategũ creare, cum vel morte, vel abſentia, vel aliquo euentu
75 vacet huiuſmodi Magiſtratus. Inde eſt † vt reijcienda interpretatio ſit, per quam altera partium defraudetur, aut detrimentum patiatur, *l.3. §.1. ff. de arbitr. Caſanat. conſ.10. num.126. conſ.42. num.71. conſ.64. nu.24.* Defraudaretur Meſſana Vrbs, ſi admiſſa Proregis interpretatione, ipſe Straticotũ eligeret in caſu mortis, & à Locumtenẽtis officio abſtinerent ſui Iudices: Cum Priuilegia omnia, boni mores, vſus, & cõſuetudines effuſo ſuorum Ciuium ſanguine, pecunia exoluta, in ſeruitiorum à Meſſanenſibus pręſtitorum remunerationem laudauerit, & in viui contractus, Iuramento præſtito, confirmauerit Rex Iuſtiſſimus, ergo, &c.

76 Non obſtat quartum, quia † dum controuertunt Doct. An, renunciatione ſaltim tacita priuilegium amittatur? Illa tamen eſt omnium reſolutio, priuilegium habens tractum ſucceſſiuum, & reiterabilem, non amitti per actum contrarium. Ita *Cyn. Salicet. Dec. Greg. Lop. & alij, à D. Carolo Tapp. relati, in l. fin. p.2. cap.2. num.27. ff. de conſtit. princ. Gail. lib.2. obſer.60. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.10. p.p. nu.132.* Niſi tempus, 30. annorum intercedat, quo per actus ſucceſſiuos, à Priuilegio ipſo, receſſum videatur, vt conſiderit, ibid. *D. Tapp. n .29. Grat. conſ.61. nu.45. vol.1. Boſſ. de Princ. num.166. Burſat. conſ.162. Decian. conſ.43. num.30. vol.3. Syluan. conſil.66.* Cumq; nullum tempus interceſſerit, nec actus ſucceſſiui, præter duos illos, quos ſatis difformes eſſe commoſtraui, ergo, &c.

77 Reſpon. II. Proteſtationem † à Senatu Meſſanenſi in duabus illis Straticoti electionibus factam, qua Vrbis priuilegia ſalua, rataq; eſſe voluit, nec quid ex ijs actibus præiudicij factum ſibi intelligeretur, ſeruat ius Ciuitatis in futurum, *ex Pute. deciſ.24. deciſ.32. p.2. Rot. deciſ.320. num.2. deciſ.755. num.4. p.p. Marta, cla ſ.142. num.1. p.4. clauſ.8. num.4. Menoch. lib.6. præſumpt.41. num.11. Garz. de nobil. gloſ.6. num.64.65. Azeued. l.1. num.45. tit.1. lib.6. recop. Fontanell. d. gloſ.10. num.130.134.* vt Priuilegijs ſuis poſſit quandocumque vti, *Bart. in l.1. C. de his,*

qui

Digitized by Google

qui ſpont. mun. ſube. lib. 10. ex l. ſi debitor. §. in venditione. ff. quib. mod. ſol. hypot. Gomez, ll. Taur. 70. nu. 26. Cephal. conſ. 154. num. 18. Burſat. conſ. 16. num. 84. 85. Alb. conſ. 141. num. 23. Gabr. tit. de iur. immun. concl. 1. num. 14. Lambertin. de contract. gloſ. 10. num. 46. D. Tapp. d. cap. 2. num. 11. Pute. deciſ. 197. num. 23. lib. 1. deciſ. 155. nu. 1. lib. 2. Verall. deciſ. 17. p. p. Cuius proteſtationis ea eſt vis, vt actum adeo conditionalem faciat, vt ſi aliquod vrgeat præiudicium perinde ſit, ac ſi actus geſtus non fuiſſet, l. ſi teſtamento. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. Put. deciſ. 32. p. 2. Rot. d. deciſ. 320. num. 2. & deciſ. 236. num. 3. p. 1. Marta. d. clauſ. 142. num. 2. & d. clauſ. 8. num. 4. Præſertim cum proteſtationi illi conſenſerit Prorex, Bart. in l. non ſolum. §. morte. num. 32. Alex. num. 34. Iaſ. num. 26. 27. & alij, ff. de nou. oper. nunc. Pariſ. conſ. 10. nu. 44. in 1. Paſet. conſ. 125. num. 9. conſ. 126. num. 3. Bolognet. conſ. 1. num. 134. Oſaſc. deciſ. 39. num. 28. Anguiſ. conſ. 34. nu. 9. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 43. num. 23. tit. 6. quæſt. 3. num. 47. quæſt. 5. num. 23. Cephal. conſ. 407. nu. 42. Neuiz. conſ. 38. num. 15.

78 Reſpon. III. Senatum † D. Bernardini Toledo electioni inuitum conſenſiſſe, & vt Proregi, Fratris commodis, ac dignitati, inhianti morem gereret, quo caſu ſuccedit inſignis illa, Purpur. doctrina, cōſ. 483. num. 15. Quòd ſi Priuilegiatus ex mandato Superioris, facit actum directè contrarium ſuo Priuilegio, illi renunciaſſe non videtur, quia coactè, ex Hoſt. Ioan. Andr. Dec. & Alex. quos citat D. Tapp. d. cap. 2. num. 12. Menoch. d. præſump. 41. nu. 14. Garz. d. gloſ. 6. num. 21. 25. gloſ. 17. nu. 31. Azeued. d. l. 1. nu. 48. Et licet ſentiat illic, D. Tapp. nu. 13. 14. Id verum ſi expreſsè à Superiore compellatur Priuilegiatus; Attamen Burſ. d. conſ. 16. num. 85. contrarium determinat, & addit, conſ. 25. num. 15. 16. ſatis eſſe, ſi ex Vrbanitate ſaltim Superiori obediret, nec ſuo Priuilegio, tunc priuatur: Immò notat in term. Butr. cap. accedentibus. col. 2. verſ. per prædicta. de priuileg. quod ſi Canonicorum capitulum mandato Pontificis recipiat aliquem in Canonicum, contra Priuilegiū Capituli, ſuo Priuilegio nō renunciat, cum coactè id egerit. Butr. ſecuti ſunt, Felin. num. 29. Dec. & alij cap. cum acceſſiſſent. de Conſtit. Pute. deciſ. 188. nu. 4. lib. 2. Veral. deciſ. 377. p. 2. Menoch. conſ. 402. nu. 63. & d. præſumpt. 41. num. 15. Cum in dubio aduerſus præſumptam Priuilegij renunciationem, ex actu aliquo reſultantem pronunciandum eſse probet, cap. ſuper hoc. c. veniens. de renunc. Bald. in l. generaliter. num. 14. C. de non numer. pecun. Iaſ. in prælud. feud. num. 12. l. ſi fundum per fideicomm. nu. 15. ff. de legat. 1. Sextin. de Regal. lib. 1. cap. 6. num. 29. Menoch. lib. 3. præſump. 8. num. 15. præſumpt. 71. nu. 7. Schrad. conſ. 3. num. 23. vbi poſt Cardin. Florent. à ſe allegatum, inquit hoc adeo verum, vt nec ex actu proximo, renunciatio præſumatur.

79 Reſpon. IV. quod ſi † Priuilegium nedum fauorem Priuilegiati reſpiciat, ſed alterius, tunc in illius præiudicium, non poteſt Priuilegiatus ſuo Priuilegio renunciare, c. cum tempore. de arbitr. c. cum olim de priuileg. in 6. cap. 2. de reſtit. in integr. Socin. Felin. & Dec. à D. Tappia d. cap. 2. num. 19. Franc. deciſ. 540. num. 20. Menoch. d. præſumpt. 41. num. 5. Sed priuilegium à Ioanna, & Carolo Meſſanæ Vrbi cōceſſum, vt Strategus à ſolo Rege eligēdus ſit; nedum eiuſdem Vrbis fauorem reſpicit, & dignitatē: ſed etiam Iudicum Curiæ Straticotialis, quibus ex alio priuilegio (cuius meminere Proreges in eorum literis) coadito vſu, & immemorabili cōſuetudine in vim priuilegij hodie recepta, ius acquiſitum fuiſſe conſtat, vt interim dum finito biennio, aut morte, vel alio euentu, Straticoti Magiſtratus vacat, ipſi, Regij ſint eiuſdem officij Locumtenentes, ipſumque Straticoti Magiſtratum exerceant.

80 Non obſtat quintum, † quia Straticoto mortuo, aut finito eius officio, Ob biennij lapſum, Ciuitas non caret Rectore, ſed Iudices per turnum criminalem exercent iuriſdictionem, vt in Straticoti officium à Rege ſubrogati, & Regij Locumtenentes ſint. Quod autē non poſſint Iudices Straticoti Locumtenentes appellari, cum nullus tunc ſit Straticotus; Ineptè quam ſit dictum, inde licet agnoſcere, Cum locum, ac vicem eius ipſi gerant, qui huic Magiſtratui præficiendus à Rege erit.

Nec obſtat, quòd Officiali mortuo, ceſſare etiā debeat Locumtenentis iuriſdictio; Vt nec poſſint Iudices Locumtenentis nomine, stratego mortuo (quem ipſi repreſentant) iuſdicere. Proinde tres conſiderandi ſunt caſus.

81 Primus eſt in Locumtenēte † quem officialis ipſe ſibi ſuffecerit in ingreſſu Magiſtratus; huius ſanè Locumtenētis officiali mortuo iuriſdictionem durare, ex Fabr. in §. item adhuc, num. 5. verſ. & ideo. Inſtit. mand. dixit Auen. de exeq. mand. p. p. cap. 3. nu. 3. Boer. deciſ. 149. num. 15. Molin. lib. 1. de primog. cap. 25. num. 6. Bonadill. lib. 1. cap. 2. num. 22. lib. 3. cap. 8. num. 144. 145. Mattien. l. 1. gloſ. 21. num. 13. tit. 10. lib. 5. recop. Paz. in prax. p. p. temp. 1. num. 12. fol. 23. Seſſe, de inhibit. cap. 1. §. 8. num. 19. Couar. in 2. edict. pp. qq. cap. 4. num. 4. Amend. in Schol. ad Franc. deciſ. 255. num. 3.

Contrar. & rectè defendunt, Couar. 1. edict. d. cap. 4. num. 4. Molin. d. cap. 25. à num. 6. Morla, videndus in empor. iur. tit. 2. quæſt. 27. num. 3. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. 1. num. 11. Franc. Marc. deciſ. 778. nu. 5. p. p. Imo mortuo Præſide, continuò expirat Locumtenentis iuriſdictio, ex c. 1. de Offic. Vic. in 6. Quippè, quæ cum Præſidis iuriſdictioni coniuncta ſit, ab eaque pendeat, Abb. in cap. extirpandæ. §. qui verò. nu. 14. de præben. Maran. de iudic. p. 4. diſt. 5. num. 10. & Couar. d. nu. 4. ex quo intelligere facile erit, non poſſe Præſidem decedentem ſucceſſorem ſibi ſubſtituere, qui ſcilicet iuriſdictionem exerceat, donec ſucceſſor à Rege mittatur, quod ſatis conſtat, ex l. more. l. cum qui. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Doct. probat, gloſ. c. Apoſtolicæ. 8. q. 1. Abb. cap. accepimus, de pact. Parlador. d. cap. 1. num. 12. Caſus iſte noſtro non conuenit.

82 Secundus caſus eſt in † Locumtenente à Prorege cum moriretur ſibi ſubrogato ex conſuetudine diu recepta, cuius poteſtatem, Prorege defuncto, non expirare dixerunt, Iacobin. de S. Georg. de feud. gloſ. Vicarius. nu. 132. Auend. d. cap. 3. nu. 3. Molin. d. cap. 25. num. 11. & 12. & in ſpecie, de Prorege, Petr. de Gregor. conſ. 73. num. 7. vol. 2. Capic. deciſ. 151. Mura. conſuetu. Pauor. 68. num. 82. Surgen. de Neap. illuſt. lib. 1. cap. 25. num. 31. Heygius, quæſt. 6. per tot. Acutiſſimè, vt reliqua omnia, profundi ingenij Vir clariſſimus, ac meritiſſimus Neapol. Senatus Conſiliarius.

rius. † D.Scipio Rouit. *ad pragm.R.N.Rubr. de ad-*
83 *miniſtr.& quod perſonal.ſeru.num.8. Prag.24. de Of-*
fic.S.R.C.num.3. Pont.conſ.55.num.45. & de Poteſt.
Proreg. tit. de aßenſ. reg. §.5. Vbi ſic iudicatum, &
conſuetudine receptum refert. Sic teſtatur etiam
exquiſiti ingenij, & indefeſſi laboris Iur. Conſult.
D. Carol. Tappia lib.2. de Iur. Neapol. tit. de offic. in
Regn. conſtit. in Conſtit. offic. qua perſon. num.12. vbi
*etiam Afflict.num.3.Ricc.coll.*1056.ex ſola namque
futuri officij deſignatione, Regni adminiſtratio cō-
miſſa non videtur. *Molin.de primog.lib.3.cap.6.nu.*
22.*Heyg.d.quæſt.6.num.*59.& ſubſtitutus in caſu ab-
ſentiæ officialis, erit etiam in caſu mortis, *Seſſe de-*
ciſ.57.Frāc.deciſ.466. caſus hic nec noſtro cōuenit.

Tertius caſus eſt, in quo verſamur nos, de Lo-
84 cumtenente † quem non Officialis ipſe, ſed Prin-
ceps Supremus, vel Reſpublica conſtituit, vt iure
proprio ordinariam conſtituentis ipſius habeat iu-
riſdictionem. Cuius quidem Locumtenentis Ma-
giſtratum officiali decedente integrum eſſe, ac du-
rare concludit, *Morla.d.quæſt.27.num.3. Bouadil.d.*
*lib.3.cap.8.à num.*140. Atque ita intelligendum eſ-
ſe *Fabr.in d.§.item adhuc, num.*5. voluit, *Morla. d.*
*num.*3. Cumque ex Regis priuilegio, & immemo-
rabili conſuetudine à Rege ipſo, eiuſque Prorege
ſæpius approbata, Curię Straticotialis Iudices Stra-
ticoto abſente, aut finito biennio, vel aliter impe-
dito, Locumtenentes ſint. Eo mortuo, nec eorum
iuriſdictionē expirare, ſed Locumtenentis officium
eos exercere concludo ſola Regis auctoritate.

Patet ex his clariſſimè, ſtraticoti electionem nō
modò poſt lapſum Biennij, ſed ſiue morte ſtratico-
ti, ſiue abſentia vacet ea dignitas, ſoli Regi reſer-
uari, vt nullo caſu Proregi liceat id munus alteri
conferre.

Artic. Quartus, *Priuilegium, quo Vrbi Meßanæ in-*
ductum eſt Straticoto Mortuo, Abſente, vel munere
ſuo functo, Iudices Curia Straticotialis vicē eius ſubire,
An reuocari valeat? Qua in re affirmatiue reſpon-
dendum videbatur.

85 Primò, nulli dubium priuilegium † alteri con-
ceſſum reuocari ſaltim, ex cauſa poſſe, vel mode-
rari, *cap.3.§.fin.& ibi gloſ.fin.de immun.eccleſ.in 6.c.*
in noſtra.vbi Inno.de iniur.glo.c.decet.de reg.iur.in 6.
Alex.conſ.216.num.18.in 2.Socc.conſ.87.in 3.Rouit.
ad R.N.pragm.1.num.3.de reuocat.& ſuſpen.gratiar.
Pragmat.1.num.9.de Priuil.vniuerſ. Etſi circa iuriſ-
dictionem, conceſſum illud ſit, *Peregr.de Fiſc.lib.1.*
tit.3.num.31.75.Rouit.Pragmat.3.num.1. de Sodom.
Quorum ſententiam receptam inquit, *Couar.3. re-*
ſol.cap.6.num.1. quod facere poteſt Princeps etiam
ſine cauſa, *ex Baſſ.& alijs, à Giron.de gabel.p.1. num.*
15.*Petra, de princ.poteſt.cap.24.num.227.Gutiier.de*
gabell.quæſt.92.num.5.Molin. lib.4. de primogen.cap.
*3.nu.*8.16.17. Cur igitur negemus priuilegium hoc,
quò Meſſanenſi Vrbi conceſſum eſſe Proreges om-
nes ſuis reſcriptis profitentur, vt ſtratego Vrbem, &
diſtrictum egrediente, vel biennio lapſo Magiſtra-
tum deponente, Iudices Curiæ ſtraticotialis alter-
natim vices illius gerāt; eatenus reſtringi, vt ſaltim
ſtratego in Magiſtratu defuncto creari à Prorege
ſtrategus poſſit, qui pro reliquo biennij tempore
Vrbem regat. Sanè cauſas, quæ id fieri debere per-
ſuadeant, nos deſiderabimus.

Primum, cum Meſſana frequentiſſima Vrbs ſit,
primaq; Regni ſedes, Siciliæ propugnaculum, plu-
rimum intereſſe cōmuni Reipublicæ videtur, eius
Vrbis regimen perilluſtri cuipiam, atque egregio
viro à Prorege commendari, potius, quam ab infe-
riori Iudice eam regi.

Deinde quis non videt, quam infirma ſit Guber-
nandi iſta ratio. quæ à Iudicibus Curiæ ſtraticotia-
lis proficiſci poteſt, qui cum Ciues ſint, plurimos
neceſſe eſt attingant, qua conſanguinitate, qua af-
finitate, qua neceſſitudine, quæ par vinculum eſt,
inde conſequitur, vt Iuſtitiæ adminiſtratio, quam
populis impartiri debeat, totis (vt aiunt) velis in
exitium ruat, ideo negat. *tex.l.3. C. de diuerſ.offic.*
lib.12. Officium illi concedendum, qui eodem in
loco ſit oriundus, *Auil.ad l.prætor.4.gloſ.fin. Rouit.*
R.N.Pragm.1.nu.16. de official. & quæ eis probib.

86 Secundo, Prorex iure ſuo † poteſt inferiores Iu-
dices mutare, priuare, reuocare, *l.3.C.de Offic.Præ-*
tor.Orien. Borrell. de Reg.præſtan.cap.71.num.43. &
minuere, quia Magiſtratus poteſtas à Principe pen-
det, *Gratian.diſcept.559.nu.61.* Sic ergo poterit co-
rum iuriſdictionem eatenus temperare, ne Locum-
tenentis Straticoti munus exerceant, atque ita in
caſu mortis, vel abſentiæ Strategi, aut in alio quo-
cumque euentu, Alterum ſubrogare ei licebit.

Sed hæc tanti non ſunt, vt in hac ſententiam ve-
nire neceſſario cogamur: Quin contrariū ſit verius.
87 Primo, quia Proregi priuilegium † alteri à Rege
conceſſum reuocare non permittitur, ne Inferior
Superioris legem offendat, *c.cum inferior. de maior.*
& obed.Menoch. de arbitr.in addit.quæſt.55.num.20.
& alij, iam relati, *nu.67.* Quippè eius poteſtas cer-
tis quibuſdam terminis cōcluditur, ac Legum vin-
culis conſtringitur, quibus eum parere, veluti, &
priuatos quoslibet ęquiſſimum eſt, cum legibus ſo-
lutus non ſit Prorex: Idque præſertim obtinet in
88 † priuilegijs non ex liberalitate principis obtentis,
ſed in remunerationem meritorum, atque officio-
rum, quæ quis in principis obſequia impendit, hu-
iuſmodi enim priuilegia, neque Supremo principi
reuocare, aut moderari integrum eſt. *Iaſ.in l.ex hoc*
iure.num.54.ff.de iuſt.& iur.Felyn.c.nouit.num.12.de
iudic.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.p.2.gloſ.10.num.
89.Tuſc.lit.P.concluſ.751.num.9.14.Petra, de princ.
poteſt. cap.24.num.256. Perſonal. de gabel. num.71.
Guttier.de gabell.q.4.nu.9.Gabr.de iur.quæſit.concluſ.
7.num.2. Capic.deciſ.121.nu.16. Gram. deciſ.65.nu.
25.& conſ.100.num.66.Nat.conſ.511.nu.8.D.Tapp.
d.par.2.cap.9.num.6.Rolan.conſ.86.num.14.18.in 2.
Quod adeo verum, vt nec ob ingratitudinem aufer-
ri poſſint, *Iaſ.& Felyn.cit.loc.Tiraq.l.ſi vnquam.gloſ.*
donatione largitus. nu.14.de reuoc.donat. Tuſc.d.con-
cluſ.751.num.10.Schrad.conſ.1.num.212. Sextin.lib.
1.de regal.cap.6.num.13. Cum in contractum tran-
ſire, eiuſque vim habere priuilegium illud, cenſea-
tur, *Tiraq.d.num.14. Petra de princip.poteſt.cap.32.*
quæſt.3.num.170.cap.24.num.243.& alij à Sextin.il-
89 *lic, relati.* Idemque iuris eſt in priuilegijs † pecunia
obtentis, *Bald.in l.qui ſe patris. col.pen. C.vnde liber.*
Caſtrenſ.in l.digna vox.num.6.C.de legib. Bero.c.cum
veniſſent. num.23. de Iudic. Afflict.deciſ.128.nu.10.
Dec.conſ.689.num.5.D.Tapp.d.cap.9. in princ. & nu.
10.in fin.Sextin.d.cap.6.nu.6. Molin.lib.3. de primog.
cap.3.

cap.3.num.16. Petra, de princ.poteſt.cap.32.quaſt.3.
num.158.159.cap.24.num.245.Giron.de priuileg.nu.
583.*Natt.conſ.669.num.11.* Vel in his, quæ princeps
90 iuramento † confirmauit, *Bald. & Caſtren. in l.Hu-*
manum.C.de legib. Alciat. de verbor.ſignif. lib.1. nu.
87.*Sextin.d.cap.6.num.11. Rip.reſponſ.12.num.9. tit.*
de diuerſ.reſcript.D.Tapp.d.cap.9.num.68.110. Quæ
omnia ad noſtra hæc priuilegia transferri poſsunt,
vt de plenitudine poteſtatis reuocari nec poſſint,
Gabr.tit.de iur.quæſit.non tollen.concluſ.6.Rodolph.de
abſolut.princ.poteſt.cap.6. num.170. Pinell.rubr. C.de
reſcind.vend.p.p.cap.2. col. pen. & fin. Molin. de pri-
mog.lib.3.cap.3.num.19.Valaſc. deciſ.72.num.5. de-
ciſ.120.num.9.Barboſ.clauſ.19.num.13.Cabed. deciſ.
20.deciſ.95.num.14.p.2.Marta, clauſ.195.num.9.
91 Secundo confert † inſignis tex. *in l.Titiũ, aut Me-*
uium. ff. de adminiſtr. tutor. vbi Gloſ. & Bart. inquit,
quod ſi teſtator tutori alteri prohibet, quò minus
ſine alterius conſenſu rem gerat, aut aliter poteſta-
tem Tutoribus traditam reſtringat, nihil agit: Quia
vt ſubdit, ibi, *Gloſ.* licet Tutor à Teſtatore conſti-
tuatur, poteſtatem tamen à lege habet, quam facto
ſuo Teſtator minuere non poteſt. Pari ratione Iu-
dex, qui Tutori æquiparatur, *l.præfectus. ff. de rit.*
nupt.Bald.l.quæ fortuitis.col.8.C.de pignor. Capiblan.
de Baron.pragm.7.nu.97. Si à Rege, vel ab alio, eius
tamen authoritate, eligatur, adeoque ex noſtræ
Vrbis prærogatiua, Stratego mortuo, vel abſente,
vel etiam finito Biennio, Locumtenens Strategi
futurus ſit: vt nec poſſit Prorex, eius poteſtatem
temperare, & eximiam iſtam Iudicis Meſſanenſis
perſonæ annexam dignitatem præcidere, ne dein-
ceps Locumtenentis munere perfungatur. Ex his.
92 Non obſtat prim. Fatemur † enim gratioſa pri-
uilegia ſemel à Principe conceſſa, ex certa cauſa re-
uocari poſſe, & in his terminis loquuntur cõtrarij:
Verum oneroſa, quæ appellant priuilegia, nempè
propter ſeruitia impenſa, vel pretium, nec quidem
ex cauſa reſcindi poſſunt. Quia nõ poteſt Princeps
tollere, quæ ſunt iuris gentium, *Guttier. l.nemo po-*
teſt. num.71.73.175. ff.de legat.1. de gabell. quæſt.4.
num.9. latiſſime, *Decian.conſ.41.d.num.5.in 2.* Cenſe-
tur etiam priuilegium per contractum, eo in caſu
conceſſum, quo Princeps promittit priuilegium il-
lud ſe ſeruaturum fore, nec contra illud facturum,
gloſ.l.1.verb.figuris.ff.de act.& oblig.Schrad. conſ.1.
num.214.Sextin.lib.1. de regul. c.6.num.14.
93 Reſpon. II. Id procedere in ſupremo ipſo † prin-
cipe, non in inferiore, *Faber.in l.ius.C.de Iudæ.Felin.*
d.cap.nouit.num.11.Butr.Imol.in cap.quæ in Eccleſia-
rum.de Conſtit.D.Tapp.d.cap.9.nu.69. Conrad.templ.
Iudic.lib.1.§.4.verb.Priuilegia poteſt reuocare Impe-
rator.num.5.Sextin.d.cap.6. num.9.Gabr. de iur.quæſ.
concluſ.7.num.9.Ruin.conſ.230.nu.9.in 1.Rip. reſpon.
3.num.8.de diuerſ.reſcript. Roſental. de feud. c.3.con-
cluſ.21.nu.3. Cum legibus ſolutus ſit ſupremus prin
94 ceps, *l.Princeps.ff.de legib.* Prorex verò † cum ſit le-
gibus ſubditus, & poteſtati ſuperioris, quod ab ip-
ſo geſtum eſt, reuocare non poteſt, etiam ex pleni-
tudine poteſtatis, qua vti ipſe non poteſt, *Pont.de*
Poteſt. Proreg. in princ. num.1. Niſi ſpeciale ha-
beat mandatum, *Peregr. conſ.7. num.26. in 3.* Nec
alibi cautum legimus, quod præfecti Prætorio,
Præſides Prouintiarum, & alij plenitudine pote-
ſtatis vti poſſint, ac per conſequens Superiorum
priuilegia nec reuocare, cum id ad plenitudinem
poteſtatis ſpectet, *Petr.de Princ. poteſt.cap.3.quæſt.*
4.num.18. additque *num.21.* Quod ſi eandem po-
teſtatis plenitudinem haberent cum Cæſare, multa
ſanè capita in vno corpore (ideſt) mundi regimine
viderentur, quod moſtrum ferè eſſet, & ſecundum
naturalem rationem non ferendum. Hinc, *Luc. de*
Pen.in l.contra publicam.num.11. C.de re militar. lib.
12. plenitudinem poteſtatis, inquit, ſe non audere
à ſupremo Principe, ad alium Principem inferio-
rem extendi, *Petr. Antib.de muner.q.3.num.31.*
Secundo, id multò magis in Prorege, certiſſimũ
eſſe debet, cui, reſcripto illo Philippi II. (vt memi-
ni) præcluſam eſſe facultatem hanc reuocandi pri-
uilegia, diſpenſandi, aut abrogandi leges, com-
moſtraui.
Tertio, negamus vllã ſubeſſe cauſam, quæ ſuade-
re poſſit, licet Proregi, abrogato Locumtenentis
Strategi Magiſtrato, quem Iudices Curiæ Stratico-
tialis vacante illa dignitate ex priuilegio ſubſtinẽt,
aliquem Strategum creare, qui Ciuitati præeſſet.
Quamuis enim ea, quæ de Meſſanenſis Vrbis præ-
fecturæ dignitate, ac præſtantia recenſui, veriſſime
dicta ſint: illud tamen, quam verum ſit, neſcio tu-
tius eſse, Ciuitatum Gubernacula, Armatæ Militiæ,
Illuſtri viro, magis quam Togato committi debe-
re: Sanè diuerſam ſententiam multo plures ratio-
nes euincunt.
Primo, Quia ipſe rerum vſus † multorum ſæcu-
96 lorum experientia probatus, docet ciuitatum, ac
prouinciarum adminiſtrationem, multo melius,
atque etiam vtilius Iuriſconſultis concedi. Vnde,
& in Gallijs ipſis, & in Hiſpaniarum Prætorijs, pri-
mum clauos iſtos Reipublicæ à Principibus viris,
ad Iuriſconſultos translatos vidimus, eundemque
poſtea morẽ (magno Siciliæ bono) apud nos vſur-
patum, quòd etiam in reliquis prouincijs, Regniſ-
vè frequentiſſimo vſu receptum eſſe.
Secundo, neque ipſe Imperator dedignatur in
partem Curæ vniuerſalis, qua terrarum Orbem re-
git, Iuriſconſultos vocare, ne dum enim Armis or-
natam, ſed & Legibus armatam eſſe Principis Ma-
ieſtatem voluit, *in §.1. Proem. Inſtit.*
Tertio, Iudices Curiæ Straticotialis ſindicatori
(quem appellãt) geſtorum rationem, eorum etiam,
quæ vti Locumtenentes Straticoti geſſerint, redde-
re tenentur, ab eoq. ſi quid deliquerint, puniri poſ-
ſunt, quo fit, vt pœnæ ſaltim metu, & in officio con-
tineantur, & in reddendo iure, ac criminibus vin-
dicandis diligentiores fiant. Diuerſum planè acci-
dit in Straticoto, qui cum nulli ſindicatori ſubſit,
audentiorem eſse, & præter ius, faſque legum, vio-
latorem perſæpè videas.
Quarto, Iudices Curiæ Straticotialis, & facile cũ
liber, adimus, & pro ſuo quiſque arbitrio, eos allo-
qui, & de rebus ſuis conſulere poteſt. Strategi ve-
rò cum potentiores ſint, atq; illuſtres, vt plurimum
proceres, non adeo exorabiles ſunt, neque liber ad
eos omnium præſertim tenuiorum hominum,
eſt acceſsus.
Quinto, neque vero amicitiæ, aut cognationis
affectus, in Iudicæ Curiæ Straticotialis eius animũ
à recto detorquet, aut inflectit, quin potius ad vin-
dictam

dictam animat, atque inflammat, ſiquidem rectiſſimè arbitratur, amici, aut couſanguinei loco, extimari eum non debere, qui Iudicis amicitia fretus, vel conſanguiuitate, Ciuem aliquem iniuria affecerit; is enim egregiè Iudicem contemnit, qui ſuis commodis amici, aut cognati Iudicis extimationem poſtponit.

Neque etiam ſecundum Argumentum aduerſatur,† haud enim negamus Proregem poſſe Iudices,
97 aliosvè Magiſtratus abrogare, ſed eos tantum abrogat, quorum in gerendo Magiſtratu ſordes, aut iniquitas, huiuſmodi notam mereantur: ſic perſæpè ipſos Locumtenentes Straticoti Proregis iuſſu, Magiſtratu hoc exutos vidimus, quod inſignem aliquam culpam admiſerint, *l.3. C. de Offic. Præfect. Prætor. Orien. Menoch. de arbitr. in addit. ad quæſt.55. num.13.25.26. ex Rom. conſ.467. num.1. Boer. deciſ.* 149. *num.*16.17. Nam qui Iudicis perſonam, ea qua decet animi integritate, & diligentia, ſubſtinuerit, tantum abeſt, vt notam hãc pertimeſcat, qui in egregiam laudem referre mereatur, *Matien. in Dialog. relat. p.3. c.56. num.3.9.74.*

Reſpon. II. Quod cum Prorex aliquem Magiſtratu priuaret, alium tamen eidem ſucceſſorem dare debeat, qui munere illo perfungatur. Cum igitur Prorex ex cauſa aliquem ex Locumtenentibus Straticoti dignitate priuat, neceſſario cogitur eidem muneri Iuriſconſultum aliquem optimę expectationis, ac meriti virum præficere.

Et his, ſatis ſuperque conſtat, quam iuſta ſit Senatus Meſſanenſis petitio, Qua nimirum Straticoti electionem ad ſolum Regem, quocumque caſu pertinere; neque adeo facultatem eſſe Proregi, ad eam dignitatem, aliquem vnquam vocare poſſe.

Proinde cũ *Dux Macheda* Siciliæ Prorex in Strategum elegerit *Comitem Raccalmuti*, Finito iam *Comitis Vicari Strategi* biennio, Fuit *à Iudicibus Curiæ Straticotialis, Regijs delegatis*, Petente *Sindico*, Deciſum, *Sunt Contra Priuilegia*, Anno M D X C I X.

Cumque exinde *D. Cardinalis de Oria* Regni *Præſidens*, ob mortem *Marchionis Montis maioris* Strategi, pro reſiduo Biennij, *Marchionem Sortini* in Strategum elegerit. Fuit petente etiam *Sindico* Deciſum, *Sunt contra Priuilegia*, Anno M D C X.

Hac de re ſcripſit, *Iacob. Gallus conſ.*104.

S V M M A R I V M.

1 *Falſæ monetæ Fabricator, Eccleſiæ gaudet immunitate. Ampl. num.6. Declar. num.7.*
2 *Reus grauis, & enormis, cuiuſuis criminis Eccleſia gaudet immunitate, ſi à Greg. XIV. Bulla exceptum illud non ſit.*
3 *Greg. XIV. Bulla, ad alios caſus ſimiles expreſsis, non extenditur.*
4 *Dictio,* Tantum, *cuius ſit natura.*
5 *Clauſulæ,* Sublata, &c. *effectus qui ſit?*
8 *Officialis, qui reum apud ſe detentum occidit, proditor eſt, & caret immunitate.*
9 *Officialem occidens in exercitio ſui officij, nullam præcauendi cauſam habentem, immunitate caret, nu.*11. *Contrar. num.*12.
10 *Inimicitia non præſumitur.*
13 *Proditor, vt Eccleſia priuetur immunitate, quis ſit?*
14 *Proditorium non eſt homicidium, inter fratres etiam carnales, ſi inimicitiæ cauſa interceſsit.*
15 *Amicus dici non poteſt, qui non eſt mihi notus.*
16 *Seſſe, de inhibit. cap.8. §.4. num.66. reijcitur.*
17 *Secularis Iudex reum criminis ab Eccleſia extrahens punitur.*
18 *Extractus ab Eccleſia quis dicatur? num.*21.22.
19 *Eccleſiæ nomine quid intelligendum, num.*20.
23 *Carcere Seculari retinendus non eſt reus, quem ab Eccleſia Iudex Laicus, Inconſulto Prælato, extraxit.*

A R G V M E N T V M.

Secularine, vel Eccleſiaſtico Carcere recluſus, An retinendus ſit Reus, ab Eccleſia extractus, donec illius immunitate gaudere An poſſit? Ab Epiſcopo deciſum fuerit.

C O N S I L I V M X X.

MAgiſter Probæ, Regiæ Siclæ Meſſanenſis, cum ruri eſſet Lucium Cannata à ſuis Birroarijs deprehẽſum, quod falſam monetam expenderet, vinculis aſtrictum, camera includi iuſſit, & cuſtodem apponi, dum ſe alijs negotijs expediret: Lucius vincula ſibi exemit, & Sclopo quem in loco reperit oneratũ, cuſtodem interfecit; Mox citiſſime profugiens, Officialibus eum inſequentibus, obuiam Eccleſiam quam (Sancti) appellant, ingreſſus eſt; Officiales vero eum violenter inde extractum, in Caſtro Meſſanæ, cuſtodiendum dederunt, interim Vicarius Generalis (Meſſanæ ſede vacante) pro eo quem gerebat magiſtratu, iuſſit, vt carceris cuſtos in libris ſuis ſcriberet, Lucium ab Eccleſia per Laicos extractum, Curiæ Archiepiſcopalis nomine, in carcere retineri. Quod ſecularis Magiſtratus manum ligauit, ne criminali in cauſa vlterius progrederetur. De ea re certior factus Oſſunæ Dux, Siciliæ Prorex, datis ad Straticotiales Iudices literis, iuſſit, Vicarium Eccleſiæ Meſſanenſis ab eis monendum, vt quam primum (cauſa cognita) terminaret, Eccleſiaſtica immunitate frui ne Lucius poſſit? tum ob monetæ falſæ crimen, tum ob homicidium commiſſum, Quæſitum ex his fuit.

Primo, An falſæ monetæ reus, & Birroarij, eum (Superioris iuſſu) cuſtodientis homicida, Eccleſiæ immunitatis gaudeat beneficio?

Secundo, ſecularis Iudex, Inconſulto Epiſcopo, reum à loco Sacro extrahere an poſſit?

Tertio, reus de loco Sacro à laico Iudice extractus, & ſeculari carcere retentus, An eccleſiaſtico carceri reponendus prius ſit, quam de immunitate ipſa ab Epiſcopo cognoſcatur?

Artic. Prim. Duo ſunt crimina, pro quibus reus hic, à ſeculari Fiſco inquiritur, Alterum, quod falſam monetam expenderit; Alterum, quod Birroarium occiderit, dum illum, Superiore mandante, cuſtodierat. De vnoquoque differendum eſt, vt eluceſcat veritas.

Circa

Circa primum, falſæ monetæ fabricator, etſi pu-
blicus ferè latro ſit, imo & proditor, ac læſæ Maie-
1 ſtatis reus, *l.2.C.de falſ. monet.* Si tamen † ad Eccle-
ſiam confugiat illius gaudet immunitate, vt deci-
ſum refert, *Guttier.3.pp.qq.cap.4.num.10.18. Heuya
in Curia, Philip.p.3.§.12.retraydos.num.28. Farinac.
de immunit.eccleſ.cap.6.num.92.P.Gambacur.de im-
mun. eccleſ. lib.5. cap.44.num.11.* non eſt enim læſa
Maieſtas in perſonam Principis: Eaque veriſſima
eſt iuris concluſio, Neminem pro quantumuis
2 † graui, & enormi crimine extrahi de Eccleſia in-
uitum poſſe, eiuſque gaudet reus immunitate, ex-
ceptis caſibus à iure expreſſis, *cap.inter alia. & ibi,
Hoſtien.num.1. Anchar. num.2.6.Butr.num.4. Abb.
num.2.14.17.de immun.eccleſ.S.Anton.in ſumm.p.3.
tit.12.cap.3.§.1.Caſtr.rubr.C.de his qui ad eccleſ.con-
fug.Rom.conſ.227.num.3. Alex.conſ.145.num.1.3.9.
10.in 7. Guttier.pp.qq.lib.1. quæſt.1. num.7. quæſt.2.
num.5.& lib.3.quæſt.1.num.3. quæſt.4.nu.12. Guazz.
reor.defenſ.1.cap.37.num.52. Ricc. Archiep. deciſ.
141.num.1.p.p. Farinac. de immunit. eccleſ. num.82.
22 † Aſſaſſinio pro quo, probabilia ſufficiunt argumenta, *c. 1. & ibi Doct. de homic. in 6. Felin. c. afferte. num. 27. de præſumpt. Angel. conſ. 14. num. 3. Marſ. in prax. §. examinanda. nu. 26. Gram. vot. 18. num. 6. Carrer. in prax. §. circa igitur. num. 29. Maſcard. de probat. concluſ. 137. nu. 1. Tuſc. lit. A. concluſ. 531. nu. 40. Farin. q. 86. nu. 41. queſt. 123. num. 46. Decian. lib. 9. crim. c. 30. num. 22. Intrigl. deciſ. 40. num. 40. 47. Clar. §. aſſaſſinium. nu. 6. Caual. de Brach. Reg. p. p. à num. 76. Muſcatell. prax. delict. tit. de homic. median. mādat. nu. 74. 75. Gabr. tit. de crim. concluſ. 1. num. 20. Felic. alleg. 3. nu. 17. p. p. Guazz. reor. defenſ. 4. c. 13. nu. 11. Ameſc. de poteſt. in ſe ip. lib. 1. c. 19. nu. 9. Corrad. in prax. prætor. §. 3. de aſſaſſin. nu. 3. Capic. deciſ. 155. Marcell. Calà de mod. artic. & proban. §. 2. gloſ. 1. num. 481.* Cumq; Daniel nec vno, nec alio iuris modo, delatum à ſe homicidium probauit, commiſſi à ſe criminis confeſſio, ſatis vrget, vt pro ſui grauitate furcis ſuſpen-

23 dendus ſit, cum nemo inuitus † commiſſum delictum, vel etiam committēdum regulariter reuelare cogatur, *l. 1. §. ſi tibi. vbi Iaſ. ff. de condict. ob turp. cauſ. Bertaz. crim. conſ. 107. nu. 11. conſ. 343. nu. 1. Manent. conſ. 132. nu. 15.* Nemo Iudicis animum commouere debet, ſi id probare non poteſt, *Bald. l. in noſtris. C. de calumn. Roland. conſ. 88. à nu. 10. in 2.*

Non obſtat primum, & ſecundum, quod impu-

24 nitas à Principe † promiſſa Reo ſeruanda ſit, Adeo vt ex confeſſione inde ſecuta, damnari ille non poſſit, *ex Boſſ. tit. de confeſſ. per tortur. num. 9. Clar. q. 55. Farin. q. 81. nu. 281. Cauale. de Brach. Reg. p. 3. nu. 150. Villag. lib. crim. 7. tit. de confeſ. c. 1. nu. 12. Guazz. reor. defenſ. 20. c. 25. num. 1.* Quia id verum ſi ipſe ea ſeruet, ad quæ ſe obligatum eſſe voluit, *c. ſanè. de priuileg. l. cum proponas. C. de pact. Roland. conſ. 57. nu. 20. in 1. D. Tapp. d. l. fin. p. 2. c. 9. nu. 137.* Fidem impugnat, ne dum qui contrauenit, ſed etiam qui promiſſa non implet, *Dec. d. l. cum proponas. Tuſc. lit. F. concluſ. 337. nu. 2.* Cumque Daniel rem omnem non probauerit, vt promiſerat, altero ſaltim modo quem præmiſimus, ergo, &c.

25 Non obſtat tertium, quia † Princeps gratiam aſſaſſino, etſi poſſit cōcedere, hoc tamen caſu noluit, ſuo enim proclamate nihil de aſſaſſinio, ſed de homicidio ſimplici actum fuit, quod diuerſum ab eo

ſatis eſſe dixi: imò quæ difficiliter concedi ſolent, generali ſermone non cõtinentur, *Cranet.conſ.387.nu.13.Tuſc.lit.N.concluſ.68.nu.53.* Neque.n. Principis gratia cum ſit latè interpretanda, à verbis recedi poſſe, admittit, *Alex.conſ.215.nu.4.in 7.Tuſc.lit.B.concluſ.50.nu.5.* Cum locum tantũ habeat in expreſſis, *Gram.deciſ.59.nu.47.conſ.6.nu.20. D.Tapp.d.l.fin.p.2.c.9.nu.132.ff.de Conſtit.princ.* Adeo vt quatenus per gratiam ei conceditur, eatenus conſequatur, nec vltra, *ex comm. Doct.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.Grat.conſ.106.num.1.vol.1. Guazz.reor.defenſ.2.c.9.num.4.* Tum maximè quod agitur de iniquitate complectenda, *Cranet. conſ.3.nu.18.conſ.480.nu.8.Tuſc.lit.N.concl.68.nu.47.* Nec ad ea extenditur, quorum non eſt par ratio, *Cranet. conſ.3.nn.6.7.conſ.70.nu.17.Tuſc.d.concl.68.nu.49.* Imò ſi par eſt ratio, ſpecialis cum ſit conceſſio, ſtrictè, interpretatur, *Turret.conſ.58.num.4.in 1. Macerat.lib.3.reſol.3.num.17.*

26 Reſpon. II. Quod gratia † etſi reſpectu Principis concedentis latè ſit interpretanda, *Franc. c.quamuis.nu.6.de præben.in 6.l.fin.ff.de conſtit.Princ.Abb.conſ.101.nu.11.in 1.Alex. conſ.160.nu.3.in 2.Tuſc.lit.B.cõcl.49.nu.1.* Reſpectu tamen tertij, ſtrictè accipienda eſt, *Iaſ.d.l.fin.nu.19.Oldrad.conſ.50.ad fin.Anchar.conſ.161.Alex.conſ.215.nn.4.vol.7.conſ.160.nu.4.in 2.Cranet.conſ.229.nu.5.Engen.conſ.95.nu.16.52.Tuſc.lit.B.concluſ.50.nu.1.5.lit.N.concluſ.68.nu.45.* Licet, *motu proprio*, conceſſa ſit, & clauſulam habeat *ex certa ſciẽtia*, & derogatoriam, *Alex.d.conſ.215.nu.5.Tuſc.d.concluſ.50.num.6.7.* Quæ ſi damnum afferet tertio, ſtrictè eſt accipienda, *Anchar.conſ.161.nn.1.Tuſc.d.concluſ.50.num.8.* Gratia inquit, *Rot.deciſ.33.num.13.de præben.in antiq.* quæ nemini præiudicat latè interpretanda eſt, *Burſ.conſil.287.nu.15.Turret.conſ.42.num.7.in 2.*

27 Reſpon. III. Beneficium Principis † latè non interpretari, ſi duo concurrerent ſpecialia, vel duæ fictiones, *D.Carol.Tapp.d.l.fin.p.2.c.9.num.140.Decian.conſ.72.nu.22.in 2.Greg.Lopez,l.11.gloſ.à quella poſtura.tit.38.p.3.Tuſc.d.concl.50.nu.4.*

28 Reſpon. IV. Tunc † latè interpretanda, ſi ex concedentis mente interpretetur: Secus ſi contra eius mentem, *Pariſ.conſ.4.nu.22.in 2.Gram.conſ.6.num.18.D.Tapp.d.l.fin.p.2.c.9.nu.131.*

Ex his Facto verbo D. Proregi, M. R. C. Danielem *ad ſuſpendia furcarum condemnauit*. Fuitque ſic exequutum, Anno Dom. M D X C V I.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex, ſi verbotenus teſtem interroget, cuius depoſitionis partem Fiſco vtilem in ſcriptis redigens, damnoſam vero prætermittens, puniri debet.*
2 *Teſtis, tum pro Fiſco, tum pro reo deponens, in ſcriptis à notario redigendus eſt.*
3 *Qualitas teſtium depoſitioni adiecta, ſcindi non debet.*
4 *Teſtes, ſuper toto negotio interrogandi ſunt; vt rei innocentia habeatur.*
5 *Iudex, integram interrogati teſtis depoſitionem Reo vtilem, Fiſco damnoſam prætermittere An poſſit, ne in ſcriptis redigatur?*
6 *Teſtem negantem ab alio teſte conuinctum, omittere poteſt Iudex, ſi indictium, vel delictum, plenè per alios probatum ſit.*
7 *Tortura remedium eſt ſubſidiarium, ad eruendam veritatem, quæ aliter haberi non poſſit.*
8 *Delicto, vel indictio non probato, Teſtis ſi ab alio conuictus neget, torqueri poteſt.*
9 *Teſtis non probat, ſi conteſtis ab eo datus, neget cum tortura.*
10 *Teſtis à digniore conuictus ſi neget, à Iudice dimitti non poteſt, ſed torturæ ſubijciendus eſt; ſi indicium ſit propinquum, ſecus ſi remotum.*
11 *Teſtis dignior, à minus digno conuictus, ſi neget, digniori creditur.*
12 *Dignioribus magis creditur, quam non ita dignis.*
13 *Teſtes, in dignitate pares cum ſint, ſi alter ab altero conuictus negat, neutri creditur.*
14 *Tortura teſtium non requirit indictia, quæ in Rei tortura requiruntur.*
15 *Teſtes plures ſi conuicti negent, non omnes torquentur, ſed duo, aut tres.*

A R G V M E N T V M.

Iudici licet ne? Teſtem interrogare? Vt eius dictum, Fiſco vtile, in ſcriptis redigat; damnoſum, in totum, vel in parte reijciat.

Teſtis ab alio conuictus, ſi neget, An torqueri poſſit? & cui credendum.

C O N S I L I V M XXIII.

EX tuis literis cognoui (Baro) te de M. R. C. Iudice, à D. Prorege in cauſa delegato, plurimum conqueri, quod in ſuſcepta contra te inquiſitione, aliquos quidem teſtes, qui tibi prodeſſe potuiſſent, Fiſco inſtante, reijcit; Aliquos verò, non ſuper re tota teſtimonium dicere patitur, ſed eatenus, dum inſtitutæ accuſationi nocere minimè poſſint. Quare cum pleniſſimè ſatisfacere tibi cupiam, quo ſcire poſſis, iure ne, An iniuria tecum agat Iudex delegatus: Et vbi neceſſitas poſtulet, ad D. Proregem, & M. R. C. prouocare valeas: Pro rerum varietate, ſuper quibus me conſulis; Plures caſus diſtinguere placuit.

1 Primus eſt, ſi Iudex † verbotenus prius teſtem interroget, & aliquam exinde depoſitionis tantum partem Fiſco vtilem, in ſcriptis redigi iubeat, damnoſa omiſſa; Tunc nõ poſſe dixi, quia Iudex & Notarius debent integrè illam ſcribere, *Scacc. de Iudic. c.86.nu.9.* Alias punirentur, *Campan.ad R.N.c.272.*
2 *ſi cum ſceleratis.nu.37.* teſtis enim † pro vtraq; parte debet deponere, *Bart.l.generaliter.C.de epiſc.& cler.comm.Marant.in prax.p.6.act.6.num.20.* Eruditus, *D.Didac.de Mari, Regien.comm.opin.lit.T.nu.48. Franc.Marc.deciſ.379.nu.1.p.p.Ricc.prax.tit.de monitor.deciſ.275.nu.2.* cuius rei diligentiſſima facienda eſt indagatio, *l.teſtium.l.in teſtib.ff.de teſtib.* ſatiſq; prouiſum Regno eſt, vt Actuarij integras teſtium depoſitiones, tum pro Fiſco, tũ pro reo ſcribant,

Digitized by Google

bant, ſub pœna Iudicis arbitrio imponenda, Granat. ad Veſtr. lib. 6. cap. 2. num. 44. Guazz. reor. defenſ. 14. cap. 2. num. 4. Ambroſ. de proceſ. inform. lib. 1. cap. 2. nu. 8. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 23. nu. 1. Farinac. q. 74. num. 16. Campan. d. num. 37.

3 Nec qualitas atteſtationi adiecta † ſeindi poteſt, Surd. conſ. 137. num. 68. Sim. de Prat. conſ. 178. nu. 10. 11. Farin. q. 43. num. 19. Caual. de teſtib. p. 3. num. 70. Guazz. reor. defenſ. 32. cap. 35. nu. 11. Non enim teſtis dictum poteſt diuidi, Anchar. c. ſi quid veri. nu. 2. diſt. 37. Farin. deciſ. 49. nu. 5. 7. poſt eius, conſ. vol. 2.

4 Ipſæque Iudex † teſtes debet ſuper toto negotio interrogare, vt rei innocentiam inde exploret, l. ſi non defendatur. & ibi notat, Bart. ff. de pœn. l. 1. §. fin. vbi Bart. ff. de quæſt. Alex. conſ. 4. nu. 3. in 6. Marſ. conſ. 17. Caſon. de tormen. cap. 6. nu. 6. Scapp. de iur. nō ſcript. lib. 5. c. 82. nu. 8. Farin. conſ. 35. num. 2. q. 11. nu. 10. quæſt. 39. nu. 98. Neuz. conſ. 61. num. 41. Menoch. lib. 5. præſump. 48. nu. 2. Scacc. d. c. 86. num. 9. Clar. §. fin. q. 33. & ibi Baiard. nu. 1. Rol. conſ. 47. nu. 9. vol. 3. Bertaz. crim. conſ. 303. nu. 8. Monticell. reg. crim. 13. num. 44. Imò pœna dignus eſt Iudex, ſi ob ſui negligentiam de ea non conſtaret, Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quot temp. nu. 44. 45. Clar. §. homicidium. Menoch. de arbit. caſ. 283. Cartar. de exeq. capt. ban. c. fin. num. 15. Scacc. de Iudic. c. 97. nu. 186. Cuius cauſa fauorabilior eſt, quam cauſa Fiſci, l. fauorabiles. ff. de reg. iur. Iaſ. l. de die. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cogan. Tuſc. lit. F. concluſ. 85. nu. 16. Marſ. ſing. 90. Boſs. tit. de fauor. defenſ. num. 2. Ipſe enim de lucro agit, ex alterius iactura, Reus de dāno, Iaſ. conſ. 46. nu. 5. in 3. Neguſ. conſ. 210. num. 39. & in dubio ad fauorem eius, qui tractat de damno, l. error. ff. de iur. & fact. ignor. Tuſc. lit. D. concluſ. 14. lit. I. concl. 391. nu. 3.

5 Secundus caſus eſt. Si integram omitti teſtis depoſitionem, velit Iudex; Tunc variant Doct.

Prima fuit Scac. opinio, de indic. cap. 86. num. 9. poſſe Iudicem integram teſtis depoſitionem omittere.

Secunda fuit, Guazz. reor. defenſ. 14. c. 2. nu. 5. qui aduerſus Scacc. d. nu. 9. inquit, quod ſi Iudex Oretenus audierit Teſtem, integram eius depoſitionem omittere non debet, Farin. q. 74. nu. 16. Nec partem aliquam, vt dixi: Imo nec qualitatem illi adhærentem, ex Surd. Sim. de Prat. Caual. & alijs iā citat. nu. 3. Cum teneatur iudex criminis veritatem inquirere, quæ coarctanda non eſt, l. 2. & ſeq. ff. de interrog. act. Becc. conſ. 145. num. 21. Franc. Marc. deciſ. 382. num. 1. p. 2. & Omnes.

Verum admittendum Scacc. opinionem cenſuit, Guazz. d. num. 5. ſi audito oretenus teſte, opinetur iudex, quod ſubornatus ille ſit, ad falſum deponendum, ex Farin. q. 74. num. 16. & agnouit prius, Clar. §. fin. quæſt. 23. in princ.

6 Tertius caſus eſt, ſi † Teſtis, ab alio paris conditionis Teſte, conuictus negaret, Tunc ſi delictum, vel indictium eſt plenè probatum, prętermitti à iudice ille poterit, Boſs. tit. de tort. teſt. ad fin. Guaz. reor. defenſ. 19. c. 3. nu. 4. Maſtrill. deciſ. 192. num. 2. Cum nulla pro delicto iam probato ſubſit neceſſitas, nec tortura teſtibus eſt inferēda, ſi veritas aliter haberi poteſt, Clar. §. fin. q. 64. Boſſ. tit. de tortur. teſt. num. 43. Bertaz. crim. conſ. 153. nu. 8. Hartm. lib. 2. pract. quæſt. tit. 15. obſer. 9. 12. Farin. conſ. 44. nu. 4. Monticell. prax. crim. reg. 10. num. 12. Dicitur enim Torturæ remedium

7 † in ſubſidium inuentum, probationum defectu, l. edictum. l. Diuus. & ibi Bart. ff. de quæſt. Caſtr. l. ſi quis hoc. C. de epiſc. & cler. Crauet. cōſ. 287. n. 2. Gram. vot. 2. nu. 6. Foller. in prax. gloſ. rei indurati torqueantur. nu. 2. Marſ. de quæſt. in prin. nu. 12. Gomez. 3. delict. c. 13. de tortur. reor. nu. 20. Brun. de indict. p. p. q. 4. nu. 13. Cartar. prax. interrog. reor. lib. 4. c. 1. num. 66. 67. Carrer. in prax. in princ. n. 188. Frāc. Marc. deciſ. 918. nu. 1. p. p. deciſ. 92. nu. 6. p. 2. Farin. conſ. 65. num. 33. q. 30. nu. 3. Boer. deciſ. 163. nu. 1. Boſſ. tit. de indict. nu. 29. Menoch. de arbitr. q. 84. nu. 2. Vulpell. conſ. 4. num. 13. Clar. §. fin. q. 64. num. 5. & ibi Baiard. Coſta, ſubſid. remed. 26. num. 1. Neguſ. conſ. 323. num. 64. Caball. reſol. crim. caſ. 288. nu. 26. Sccac. de Iudic. c. 97. nu. 79. Macerat. lib. 3. reſol. 44. nu. 5. Sim. de Prat. conſ. 36. nu. 3. Pacian. conſ. 119. num. 25. 26.

8 At ſi probatum illud ſatis non eſt † prætermitti Teſtis non poteſt, ſed torquetur ſi à duobus conuictus neget, non ſi ab vno, l. vnius. §. teſtes. §. Iudex. l. ex libero. vbi, Bart. & Doct. ff. de q. l. fin. C. de abolit. Bald. l. milites. C. de quæſt. Gomez. p. 3. delict. c. 13. nu. 24. Brun. de indict. p. 2. q. 4. nu. 13. Farin. q. 79. nu. 20. Maſtrill. deciſ. 192. num. 1. comm. Burſ. conſ. 216. num. 108. Clar. & Baiar. §. fin. quæſt. 25. num. 27. & quæſt. 64. num. 20. Guazz. reor. defenſ. 19. cap. 3. num. 1. Teſſaur. deciſ. 42. nu. 1. Carrer. in prax. §. circa tertiū. nu. 5.

9 Qui ſi tortus etiam neget; Alijs † teſtibus, qui illum conuicerāt credendum nec eſt, latè Bald. c. cum cauſam. nu. 17. de teſtib. in l. teſtium. nu. 12. & ibi, Salic. nu. 7. C. de teſtib. Campeg. de teſtib. reg. 410. ad fin. Gram. conſ. 26. nu. 20. conſ. 31. nu. 8. conſ. 38. nu. 28. Dec. conſ. 133. nu. 3. 5. Alex. cōſ. 91. nu. 7. vol. 4. Decian. conſ. 92. nu. 51. in 2. Monald. conſil. 28. nu. 14. conſil. 55. nu. 28. conſil. 72. num. 21. vol. 1. conſil. 137. nu. 35. conſ. 162. nu. 17. in 2. Viui. deciſ. 79. num. 2. Magon. Lucenſ. deciſ. 17. nu. 8. Farin. conſ. 37. nu. 24. Burſ. conſ. 69. num. 26. conſ. 154. nu. 7. Rim. Iun. conſil. 723. num. 54. Cephal. conſ. 233. nu. 24. Bertaz. crim. conſ. 334. nu. 3. Maſcar. de probat. concluſ. 1368. nu. 1. Felic. alleg. 14. num. 33. alleg. 50. nu. 20. p. p. alleg. 92. nu. 12. alleg. 134. nu. 18. alleg. 169. num. 11. par. 2. Gabr. titu. de teſtibus. concluſ. 2. num. 11.

10 Quartus caſus eſt, Teſtis ab vno digniore † Teſte conuictus, ſi neget à iudice dimitti non poteſt, ſed torturæ ſubijciēdus eſt, Bart. d. §. teſtes. vbi Marſ. & in l. ſi is cui. ff. de quæſt. Foller. in prax. gloſ. capiat informationem. nu. 23. Franc. Marc. deciſ. 780. nu. 10. p. 2. Brun. de indict. p. 2. quæſt. 4. nu. 5. Monticel. de teſtib. tit. an, & quan. examin. teſt. in tortur. nu. 20. Boſſ. tit. de tortur. teſt. num. 10. tit. de indict. nu. 37. Guazz. reor. defenſ. 19. c. 3. nu. 2. Ricc. in prax. deciſ. 442. nu. 5. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 25. nu. 30. Caual. de teſtib. p. 4. nu. 166. Perrenot. de teſtib. ſect. 87. verſ. & ad id. Farinac. q. 39. nu. 131. quæſt. 79. num. 21. Burſ. conſil. 216. num. 109. Genuen. prax. Archiep. c. 10. nu. 4. Quod verum ſi indictium (quod probari oportet) eſt, propinquum, Marſ. d. §. teſtes. Cumi. de ſindic. c. 6. num. 14. Maſtrill. deciſ. 192. nu. 7. At ſi remotum, duobus teſtibus eo dignioribus conuinci neceſſe eſt, Burſ. conſ. 216. num. 109. Bertaz. crim. 60. num. 8. Maſtrill. deciſ. 192. Guazz. d. c. 3. nu. 2.

11 Quintus Caſus eſt, ſi teſtis † dignior à minus digno, aut vili teſte, conuictus neget, Tunc ſi deli-

ctum, vel indictium, alijs etiam teſtibus probatum ſit, dignior torqueri non poteſt, ſed dimittitur, & contra Reum proceditur, *Bart. d.l.ſi ex libero. Maſtrill.deciſ.192. Franc.Marc.deciſ.487. num.14.p.p.* vt pluries in M.R.C.ſeruatum vidi: At ſi plenè probatum non ſit, Digniori creditur, etiam ſine tortura, cum ad hoc, vt quis de mendacio conuincatur, teſtis qui contrarium deponit, eo dignior, ac omni etiam exceptione maior eſſe debeat, *Boſſ.de indict. ante tortur.num.37.Bertaz.crim.conſ.60.nu.7. ad fin.* Si indictium ſit proximum. Si vero remotum, ſatis non eſt vnus teſtis ad conuincendum aliquem, ita vt indictium contra eum faciat ad torturam, *Bertaz.Maſtrill.Burſ. & Guaz. nuper citat.* Digniori-
12 bus † magis creditur, quam non ita dignis, *c.in noſtra. vbi gloſ. & Doct.de teſtib.l.3. ff.de teſt.Bald.l.ad teſtium.num.21. C.eod.Ruin.conſ.53.num.6.in 4. Lancell.Gall.conſ.125.nu.26. Menoch.de arbitr.caſ.526. num.21.& Re in.poſſ.remed.3. num.719.*

13 Sextus caſus eſt,† ſi teſtes ſint in dignitate pares, & eorũ alter neget, nemo torqueri debet, ſed neutri eredendum tradit *in term. Guaz. reor. defenſ.19. c.3.num 2. Burſ.conſ.216. num.108. ex magis comm. Cumi.de Sindic.cap.6.num.15.*

14 Cæterum in tortura † teſtis, non exiguntur indictia, quæ ad rei torturam ſunt neceſſaria, nec eorum diſceptatio cum aduocatis habenda eſt, ſed totum Iudicis arbitrio committitur, *Bart.& Marſ.l.vnius. §.teſtes.ff.de quæſt.Bertaz. ad Patr.conſ.153.lit.A. ad fin.Franc.Marc.deciſ.487.num.16.p.p.* Modò tortura leuis ſit, nec vlteriùs repetenda, *Bald.l.fin.nu. 1.C.de quæſt.Imoc.Hoſtien.num.7.Boyc.num.4. Butr. num.1. in cap.cum in contemplatione. de reg. iur. Boſſ. tit.de mand.ad homic.nu.31. Caball.crimin. reſol.caſ. 170.num.12.Farin.conſ.83.num.5.quæſt.42.num.20. Burſ.conſ.216.num.111. 115. Cartar.lib.4. interrog.*
15 *reor.cap.1.nu.45.* & vbi plures † pro vno facto conuinti negant, non omnes, ſed duo eorum, aut tres torquendi eſſent, *Bald.l.data opera.num.26.C.qui accuſ.non poſſ.Auguſt. ad Angel. de malef.gloſ. comparuerunt dicti inquiſiti. num.18. ad fin. Brun.de indict. p.2.q.4.nu.8.Boſſ.tit. de tortur. teſt.nu.10. Farin.conſ. 83.num.1.Burſ.conſ.216.num.112.*

Hæc ſunt in cauſa, quæ monitum te volui. Si vero repetitis precibus à Delegato te grauatum ſenſeris, interim tibi author ſum, vt ab eo iterato petas, hac ſaltim re tibi commodet, vt in ſuo redditu, ſimul etiam teſtes omnes ad M. R. C. perferri Iubeat. Scripſi Anno MDXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio, vt genus, continet omnes eius ſpecies, At ſi ponatur, vt ſpecies, ſecus eſt, & quando. nu.12.*
2 *Conceſſa omni iuriſdictione, merum, & mixtum imperium non continetur.*
3 *Merum, & mixtum Imperium, ſine ſpeciali titulo poſſideri non poteſt, cum ſit de regalibus. Secus hodie, num.14.*
4 *Baro, ſi vendat feudum, cum omnibus eius Iuribus; merum, & mixtum Imperium non cenſetur venditum. Declar.num.15.16.*
5 *Imperium cohære territorio vniuerſaliter, non particulariter. Declar. num.17.*
6 *Merum Imperium, à Principe in alium transferri poteſt venditione, aut donatione non autem à priuato. Diſtingue, num.18.*
7 *Iuriſdictio ei quæritur, ac merum, mixtumq. Imperium, cui territorium quæſitum eſt.*
8 *Territorio cum Iuriſdictione, vel cum omni, vel cum omnimoda Iuriſdictione, conceſſo, merum, & mixtum Imperium conceſſum dicitur.*
9 *Merum, & mixtum Imperium, & Iuriſdictio, quid ſit? diffinitur.*
10 *Iuriſdictio altera rei, altera perſona cohæret, & quæ conceſſa dicatur.*
11 *Infeudatus de Caſtro, cum mero, & mixto Imperio, ſi illud à Principe conceſſum vendat, Merum, Mixtumq. Imperium transfert.*
13 *Bald. c.quanto. de Iudic. reiectus.*
14 *Iuriſdictionem vſurpare, quid ſit? & quando illa vſurpata cenſeatur. num.25.26.*
20 *Regalia, quæ penes Regem ſunt; Baroni conceſſa, non ſunt Regalia; Iuriſdictione excepta.*
21 *Pœna aduerſus occupãtem Regis Iuriſdictionem, procedit etiam contra eum, qui Baronis vſurpat Iuriſdictionem. Declar.num.27.28.*
22 *Vſurpatio iuriſdictionis ius non tribuit, ſed dignus eſt pœna, qui vſurpat. Declar.num.29.*
23 *Obreptio vitiat reſcriptum. Declar.num.30.31.32.*
24 *Dolus non præſumitur, in dubio, & leui quauis cauſa excuſatur.*
33 *Reſcripto in dubio fauendum eſt.*

ARGVMENTVM.

Feudo vendito cum iuriſdictione Ciuili, & Criminali, An Merum, & Mixtum Imperium venditum cenſeatur.
Vſurpatæ Regiæ Iuriſdictionis crimen, quibus medijs excuſetur.

CONSILIVM XXIV.

FRanciſcus Grimaldus cum Gallieij feudum à Mazareni Comite, ac Ciuilem, & Criminalem Iuriſdictionem feudo annexam; inde Baroniam Caropipi, cum omni eius iuriſdictione à Comite Aſati, emiſſet, Meri, Mixtique Imperij iura, ijs in locis ſe quæſiuiſſe hactenus exiſtimauit. Quocirca Ioſeph Grimaldus filius, manutentionis reſeriptum, ac ſubinde Poteſtatis litteras, (quas appellant,) à Prorege impetrauit. Quarum vi, tum in Gallicij feudo, tum in Baronia Caropipi criminalia Iudicia ſæpiſſimè exercuit, Carceri plures addixit, torturæ reos ſubiecit, eiſque extraordinarios terminos præfixit, Aſſeſſoris tamen ſui conſilio: Verum quia negat Fiſcus in his feudis, merum, & mixtum Imperium, illum habere: Inquiſitionem propoſuit pro Regia vſurpata iuriſdictione, quæ duas habet præcipuas Dubitationes.

Prima eſt, iuriſdictione, certo in loco vendita, An merum, mixtumque Imperium contineatur.

Secunda eſt, merum, & mixtum Imperium, An vſur-

vſurpaſſe dicatur, qui iuriſdictionem habet Ciuilem, & Criminalem.

1 Circa primum, iuriſdictio † etſi omnes cõtineat eius ſpecies, merum, & mixtum Imperium, ac modicam coertionem, *ex Specul. in §.1. num.10. de iuriſd.omn.iud. Dec.c.licet cauſam.de probat.l.imperiũ. num.26. Curt.Iun.num.42. Valaſc.num.35. ad fin.ff.de iuriſd.omn.indic. Alc.c.quod ſedem.num.27.de offic. ordin. Caſtr.conſ.187.num.4.in 2. Bellon.de iuriſd.c.8. quæſt.2.num.3.4. Rolan.conſ.42.num.44.vol.2. Tuſc. lit.I.concluſ.543.num.2.* At ſi à genere eximitur iuriſdictio, & ponitur vt ſpecies, genus non includit, *Bald.l.2.num.11. C.de pedan.Iud. Pacian.conſ.3.num. 27.* Cumque vendita in feudo Gallicij, & in Baronia Caropipi fuerit iuriſdictio ciuilis, & criminalis, quæ ſpecies ſunt, merũ ergo, mixtumq; Imperium emptori non competit, Simplex enim iuriſdictio, & merum Imperium differunt eſſentia, *Fachin.lib. 9.controuerſ.96. Bellon.de Iuriſd.cap.8.quæſt.23.num. 15.* & exercitio, *Bellon. d. num.3.4. & d. quæſt.23. num.16.*

Secundo tradit *Bald. cap.quanto. num.7.de Iudic.*
2 conceſſa † omni iuriſdictione merum, & mixtum Imperium non contineri, quia vniuerſale ſignum illud, *Omni*, non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ſed de pluribus differentibus numero, *Bald.* probant, *Ang.col.2. Longeual.num.197. Iaſ.nu. 11. Curt.Iun.num.41. d.l.Imperium, Afflict.cap.1.§. fin.nu.9. de pac.tenen.cap.1.§.præterea. nu.31. in prælud.Conſtit.num.7. & lib.1. rub.47. Conſtit. ea quæ ad decus. num.22. Gregor.de conceſſ.feud.par.7. quæſt.3. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.14.num.18.* Cum-
3 que merum, & mixtum Imperium inter Regalia referendum dixerit, *Alciat.cap.quod ſedem. nu.27. de offic.ordin. Roland.conſ.42.num.6.32.in 2. Peregr. de fiſc.lib.1.tit.1.num.10. Menoch.lib.3. præſump.97. num.24. GilKen. in §.feræ nu.171. Inſtit.de rer. diuiſ. Zaſ.de feud.par.5.nu.11. Mocz.tit.de his qui feud.dar. poſſ.num.13. Roſental.de feud. cap.5. concluſ.4.nu.4. p.p. Boſſ.tit. de regal. num.18. Fontanell. de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.14.num.17. Sextin. de regal.lib.2. cap.8. num.42.* Siue ſpeciali titulo poſſideri non poteſt, *l.1. §.fin.ff.de off.eius. Afflict. cap.1.num.9. de Capit.qui curi.vendid.deciſ.122. & in prælud.Conſtit. Regni, q. 6.num.7. Franc.deciſ.116.num.3. Mexia ad leg.Tolet. de los terminos.p.9.fundam.2. num.77. Ceuall. comm. q.41.num.1. Fontanell.d.gloſ.14.num.17. Maſcard. de probat.concluſ.217.num.17. Anna alleg.52.nu.2.10. D.Tapp. de Conſtit. princ.p.p.cap.2.num.35. & de iur. Neap. lib.2.rubr.1. de official. in Regn.conſtituen.ad Conſtit.ea quæ ad decus.num.15.43.* ergo, &c.

Tertio, tradit *Bald.in l.à procuratore. in princ. C.*
4 *mand.* Baro ſuo in fundo ſolitus exigere pedagium, & tenere furcas in ſignum meri Imperij, ſi fundum illum venderet cum omnibus eius Iuribus, quæ ibi habebat, ius pedagij vendidiſſe, non intelligitur, nec merum Imperium, idem reperit, *conſ.293. nu. 2. conſ.237. conſ.238. vol.4. Aluarot. tit. de Capit. qui curi.vendid.cap.1.num.4. Menoch. lib.3. præſump.97. num.44. Tuſc. lit.L. concluſ.543. num.5. concluſ.547. num.1. Montier.deciſ.35. nu.53. Vrſill. ad Afflict. deciſ.122.nu.9.* Sic in ſimili de gabella tradit, *Girond. de gabell.p.p.num.57.* Etenim ius in Genere generaliſſimo, etſi aptum ſit iuriſdictionem comprehendere ſecus tamen eſt, ſi adiunctum fuerit ſpeciei, quæ à iuriſdictione differt; Tunc enim ſecundum rei naturam eſt interpretandum, *Rom.conſ.444.nu. 6. Pacian.conſ.3.nu.24.* Eaque clauſula, *cum Omnibus eius Iuribus* ad ea refertur, quæ de natura rei ſunt, non alterius, vt iuriſdictio eſt, *Bald.loc.nuper cit. Innoc. in cap. ex literis. num.2. de iur.patron. Dec. conſil.483. num.19. Boer. deciſ.227. optimè Vrſill.ad Afflict.deciſ.122.num.10. Ponte, conſ.63. à num.62.* cõfert. *tex.l.2. de bon.vacan.lib.10.* vbi donatio poſſeſſionis, vel domus, à Principe cum ſuo integro ſtatu, vel cum omni iure ſuo, ad ea iura refertur, quæ domus, vel fundi inſtrumenta ſunt, non ad iuriſdictionem, *Pacian. d.conſ.3. num.26.*

5 Quarto, Imperium cohæret † territorio, *l.1.§.cũ vrbem. & l.fin.ff.de offic.Præfect.vrb.l pupillus.§.territorium. & ibi Rebuff.ff.de verb.ſigniſ. Bart.l 1.num. 3. C.de metrop.Beryt.lib.11. Ang.in l.1.C.de præſcrip. Maluaſ.conſ.60.num.9.10.11.12. Ponte conſ.63.num. 65. Paz.conſ.25. num.32. Menoch.conſ.1003.nu.26. Schrader.de feud.p.10.ſect.3. num.152.* Sub nomine vniuerſali, non autem particulari, *Bald.l.imperium, ſub num.3.ff.de iuriſd. omn.iud.* & notat *idem Bald. in cap.1.§.item ſi quis. nu.2. quib.mod.feud. amitt.* quod habens iuriſdictionem, & diſtrictum non videtur eam concedere, ſi cõcedat vnam Terram, vel vnum manſum terræ, *Bald.conſ.322.num.2.in 2. Pacian.d. conſ.3.num.18. Tuſc.lit. I. concluſ.543. num.5.* Hinc tradit, *Iacob. de feud.verb. de Caſtro rubei. num.12.* quod ſi quis vendiderit mihi Caſtrum, reſeruata ſibi quadam Domo, non poterit in illa facere fortilicium, *Pacian.d.conſ.3. num.19.* Sed Gallicij feudum cum de membris, & pertinentijs Comitatus Mazarenij ſit, & Baronia Caropipi de membris, & pertinentijs Comitatus Aſari, ipſumq. merum, & mixtum Imperium vtrique Comitatui principaliter inſit; vendito feudo, vel Baronia, cum vendita nõ ſit vniuerſitas, ſed particularis Comitatus vtriuſque pars: Merum, ergo, & mixtum Imperium in emptorem translatum non eſt, *Valaſc.l.imperium. num.54. Tuſc.lit.I.concluſ.547.nu.19.20. Pariſ.conſil. 20.num.50.vol.1. Capic.deciſ.27.num.36. D.Tapp.p. p.cap.2.num.28.32. de conſtit. Princ. Lopez. l.9.gloſ. deſpues. tit.4.p.5.* Tum quia proprietas fundorum, nihil habet commune cum proprietate iuriſdictionis, *Socc.l.1.num.27.ff.de acquir.poſſ.conſ.15.num.2. conſ.95.num.9.vol.3. Menoch.lib.3. præſump.97. nu.6.* & aliud eſt Territorij dominium habere, aliud vero eſt habere iuriſdictionem, *Bald. cap.1. §. item ſi quis.ti. quib.mod.feud.amitt. d.l.à procuratore. nu.2. Dec.l.1.num.44.ff.de iuriſd.omn.iud. Rom.conſ.444. num.6. Menoch.d.præſumpt.97. à nu.3. Pacian.d.conſ. 3.nu.29.* Tum quia, quod dicimus Territorium eſſe ſubiectum iuriſdictionis, de Territorio vniuerſali accipiendum eſt, non de certo fundo, *Afflict.num. 32. Aluaro: nu.4.cap.1.de Capt. qui curi. vend. Rom. d.num.6. Pacian. d. conſ.3. num.21.* Conceſſo enim feudo, conceſſa dicitur iuriſdictio, *Bart. & Iaſ.l.1. ff.de rer.diuiſ. Alciat.l.1.ff.de iuriſd.omn.iud. Afflict. in prælud. Conſtit.num.6. Bald.conſ.245.vol.3. Natt. conſ.405. Menoch.lib.3. præſump.98.* Non autem merum, & mixtum Imperium, *ex Regni Conſtit. ea quæ ad decuſ. & Conſtit.duram. & diram.rub.46.lib.1. vbi Iſer. & Afflict. & alij.*

Quin-

6 Quinto, diſputant Doctor. An † Merum Imperium, & Gladij poteſtas in alium transferri poſſit, donatione, venditione, aut alio titulo? & duos conſtituunt Caſus.

Primus eſt, in Principe, à quo Merum Imperium transferri poſſe, voluit *Bart. in l. 1. C. de Metrop. Beryt. lib. 11. l. imperium. num. 7. ff. de Iuriſdict. omnium Iudic. l. 1. num. 3. ff. de damn. infect. Decius, d. l. imperium. num. 34. Angel. in l. fin. C. de præſcript. long. tempor. Menoch. conſil. 1003. num. 28. Suarez. alleg. 7. num. 8.*

Secundus caſus eſt in inferiore, cui merum imperium Princeps conceſſerat: Hunc alteri illud dare non poſſe, probat *text. l. 1. de offic. eius. Valaſc. d. l. imperium. num. 55. D. Carol. Tapp. d. cap. 2. num. 34. Menoch. d. conſil. 1003. num. 29.* Hæc dubium me reddunt.

Cæterum re ipſa diligentius excuſſa, contrarium eſt verius, imo conceſſa, aut vendita, feudi, vel baroniæ iuriſdictione merum, mixtumque imperium conceſſum, aut venditum cenſeri.

7 Primo, cui territorium † quouis titulo acquiritur, iuriſdictio illi cohærens acquiſita dicitur, *Bart. l. 1. num. 16. & ibi Alexand. num. 33. Iaſ. num. 15. Dec. num. 43. Sebaſt. Sap. & alij. ff. de Iuriſdict. omnium iudic. Bart. l. ſi quando. num. 9. C. de iur. fiſc. in l. 1. §. cum vrbem. num. 5. 9. ff. de offic. præfect. vrb. Alexan. l. 3. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Valaſc. l. imperium. num. 4. ad num. vſque 56. ff. de Iuriſdict. omnium Iud. Bald. Aluorot. & Afflict. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. Ponte. conſil. 63. num. 65. Pacian. conſil. 3. num. 16. Menoch. d. præſumpt. 97. num. 13. Corſet. de poteſt. reg. quæſt. 5. Maur. alleg. 26. num. 5. p. 2. Couar. pp. qq. cap. 1. num. 10. Apetr. de fideicomm. quæſt. 13. à num. 385. Natt. conſil. 405. num. 1. conſil. 435. nu. 3. Schrader. de feud. p. 10. Sect. 3. num. 155. Neuiz. conſ. 7. nu. 1. 2. 3. Boer. deciſ. 50. num. 11. deciſ. 227. nu. 8. Pariſ. conſil. 8. num. 4. conſil. 9. num. 1. conſil. 10. conſilio 20. num. 30. volum. 1.* Ac merum, mixtumque imperium, territorio cohærens, *l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. Angel. 1. §. qui mandatam. num. 3. ff. de offic. eius. Rebuff. l. 2. ff. de verb. ſignific. Alciat. c. quod ſedem. num. 89. de offic. ordin. comm. Valaſc. d. l. imperium. à num. 41. Suarez. alleg. 6. à num. 8. Anna, allegat. 52. à num. 1. Couarr. d. cap. 1. num. 10. Boer. deciſ. 50. num. 11. Menoch. conſil. 1003. num. 26. Pariſ. conſil. 9. à num. 16. vol. 1. Natt. conſil. 45. nu. 1. Schrader. d. ſect. 1. num. 156. D. Tapp. de conſtit. Princip. p. p. cap. 2. num. 27. Lopez. l. 68. verb. tal villa. tit. 18. p. 3. Anna. alleg. 52. à num. 1. Menoch. d. num. 13. Decian. conſil. 123. num. 39. vol. 3. Roland. conſil. 43. num. 28. in 2.* quia iuriſdictio cohæret territorio, ipſi nempe feudo, ſiue iuri quod dominus in feudo habet, *Schrader. d. ſect. 3. num. 152.* materialiter & paſſiue, *l. fin. vbi Bart. & Claſsici. C. vbi & apud quos. Baldus, l. 1. §. in initio. ff. de off. Præfec. Vrb. Iaſ. l. 1. num. 15. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Bart. l. 2. num. 15. 16. Curt. Iun. num. 102. ff. eod. Hieron. à Mont. de finib. cap. 11. num. 18. Alexand. conſil. 35. num. 19. in 4. Maluaſ. conſ. 60. num. 15. Apetr. de Princ. poteſt. cap. 18. num. 13. 14. Suarez. alleg. 7. num. 9. Schrader. d. num. 152. Marta, de Iuriſdict. p. p. cap. 47. num. 5.* Sicut ſeruitus eſt in fundo dominante, *Bald. cap. 1. num. 2. de allod. Boer. deciſ. 227. num. 7. Hieron. à Mont. de finib. cap. 11. nu. 18. 19. Schrader. d. ſect. 3. nu. 153. Suar. alleg. 7. n. 10.* Adeoque radicata eſt territorio, vt ab eo euelli nequeat, *Bart. conſil. 189. in 1. Boer. deciſ. 227. num. 9. Felic. alleg. 24. num. 16. p. p. Marta, deciſ. 221. nu. 10. Schrader. d. ſect. 3. num. 154. Cranet. conſil. 411. num. 35. Hieron. à Mont. de finib. cap. 77. num. 1.* & tota dicitur, in toto territorio, totaque in qualibet ipſius parte, vt de anima in corpore, *Bart. l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. Abb. cap. prudentiam. num. 12. de off. deleg.* Eo magis ſi iuriſdictio feudalis ſit, *l. 1. C. de Metropol. Beryt. lib. 11. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. cap. licet. de vot. Bero. quæſt. 111. Marta, de Iuriſdict. p. 5. cap. 47. num. 1.* Cumque proprie ille habeat merum, & mixtum imperium, qui dominus eſt territorij, *Anna, allegat. 52. num. 8.* ergo, & Baro.

Secundo, conceſſo ſimpliciter Territorio, ſi merum, mixtumque imperium contineri ſatis probatum fuit ſupra.
8 Fortius ergo, ſi cum Iuriſdictione † territorium concedatur, *Bart. l. 1. quæſt. 3. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. & in d. l. imperium. vbi Dec. num. 26. Purpur. num. 161. comm. Iaſ. num. 10. & alij à D. Carol. Tapp. relati, d. cap. 2. num. 41. Menoch. lib. 2. præſumpt. 97. num. 18. Decian. conſil. 35. num. 25. in 2. conſil. 43. num. 8. in 3. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 14. num. 6. Aldoun. conſil. 20. num. 12. Capic. inueſtit. feud. tit. de gener. feud. verb. feudum Iuriſdictionis. Ponte, deciſ. 2. num. 13. 16. 17. Pancirol. conſ. 185. Lanar. conſ. 5. num. 10. Suarez. alleg. 6. alleg. 7. Socc. Iun. conſil. 126. dub. 1. 2. volum. 3. Pariſ. conſil. 9. num. 17. volum. 1. plenè Rauden. de analog. cap. 15. num. 136. 137. Rolan. conſil. 42. num. 17. vol. 2. ex com. Peregr. de fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 92. conſil. 3. num. 6. volum. 4.* Niſi infeudatus eſſet Baro cum iuriſdictione, a dicta clauſula, *tantum, Rolan. d. conſil. 42. num. 43.* Idq; verius, ſi venditum ſit Territorium, cum omni iuriſdictione, *Curt. Iun. l. 1. num. 50. ff. de offic. eius. Felin. cap. quod ſedem. num. 3. de offic. ord. Purpur. num. 62. Dec. num. 27. d. l. imperium. Pariſ. conſil. 8. num. 5. 18. conſil. 9. num. 3. in 1. Rolan. conſil. 42. num. 38. 39. in 2. Menoch. d. præſumpt. 97. num. 34. Couar. d. cap. 1. num. 10. Oſaſc. conſil. 45. num. 10. Roſentall. de feud. c. 5. concluſ. 7. lit. C. p. p. Intrigl. feud. cent. 2. art. 80. num. 79. Decian. conſil. 43. num. 5. in 3.* Vel cum Omnimoda, quæ iuriſdictionem denotat pleniſſimam, vt genus, quod de omni ſpecie prædicatur, *gloſ. clem. 1. verb. omnimodam. de foro compet. Felin. cap. auditis. num. 7. de præſcript. Sola, ad Decret. Sabaud. tit. de nominat. domin. gloſ. 3. nu. 8. Raudenſ. de analog. cap. 15. num. 237. Roſentall. d. concluſ. 7. num. 3. Decian. conſil. 43. num. 3. vol. 3. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 122. num. 2. Afflict. d. Conſtit. ea quæ ad decus. num. 24. Intrigl. d. art. 80. num. 8. Bim. conſil. 188. num. 10. D. Carol. Tapp. d. Conſtit. ea quæ ad decus num. 6. Franc. deciſ. 116. n. 13. Vaſques. lib. 1. controuerſ. illuſtr. 3. num. 9.* Nulla penitus admiſſa reſtrictione, *Burſ. conſ. 391. num. 7.* Quin venit etiam illa iuriſdictio, quę ſpecialem requirit conceſſionem, *Maur. alleg. 24. num. 2. p. 2.* Vel Caſtrum, cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, *Innoc. in cap. ex literis. num. 2. de iur. patron. Bald. in cap. 1. num. 12. de Capit. qui curi. vend. Abbas, & alij. cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. in cap. cum venerabilis. de except. Oldrad. conſil. 252. Intrigl. d. art. 50. num. 16. Pariſ. conſil. 9. n. 16. 20. vol. 1. Menoch. d.*

præſumpt.

præſumpt.97.num.35. *Anna alleg.52.num.5.6.7. Roſentall.d.concluſ.7.lit.D. Pacian. conſil.3.nu.16. Decian.conſil.43.num.9.in 3.* Putat & merito, *Dec.conſ.517.num.7.* quod Caſtro, cum pertinentijs conceſſo, omnia tranſlata cenſeantur, *Gail.lib.2.obſeruat.62.num.8. Vulte. de feud. cap.5. num.5.* Idque non indiſtinctim, ſed certis caſibus verum, quod preſentis inſpectionis non eſt.

9 Tertio, Merum imperium † diffinit *Angel. in l. imperium. ff.de Iuriſdict. omnium Iudic.* Poteſtatem eſſe, criminales cauſas cognoſcendi, ſequitur, *ibid. Longauall.num.49. Alciat.num.77. & lib.2.paradox. cap.7. Claper.de imper.& iuriſd. concluſ.7.nu.1. Duaren.lib.1.diſput.anniuerſ.cap.53. Coraſ.d.l.imperium. num.7.& lib.3. Miſcell.iur. cap.17. num.8. Marta, de iuriſdict.p.p.cap.36.à num.10. Azeued. l.1. num.7. tit.1.lib.4.recop. Menoch.conſil.798. num.9.* Ipſaque criminalis iuriſdictio, vocatur merum imperium, *l.1.§.qui mandatam.ff.de off.eius.& dict.l.imperium. Bellon.de Iuriſd.cap.8.quæſt.2. num.4.* & nullam habet ciuilem iuriſdictionem, *Claper.d.concluſ.7.n.2.* Mixtum imperium eſt, quod de imperio, & ciuili iuriſdictione participat, *ex Bart.num.14.* tradit. *Decius, num.5. Caleſat.num.198. Curt.Iun.num.101. Coraſ.num.9.d.l.imperium. Bellon.lib.3.ſupput. Iur. cap.5.num.3. Duaren.d.cap.53. Charond. de Iuriſd.& imper.num.19. Claper.d.concluſ.7.num.2. Decian.lib.4. crim.c.2.num.4. Azeued. d.l.1. num.7. Fontanell. d. gloſ.14.num.38. Menoch. d.conſil.748. num.10.* Simplex iuriſdictio eſt, quæ verſatur in cognitione, & definitione cauſarum, *l.Imperium.in fin. vbi Bartol. & claſſici omnes.ff.de Iuriſd.omn. Iudic.* excuſit *Claper.de imper.& iuriſd. concluſ.18. Fontanell. d. gloſſ.14.num.47. Parlador.lib.2.rer.quotid.cap.1. num.1. Menoch.d.conſil.748.num.11.* vendita ergo ciuili, & criminali iuriſdictione, merum, mixtumque imperium venditum præſumitur, & gladij poteſtas, ſcitè *Azeued.l.1.num.7.tit.1.lib.4. recop.* Cum mixta cauſas ciuiles verſetur; Merum autem tum circa criminales, *Claper. de imper. & iuriſdict. concluſ.8. num.3.*

10 Quarto, Iuriſdictio duplex eſt † Altera coheret perſonæ, Altera rei. Quę coherer rei (vt in dubio preſumitur) quacumque conceſſione continetur, *ex Bart.in l.pater. ad fin. ff.de ſeruit. legat. & in l. inter eos, vbi Alban.ff.de acquir. rer.dom. Alex. conſ.7.num.10.in 5. Roman. conſil.444. num.7. Ponte. deciſ.2.num.12. Menoch.lib.3.præſumpt.98.ad fin. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.11.num.11. Maluaſ. conſ.60.num.9.comm. Raudenſ.conſ.2. num.18.146. volum.2. Socarat.ad Cathalon. Statut. in cap.ſi vero aliqui allodiarij. num.41. Borrell. conſil. 70. num.36. Grilenz.conſ.105.num.11. Apetr.de princip.poteſt.c.18.num.35. Alba.conſ.64. nu.67.* niſi aliter conſtet, *d.l.inter eos. Rom.l.poſſideri.ff.de acquir. poſſeſſ. Pacian.conſil.3.n.13.*

Quinto, inſeudatus de Caſtro cum mero, &
11 mixto imperio, ſi Caſtrum ſimpliciter alienet, † cum Principis conſenſu, merum, & mixtum imperium transfert, *Bald.cap.1. de capit.qui curi.vend. & in l.inter eos.ff.de acquir.poſſeſſ.vbi etiam, Bart. & in l.1.§.cum vrbem.ff. de offic.præfect. vrb. Menoch. de arbitr. quæſt.54.num.47.* & donato Caſtro iuriſdictio, merum, & mixtum imperium donatum, & alienatum cenſetur, *Maur.allegat.26.num.3.4.6. par.2.*

12 Non obſtat Primum, Quia negamus hoc in caſu pro ſpecie poſitam eſſe iuriſdictionem, à genere ſuo exemptam, cum ſit verius, accipiendam eam potius eſſe, vt genus generaliſſimum, quia ciuilem, & criminalem, exprimitur, in feudo Gallicij vendi tam fuiſſe iuriſdictionem à Comite Mazaneni, & in Baronia Caropipi omnem iuriſdictionem à Comite Aſari, *Rolan.conſ.42.n.37.38.vol.2.*

13 Non obſtat ſecundum, Quia † aduerſus *Bald. d. cap.quanto.de Iudic.* ſcripſerunt plures à *Rolan.* citati *d.num.37.38. Roſentall.de feud.cap.5.concluſ.7.lit. C.ad fin. Couar.pract.quæſt.cap.1.num.10. Menoch. d. præſumpt.97.num.34.* Satiſque ſpecialis eſt meri, & mixti imperij conceſſio: Imo edocuit, *Roſentall. d. concluſ.7.num.3.* Quod ſi nulla Iuriſdictio cohęreat Caſtro, aut Pago, tunc ſi conceſſio ſit facta, cum omni, vel pleniſſima Iuriſdictione, Merum, ac mixtum Imperium venire, ferè omnes conſentiunt,

14 Reſpond. II. Ideo merum, & † mixtum imperium expreſſim vendi, aut concedi, nec aliter generali ſermone comprehendi dixit, *Conſtit. ea quæ ad decus.rubr.47.lib.1.* Quia illis temporibus ſolitum non erat vendi, aut concedi, ſecus verò de Iure communi, & ita accipiendus eſt, *Afflict.decis.122.* Sed in Regno, poſtquam ſolitum eſt cõcedi, erit idem, quod de Iure communi, *ex Afflict.* (ſi rectè perpendatur) *in d.Conſtit. ea quæ ad decus. à num.18.* ſentit. *Vrſill.ad Afflict. d.deciſ.122.num.5. Intrigl. feud. cent.2.art.80.num.10. Gabr.tit.de conſuet. concluſ.1. num.33.* & dilucidius probat, *Ponte, deciſ.2. num.18. D.Tapp.ad d.conſtitut. ea quæ ad decus. num.44. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.14. n.19.20.21.*

15 Non obſtat tertium, Aut enim rei † venditio facta eſt, cum Iuribus ſuis omnibus, Tunc *Bald.* dictũ, *d.l.à procuratore.* procederet, vt Iuriſdictio, merum, mixtumque imperium, Iurium nomine vendita non intelligantur, quia ea tantum videntur vendita, quæ de natura ſunt rei venditæ, *Bald.in cap.1.nu.16. de Capit. qui curi. vendid. & ibi, Aluarot. num.4.* Cum Iuriſdictio, merum, & mixtum imperium, ex accidenti feudo contingant: Sunt enim ſeparata, *Tho.Doct.conſil.196. Paſct.conſil.11. num.14. Borrell.conſil.86.num.22.* Vt in ſimili de gabella tradit, *Girond.de gabell. p.p. num.57.* De caducitate, quæ generali Iurium ceſſione, nec in ſingularem ſucceſſorem transfertur, *Montier, deciſ.35.num.53.* Aut res fuit vendita cum omni Iuriſdictione, tunc eius nomine addito verbo *(omni)* merum, & mixtum imperium venditione includitur.

Reſpon. II *Bald.d.l.à* procuratore de Iuriſdictio-
16 ne, † & mero imperio loqui, quæ non fundo, ſed perſonæ cohærent, ita *Menoch. d.præſumpt.97.num.44. Dec.conſil.483.nu.19.*

17 Non obſtat quartum. Quia id † verum ſi vt res particularis alienetur feudum; At ſi vt pars quotitatiua, tunc Caſtrum cum Iuriſdictione, mero, ac mixto imperio venditum cenſetur, *Bart.l.1.& ibi Curt.Iun.num.106.ff.de Iuriſd.omn.Iudic. Valaſc.d.l. imperium.num.49.ff.eodem. Villalob. comm. opin. lit. I.num.262. D.Tapp.d.p.p.cap.2.num.32. Reyger. theſaur.iur.lit. iu. num.97.* Proinde vendita medietate Caſtri, vendita etiam cenſetur Iuriſdictio parti illi

ad

ad heredis, *Rom. conſ. 444. num. 8. Iacob. de feud. gloſ. dictique vaſalli. num. 5. Roland. dic. conſil. 42. num. 29. Apetr. de fideicom. queſt. 13. n. 385. 386.*

18 Non obſtat quintum, Quia duo † conſtituendi ſunt iuris caſus, ad rei cognitionem. Primus eſt, ſi iuriſdictio competit territorio ratione perſonę. Secundus eſt, ſi iuriſdictio perſonæ competat ratione Territorij.

Priori in caſu, tranſlato ab inferiore territorio, translata non eſt iuriſdictio, ſed reſeruata perſonæ, cui ius competit ex priuilegio. Vnde ſuccedit, quod extincta perſona, iuriſdictio quoque extinguitur, *Bart. l. inter eos. ff. de acquir. rer. domin. Roman. in l. 3. num. 9. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in cap. 1. num. 16. de Capit. qui curi. vendid. Menoch. lib. 3. præſumpt. 97. num. 43. Pacian. conſ. 3. n. 6. Paſet. conſ. 14. num. 10. Ponte, conſ. 63. num. 31.* Siue perſonę ſimpliciter conceſſa fuerit iuriſdictio, ſiue ratione loci, & perſonæ, quia ea extincta ceſſat priuilegium, *Bald. l. beneficium. num. 17. ff. de conſtitut. Princip. Pacian. dict. conſil. 3. num. 7.*

Poſteriori in caſu, omnium indubitata concluſio eſt, vt translato territorio iuriſdictio translata ſit; Realis enim eſt hæc qualitas territorio cohęrens, ergo tranſit in quoſcumque in quos tranſit territorium, *Bartol. d. l. inter eos. Bald. d. l. beneficium. num. 17. & d. cap. 1. num. 16. de capit. qui curi. vend. Angel. l. 1. §. qui mandatam. in fin. ff. de offic. eius. Roman. in l. 3. num. 9. ff. de acquir. poſſeſſ. & conſ. 444. num. 7. Gail. lib. 2. obſeru. 62. nu. 9. Natt. conſil. 339. Faber. lib. 3. C. tit. 12. defin. 28. Menoch. d. præſumpt. 97. num. 46. Pacian. conſil. 3. num. 8. Couarr. d. cap. 1. num. 10. Ponte. dict. num. 31. Borrell. conſil. 70. num. 25. 36. & Summ. deciſ. tit. 41. num. 156.* Sic conceſſo Caſtro, conceſſa dicitur iuriſdictio, quę ineſt Caſtro, & merum imperium *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſa 11. nu. 11.* in quo ſenſu accipiendi etiam ſunt, *Bald. & alij,* quos citat, *Couarr. d. num. 10.* Si vero iuriſdictio territorio, & Caſtro non inhæret, nec merum, nec mixtum imperium: licet eo in caſu concedens aliàs habeat iuriſdictionem, non tamen venit in conceſſione, in quo ſanè ſenſu exaudiendi quoque ſunt, *Doct. omnes;* qui negant, conceſſo Caſtro, cenſeri etiam conceſſam iuriſdictionem, quos latè refert *Couar. d. num. 10.* Diſtinctionem probat, *Roſentall. de feud. cap. 5. de regalib. concluſ. 6. num. 1. Cancer 3. variar. cap. 13. de iurib. Caſtr. num. 27. Fontanell. d. num. 11.* Qui in dubio, iuriſdictionem Caſtro cohęrere, inquit. Ob id ſub Caſtri venditione continetur, *Bart. d. l. inter eos. Boer. deciſ. 50. nu. 11. Menoch. d. præſumpt. 97. num. 48. Suarez. alleg. 6. num. 14.*

Artic. Secund. Satis ſuperque (vt puto) hactenus demonſtratum eſt, Baronem merum, ac mixtum imperium habuiſſe, vt proinde neceſſarium nec ſit, ad huius Articuli examen deſcendere. Vſurpatit nè Baro, regiam iuriſdictionem? Verum cum in hac ipſa re, plurimum ſe iactet Fiſcus; Quid de ea ſentiam, in medium proferam; ac ſimul obiectis reſpondebo. Pro Fiſco itaquè adducitur.

Primò, iuriſdictionem priuilegio non expreſ-
19 ſam † exercere; Eſt illam vſurpare, *Lanar. conſil. 5. num. 14. Maſull. ad Capic. deciſ. 130. num. 2. ad finem.* Si illius quærendę cauſa miniſtret, *Foller. ad Reg. Conſtit. de quæſtionibus. num. 14. 15. Rouit. ad R. N. Pragm. 8. num. 1. tit. de Baron.* & cum dolo, *l. 3. ad finem. ff. ad l. Iul. maieſt. Maran. conſil. 114. num. 1. Anton. Sola. ad Decret. Saband. tit. de Bannaret. gloſ. 2. nu. 6.* Vſurpare enim eſt malè quærere, *Apen. l. 1. in princ. C. de Stud. liber. vrb. Rom. lib. 11. Borrell. conſil. 10. num. 2.* & prauo vſu rem ad ſe trahere, *arg. l. 2. C. de admin. rer. ad ciuit. pertin. Afflict. in conſtitut. Duram & diram. num. 8. Borrell d. conſil. 10. num. 3. 21. Niger. Campan. ad R. N. cap. contra affrenatas. 21. nu. 15.* Cum in malum vſum capi verbum hoc plerumquè ſoleat, *Clem. 1. & ibi Cardin. de decim.* Neque enim omni carens iuriſdictione eam vſurpat, ſi iuriſdictionalem actum in bonum finem exerceat, *Foller. ad Reg. Conſtit. cap. ad regale faſtigium. num. 6. tit. de offic. præſid. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 6. c. 8. num. 104.* Inde eſt, vt ſi quis gerat ſe pro Magiſtratu cum non ſit, læſę maieſtatis reus nec eſt, *l. ſi quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. l. 3. §. qui ſe. & ibi Angel. num. 2. ff. eodem. Afflict. de regalib. verb. & bona commitentium. num. 84. Bellug. Specul. Princip. rub. 22. num. 15. Farinac. quæſt. 114. num. 4. conſil. 9. num. 22. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 2. num. 20. Capic. deciſ. 130. num. 8.*

20 Secundo, quę penes Regem ſunt regalia † ſi Baroni concedantur; Regalia amplius non dicuntur, *Iſern. tit. de regal. verb. angariæ. ad fin. Afflict. Conſtit. quia frequenter. num. 2. rubr. 9. lib. 3. Lanar. conſil. 34. num. 8. conſil. 39. num. 6.* Sic Caſtrum de plenitudine poteſtatis à Papa conceſſum, præſcribi rectè poteſt, quia mea poſſeſſio, non eſt illa Pontificis, *Bald. l. 2. num. 26. C. de ſeruit. & aqu. Barb. de Præſtan. Cardin. in 2. p. 1. p. col. 1. Dec. l. in omnibus. ad fin. ff. de reg. iur. Balb. de præſcript. p. p. 5. p. quæſt. 3. ad fin. Carot. ſing. 674.* Iuriſdictione excepta, quę de, Regali-
21 bus eſt, etſi Baroni conceſſa. Proinde pœna † aduerſus occupantem Regis iuriſdictionem, quam *ex l. probatorias. l. pen. C. de diuerſ. offic. lib. 12. l. de modo. ff. fin. regun.* impoſitam dixit, *Sacc. conſil. 18. Maſull. deciſ. 130. Menoch. de arbitrar. caſ. 320. Marant. conſ. 114. num. 1. Farin. quæſt. 104.* Procedit etiam in occupante iuriſdictionem alteri conceſſam, *Afflict. d. Conſtit. ea quæ ad decus. & Conſtit. cum ſatis. num. 6. rub. 48. lib. 1. Maſtrill. de magiſtr. lib. 6. cap. 8. nu. 100.* Regi enim ſuprema remanet iuriſdictio, *Auend. de mand. reg. lib. 1. c. 5. nu. 2.*

22 Tertio, longa iuriſdictionis † vſurpatio ius non tribuit, *Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 77. Maſull. deciſ. 130. ſub nu. 2.* & dignus eſt pœna, quam pro modo culpę imponendam voluit, *Fab. Ann. in Conſtit. terminum vitæ. à num. 150.* In Principem enim delinquit, à quo iuriſdictionem habere fingit, *Bald. l. data opera. nu. 50. C. qui accuſ. non poſſ. Menoch. d. caſ. 320. num. 8.*

Nec literæ poteſtatis à Prorege impetratę, vſurpatę iuriſdictionis crimen excuſant, cum ſint obre-
23 ptitię ipſaque obreptio vitiat † reſcriptum, *Felin. ad audientiam. num. 22. cap. ſuper literis. num. 13. & ibi late Gloric. de reſcript. Bald. conſil. 252. in 1. Alexan. conſil. 90. ad fin. in 1. Bolognet. conſ. 3. num. 107. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 2. num. 4. Crauet. conſil. 7. num. 11. Rot. deciſ. 529. num. 1. p. p. Bardell. conſ. 68. num. 12. 13. Macerat. lib. 1. reſolut. 24. num. 8. reſol. 39. num. 6. Menoch. conſil. 221. nu. 11. Maſcard. de probation. concluſ. 885. num. 8.* licet minima ſit,

Dec.

Dec.conſil.19.num.51. Cranet.conſ.68.num.2. Pariſ. conſ.9.num.87.in 2.Pute.deciſ.400.p.p. Flam.Pariſ. d.quaeſt.2.num.5.6.Macerat.d.reſol.24.num.9. & dolo ia,Seraph.deciſ.936.num.3.Tuſc.lit.S.concluſ.720. num.19.20.Vel non,Bolognet.conſ.3.num.92. Corruit etiam ob falſę cauſę narrationem, gloſ.& Doct. cap.dilectus filius.de reſcript. Abb. c.cum dilecta.nu. 11.eod.tit.Alex.conſ.60.ad fin.in 2.Cranett.conſ.12. num.18.conſ.68.num.3. Maſcard. de probat.concluſ. 846.num.16.17.Teſſaur.deciſ.21.nu.2.Menoch.conſ. 221.num.12. Quia deficit concedentis voluntas, Bardell.conſ.68.num.14.Bolognet.conſ.3.nu.27. Menoch. conſ.108.num.24. & quęlibet falſa expreſſio vitiat gratiam, Ceſ.Graſſ.deciſ.12.num.3.de probat. Macerat.lib.1.reſolut.8.num.13.Farinac conſilio 47. Menoch.de arbitrar.caſ.201. Tuſc.d.concluſ.720.à num.19.

Contrarium, His non obſtantibus verius eſſe cenſui.

24 Primo, in dubio dolus † non pręſumitur, l. doli. C.de dol.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat. Mantic.dec. 232.num.2.Menoch.lib.5.praeſump.3.num.14.conſil. 214.num.16.conſil.1224.num.13. Aldouin.conſ.28. num.7.conſil.42.num.18. Azeued. conſ.40.num.35. Adeo vt,quælibet leuis cauſa excuſet, l.igitur.§.poteſt.ff.de liber.cauſ.gloſ.l.ab executore. C.quor. appell. non recip.gloſ.& Angel.num.10.in §.oportet.auth.de Iudic.Cranet.conſil.4.num.26.Alex.conſil.43.nu.6. vol.6.Alba.conſ.9.num.51.Aldouin.conſil.19.nu.99. conſ.30.num.63.Borrell.conſ.10.num.6.Menoch.conſ. 381.num.47.conſil.728.num.15. Farin.queſt.90.nu. 1.videndus,Sola.d.gloſ.2.num.6.etiam iniuſta, Iaſ. conſ.64.vol.3.Deciſ.conſ.144.num.6.Erun.conſ.100. ad fin.Socc.Iun.conſil.115.num.14.in 2. Alba,conſil. 778.num.40.Roſentall.de feud.cap.6. concluſ.56.n.2. gloſ.6.Menoch.conſil.1274.num.38. Cumque merum, mixtumque imperium exercuerit Baro, non animo quęrendi iuriſdictionem, ſed eam conſeruandi,quam ſibi venditam oſtendit, & ſua inueſtitura confirmauit Prorex. Conſtito itaque de iuſta cauſa,aliquid faciendi, ceſſat fraudis ſuſpicio, gloſ. d.l.igitur.§.cauſa.Menoch.conſil.226.nu.59.Bardell. conſil.87.num.21. vbi enim non eſt cauſa, ad doloſe agendum,ceſſat dolus,Alex.conſ.69.in 2.Crau.conſil.75.num.14.Menoch.conſ.230.num.50. Macerat. lib.3.reſol.19.num.10. Vel ſi decipiendi animus deficiat,l.quod venditor.ff.de dol.Manent.conſil.120.n. 10.Aut vtilitas,Farin.deciſ.288.num.11.poſt vol.2. conſil.

Fab. §. ſed & hoc. num. 2. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel
alien. Iur. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 19. Suarez,
de Stat. relig. lib. 3. c. 10. num. 2. Villadeg. in polit. c. 3.
num. 220. Bouadil. d. c. 14. num. 72. Azor. Inſtit. Mo-
ral. p. 1. lib. 2. c. 9. q. 9. Heuya. d. §. 12. num. 45. Farinac.
de immun. c. 4. à num. 67. Borrell. ad Bellug. in Specul.
princ. rub. 11. §. ſed quia. num. 10. Greg. Lopez, l. 3. glo.
2. tit. 11. par. 1. Boer. deciſ. 109. num. 3. Couar. 2. va-
riar. c. 20. num. 14. Paz. in prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 3.
num. 159. Decian. lib. 6. crim. c. 26. num. 9. P. Gamba-
cur. lib. 4. de immun. eccleſ. c. 12. Germon. de ſacror. im
mun. lib. 3. c. 16. num. 103. Viſquis. de immun. eccleſ.
num. 15. 67. Remig. de immun. eccleſ. fall. 17.* Niſi in
alium deliquerit Seruus, & timore Iuſtitiæ, ad ec-
cleſiam fugiens, eius gaudet immunitate, ſi fidelis
ſit, & baptizatus, *Cyn. & Salic. num. 4. l. præſenti. C. de
his qui ad eccleſ. confug. Abb. d. c. inter alia. P. Gam-
bacur. d. lib. 4. c. 13. num. 9. Nauar. d. c. 25. nu. 19. Sua-
rez. d. c. 10. nu. 2. Azor. d. c. 9. q. 9. Bouadill. d. c. 14. nu.
72. Farin. d. c. 4. nu. 68. Heuya, d. nu. 45. Paz. d. c. 3. §.
3. nu. 162. Villadeg. d. nu. 220.* Imo nec, vt carcerum
effractores tuti ſunt in Eccleſia, *Petr. Greg. Syntag.
Iur. lib. 33. c. 22. nu. 2.* Teſtaturquè, *Caßan. ad cõſuet.
Burg. rub. 1. §. 5. nu. 16.* In Gallia frequenter obſer-
uatum; vt inuiti ab ea extrahantur.

3 Contrar. dixi verius, † quia caſus iſte, nullo iu-
re videtur exceptus, nec conſuetudine. Imo carce-
ratus pro delicto à Gregor. XIV. Bulla non exce-
pto, ſi fracto carcere ad Eccleſiam profugiat, eius
gaudet beneficio, *Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 28.
Couar. d. c. 20. num. 13. Ambroſ. de immun. eccleſ. cap.
10. nu. 11. Boer. deciſ. 110. num. 8. deciſ. 215. num. 18.
Guazz. reor. defenſ. 1. c. 37. num. 38. Farin. q. 28. num.
43. & de immun. eccl. c. 14. num. 193. P. Gambacur. de
immun. eccl. lib. 4. c. 18. nu. 9. Villadeg. in polit. c. 3. nu.
202. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. c. 16. nu. 77. Sua-
rez, de Stat. religion. lib. 3. c. 11. nu. 18. 19. Clar. §. fin.
q. 30. num. 10. Tuſc. lit. E. concluſ. 10. num. 30. Villag.
de extenſ. leg. c. fin. num. 41.* Fuga enim è Carcere, in
quo malefactor comprehenſus iam fuerat (ſi deli-
ctum eſt, quod nunc non diſputo) non eſt graue,
imo valde excuſabile propter naturalem hominis
inclinationem, ad fugiendam pœnam, & ad vitã,
libertatemque conſeruandam, ſecus ſi pro delicto
à Gregor. XIV. Bulla excepto, in carcere detinea-
tur, *Farin. de immunit. num. 204.*

4 Non obſtant † *Heuya, d. num. 46. Bouadill. d. num.
74. Cordub. d. nu. 26.* Quia localis cum ſit, *d. l. 9. cap.
pen.* quam citant; ad omne Regnum, & Regni Ci-
uitatem, trahenda non eſt: Dicimus ergo, Negan-
tem eorum opinionem, municipali potius conſue-
tudine, quam iure, inniti, ex iam dictis. Nec Gre-
5 gor. XIV. Bulla † alium ab Eccleſiæ immunitate
excludit, quã nominatim in ea exceptos, *Germon.
de ſacror. immun. lib. 3. c. 16. Ricc. Archiepiſc. deciſ.
141. num. 1. p. p. Clar. §. fin. quæſt. 30. nu. 8. 9. Caſtill. de-
ciſ. 156. nu. 15. Ceual. com. quæſt. 5. num. 1. Petr. Cened.
can. quæſt. 42. num. 10. Villaut. de extenſ. leg. nu. 135.*
& pro omni graui, & enormi crimine, quod exce-
ptum non ſit, *cap. inter alia. & ibi, Hoſtien. num. 4.
Anchar. num. 26. Butr. num. 4. Abb. num. 2. 14. 17.
de immun. eccleſ. S. Anton. in Summ. p. 3. tit. 12. cap. 3.
§. 1. Caſtr. rub. C. de his, qui ad eccleſ. confug. Roman.
conſ. 227. num. 3. Alexan. conſ. 145. num. 1. 3. 9. 10. in
7. Guttier. lib. 1. pp. qq. 1. num. 7. quæſt. 2. num. 5. lib. 3.
quæſt. 1. num. 3. quæſt. 4. num. 12. Guazz. reor. defenſ.
1. cap. 37. num. 52. Villadeg. in polit. cap. 3. num. 205.
Ricc. d. deciſ. 141. num. 1. p. p. Farinac. quæſt. 28. num.
15. de immun. eccleſ. num. 82. & conſ. 76. num. 16. Sua-
rez. de religioſ. lib. 3. cap. 11. num. 4. Couar. 2. reſol. cap.
20. num. 6. Ceual. de cognit. per vim. p. 2. quæſt. 5. num.
1. 2. Villadeg. in polit. cap. 3. num. 205. Decian. lib. 6.
crim. cap. 25. num. 1. c. 28. num. 1.* Licet falſæ mone-
6 tæ † fabricator ſit, *Bouadill. lib. 2. polit. c. 14. num. 43.
Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 15.
7 Alios habes. conſil. 20.* Vel Sodomita, † *Villadeg. in
polit. c. 3. ſub nu. 211. Farin. de immun. eccleſ. num. 98.*
Qui contradicentem *Mar. Ital. d. c. 5. §. 3.* increpat,
& licet *Ital.* opinionem probent, *Scholiaſt. ad Lopez.
l. 4. num. 345. tit. 11. p. p. Salzed. ad Diaz, in prax. crim.
c. 86. Heuya. Curi. Philip. p. 3. §. 12. retraydos. num. 29.
Bouadill. lib. 2. polit. cap. 14. num. 19.* eos tamen pro-
cedere dixit, *Villadeg. d. num. 211.* Gregor. XIV.
Bulla nondum edita, Sed admittit, *Farin. d. nu. 98.*
à Summ. Pontifice licentiam dandam fore, vt So-
domiam exercentes, ab Epiſcopo, Curiæ Seculari
tradantur, ad terminos maximè *Conſtit. Pij V.* quæ
exercitium, non vnicum actum requirit, *Nauar.
manual. cap. 27. nu. 249.*

Nec obſtat, quod de Seruo, reſpectu Domini, il-
lic dixerunt, *Heuya, Cordub. & Bouadil.* Ac ſi ſeruus
8 pœnæ ille ſit; Quia licet iuſtè fuerit † captus pro
crimine, verè ab eo commiſſo, Iudex tamen, (*vt in-
quit, Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 2. ſub num. 10. verſ.
Nam licet*) Dominus ipſius non eſt: Nec vt Iudex,
nec vt Priuatus; ipſaque Reſpublica neminem ob
patratum ſcelus regulariter ſeruum facit, nec in eũ
iure ſeruitutis vtitur. Nec pro condemnatione ſer-
9 uus pœnæ fit, quia nemo Benè natus † Seruus pœ-
næ hodie fit, licet ſit deportatus, bannitus, vel re-
legatus, ad metalla damnatus, vel in triremibus
poſitus, aut in aliam pœnam condemnatus, dum-
modo naturalem vitam non perdat, ſed ciuilem,
*auth. ſed hodie. & ibi Doct. C. de donat. int. vir. & vxor.
l. qui vltimo. ff. de pœn. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de
legat. 2. Boer. deciſ. 278. num. 3. Gamm. deciſ. 362. nu.
2. 4. Couar. de teſtam. p. 3. rub. nu. 27. Gomez, l. Thaur.
4. num. 4. & Variar. p. 2. c. fin. nu. 20. ad fin. Surd. conſ.
90. num. 37. Tuſc. lit. D. concluſ. 2.*

10 Reſpon. II. Quod ſi † ad mortem naturalem
damnatus, Seruus pœnæ ſit, *ex Couar. Gomez. Surd.
& alijs iam cit. Clar. §. teſtamentũ. q. 5. quæſt. 21. Tuſc.
lit. S. concluſ. 235. nu. 1.* Vel Foriudicatus, *Ponte. conſ.
59. num. 5.* Iſque ad eccleſiam fracto carcere confu-
gerit, eius gaudebit beneficio. Vel ſi ductus ad ſup-
plicium, à manibus Familiæ fugit, *Remig. de im-
mun. fall. 30. Ambroſ. de immun. c. 10. num. 13. De-
cian. lib. 6. crim. c. 28. num. 29. Tuſc. lit. E. concluſ. 10.
nu. 22. 31. Guazz. reor. defenſ. 1. c. 37. nu. 40.* Quæ er-
go diuerſa eſt ratio; Vt ad ciuilem mortem (in tri-
remium remigium) condemnatus, ſi fugiat ad Ec-
cleſiam, gaudere etiam non debeat immunitate?

Non obſtat *Petr. Gregor. & Caſſan.* Opinio,

Digitized by Google

11 † Quia iuri conſona non eſt; imo contrariã, quam
firmauimus, vſq; adeo, in iure certam, & veriorem
profitemur, vt propter vniuerſalem illã iuris vtriuſ
que Regulam de nõ abſtrahendis Ab eccleſia con-
fugis, à qua caſus iſte exceptus non eſt, non poſſi-
mus ſine temeritatis nota, de ea dubitare; Niſi for-
taſſis in Gallia vigeat, vſque hodie, illa conſuetu-
do, cui (ſi vigeat) deferendum dixit, *P. Gambacur. de immun. eccleſ. lib. 4. c. 18. ad fin.*

Secundus caſus, de ijs eſt. Qui Damnati ad Tri-
remes in perpetuum, vel tempus certum, dum per
Lictores, & Familiares Magiſtratuum, ad illas de-
ducuntur, ex eorum manibus in Eccleſias dilabun-
tur; Hoc in caſu, ſubdiſtinguendum eſt.

12 Aut ad eccleſiam liber, † Reus ille, perueniet,
Quòd dum funibus, aut catenis vinctus ad remum
trahitur, diſcuſſis à ſe Curiæ miniſtris, atque ex il-
lorum manibus proſiliens, fractis vinculis liber ec-
cleſiam ingrediatur. Hunc immunitate gaudere
nulli dubium, *Gloſ. & Archid. c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 423. Hoſtien. in Summ. de immun. eccleſ. §. in quantum. Igne. l. 1. ff. ad Syllan. Decian. lib. 6. crimin. c. 28. num. 32. & c. 29. num. 24. Tuſc. lit. E. concluſ. 10. num. 21. 30. Guttier. lib. 3. pp. qq. 6. num. 4. 5. Couar. 2. reſol. cap. 20. num. 13. Tuſc. lit. E. concluſ. 10. num. 21. 30. Villadeg. in polit. c. 3. num. 215. Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 22. Azeued. l. 2. ad fin. tit. 2. lib. 1. recop. P. Gambacur. lib. 4. de immun. eccleſ. cap. 18. num. 3. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 16. num. 56. Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 37. nu. 39. Farin. de immun. eccleſ. cap. 14. num. 196. & quæſt. 28. num. 44. Ambroſ. de immun. cap. 10. num. 10. 13. Boſſ. tit. de captur. nu. 23. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 70.* Liber autem ad Eccleſiam ve-
nire dicitur, qui in ſua libera poteſtate poſitus non
ab alio vinctus, nec ſub Curiæ poteſtate venit,
vt poſſit, & alio quocumque ire, pro ſuæ libito
voluntatis.

13 Aut non liber † ad Eccleſiam peruenit, ſed ſub
Curiæ poteſtate, manibus nempè Miniſtrorum ca-
ptus, illuc ducitur, Vel ſub Miniſtri poteſtate poſi-
tus, illo comitante, illuc ire permittitur, vel funi-
bus, ferreiſq; circulis vinctus trahitur, vel Satellitũ
caterua ſtipatus, ſiue illuc ipſi Curiæ miniſtri illum
ducant, ſiue miniſtrum Curię ſecum colligatum il-
luc protrahat. An ad immunitatem, ſit admitten-
dus, ſi eam, vbi ad Eccleſiam peruenerit, petat?
Qua in re opinatur, *Boer. deciſ. 110. nu. 8. 9.* & poſt
eum *Nauar. in manual. c. 25. nu. 19.* neceſſe nec eſſe,
liberum illum ad Eccleſiam venire; ſed ſi captus,
vinctuſque ducatur, etiam ſi iam damnatus duca-
tur ad ſupplicium, vbi immunitatis loca attingẽs,
ab Eccleſia defendi petit: Defendendus, vtique
eſt, nec permittendum, vt inde extrahatur, *ex com. Clar. §. fin. q. 30. comm. Farin. quæſt. 28. nu. 41. 44. 69. Viſcbis. de immun. num. 52. Mantua, conſ. 60. num. 17. Gomez. §. pœnales. num. 50. Inſtit. de action. Remig. de immun. ampl. 30. 31. Franc. Marc. deciſ. 154. num. 17. deciſ. 268. num. 4. p. 2. Paz. prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 3. à nu. 40. ad num. 45. 163. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. c. 16. nu. 75. c. 15. nu. 77. Villagut. de extenſ. leg. c. fin. nu. 40. Salazar, de vſu, & conſuet. c. 7. num. 19.*

14 Contrar. probant, † *Marſ. l. 1. num. 115. C. de rapt. virg. & in prax. §. vlterius. num. 4. Boſſ. tit. de captur. num. 22. Gomez, p. 3. delict. cap. 10. nu. 25. Tuſc. lit. E. concluſ. 11. num. 28. Nauar. d. nu. 19. Franc. Marc. deciſ. 989. p. p. P. Gambacur. lib. 4. de immun. eccleſ. cap. 18. Lop. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 38. num. 4. Bouadill. lib. 3. polit. c. 14. nu. 61. 62. Gig. de crim. læſ. maieſt. quæſt. 10. num. 30. Decian. d. cap. 28. num. 30. Villadeg. in polit. c. 3. num. 215. Ambroſ. de immun. c. 10. num. 10.* Veriorem, & magis *comm.* teſtatur. *Farin. d. quæſt. 28. num. 44. 69. & de immun. nu. 196. Gamm. deciſ. 141. Guttier. pp. qq. lib. 3. q. 6. latè, Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 37. num. 43. 44. Azeued. l. 3. num. 11. tit. 2. lib. 1. recop. Suarez, de Stat. relig. lib. 3. cap. 11.*
15 *num. 18. 19.* Sic mulier, † pro delicto in Monaſte-
rium ſe retrahens, tuta eſt, *Alex. conſ. 145. num. 13. in 7. Decian. conſ. 80. num. 30. in 3. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 1. Guaz. reor. defenſ. 1. c. 37. nu. 35. Tuſc. lit. E. concluſ. 9. num. 4. concluſ. 10. nu. 6. P. Gambacur. de immun. eccleſ. lib. 4. c. 4. à num. 1. Suarez, de religioſ. lib. 3. cap. 9. num. 9. cap. 10. num. 6.* At ſi Mo-
16 naſterium † pro carcere de conſenſu Epiſcopi, à ſe-
culari Iudice ei detur, non eius gauderet immuni-
tate, ſed inde inuita extraheretur, licet patratum
ab ea ſcelus non ſit exceptum, vt *ex Archid. c. diffinivit. 17. quæſt. 4. Syluest. Sum. verb. immunitas. 3. Lop. l. 5. verb. monaſterium. tit. 29. p. 7.* nos edocuit, *Bouadil. d. c. 14. ſub num. 61. ad fin.* Quia ſub Magiſtratus
poteſtate ad locum illum peruenit mulier; ipſaq;
eccleſia tuetur, qui libere ad eam confugit.

17 Aut captus, & ligatus, eccleſiam ingreſſus eſt,
cum à manibus Familiæ euaſerit, & liber in eccle-
ſia remanſerit, licet catenis adhuc vinctus ſit, Tunc
eccleſiæ gaudet immunitate, *Guttier. pp. qq. lib. 3. q. 6. num. 3. Farin. de immun. c. 14. num. 203. Azeued. l. 1. num. 11. tit. 2. lib. 2. recop.*

Tertius caſus eſt, in damnato ad remigium tri-
18 remium perpetuo, vel ad tempus, Qui ſi † ex ip-
ſis in Templa profugerit, Ad Triremes redire de-
bet, vt in eodem remigandi opere inſeruiat, nec ec-
cleſiæ gaudet beneficio, *Marta, de Juriſd. p. 2. c. 51. nu. 17.* Et iudicatum refert, *Gamm. deciſ. 363. Guaz. reor. defenſ. 1. c. 37. num. 37. Villadeg. in polit. cap. 3. num. 215.* Tum quia, vt inquit, *Marta, d. nu. 17.* Sub
ſpe immunitatis Eccleſiæ aufugiſſe præſumitur,
19 ideo eius † non gaudet immunitate, *Lelius, Zanch. eccleſ. priuil. 13. num. 11. Perez, l. Thaur. 6. gloſ. mancando. tit. 2. lib. 1. Remig. de immunit. eccleſ. fallen. 3. Azeued. l. 3. num. 26. ad fin. tit. 2. lib. 1. recop. Damboder. prax. crim. cap. 106. num. 8. Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 13. Couar. 2. reſol. cap. 20. num. 15. Alciat. reg. 3. præſump. 33 Gomez, p. 3. delict. cap. 10. num. 2. Aufer. ad Capell. Tholoſ. 423. num. 1. Nauar. in manual. c. 25. num. 20. Quæſada, diuerſ. quæſt. c. 1. nu. 6. Lopez, c. per veſtras. in princ. nu. 6. de donat. int. vir. Vulpell. conſil. 130. num. 1. Caſtill. deciſ. 156. num. 21. Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 9. quæſt. 9. Villadeg. in polit. c. 3. nu. 206. Craſſ. except. 17. num. 38. Bouadill. in polit. lib. 2. c. 14. num. 24.* Tum quia eccleſia, addit *Marta, d. cap. 51.*
20 *nu. 17.* confugientem † ad eam, tutum reddit à pę-
na corporali infligenda, non autem ab impoſita,
c. reum. 17. quæſt. 4. c. reos. 23. q. 5. Quod adeo verum
teſtatur, *Marta, d. c. 51. num. 17.* Vt, nec immunita-
te gaudeat ſi poſt multum tempus Fugæ, in eccle-
ſia fuerit captus.

21 Contrar. dixi Verius, Quia † vltimo ſupplicio

Digitized by Google

damnatus, licet pœnæ ſeruus fiat, *l.qui vltimo.ff.de pœn.Cordub.l.ſi quis à liberis.§.ſed vtrum. num.26.ff. de liber. agnoſc. Clar. §.teſtamentum. q.5. num.5. & quæſt.21.Tuſc.lit.D.concluſ.2.lit.S.concluſ.235.num. 1.Couar.rub.de teſtam.p.3.num.27.* Si fracto carcere aufugiat, Eccleſiæ immunitate fruetur, *c.inter alia. ad fin.de immun.eccl.c.reum.cap.definiri.17.quæſt.4. Boer.deciſ.10.Salazar.de vſu,& conſuet.c.6.num.19. Cordub. d.§.ſed vtrum. num.27. ad fin. Clar. §.fin.q. 30.num.19.Farinac.de immun.num.197.Villadeg. in polit.c.ap.3. num.202.* Si pro crimine non excepto, damnatus ſit, *Decian.lib.6. crim.c.28.Guazz.reor. defenſ.1.cap.37.num.43.Farin.de immun.nu.204.& q.28.num.46.*

22 Non obſtat prior, *Martæ*, ratio, † Quia ſub ſpe immunitatis, nemo delinquere præſumitur, *Hoſt. Anchar.num.4.Butr.num.4. Abb.num.7. in cap.fin. de immun. eccleſ.Viſquis de immunit. eccleſ.num.30. Auſer.Capell.Tholoſ.deciſ.432.Quæſad.var.quæſt.1. Farinac.de immun.num.243.Suarez.de religioſ.lib.3. cap.11.num.9.Seſſe deciſ.141.à num.9.Guttier.lib.3. pract.quæſt.1.nu.8.10.Azeued.l.3.num.25.tit.2.lib. 1.recop.Couar.2.reſol.cap.20. num.15.Menoch.lib.5. præſump.10.num.10.11.Baiard.ad Clar.d.quæſt.30. nu.21.* Vbi enim ſumi poteſt coniectura, quod ſub ſpe immunitatis Eccleſiæ non deliquerit, gaudebit reus, etſi in Eccleſia delinqueret, *Remig.de immun. fall.3. num.4.Seſſe, deciſ.141. à num.1.* Finalis enim cauſa (ne gaudeat) eſt immunitatis ſpes, *Alciat.reg.3.præſump.33.num.2.Guttier.d.q.1.num.10. Seſſe.deciſ.141.num.2.* Aliter ſentiant, *Decian.d.cap. 28.num.5.Peguer.deciſ.221.num.6. Ambroſ. de immun.cap.5. num.4.* Sed nos alibi copioſius.

23 Non obſtat poſterior, *Martæ*, ratio † quia Eccleſia, ne dum à pœna infligenda tutũ reddit reum ad eam confugientem, ſed à pœna etiam impoſita: ſic damnatum ad Caſtrum Milatij per ſeptennium, ad Eccleſiam confugientem, eius gaudere immunitate, declarauit Archiepiſc. Meſſan. Curia pro Barreſio, Anno M DC XIX.

Neque enim apud eos recepta vnquam fuit illa, *Marij Ital.* opinio, *de immun.eccl. lib.1.c.5.§.8. nu.4.* Quod condemnati, *ex clem.8.* Literis, Eccleſiæ non potiantur beneficio, quia contrarium verius probat, *Farin.de immun. num.197.* plenius, *nu. 374.& q.28.num.69.Fragm.p.p. verb.condemnatus. num.626.Villadeg.d.c.3.num.202. Salaz. de vſu. & conſuet. cap.6.num.19. Clar.§.fin.quæſt.30.num.19. Boer.deciſ.10.*

Quartus caſus de ijs eſt, quos *Bonauoglia* appellat Vulgus, Si intra præfinita tempora ſe in libertatem vindicent, Eccleſiæ refugium implorantes, pro reſolutione ſubdiſtinguendum eſt.

24 Aut liber homo ingenuus † operas ſuas (quæ cuilibet deberi poſſunt) in perpetuum alteri locat, & nulla eſt locatio, vt nec ad intereſſe teneatur, cũ ſit libertatis impeditiua, *l.1.§.1.ff.de vſufruct.l.nihil.ff.de liber.cauſ.l.Titio.§.3.ff.de condict.& demonſtrat.l.antiquitas.C.de vſufr.Doct.in c.inter dilectos. de donat.Rip.l.obligatione generali.nu.9.ff.de pignor. Rom.ſing.635.Ameſc.lib.2.de poteſt.in ſe ip.cap.19. num.3.Siluan.conſ.34.num.11.Surd.conſ.460.num.1. Carot.de locat.tit.de liber.hom.num.3.Boer.Bituricen. conſuet.tit.1.§.1.col.3.verſ.contra hanc.* quæ inæſtimabilis eſt, *l.libertas.ff.de reg.iur. Cranet.conſ.292. num.3.* Proinde ſi ad perpetuò ſeruiendum, in Triremium remigio, quis ſe obligauerit, nulla eſt conuentio, ſi per ſubſtitutum ſeruire, nec poſſit, *Gloſ.l. poſt certi.C.de liber.cauſ.quam ibi not. Bald. & in d.l. antiquitas.num.8.Boer.de author.magn. conſil.nu.34. Benincaſ. de pauper. q.5.num.14. Bonacoſſ. de famul. quæſt.84.Ameſc.d.cap.19.nu.12.Carot.d.tit.de liber. hom.num.5.Baez. de inop.debit. c.1.nu.16.* Niſi cum Principe, legis condendæ poteſtatem habente, contraxerit, *ex Bart.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.* quem citat *Ameſc.d.num.12.*

25 Aut acceptis pecunijs † operas ſuas ad remigandum ad tempus locet, Valida eſt, locatio, *Fab. §.pen.nu.7.Inſtit.de iur.perſon.Boer.d.tit.1.§.1.col 3. verſ.contra hanc.Carot.de locat. tit. de liber. hom. nu. 1.2.Baez.d.c.1.num.18.Ameſc.d.num.12.* Sicut validam eam dicimus obligationem, qua reus, ſponte promittit tot annis in Triremium remigio ſeruire, ad delicti (de quo fuit accuſatus) pœnam, & illam quoque validam, qua ſe obligauit exulare, ita quod ſi exilium fregerit, remigandi pœnam ſibi imponat, dummodo perpetua non ſit obligatio; Sed
26 ſeruus nec eſt,† Priuatis enim conuentionibus, nemo ſeruus fieri poteſt, *l.nec ſi volens.l.interrogatum. l.liberos.C.de liber.cauſ.Ameſc. d.lib.2.c.17.nu.29. c.19.nu.3.ad fin.* Non enim tollitur ei Libertas, ſed grauatur, quod fieri poteſt, *l.cum ſcimus.C.de agric. & cenſit.lib.11.* & voluntas comprimitur, *Matthien. l.4.gloſ.2.num.16. tit.16. lib.5. recop.* addit *Gloſ.l.1. C.qui bon.ceder.poſſ.* eum nec dici ſeruum, ſed ſeruire, *Suarez.tit.de los gouiernos.num.20. Carot.d.tit.de liber.hom.num.8.* Imo ijs in caſibus, quibus ex magis com. admittunt, *Carot.d.tit.de liber.hom. num.4. & Ameſc. d.cap.17. c.19.* Perpetua ſeruitia deberi poſſe, nec ſeruus, quis ſit, ſi ea promiſit, *Bald.c.ſolitæ.num.4.de maior.& obedien.Ameſc.d.c.19.num.4.* Etſi operas præſtare, aut ſeruire, paria ſint, *l.ſi quem ſeruum ff.de teſtat.liber.*ibi, *Nihil intereſt, vtro modo caueas, ſi ſeruierit, an ſi operas dederit. Baez. de inop. debit.cap.19. nu.5.* Qui enim perpetuo, alteri operari debet; recedere ab eo loco non poteſt, vbi ille reſidet, quod ſine dubio, à ſeruientium ſpecie non multum differt, *l.2. ff.de lib.hom.exhib. & d.§.Titio centum.*

27 His ſic præmiſſis. Qui † ad triremium remigiũ, conuento precio ſe obligauit, (Appellat vulgus, *Bonauoglia*) ſi tempore nondum completo à Triremibus elapſus, in eccleſiam fugiat, eius gaudet immunitate, Tum quia homo liber, qui operas ſuas, recepto precio ad Seruiendum, Domino locauit, ſi ante tempus receſſit; vt furtum committens tenetur ſolum ad intereſſe, quod ex immaturo ſuo receſſu pateretur. *Bald.l.2.l.eadem.C.locat.optimè Natt.*
28 *cōſ.407.nu.11.* Sed fur † eccleſiæ gaudet beneficio, *Clar.§.fin.quæſt.30.nu.12.Tuſc.lit.E.concluſ.10.num. 23.Farin.quæſt.28.nu.51.de immun.nu.218.Guttier. lib.1.pp.qq.1.num.20.Ponte,deciſ.14.ad fin. Decian. lib.6.crimin.cap.28. num.4. Caual.de Brach. reg.p.p. nu.98.* licet in via publica furtum commiſerit, Niſi tria eſſent furta, *Guazz.reor.defenſ.1.c.37.num.57.*
29 Nec ſerui † inſtar ipſe eſt: Cuius cōditio alia quoque eſt, reſpectu Domini qui eũ dominium illius habeat, & ius ad opera illius, *ex l.fin.ad fin.C.de his,*

qui

Digitized by Google

qui ad eccleſ. confug. Suarez. de ſtat. relig. lib.3. cap.
10.*num*.2. ſi ad Eccleſiam exinde ipſe profugiat,
Domino reſtituendus eſt: Sed operas ſuas ad remi-
gium triremium cũ T. locauerit, voluntatem ſuam
reſtrinxit, & libertatem grauauit, non quod illam
amiſerit; liber ergo, non ſeruus eſt, adeo vt, Eccle-
ſiæ gaudeat immunitate; Tum quia, ille à Domino
fugiens, ſui furtum committit, *l.*1. *C. de ſeru. fugit.*
c. ſi quis ſeruum. 17. *quæſt.* 4. *Natt. d. num.* 11. *Couar.* 1.
reſol. c. 2. *num.* 10. Hic vero corporales tantum ope-
ras furatur, quia liber eſt, & recepti precij debitor,
Eccleſiæ ergo beneficio gaudet, *Villadeg. in polit. c.*
3. *num.* 216. *Guttier. d. q.* 1. *num.* 18.

Quintus caſus eſt, de ijs etiam, quos *Bonauoglia*
dicimus, qui cum præfixum tempus locationi ope-
rarum, ſeu venditioni lapſum ſit, inuiti, ac nolentes
à Triremium Præfectis in ſeruitio retinentur; Si à
30 triremibus † ſine licentia diſcendãt, ad Eccleſiam
confugientes, eius gaudent immunitate, quia nul-
lum ab eis committitur delictum, ſic condemna-
tus ad remum, finito condemnationis tempore,
poteſt ſine licẽtia à triremibus diſcedere, *Capiblan.*
de baron. pragm. 7. *num.* 12. *Guaz. reor. defenſ.* 5. *c.* 4.
31 *nu.* 27. *ad fin.* Ea enim eſt limitati temporis vis, † vt
contrarium eius, expreſſim cõtinere videatur, poſt
tempus, *l. Imperator. ff. de ſtat. homin. Bald. & Dec.*
nu. 5. *c. de cauſis. de off. deleg. c. ex literis. num.* 34. *de*
conſtit. conſ. 61. *num.* 3. *Villar. conſ.* 15. *q.* 10. *num.* 12.
Surd. deciſ. 244. *num.* 11. 12. *Burſ. conſ.* 363. *num.* 25.
32 Imo, † Fugienti; effracto carcere, ſi carceratio eſt
iniuſta, nec imponi poteſt pœna, *Bart. l. vis eius. C.*
de probat. Marſ. §. diligenter. num. 50. *§. attingam. nu.*
37. *Gram. conſ.* 51. *nu.* 6. *Farin. q.* 30. *à num.* 61. *Aſin.*
de execut. §. 2. *c.* 16. *num.* 7. *Hering. de fideiuſſ. cap.* 20.
§. 9. *num.* 91 *Surd. conſ.* 182. *à nu.* 6. *Honded. conſ.* 94.
num. 10. *in* 2. *Couar.* 2. *reſol. c.* 2. *num.* 7. *Decian. lib.* 2.
c. 13. *à nu.* 5. *Monald. conſ.* 72. *nu.* 65. 66. *vol.* 1. *Maran.*
conſ. 123. *nu.* 5. *Menoch. de arbitr. caſ.* 301. *num.* 14. *de*
præſump. lib. 1. *q.* 89. *num.* 43. 49. Et Eccleſiæ gaudet
immunitate, *Farin. de immun. eccleſ. nu.* 200. Nec re-
33 legatus ad tempus † eo iam finito, veniam à Ma-
giſtratu petere cogitur, vt ad patriam redeat, *ex l.*
fratres. ff. de pœn. Angel. in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. lect.
antiq. ff. de pact. Bald. c. ex literis. num. 22. *de conſtit. in*
Proem. digeſt. §. hæc autem tria. in l. actiones. §. Labeo.
ff. pro ſoc. conſil. 34. *in* 3. *Dec. conſ.* 61. *num.* 4. *Cremen.*
ſing. 84. *Alban. conſ.* 60. *num.* 6. *Burſ. conſ.* 123. *conſil.*
363. *nu.* 25. *Corbul. de cauſ. priuat. ob temp. finit. nu.* 6.
7. 8. *Aiba, conſ.* 31. *num.* 4. *Surd. conſ.* 88. *num.* 8. *deciſ.*
244. *num.* 12. *Tiraq. lib.* 2. *retract. §.* 1. *gloſ.* 2. *à nu.* 46.
ad num. vſque 54. *Ricc. Archiep. deciſ.* 62. *num.* 1. *de-*
34 *ciſ.* 132. *nu.* 1. *p.* 2. Ita quod, ſi poſt exilij † condem-
nationem detentus fuerit in carceribus, Id tempus
in exilio computandum, dixit *tex. l. omnes. C. de pœn.*
quod in Relegatis procedere voluit, *Franc. deciſ.*
317. *Burſ. conſ.* 445. *nu.* 19. *Tiraq. de pœn. cauſ.* 41. Et
in damnatis ad remigandum, *Villadeg. for. Iudic.*
lib. 2. *tom.* 5. *d.* 9. *nu.* 9. *ad fin. Rouit. R. N. pragm.* 1. *nu.*
5. *tit. de relegat.*

Ex his fuit à Meſſanenſi Archiepiſcopo pronun-
ciatum, *T. Bonauoglia* gaudeat Eccleſiæ immunita-
te. Anno MDCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, non Adſeſſori, ſed Iudici tribuitur.*

2 *Magiſtratus pro Adſeſſoris imperitia tenetur, ſi quid ineptè iudicauerit.*

3 *Iudicandi poteſtas in Iudice eſt, Adſeſſor verò nullam habet iuriſdictionem, ſed pro malo conſilio ipſe punitur, num.* 16.

4 *Adſeſſoris munus eſt conſulere, non autem iudicare.*

5 *Adſeſſor de conſilio acceſſoriè tenetur, Magiſtratus, vt principalis. Contrar. num.* 18.

6 *Officialis, ſi aliquid faciat iniuſtè cum voto Adſeſſoris Iuriſperiti excuſatur. Ampl. num.* 7.

8 *Adſeſſor, ob Iudicis imperitiam, communiter recipi ſolet.*

9 *Officialis in dubio, Adſeſſoris conſilio, omnia egiſſe præſumitur, & pro eo, quod eſt iniuſtum, Adſeſſor punitur.*

10 *Officialis non excuſatur, ſi quid male agat de conſilio Adſeſſoris voluntariè ab eo aſſumpti, ſecus ſi neceſſarius ſit Adſeſſor, num.* 11.

12 *Adſeſſor neceſſarius quis dicatur?*

13 *Officialis iuris ignarus, Adſeſſorem etiam iure communi inſpecto habere cogitur.*

14 *Literæ poteſtatis locorum Capitaneis directæ, eos cogunt, vt Adſeſſorem Iuriſperitum habeant.*

15 *Princeps cauſam Officiali Iuris imperito committens, illam commiſiſſe præſumitur, vt Adſeſſoris ſui, Iuriſperiti, voto diffiniat.*

17 *Adſeſſorem à ſe electum, ſi Baro exhibet, liberatur pro mala ſua adminiſtratione.*

19 *Adſeſſor bonus à principio electus, ſi mutatis moribus fiet malus, non eſt Officiali eligenti imputandum.*

20 *Officiali iniquam proferens ſententiam, ſui Adſeſſoris conſilio, non excuſatur, ſi Iuriſperitus ipſe ſit.*

ARGVMENTVM.

Magiſtratus imperitus literarum, ſi de Conſilio ſui Adſeſſoris Iuriſperiti male iudicauerit; An excuſetur? Vt ſolus ipſe Adſeſſor, pro imperito conſilio, puniendus ſit.

CONSILIVM XXXI.

CVm ex literis (quas, Poteſtatis, appellant) à Prorege datis, Baro Caropipi ex arrupto (vt aiunt) & diſpenſatiuo modo in facinoroſos homines animaduertendi ius haberet: Plures capitales cauſas, pro reis, in graue Fiſci præiudicium, diffiniuit. Inſtat igitur Fiſcus, eumq; legitimis pœnis ſubiacere poſtulat. Contra vero culpam omnem, ſi qua eſt, in Adſeſſorem ſuum Baro reijcit, de cuius conſilio ſe rem omnem diffiniſſe inquit, vt ex literis prædictis exequi cogebatur.

Quæritur itaq; quis ex ijs puniendus ſit, Adſeſ-

ſor, nè? vel Baro, eius conſilium inſequutus? Cumque exiſtimem potiores eſſe partes Baronis, quam ſint illæ Adſeſſoris; percurram ſingula exeiratæ diſceptationis argumenta, eo ordine, quem in alijs mulro ad intellectum faeilioribus, diſſetendi gratia, hactenus ſum inſecurus.

1 Primo, Magiſtratus † ſententia, ipſi potius, quã Adſeſſori tribuitur, ad tex. l. metum. §. ſed quod Prætor. ff. quod met. cauſ. Iaſ. rub. ff. de offic. adſeſſ. Morla, in empor. Iur. tit. 2. de Iuriſd. quæſt. 6. num. 18. licet ſub Adſeſſoris examine pronunciet, Cepoll. caut. 258. Decian. lib. 4. crim. cap. 2. num. 11. Marſ. prax. §. ſupereſt. num. 17. 18. Aſin. prax. §. 32. cap. 2. ampliat. 39.
2 num. 2. Vſque adeo, vt ſi † male ex ea iudicauerit, Magiſtratus ipſe de adſeſſoris imperitia teneatur, Angel. in §. omnem. au h. de litig. l. filiusfam. in fin. & ibi Caſtr. ff. de Iudic. Alber. l. 2. nu. 3. Dec. nu. 13. Iaſ. num. 4. ff. quod quiſq; Iur. Menoch. conſ. 1159. num. 1. Decian. d. num. 11. Aſin. d. num. 2. quia iniuſto huic conſilio acquieſcere non debebat, l. quidam decedens l. Titium. aut Meuium. in princ. & ibi Bart. ff. de admin. tut. & in l. ſi conuenerit. ff. de re Iud. cõfert, tex. l. nemo. C. de ſent. omn. Iud. & l. 2. §. fin. ff. mand. Burſ. conſ. 90. num. 46. Morla d. quæſt. 6. num. 18. Laurent. de Iudic. ſuſpect. cap. 10. num. 5. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 339. num. 16. Aſſumitur enim adſeſſor, vt Magiſtratum inſtruat, eique conſilium præſtet, quid iuris, l. 1. l. conſiliarij. l. fin. ff. de Offic. Adſeſſ. l. conſiliarios. l. in conſiliarios. l. non minus. l. liceat omnibus. C. de Adſeſſor. §. feſtinabis. auth. de mand. Princ. §. illud. §. ſancimus. Auth. in defunct. ſeu, fund. cor. Iaſ. num. 3. Dec. num. 3. rubr. ff. de offic. adſeſſ. Specul. tit. de adſeſſ. §. 1. Gemin. cap. ſtatutum. §. adſeſſorem. de reſcrip. in 6. Salic. l. eum ſententiam. num. 4. C. de ſen. & interloq. omn. Iud. Dec. num. 17. Rip. nu. 57. cap. decernimus. de Iud. Cagnol. l. diem functo. num. 12. ff. de offic. adſeſſ. Pute. de Sindic. verb. adſeſſor. c. 1. num. 5. 6. 13. Caſſan. catalag. glor. mund. l. par. 7. conſider. 27. Dec. conſ. 8. num. 1. ad fin. Laurent. de Iud. ſuſpec. c. 4. nu. 4. c. 10. nu. 5. Scacc. de Iud. c. 14. nu. 5. Morla, d. q. 6. nu. 4. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 13. num. 11. Petr. Gregor. ſyntagm. Iur. lib. 47. cap. 10. num. 11. 12. Vgolin. de poteſt. epiſc. cap. 4. §. 10. num. 2. Rot. Auenion. deciſ. 142. num. 2. Conrad. templ. Iud. lib. 2. c. 6. §. 1. num. 2.

3 Secundo, Omnis iudicandi † poteſtas cum pœnes Magiſtratum ſit, vt nec propriam, vel demandatam adſeſſor in iudicando habeat iuriſdictionem, gloſ. fin. verſ. ſed an Iudicem. l. 1. ff. de offic. Adſeſſ. l. 2. C. de adſeſſ. l. metum. ff. quod met. cauſ. auth. ad hæc. C. de Iudic. Bart. l. præcipimus. §. 1. C. de appell. Cagnol. d. l. diem functo. num. 13. 15. 16. Anton. Gouean. lib. 2. de Iuriſd. num. 47. Abb. in c. 2. num. 13. de Iudic. Curt. Iun. rub. ff. de offic. adſeſſor. Pute. de Sindic. verb. adſeſſor. cap. 1. num. 25. Ioan. de Amic. conſ. 109. nu. 13. Schrader. de feud. par. 10. ſect. 13. num. 53. Calcan. conſ. 38. num. 4. Scacc. de Iudic. cap. 14. nu. 5. 6. Schoner. diſput. feudal. 2. theſ. 91. lib. 2. Decian. conſ. 35. nu. 39. vol. 5. Roſentall. de feud. cap. 12. concluſ. 9. num. 6. p. 2. Vgolin. d. §. 10. num. 2. 3. Bellon. de Iuriſdict. cap. 6. quæſt. 5. num. 7. Laurent. de Iud. ſuſpect. cap. 10. num. 11. Morla. d. quæſt. 6. num. 18. Mantic. deciſ. 5. num. 3. Scala à Pace, de conſil. Sapien. lib. 1. cap. 17. etſi contrarium ſcripſerit, Anton. Ang. ad l. non ſolum. §. ſimiliter. ff. de excuſ. tut. vt nec idem cum ipſo Iudice tribunal faciat, Bero. cap. 1. num. 127. de Iudic. Laurent. d. num. 11. Adeo vt, Sententiam ab Adſeſſore etiam deſcriptam pronunciare non teneatur, Socc. conſ. 24. in 1. Soc. Iun. conſ. 63. num. 9. 10. vol. 1. Scala, lib. 1. de conſil. ſapien. c. 26. Morla. d. quæſt. 6. num. 18. Menoch. de arbit. caſ. 339. num. 16. Decet enim Ad-
4 ſeſſorem, conſulere † non autem iudicare, d. l. conſiliarij, Gloſ. Bart. Iaſ. num. 16. Curt. Iun. num. 17. Alber. num. 7. Nigr. num. 27. Alex. ad fin. l. 1. ff. de offic. adſeſſ. Decian. d. conſ. 35. num. 39. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 13. num. 54. Laurent. de Iudic. Suſpect. c. 4. nu. 4. Bellon. d. cap. 6. quæſt. 5. nu. 17. 24. Nec ſe iure proprio intromittat, quia, & nullum eſt, quod gereret, ac vſurpator dicetur Poteſtatis prædictæ, Tuſc. lit. C. concluſ. 771. num. 1. Burg. de mod. proced. ex arrup. quæſt. 81. num. 15. Guazz. reor. defenſ. 13. cap. 3. num. 10. Quia Iudicis eſt iuriſdictio, ipſeque iudicat, Schrader. d. num. 54. Roſentall. de feud. cap. 12. concluſ. 9. num. 7. p. 2. cum iudicare, & ſententiam proferre, iuriſdictionis ſit, Iaſ. l. 1. num. 16. & ibi, Curt. Iun. nu. 17. ff. de Offic. adſeſſ. Schrader. d. ſect. 13. num. 54. Eius ergo imperitia Magiſtratum non excuſat, quin faciat litem ſuam, l. poſt depoſitam. C. de adſeſſ. gloſ. l. 2. & ibi, Bart. num. 4. Iaſ. num. 4. Soce. nu. 10. ff. quod quiſque Iur. Carot. ſing. 504. Ob malam namque electionem tenetur eligens, de imperitia electi, l. nam & leuius. §. fin. ff. de neg. geſt. Menoch. conſ. 1159. num. 3. 8.

Tertio, Adſeſſor pro iniqua ſententia, de conſi-
5 lio † acceſſoriè tenetur; Magiſtratus vero, qui eam pronunciauit, vt Principalis, Dec. conſ. 8. num. 4. Si Magiſtratus eſt abſoluendus, Adſeſſor cõdemnari non poteſt: liberato enim Iudice, liberatus quoque eſt Adſeſſor, Dec. d. nu. 4. Acceſſorium naturam ſequitur Principalis, quodq; diſpoſitum eſt de principalis ad acceſſorium porrigitur, cap. acceſſorium. de reg. Iur. in 6. l. 3. §. ſed ſi quid. & ibi Bald. ff. de neg. geſt. l. fin. ff. de conſtit. pecun. l. fin. C. de non numer. pecun. l. cum principalis. vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Marſ. ſing. 17. Dec. conſ. 44. num. 6. Soc. conſil. 47. num. 5. in 1. exornat Schrader. de feud. p. 2. c. 4. nu. 31. p. 5. c. 1. num. 13. p. 6. cap. 3. num. 28. p. 10. ſect. 5. num. 225. Menoch. retin. poſſ. remed. 5. num. 130. Gabr. tit. de clauſ. concluſ. 10. num. 3. Macerat. lib. 1. reſolut. 72. num. 6. Ac de eodem, idem eſt iudicium, quod de principali, l. etiam. C. de iur. dot. Surd. deciſ. 88. num. 10. Macerat. lib. 1. reſol. 48. nu. 10. Cum ab ipſius Iudicis arbitrio pendeat Adſeſſoris electio, Afflict. c. 1. num. 21. quib. mod. feud. amitt. qui ſi diligentem, & peritum eligat, ſibi bene conſultum erit, ſi imperitum, ipſe Iudex dabit pœnas, Menoch. de arbitr. caſ. 253. num. 3. vbi enim iniuſtum eius ſequitur conſilium, per imperitiam dicitur iudicaſſe, Bart. l. ſi conuenerit. ff. de re iud. in l. 1. §. ſi plures. nu. 10. ff. de exercit. act. in l. obſeruare. §. proficiſci. quæſt. 31. ff. de offic. proconſ. Menoch. de arbitr. caſ. 339. num. 16. Rim. conſil. 228.

His tamen non obſtantibus; excuſari Baronem cenſui, qui de conſilio ſui Adſeſſoris male iudicauit, Ipſumque Adſeſſorem non modò doli, ſed imperitiæ quoque nomine, propter temerè arrogatam ſibi iuris profeſſionem puniendum eſſe, quod tribus hiſce rationibus conuinci poteſt.

Primo, Excuſatur Magiſtratus litteratum imperitus,

6 peritus, qui Adſeſſorem aſſumpſerit † Peritum iu-
ris, ſi eius Votum inſequutus, id egerit, quod ſit
iniuſtum, *Salic. l. fin. C. de pœn. iud. qui malè iudic.*
Alex. conſ. 64. num. 4. vol. 1. & in l. 2. num. 9. Iaſ. num.
4. ff. quod quiſque iur. Lopez. l. 3. gloſ. penult. tit. 21. par.
3. Burg. de mod. proced. ex arrup. quæſt. 81. nu. 9. Mon-
taln. l. 2. tit. 2. lib. 2. for. Pute. de Sindic. quæſt. 29. Mor-
la. dict. quæſt. 6. num. 14. Farinac. quæſt. 111. num. 470.
473. Dec. conſil. 8. num. 3. Guaz. reor. defenſ. 13. cap. 3.
num. 9. Carot. ſing. 504. Rim. Iun. conſil. 145. num. 28.
Aſin. prax. §. 25. cap. 10. lim. 4. num. 1. Idem eſt, ſi Iu-
7 riſperitus † non ſit Adſeſſor, ſed in ſimili verſatus,
Salic. l. 1. C. de pœn. iud. qui malè iudic. Purp. l. 1. num.
72. ff. de off. de adſeſſ. & ibi Bolognet. num. 13. Alex. d.
l. 2. num. 9. & d. conſil. 64. num. 4. 5. Menoch. de arbitr.
caſ. 253. nu. 6. Laurent. de Iud. Suſpect. cap. 10. nu. 16.
8 *Carot. d. ſing. 504.* recipi ſolent Adſeſſores † vt impe-
ritiæ iudicantium ſuccurrant, *l. fin. C. de offic. adſeſſ.*
Abb. c. 1. num. 14. eod. tit. Cagnol. d. l. diem functo. nu.
12. Laurent. d. c. 10. nu. 5. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 3.
quæſt. 15. num. 4. Neque enim debet quis officium
ſibi aſſumere, in quo intelligat, vel intelligere de-
beat (cum poſſit) imbecillitatem, & imperitiam
ſuam alijs periculoſam fore, *l. idem iuris. ad fin. ff. ad*
leg. Aquil. Morla. d. quæſt. 6. num. 8. Cum non modò
doli, ſed imperitiæ quoque nomine Adſeſſores te-
neantur, *l. 2. ff. quod quiſq; iur. Veſembec. in pandect.*
lib. 1. tit. 22. de offic. adſeſſ.

9 Secundo, Omne quod à Barone † actum eſt, Ad-
ſeſſoris conſilio in dubio actum præſumitur, *Bart.*
il. quoniam Iudices. C. de appell. Dec. conſ. 8. num. 2. Cra-
uet. conſ. 80. num. 3. Rot. deciſ. 779. nu. 7. p. p. Laurent.
d. cap. 10. ſub num. 8. Adſeſſor ergo puniendus eſt,
Bald. l. quoniam Iudices. Alex. conſ. 64. vol. 1. conſil.
41. in 2. conſ. 19. num. 14. in 7. Dec. conſ. 8. num. 2. Niſi
Officiali, iniuſtum aliquid agenti, Adſeſſor prote-
ſtetur, & contradicat, *Pariſ. Pute. de Sindic. verb. re-*
ſiſtentia. Maran. diſput. 1. num. 23. Campan. R. N. cap.
43. item caueant. num. 4. 7. 10. Lauren. de Indic. ſuſpec.
cap. 10. num. 8.

Tertio, Adſeſſorum alij, voluntariè à Magiſtra-
tu aſſumuntur, alij neceſſitate cogente. Volunta-
10 rij Adſeſſoris conſilio † non obſtante; de malè ge-
ſtis tenetur Magiſtratus, *Abb. c. ſuper quæſtionum.*
§. verum. & ibi Felin. num. 9. de offic. deleg. Io. Andr.
cap. nullus ex conſilio. num. 6. de reg. iur. in 6. Curt. Iun.
rub. ff. de offic. eius. nu. 24. Qui ſic, *Iaſ. tird. nu. 3.* lo-
quutum intelligit, *Ortan. num. 21. Cagnol. num. 102.*
& Bart. num. 4. Iaſ. num. 19. l. ſi conuenerit. ff. de re iud.
& l. 2. num. 4. Alex. num. 7. ff. quod quiſque Iur. Bald.
l. iuris ignorantia. num. 4. C. qui admi. Cancer. 2. reſol.
c. 2. de iuriſd. num. 148. Menoch. conſ. 1159. Marta, de-
ciſ. 93. num. 32. Aſin. d. §. 32. cap. 2. ampl. 39. num. 3.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. p. p. num. 164.
Franc. Marc. deciſ. 295. p. 2. Bouadil. lib. 1. polit. c. 12.
num. 42. Sibi imputet, qui imperitum elegerit Ad-
ſeſſorem, cum petitiorem potuiſſet, *l. 2. ff. ſi mens*
falſ. mod. dixer. Sic Iudex eligens tutorem, de eius
facto tenetur, *l. 1. & 3. ff. de magiſtr. conuen. Galganet.*
de tutel. lib. 2. tit. 26. num. 42. tit. 35. & de imperitia
electi tenetur omnis eligens, *l. nam, & ſeruius. §. fin.*
ff. de neg. geſt. vt pro delicto officialiũ, tenetur Ma-
giſtratus, qui bonos eligere debebat, *Ang. §. nullo.*
auth. de Iudic. Menoch. conſ. 1157. num. 4. Non enim
Adſeſſoris conſilium, neceſſario inſequi cogitur iu-
dex, *Scala, lib. 1. de conſil. ſapien. c. 20. ad fin. Vant. de*
nullit. defect. iuriſd. num. 152. Lancell. de atten. par. 2.
cap. 9. num. 11. Azeued. l. 7. nu. 107. 108. tit. 18. lib. 4.
recop. Menoch. de arbitr. q. 23. num. 9. 11. Gonzal. Can-
cell. reg. 8. gloſ. 46. nu. 67. Tum maximè, quod requi-
ri illud præſumatur, vt cautius agat, & controuer-
ſiam finiat, *Burſ. conſ. 90. nu. 49.* quæ enim vtilis con-
ſilij ſunt, probare non autem ſequi neceſſariò de-
bemus, *l. 2. ff. mand. Scala. lib. 1. de conſil. ſapien. c. 20.*
ad fin. Menoch. d. nu. 11. Imo Adſeſſoris conſilium,
non niſi iuſtum ſequi tenetur Iudex, *Specul. & ibi,*
Ioan. Andr. de requiſ. conſil. §. quod ſi Index. Franc.
Marc. deciſ. 295. num. 2. 3. p. 2. Laurent. de ind. ſuſpect.
c. 4. nu. 4. Nec excuſatur is, ſi malum imperiti Ad-
ſeſſoris conſilium ſecutus ſit, *Butr. cap. ex literis. de*
ſponſal. Bart. l. in bonorum. C. de bonor. poſſeſ. Aug. in l.
filiusfam. ad fin. C. de iudic. Bald. Caſtr. Salic. & alij, in
l. iuris ignorantia. C. qui admit. Marta, vot. 93. nu. 32.
Menoch. de arbitr. quæſt. 23. num. 5. Franc. Marc. de-
ciſ. 295. par. 2. Sicut, nec ob iniuſtum, voluntarij
etiam Adſeſſoris conſilium, à damnis, & intereſſe
ipſe excuſatur, *Fontanell. d. gloſ. 10. p. p. nu. 165. Can-*
cer. d. cap. 2. de Iuriſd. nu. 151. Qui ſi Poteſtas Ad-
ſeſſorem eligat de cuius conſilio, aliquid ageret, li-
beratur eum exhibendo, *Bal. & Pute. à Maur. citati,*
alleg. 93. num. 9. p. p.

11 Verum ſi neceſſarij Adſeſſoris † conſilio quid
malè actum ſit, excuſatur Magiſtratus, ipſumque
Adſeſſorem ad culpam omnem teneri voluit, *Gloſ.*
c. hoc etiam. verb. vel iniquo. 2. quæſt. 6. Butr. cap. cum
olim. num. 15. de arbitr. Felin. cap. ſuper quæſtionum. §.
verum. num. 10. de offic. deleg. Alex. num. 11. Iaſ. num.
19. in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. Oroſc. & Iaſ. nu. 4. in
l. 2. ff. quod quiſque Iur. Cagnol. l. conſilij. num. 11. ff. de
reg. iur. Pute. de Sindic. §. Iudex. ad fin. Menoch. de ar-
bitr. quæſt. 23. num. 6. Scala, de conſil. ſapien. lib. 4. cap.
23. num. 26. lib. 3. cap. 25. ante fin. Cancer. d. cap. 2. nu.
153. Fontanell. d. gloſ. 10. p. p. nu. 164. Lauren. d. cap. 4.
num. 4. & cap. 10. num. 5. Marſ. d. §. ſupereſt. Burſ. con-
ſil. 90. à num. 35. Marta, vot. 93. num. 33. Aſin. d. ampl.
39. num. 3. & §. 25. c. 10. limit. 3. Morla in empor. Iur.
tit. 2. de Iuriſdic. quæſt. 6. nu. 14. Bellug. in Spec. Princ.
rub. 35. §. poſt militares. num. 32. Cuius conſilium,
etſi iniuſtum, ſequi cogitur, *Butr. d. cap. cum olim.*
num. 19. Lap. num. 1. & Ioan. Andr. in c. nullus ex con-
ſilio. de reg. iur. in 6. Franc. nu. 5. Gemin. num. 6. cap. 1.
§. fin. ne Sede vacan. Doct. l. ſi conuenerit. ff. de re iudic.
Alciat. l. 1. num. 25. 26. ff. de nou. oper. nunc. Socc. Iun.
conſil. 63. vol. 1. Scala; de Conſil. Sapien. lib. 2. cap. 16.
lib. 3. cap. 25. ad fi. Rebuff. ad Reg. conſtit. tit. de ſent.
execut. artic. 7. gloſ. 1. num. 6. Lauren. de Iud. ſuſpect. c.
10. ſub num. 5. Gonzalez, regul. cancell. 8. gloſ. 46. num.
87. Carpan. Mediol. Stat. 27. num. 52. p. p. Niſi omni-
bus iniuſtum videretur, *Scala, & Laurent. iam cita-*
ti. Aſin. d. cap. 10. lim. 4. num. 2.

12 Neceſſarium † appellamus Adſeſſorem, quem
Reſpublica, vel Superior, Magiſtratui electo con-
ſtituit, *Cagnol. d. l. diem functo. num. 21. Laurent. de*
Iudic. ſuſpect. c. 10. num. 1. Marſ. d. §. ſupereſt. Menoch.
de arbit. caſ. 253. num. 3. Aſin. d. ampl. 39. num. 3. Vel
ſi ex reſcripto Principis, aut ab homine datus ſit,
Butr. d. c. cum olim. nu. 15. Aſin. prax. §. 15. c. 10. lim.
3. Marta, deciſ. 93. num. 33. Vant. de nullit. ex defect.

Digitized by Google

*Iuriſdic.ordin.num.151.Burg. de mod. proced. ex arrupt.quaeſt.81.num.3.Guaz.reor.defenſ.13.cap.3.nu.*6.Vel Statuto, *Ioan.Andr.d.cap. nullus ex conſilio.num.6.Marta,d.num.33.Schrader.d.ſect.13.num.52.* vel ſi Princeps mandet, quod cum voto Adſeſſoris procedat, *Schrader.d.ſect.13.num.50.* Vel ſi iuris imperitus is ſit, Tunc Adſeſſorem cogitur ſibi aſſumere, eiuſque Conſilium inſequi, *Butr. d. cap. cum olim.num.34.Bald.l.ſolent. §.legatos. ff. de offic. proconſ.Abb.cap.1.num.7.de conſanguin. & affin. ex Cyn.Bald.Salic. & alijs tradit. Iaſ.l.certi Iuris. nu.1. C.de Iudic.Gemin.c.ſtatutum.§.adſeſſorem.de reſcrip. in 6.Felin.c.ſciſcitatus. verb.illiteratus.num.9.de reſcrip.Caſſan.catalog.Glor. mund.p.7. conſid.27.Rauen.ſing.98.Scala,de conſil.Sapien.lib.1.c.21.Marta, deciſ.93.num.34.Villadeg.in polit.c.3.nu.1.2.Schrader. d.ſect.13.num.49. Carpan. d. Stat. 27.num.29. Guaz.reor.defenſ.13.cap.3.num.6.Tuſc.lit.I.concluſ. 490.num.1.2.* Cumque ſic actum fuerit, excuſandus eſt Baro.

Non obſtat primum, quia Id verum in Adſeſſore voluntario, ſed Baro neceſſitate cogente, illũ, ex poteſtatis literis, aſſumpſit, eius ergo conſilium exequi debebat, *ex Butr. Marta. Villadeg. & alijs iam citat.* Ipſeq; imperitus Adſeſſor puniendus eſt; cumque iuris peritus non ſit Baro ad Iuſtitiam mi-
13 niſtrandam, Adſeſſorem † ne dum iure communi inſpecto habere cogitur, *ex auth.de mandat. Princ. §.feſtinabis.c.ad audientiam. de conſuet.glo.c.de quibus.20.diſt.cap.eſto. 25.diſtin. c.Statutum. §.adſeſſorem.de reſcript.in 6. Lopez.l.2.gloſ. deuen tomar conſeio.tit.21.l.3.gloſ.fin.tit.4.p.3. & l.18.gloſ.Leer.tit.9.p.2.Gonzalez.reg.cancell.8. gloſ.46.nu.71.82.Bouadil.d.c.12.num.5.6.8.Lauren.de Iud.ſuſpect.c.10.nu.1.Azeued.l.7.nu.108.tit.18.lib.4.recop.Campan. R.N.c.44.nu.7.& c.23.nu.103.ad fin. vbi ex Gemin. in ſumm. 20.diſt.* deciſum à Sacro Conſilio refert in cauſa Vniuerſ. Caſtri Noui, & eius Baronis: Vt Iudex, ſeu Officialis imperitus, *ad tex.l.expertes.C.de decur.lib.10.Doct.in cap.Societates. de reſcript.Campan. R.N.cap.22. num.103.Carpan.d.Stat.27.num. 29.Scala, lib.1.de conſil.Sapien.c.21.* Tenere debeat Adſeſſorem, *Laurent. d.cap.10.num.18* Sic ex Po-
14 teſtatis † reſcripto à Prorege dato, quod Baronem literarum imperitum obligat, Adſeſſorem ipſe habere debet; ne ſuo arbitrio Iuſtitiæ adminiſtratio commiſſa cenſeatur, *d.§.adſeſſorem.& firmat.Caſtr. conſ.1.num.2.in 3.Pomat.ad Bart.l.1.§.ſi plures .nu. 12. lit.G.ff. de exercit. act. Vant.de nullit.defect.Iuriſd.num.157.Mantic. deciſ.5.num.6. Lancell. de attent.par.2.cap.9.num.13.Menoch.de arbit. quaeſt.23. ad fin.Azeued.l.7.num.115.tit.18. lib.4.recop.Gonzal.reg.cancell.8.gloſ.46.num.82. Bouadil.d.cap.12.*
15 *num.9.10.* Imo ſi cauſas † diffiniendas Idiotæ, ac iuris ignaro Capitaneo indiſtinctim mandet Princeps, lex ſupplet, vt non niſi adhibito Sapientis conſilio ſententiam proferat, *Butr.cap.cum olim.de arbit.per tex.cap. venerabilis. de off.deleg. Cagnol.l. conſilij. num.13. ff.de reg.iur.Guazz.reor. defenſ.13. cap.3.num.7.Scala,de conſil.ſapien.lib.3.cap.25.Fab. à Monte Leo.in prax.arbit.fol.mihi,523.num.44.Lauren.d.c.10.ſub num.8.* Adeo vt, Principis mentem fuiſſe dixerit, *Alex.in l.ſi conuenerat.num.11.ff.de re iud.* Quod Iuris periti Adſeſſoris conſilium ſequi debeat, *Bald.in l.certi iuris.not.vlt.C.de iudic.Felin. in c.paſtoralis.§.verum.num.10.de offic.deleg.Specul. tit. de requiſ. conſil.num.15. Cataldin. de Sindic.num. 157.Greg.Lopez,l.fin.gloſ.fin.tit.4.p.3.* Et expreſſim notant, *Cagnol.d.l.conſilij.nu.3.Villar.conſ.15.quaeſt. 2.num.7.lib.1.Bonadil.d.cap.12.nu.9.Aſin.in prax. §.25.cap.10.limit.1.num.1.Campan. R.N.cap.147. num.16.* Aſſerens Officialem iuris ignarum non poſſe reum torquere, niſi cum conſilio Adſeſſoris, *Burg.de mod.proced.ex arrupt.q.81.nu.5.Guaz.reor. defenſ.13.c.3.num.8.*

Reſpon. II. Quod ſi ſententia, Officialis ſit quo ad effectum, Quoad conſilium eſt Adſeſſoris, qui ſic iudicare perſuaſit Iudici, *Menoch.conſ.1159.nu. 2.* Satis ergo Baroni fuit omnia egiſſe de Adſeſſoris conſilio, qui peritus ſit Legum, *d.c.Statutum.§. adſeſſorem. l.2. Ibi, nam ſi Adſeſſoris imperitia ius aliter dictum ſit, Quam oportuit non debet hoc Magiſtratui officere, ſed ipſi Adſeſſori. ff. Quod quiſq; iur.* & probant illic expreſſim, *Alex.Iaſ.num.4.Dec.nu. 13.& conſ.8.num.3.in cap.ſciſcitatus.num.59.de reſcrip.in l.conſilij.num.2. ff.de reg.iur. Salic. in l.fin.C. de pœn.iud.qui malè.Iudic.Specul.tit.de adſeſſor.§.pœna.in princ.Morla,d.quaeſt.6.num.13. Villar.conſ.15. quaeſt.2.num.9.lib.1.Caſſan. ad conſuet. Burgun.rubr. 4.§.7.num.37.ex comm. Oroſc.d.l.2.* Proinde eſt, vt ſi iudex teneatur pronunciare cum Adſeſſoris conſilio, illud ſequi cogatur, etſi in tali Statuto, vel ſpeciali lege non exprimatur, quod id ſequi teneatur, *Felin.d.c.ſciſcitatus. nu.10.de reſcrip. Alex.l.ſi conuenerit.num.11.ff.de re iudic.Aſin.in prax.§.25. cap.10.limit.3.Azeued.l.7.num.109.tit.18.lib.4.recop.Caſſan.Burg.conſuet.rub.4.§.8.num.30.31. Auiles.l.1.prætor.gloſ.à las partes.num.22. Gonzal. cancell.reg.8.gloſ.46.num.84.*

Non obſtat ſecundum, Quia etſi nullam Adſeſſor habeat iuriſdictionem, nec eius nomine Baro
16 ſententiam proferat: Ipſe tamen † Adſeſſor pro malo, & imperito à ſe præſtito conſilio, tenetur ad culpam, *l.metum.§.ſed prætor.Ibi, & per Prætorem, ff.quod met.cauſ.Bellug.d.§.poſt militares.nu.32. Bouadill.d.c.12.num.42.*

17 Reſpon. II. Quod ſi officialis † elegat Adſeſſorem, cum ad illum eligendum cogatur, de cuius conſilio, quid malè egerit, liberatur, ſi eum exhibeat, *Bald.in rub.C.de pœn.Iud.qui malè iud.Maur.alleg.93.nu.10.p.p.* Vt in Barone, qui ſi Capitaneum ad iuſtitiam, in ſua terra, elegerit, & is varias committat extorſiones, liberatur eo exhibito, ſi extorſiones in Baronis vtilitatem non ceſſerint, *Maur.d. alleg.93.nu.10.p.p. ex Rom.conſ.338. dub.2.* Vbi Ciuitas, quæ tenetur facere iuſtitiam, Si certum creat Officialem, & is aliquem grauauerit, tenetur Ciuitas, ſed eum exhibendo liberatur. Idem in Epiſcopo, qui Vicarium dedit, Nam liberatur eo exhibito, *Rot.deciſ.431.in antiq.deciſ.278.in nou. Maur.d. alleg.93.num.11.*

Non obſtat tertium, Quia verius eſt, Adſeſſo-
18 rem † pro conſilio, Principalem eſſe, *ex Menoch. conſ.1159.num.2.* ab eo ergo omne damnum exoluẽdum eſt, ſi quid iniuſtè egerit, *l.ex facto.ff.de neg. geſt.* ſi fraudis conſcius non ſit Baro, *l. ſi multi. ff. de public. l.quid ergo. §. fin.l.Imperator. ff. ad municip.l.2.& ibi, Doct. C.quo quiſq.ordin. conuen.Ponte,*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.10.num.2. Claper.centur.1. cauſ.fiſcal.caſ.62. quæſt.4.num.4.Valenzuoel.conſil.72.num.21. Satiſq; eſt mediocris doctrinæ hominem ſibi eligiſſe Adſeſſorem, *Bald.l.ſi quid.§.ſi venditor.ff.de edil.edict. Menoch.de arbitr.caſ.253.num.2.3.Roſental.de feud.cap.12.concluſ.9.num.2.lit.D.p.2.* Nec enim neceſſario, de iure communi requiritur Doctoratus dignitas *ex Salic.Bolognet. & alijs.num.7.* Cumq. Baronis Adſeſſor Iuris peritus ſit, ergo &c. Nec principalis naturam ſequitur acceſſorium, ſi principale tollitur aliquo iure ſpeciali, *l.fin.§.lucius.ff.de condict.indeb.Felin.c.olim.col.pen.de accuſ.Pariſ.conſil.16.num.110.111.112.113.in 1. Bertaz.inſtrument.clauſ.39.gloſ.1.num.12. Natta, conſil.262.num.14. Pancirol.conſil.45.num.38. Borrell.conſ.11.num.18. Hering.de fideiuſ.cap.5.num.352.* Iure ſpeciali non tenetur Baro, pro eo, in quo malè ab Adſeſſore conſultus fuit, quia eius votũ inſequi debebat, vt dixi.

19 Reſpon.II. Officiali † idoneum, & habilem ſibi eligenti adſeſſorem, malæ electionis ratio impingi non poteſt, *ex Cuman.in l.cum ſi exhibuiſſent.in princip.ff.de public.* Ceſſatque ratio, quod mali hominis opera vſus ſit, ſi eum pro bono elegit, & vt bono vſus eſt, at ſi per culpam quid egerit feſelliſſe dicitur ſua opinione eligentem, qui credere non poterat, debuiſſe illum in dolo vero, aut in præſumpto verſari, & ita in lata culpa, quare eligenti nihil eſt imputandum, *l.2.§.ſi eo tempore.ff.de admin.rer.ad ciuit.pertin.l.argentum.ff.commod. Bart.l.ſi vt certò.§.ſi de me.ff.eod.Dec.l.contractus.num.36.ff.de reg.iur.Pariſ.conſ.156.num.23.in 4.Maur.alleg.93.num.11.p.p.Menoch.de arbitr.quæſt.65.num.12.* Secus ſi ſcienter, ab initio malum eligiſſet adſeſſorem, *Gloſ.§.præterea.Inſtit.quib.mod.re contrah.oblig.Decius, l.ſeruus.C.de pact.* Quia tunc inſolidum teneretur ipſe, nec exhibendo liberatur, *Caſtrenſ.d.l.ſi cum exibuiſſent.Maur.d.num.11.*

20 Reſpon. III. Adſeſſoris † ſui conſilio iniquam proferens ſententiam, non excuſatur, *ex Alexand.d.conſil.64.& alijs.num.10.* Si Iuris peritus ipſe ſit, *Menoch. de arbitrar.caſ.339.num.16.* Secus verò, ſi ſcientia Iuris non ſit inſtructus, *Menoch.de arbitr.caſ.253.num.5.Laderch.conſ.79.num.9.* vt Baro eſt.

Ex his facto verbo D. Proregi, pronuntiauit M.R.C. *Fiat iniuntio, Adſeſſori, ne hoc munere amplius fungatur: & Baro non moleſtetur.* Fuitque ſic exequutum, Anno MDXCV.

SVMMARIVM.

1 *Principis indignationem incurrere, quæ pœna ſit.*
2 *Pœnæ omnes, in Principe, ſunt arbitrariæ.*
3 *Indignationis Principis effectus eſt, vt Baro priuetur feudo.*
4 *Pœnam poſitam in literis tenetur pati, qui Proregis præceptum in eis datum contemſit.*
5 *Acta, ſine Adſeſſoris conſilio, ſunt nulla, & quãdo, n.6.*
7 *Actus, quando ſun ſeparati, quilibet in ſe habet ſuam perfectionem.*
8 *Accidens qualificatum ſuperueniens enti, efficit ens, alterius ſpeciei.*
9 *Verbum,* Poteſt, *cuius ſit natura, & num.10.*
11 *Literæ Poteſtatis, Locorum Ordinarijs à Prorege datæ, vt nonniſi Adſeſſoris voto procedant, in Deciſiuis intelliguntur.*
12 *Pœna non eſt, vbi non eſt delictum; Nec inquiſitio, vel accuſatio, inſtitui poteſt.*
13 *Delictum ſine conſenſu, & voluntate non committitur.*
14 *Error impediens voluntatem facit, ceſſare delictum, & quando. num.15.16.*
17 *Error non excuſat à delicto, quando qualitas in qua erratur, eſt talis, quæ alterat ſpeciem delicti, & vnum delictum facit tranſire in aliud.*
18 *Error nihil operatur, ſi qualitas in qua error committitur, non facit ceſſare delictum.*
19 *Pœna ſtatutaria irroganda non eſt, niſi adſit dolus in ſpecie.*
20 *Error in qualitate excuſat à delicto, ſi qualitas in qua erratur, eſt illa, qua ceſſante, nullum eſt delictum.*
21 *Contemptor mandati Principis corripi ſolum, & reprehendi ſolet, abſque pœna.*
22 *Arbitrarium eſt Principi, qua pœna dignus ſit qui eius mandatum contemſit, inſpecta inobedientiæ qualitate.*
23 *Contemptus in pœnis imponendis conſideratur, non intereſſe.*
24 *Contemnere, eſt, volun ariè contradicere, ſpreto Superioris mandato.*
25 *Contemnere, an dicatur omnis inobediens, declaratur.*
26 *Adſeſſoris conſilium petendum omnino eſt, ſi procedendi Autoritas data ſit illi, qui ea in cauſa, antea non habebat.*
27 *Adſeſſoris conſilium requiritur in re graui, non autem in clara, & quæ dicatur cauſa clara.*
28 *Sodomita guidari, aut aliter aſſecurari ad quoduis breue tempus à nemine poteſt, quia peſſimum ſcelus eſt.*
29 *Sodomita, an in iuſtitiam remitti poſſit, & à quib. num.30.33.*
31 *Baro, ex mero, & mixto imperio, ſibi à Rege conceſſo, Supremus Iudex dicitur, & in ſumma poteſtate conſtitutus.*
32 *Baro, merum habens, & mixtum imperium contra Sodomiæ crimen cognoſcit, ſi à Rege in priuilegio non ſit exceptum.*
34 *Iudex delegatam habens, & ordinariam poteſtatem, ea vti poteſt, qua vult.*
35 *Iudex, omiſſa tortura, ad proceſſus confectionem procedere poteſt.*
36 *Pragm.1.tit.29.p.p.declaratur, num.37.*
38 *Relaxatio à carcere ſub redeundo, an ſit abſolutio?*

ARGVMENTVM.

Pœnam, *Indignationis*, An pati debeat, qui Principis Mandatum contemſit, dum Adſeſſoris votum non petit.
Sodomita, An in Iuſtitiam remitti poſſit? A quo? & quando?
Ad intellect. Pragm.1.tit.29.Tom.1.

CONSILIVM XXXII.

POſtema, quæ obijcit Reg. Fiſcus, longe maioribus difficultatum latebris implicata illa fuere, quod Baro pleroſquè Reos ab Ordinarijs Locorum Iudicibus Bannitos, Baroni ipſi ſe ſponte repreſentantes, purgata ſolum in eius Curia Banni contumacia,

macia, neglecta bannientis Iudicis poteſtate, ſine Adſeſſoris voto, partim liberos dimiſerit, partim fideiuſſionibus datis, vel de ſe ſiſtendo, vel de Regno, aut certo loco pro carcere retinendo, Cum tamen in mandata ſibi per Proregem facultate, nihil ſine Adſeſſoris conſilio exequi iuſſum ſit. Illud, etiam obijciebatur, quod prædictarum facultatum vi, de conſilio Adſeſſoris hominem nefandi criminis reum, ad ordinariam iuris communis defenſionem, modumque agendi, admiſerit: quod in iuſtitiam remittere appellamus, id quod alijs in Siciliæ Regno, ob eius criminis atrocitatem, iudiciorum formulis excogitatis, ei omnino vetitum erat.

Primo igitur videndum, potuerit nè Baro? ſine Adſeſſoris voto, reos ex alienis territorijs, ſuo in Caſtro carceratos, alios fideiuſſoribus præſtitis, alios liberè dimittere?

Secundo, An cum Adſeſſoris conſilio nefandi criminis reum in iuſtitiam poſſit remittere, ex poteſtatis literis?

Circa Primum; Baronem puniendum, eiuſque acta omnia ſine Adſeſſoris ſui voto nulla eſſe, deteſtatur Regius Fiſcus ex multis.

Primo, Proregis literæ (quas *Poteſtatis* appellãt) *Indignationis* pœnam indicant tranſgreſſori, ibi, *Per quãto la gratia di ſua Maieſtà teneti cara*, ipſam-
1 que † pœnam eſſe inquit, *Bart. in Extrauag. Qui ſint rebell. verb. Indignationem.* Vt Princeps indignatus non exhibebit ſe gratioſum inobedienti, *Iaſ. l. 1. nu. 2. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Tuſc. lit. I. concluſ. 91. num. 3. Ruin. conſ. 30. num. 9. in 5. Alex. conſ. 103. nu. 14. vol. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 365. num. 4.* Addit, vetius, *Bald. auth. Statuimus. nu. 2. C. de epiſc. & cler.* Pęnam eſſe arbitrariam pro indignati Principis voluntate, *Alciat. in cap. quod ſedem. num. 16. de offic. ordin. Marſil. ſing. 559. Rebuff. prax. beneſic. tit. de declarat. non. prouiſ. ad fin. quæſt. 110. caſ. 38. Bellen. de caritat. ſubſid. quæſt. 44. Barbat. conſil. 11. col. 5. vol. 1. Tuſc. d. concluſ. 91. num. 1. Menoch. d. caſ. 365. num. 3. Farin. quæſt. 19. num. 32. Marta, clauſ. 208. num. 2. p. p. Caball. reſol. crimin. caſ. 30. num. 2. Reſtaur. de imper.
2 quæſt. 110. caſ. 38.* Cum omnes pęnæ † in Principe ſint arbitrariæ *l. 1. & ibi Bald. nu. 7. C. de ſumm. Trinit. Gram. vot. 10. ad fin. deciſ. 36. num. 8. 12. Oſaſc. deciſ. 80. num. 18. Auendag. de exeq. mandat. p. 2. c. 16. num. 10. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. nu. 15. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 12. nu. 98. Ponte, de poteſt. Proreg. tit. 1. dè diuerſ. prouiſ. fier. ſolit. num. 24. Farin. quæſt. 17. num. 65. Enriq. Opuſc. 3. num. 13. Caball. crim. reſolut. caſ. 99. num. 103. caſ. 294. nu. 282. 293. 295. 312. Guaz. reor. defenſ. 33. cap. 16. ad fin. Bmi. conſil. 253. num. 85. Decian. conſ. 14. num. 66. in 3. Tiraqu. de pœn. cauſ. 16. num. 3.* Etiam ad mortem vſque *in termin. Caual. de brach. reg. p. 2. num. 156. Guazz. reor. defenſ.
3 33. cap. 8. num. 1. Tuſc. d. num. 1.* & ad feudi † priuationem, *cap. 1. §. porrò. & ibi. Bald. tit. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitt. Felin. cap. ſi quas. num. 10. de maior. & obed. Alexand. conſil. 103. vol. 1. Mozz. de feud. tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 129. Zaſ. de feud. p. 10. tit. de amiſſ. feud. num. 41. Tuſc. d. concluſ. 91. num. 4. Rebuff. in Declarat. form. non. prouiſ. fol. 157. Ad clauſ. nulli ergo hominum. Intrigl. feud. cent. 1. quæſt. 98. num. 200. & conſil. 11. num. 2. Staphil. de lit. gratia. tit. de vi. & effect. clauſ. §. de clauſula, nulli. lic. n. 8. Marta, d. clauſ. 208. n. 1. Mar. Alter. de cenſur. lib. 5. c. 7. diſput. 22. verſ. quod autem.*

Sed Baro non adhibito Adſeſſoris conſilio, Pro-
4 regis mandato, † eiuſque poteſtatis literis contrauenit, commiſſa ergo eſt pęna, ex contemptu, *Alberic. l. fin. C. de mod. mulct. Riminald. Iun. conſil. 337. num. 1. 2. Maccrat. lib. 3. reſol. 36. num. 23. Bim. conſil. 253. num. 71. Cartar. deciſ. 130. num. 11.* Quin nulla
5 ſunt acta omnia, ſine Adſeſſoris † conſilio iuriſdictionis defectu, *Bart. l. 1. §. ſi plures. nu. 2. ff. de exerc. act. in l. Titium, aut Meuium. ff. de admin. tut. Bald. cap. 1. ad fin. de re iudic. & rub. C. de exerc. action. in l. 1. C. de manumiſſ. vind. in l. ex illo. C. de appellat. in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. Bald. & Alexand. l. ſi quis mihi. §. coram. ff. de acquir. hæred. conſil. 59. vol. 4. Cagnol. l. conſilij. num. 19. ff. de reg. iur. Rebuff. authent. habita. gloſ. examinatione. C. ne fil. pro patr. & ad Reg. Conſtit. tit. de ſenten. exequut. art. 1. gloſ. 18. num. 6. art. 5. gloſ. 4. num. 6. Soc. conſil. 10. num. 11. in 4. comm. Scoliaſt. ad Caſtr. conſil. 1. vol. 3. Socin. Iun. conſil. 80. num. 4. in 1. Tuſc. lit. C. concluſ. 767. num. 1. 2. concluſ. 768. nu. 12. Vant. de nullit. tit. defect. iuriſd. ordin. num. 152. Caranit. rit. 17. num. 2. Caſſan. Burg. conſuet. rub. 4. §. 7. nu. 29. Scala, de conſil. Sapien. lib. 4. cap. 1. Morla, in empor. iur. tit. 12. quæſt. 10. num. 2. 6. Aſin. in prax. §. 25. cap. 11. num. 1. Villadeg. in polit. cap. 5. num. 1. Burg. de mod. procced. ex arrupt. quæſt. 81. num. 7. Schrader. de feud. par. 10. ſect. 8. num. 48. Burſat. conſil. 90. num. 45. Maſcard. de probat. concluſ. 9. num. 8. Laurent. de Iudic. ſuſpect. cap. 10. ſub num. 5. Guazz. reor. defenſ. 13. cap. 3. num. 6. Gonzalez, ad regul. cancell. 8. gloſſ. 46. à num. 1. Carpan. Mediolan. Statut. 27. à num. 99. par. p.*

Secundo, Quærit *Abb. in c. ex parte. de conſtit.* Si
6 data † fuerit poteſtas alicui faciendi aliquid, cum conſilio, puta Titij, An abſque illius conſilio, actus valeat?

Aut in ipſa Poteſtatis collatione (reſpondit *Abb.*) adeſt modificatio prædicta, quæ qualificat, & eius informat Poteſtatem: Tunc ex defectu conſilij, actus eſt nullus, *Ponte. conſ. 67. num. 15.*

Aut Poteſtatem is habet conficiendi actum, ſed inde ex alia ſuperioris prouiſione ſancitũ ſit, quod fiat cum conſilio Titij, Tunc ſi non eſt clauſula decreti annullatiua, Actus valet, licet puniatur tranſgreſſor, *Gloſ. clem. 1. verb. inhibentes. de iure patron. ibique Imol. & latè Felin. Gonzal. d. gloſ. 46. num. 17. 18. Ponte, d. conſ. 67. num. 16.* Rationem addunt,
7 nam † ſi actus ſunt ſeparati, quilibet ſuam habet perfectionem: Sed vbi idem actus à principio habet in ſe limitationem qualificatam, aut modificationem, Tunc non poteſt dici actus abſolutus, niſi cum ſuis omnibus qualitatibus, *l. pen. §. in eum. vbi Iaſ. & Doctor. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt. l. fideiuſſ. §. cum hoc. & ibi Bart. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. 3. §. ait prætor. §. docere. ff. de vi bon. rap. c. licet, vbi, Abb. Bald. & Doct. de prob. cap. ab eo. de elect. in 6. Schrader. de feud. p. 2. p. 9. ſect. 12. num. 29.* Accidens
8 enim qualificatum † ſuperueniens enti, efficit ens alterius naturæ, & ſpeciei, *Rom. & Aret. l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. Natt. conſ. 139. num. 6. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 20. num. 172.*

Tertio, Verbum *Poteſt*, etſi † ſui regulari natura facultatem denotet, ac liberam voluntatem, &

non

Digitized by Google

non neceſſitatem, ſi affirmatiuè profertur, *ex l.ſæpecum, ibi.not.ff.de offic.præſid.l.1.C.quomodo & quand.iud.gloſ.cap.ſtatutum.verb.poſſit. de reſcript.l.gallus. & ibi, Bari.num.4.Caſtrenſ.num.2.Galiaul.num.13. Alexan.num.8.Iaſ.num.25. & in repet.num.19.Soc.Iun.30.ff.de lib. & poſth.Surd. de alim.tit.5.quæſt.4.num.14.15.conſil.384.num.11.conſil.98.deciſ.268. Bertaz.inſtrum.clauſ.27.gloſ.13.num.5.Triuſ.deciſ.15.num.26.lib.1.Barboſ.dictiion.226.num.1.Cephal.conſ.725.num.21.Guttier. de tutel.p.p.cap.7.num.6. Macerat.lib.3.reſol.25.num.5.Ludouiſ.Rot.deciſ.85.num.7. Morla, in empor.iur.tit.2.in prælud.num.18. Bardell.conſ.5.num.3.4.5.conſil.191.num.8. Caſtill.controuerſ.lib.2.cap.30.num.4. Barz. deciſ.25.num.84.Tuſc.lit.P.concluſ.464.Sanchez.de matrim.lib.6.diſput.38.nu.28.Coſta, prax.conuent.p.p.tit. de verb.oblig.num.259.Gratian.diſcept.146.num.15.diſcept.506.num.12.13. Natta, conſ.504.num.2.4.Farinac.quæſt.23.num.5. Anton.Sola, ad Decret. Sal and. tit. de feud.gloſ.1.num.4. Ricc.in prax.deciſ.720.à num.1. & reſolut.610.num.7.Mandoſ.reg.12.quæſt.6.n.4. Pichard.diſput.de Mora.num.121. Schrader.de feud.p.10.ſect.19.num.194.Seraph. Iuram.priuil.33.à nu.69. Aldouin.conſ.20.num.119.* & Arbitrium boni viri, *l.non quidquid.ff.de iudic.Iaſ.l.ſi ſic.in princip.ff.de iuriſd.omnium iudic. & in §.omnium.num.145. Inſtit.de action.Padill.l. vbi pactum.num.15.C.de tranſact.Barboſ.d.dictiion.226.num.1.ad fin. Macerat.lib.3.reſol.25.num.13.Tiraq.ad leg.connub.gloſ.4. Anto.in l.Thaur.27.gloſ.2.nu.2. Ferrer. in conſtit.cathal.*

10 *ꝺ's impubres.gloſ.1.num.322.* Si tamen relatum eſt † ad iudicem, neceſſitatem potius indicat, *Iaſ.num.3. Dec.num.13.Bolognet.num.21. Bartol. in princip. & Doct.in l.1.ff.de iuriſdict.omnium iudic. plenè Garz.d.l.gallus.in princ.Corſet.ſing.verb.poteſt. Corn.conſilio 175.num.8.vol.3.Macerat.d.reſol.25.num.13.Seraphin.d.priuil.33.num.71. Franc.deciſ.487.nu.2. Caldas, de nominat.emphit.lib.2.quæſt.13.nu.60. Flam. Pariſ.de reſignat.lib.5.quæſt.3.num.84.Morla.d.q.6.num.23.Fontanell.de pact.dotalib.clauſ.4.gloſ.10.p.p.num.23.Magon.Lucenſ.deciſ.3.num.11.Barboſ.d.dictiion.226.num.1 Schrader.de feud.p.10.ſect.19.num.197.* Cum in iudice nulla ſit poteſtas, ſine neceſſitate, *Montier, deciſ.29.nu.14.* notat, & merito, *Galiaul.d.l.gallus.* Quod ſi data ſit alteri poteſtas, vt poſſit cum aliquo diſpenſare, verbum *Poteſt*, neceſſitatem infert; vt alio non repugnante, diſpenſare cogatur, *Franc. deciſ.487.num.2.Fontanell.d.num.23.* Sic in Principis reſcripto neceſſitatem indicat, *Bartol.num.4.Alexan.num.8. Iaſ.num.25. & in repetit.num.19.Socin.Iun.num.30. & Doct.in d.l.gallus.Corn.d.conſ.175.num.8.Carot.de oblat.p.2.quæſt.10.num.10.* Nec mirum, quia *gloſ.l.1.ff.de iuriſd.omnium iudic.* Exponit verbum *Poteſt*, id eſt, *debet*, & allegat, *l.ſi mandauero.§.fin. ff. mandat.* idquè communiter receptum, inquit, *Bart.num.1.Fulgoſ.num.8. Alex.num.6.Curt.num.25.Purpur.num.27. Oroſc.num.44. in d.l.1* Sic & è conuerſo, verbum *debet*, pro *poteſt*, accipitur non ſemel, *ex l.obſeruare.ff.de offic.procõſ.vbi, gloſ.verb.debet.* Concordantes citat, *Alexand.l.ſi finita.§.Iulianus.num.22. ff.de damn. infec. Marſ.l.de vno quoque.num.196.ff.de re iudic. Intrigl.conſil.11.num.34.Morla, d.quæſt.6.num.19.Conrad.de offic.prætor.tit.de perempt.cap.1.num.2.*

Re tamen diligentius perpenſa, Contrarium dixi verius: Imo rectè egiſſe Baronem ſi ſine Adſeſſoris ſui voto, reos alios liberè à carcere dimiſerit; Alios fideiuſſionibus datis, vel de ſe ſiſtendo, vel de Regno, aut certo loco, pro carcere retinendo.

11 Quia † poteſtatis literæ, Adſeſſoris votum peti mandant in decidendo, vt in Regno receptum, inquit *Intrigl.conſ.11.num.73.* Sed dato fideiuſſore, ſi Baro reum dimiſerit, fiſci cauſam non diffinit, cum vinctus aurea catena adhuc ſit, & carceratus, *l. in eadem.§.in vinculis. & ibi, gloſ.fin.l.ſuccurritur. l.nec non.§.1. & ibi Bald.ff. ex quib. cauſ. maior. l.ſolutum. ff.de verb.ſignif. Afflict.in conſtit. in quæſtionibus.nu.16.rubr.21.lib.1. Boſſ. tit. de carcer. fideiuſ num.3. Cumi.de ſindic.cap.4.num.7.8. Veſemb. conſil.43.nu.74.p.p. Royz.Lituan.deciſ.3.num.33.Hering.de fideiuſſ.cap.15.num.68.Intrigl.d.num.73.* Nec prouiſio fuit deciſiua, cauſa cognita, vt ſolet, ſuper informatiuo proceſſu, ſed ſuper ſupplici rei memoriali, quæ cauſam non diffinit, *Boſſ. tit.de ſenten.num.60. Macerat.lib.1.reſol.102.num.2.* Cæteri vero, quos liberè dimiſit, rei criminis erant, quorum pęna à relegatione infra fuiſſet. Atqui Poteſtatis literæ, ijs in caſibus loquuntur, quorum pęna à relegatione ſupra eſt. Merito abſque Adſeſſoris voto, potuit Baro, liberè eos dimittere.

12 Secundo. Vbi non eſt delictum † non cadit pęna, ac proinde, nec accuſatio, nec inquiſitio, *l.ſancimus.ff.de pæn.Bart.l.vbi pactum.num.10.C.de tranſact.in l.ſi ſeruus.num.3.C.de ijs, qui ad eccleſ. confug. Iaſ.rubr.C.Vt nemo priuat.num.2.Bald.conſil.415.n.1.vol.4.Dec.conſil.256.num.2.Marſ.conſil.128.num.25.26.in prax.§.conſtante.num.34.Pariſ.conſil.171.num.21.in 4.Cranet.conſ.311.num.2. Sim. de Pratis.conſil.82.num.11.Tuſc.lit.P.concluſ.211.n.4. Guaz.reor.defenſ.2.cap.1.num.1 & de tregu. & pac. tit.de caut.§.3.quæſt.66.num.3.p.2.Farin.quæſt.17.num.1. Rim.Iun.conſil.126.num.35.Caball.crim.reſol.caſ.1.num.12.Burſ.conſ.387.num.15. Bim. conſ.253.num.74.* Nec in contumaciam aliqua ſequi poteſt condemnatio, ſi quod in iudicio deductum eſt, non ſit punibile, *Caball.crim.reſol.caſ.256.num.7.* Quæ exceptio delicti non punibilis, impeditiua eſt, litis ingreſſus, & corruit inquiſitio cum omnibus indè ſequutis, *Bertaz.crim.conſil.123.num.12.conſ.238.num.2 Guazz.d.cap.1.num.1.* Cumque delicta, à cõ-

13 ſenſu, † & delinquentis volũtate pendeant, *cap.non eſt cuiquam.cap.meritò.5.quæſt.1.* Et errantis nullus ſit conſenſus, *ad tex.l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omn.iudic.Felin.cap.inter Monaſterium.num.9. de re iudic. Vulte.l.1.num.175.C.de iuriſd.Pariſ.conſil.150.nu.22.in 4.Tuſc.lit.E.concluſ.327. Hering. de fideiuſſ.c.5.num.172.Surd.conſ.28.num.122. Macerat.lib.3.reſol.1.num.63. latè Schrader.de feud.p.10.ſect.1.nu.*

14 *141.* Error itaque impediens voluntatem † facit ceſſare delictum *l.ſi ignorans. Ibi, non enim contempnit diſciplinam, qui ignorauit militem. ff.locat. l. Item apud Labeonem. §.ſi quis virgines. ff.de adulter.confert.tex.cap.ſi vero.2.de ſenten.excommunic.gloſ. & Bald.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſcop. & cler. Abbas, & Berous, num.35.36. de Conſtitut.Schrader.de feud.p.9.cap.3.num.13.52. & p.2.p.9.ſect.7.num.64.65.*

15 Et licet † firmare videatur, *gloſ.fin.l.ſi pater.C.de hæred.*

hered.inſtit. Quod error non facit ceſſare delictum, *ex l.eum, qui nocentem.§.ſi iniuria. ff.de iniur.* Vbi ſi quis putat me Lucium Titium eſſe, cum ſim Seius, præualet quod principale eſt, videlicet iniuriam mihi facere, te velle, ex quo *tex.* inquit, *Bart.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.* Quod ſi dum vellem percutere Titium, percuſſi Seium, debeo puniri, ex quò dabam operam rei illicitæ, *Bald.l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cler. Iaſ.l.ſi per errorem. nu. 17.ff.de iuriſd. omn.iudic.*

Attamen, *Bart. l.ſi cum ſeruo.ff. de iniur.ex gloſ.*
16 *ibi*, Diſtinguit, aut quis † dat operam rei licitæ, tunc error excuſat, & ita loquitur, *tex.d.l.ſi ignorãs.* Aut dat operam rei illicitæ, tunc error non excuſat, & procedit, *tex.d.l.eum, qui nocentem. §.ſi iniuria.* comprobat, *Bald.d.§.delinquunt.* Diſtinctio hęc confunditur, *ex cap. ſi quis cum matre. c. ſi quis cum duabus.cap.qui dormirit. 34. quæſt. 2. cap.ſi verò. de ſenten.excomm.* Vbi dabatur opera rei illicitæ, & tamen error excuſat: Proinde, *Bart.l.diuus.ff.de ſycar.* Aliter diſtinguit, aut agitur de pœna ſpirituali imponenda, tunc cum inſpiciatur animus, error excuſat, *ex tex.d.cap.ſi vero.* Aut agitur de pœna temporali, tunc cum inſpiciatur euentus, error non excuſat, & ita dicit procedere, *tex. d.l.eum qui nocentem. §.ſi iniuria* Sed diſtinctio hæc eſt contra *gloſ. d. cap. ſi verò.* Quæ vult errorem non excuſare, vbi agitur de imponenda excommunicatione, & contra eandem facit, quia vbi agitur de pęna, mitius eſt agendum, *l.in pœnis.ff.de reg.iur.* In pęna vero ſpirituali, cum illa ſit medicinalis, *cap.cum medicinalis.de ſenten.excomm.in 6.* durior pars eſt eligenda, *ex gloſ. communiter recepta. in cap.1.de ſcrutin.per text. cap. cum deſideres.de ſent.excomm.confert.tex. cap.ſignificaſti.de homic. & ibi Abb. 4. not.* Quod in dubio, vbi agitur de pęna corporali, non pręſumitur delictom, vbi vero agitur de ſpirituali, tunc illud pręſumitur, *ad tex.d.cap.ſignificaſti.cap.ad audientiam.de homic.* Pro reſolutione, duxi tres conſiderandos eſſe caſus.

17 Primus eſt, ſi qualitas † in qua erratur, eſt talis, quæ alterat ſpeciem delicti, & quæ vnum delictum facit tranſire in aliud, tunc error in qualitate non excuſat, Quo in caſu loquitur, *gloſ.fin.d.l.ſi ignorãs. ff.locat.& in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.& cleric.gloſ.c.in lectum.34.quæſt.2.* Et probatur, *ex tex. d.cap.in lectum. d.c.ſi quis cum matre. d. c.ſi quis cum duabus.& c.quidam.34.quæſt.2.* Error enim qualitatis, ibi, facit vt non remaneant ſine ſpe coniugij, qui alias ceſſante errore remanerent.

18 Secundus caſus eſt, ſi qualitas † non facit ceſſare delictum, nec eſſe, tunc error nihil operatur, & ita loquitur, *tex.l.eum qui nocentem. §.ſi iniuria.ff.de iniur.* Nam ſiue ſim Titius, vt ſum; ſiue ſim Caius, vt me putas eſſe, ſemper eſt iniuria, ſi tu mihi iniuriã inferas. Vnde error, tunc nihil operatur. Quod verum reſpectu pœnæ à iure communi irrogandæ; Secus ſi agatur de pęna à Statuto impoſita, quia cum errans non ſit in dolo, punietur ſolum arbitrio iudicis propter culpam, ita limitat, *Angel.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.in l.ſi cum ſeruo.ff. de iniur.Bald.l.4.§.quacumque.ff.eod.Iaſ.l.ſi per errorem.num.17.ff.de iuriſd.omnium iudic.* Vbi ſic obtinuiſſe protitetur, *Gramm. crim.conſil.5.& in Regni conſtit.fol.14.num.21.Cepoll.crimin.conſil.33. Ricc. collect.1832.verſ.tertio in eo.Plac.lib.1. delict.c.27. num.1.ex comm.Alba.conſ.30.nu.1.2. Vaſq.Illuſtr. controuer.96.num.32.Teſſaur.deciſ.243. num.1.2.4. Mareſcot.lib.2.reſol.cap.126.nu.2.3. Carrer.in prax. §.homicidium.1.num.56.57.& §.homicidium. 6. nu. 179.Tiraq.de pœn.cauſ.14.num.4. Farin.quæſt.125.à num.139.Caball.crim.reſol.caſ.31.à num. 11.18. & de omn.gen.homic.num.238.Macerat.lib.3.reſolut.5. num.13.Paſqual.de virib.patr.poteſt.p.3.cap.6.num. 35.Maſcard.de probat.concluſ.864.num.3.6. Surdus, conſ.40.num.33.Menoch.de arbitrar.caſ.324.num.9. 12.* Et licet, *Bart.d.§.delinquunt.ad fin. & Bald. l. ſi quis non dicam rapere. num. 13. C.de epiſc. & cleric.* Aliter ſenſerint ex eo quod in delictis ſufficiat dolus in genere, licet erratum ſit in corpore. Adeo vt pœnam ordinariam illi imponendam dixerint, *Iſern.& Afflict.num.38.ad conſtitut.terminum vitę. vbi ex com.Fab.Anna,num.172. Boſſ. tit.de homicid. num.73.74.76.Gomez.p.3.delict.cap.3. de homic.nu. 35.Clar.§.homicidium.num.5.31.*

Ego tamen primam inſequor ſententiam, quia etſi ſufficiat dolus in genere, illud tamen verum eſt, vt extra ordinem, & mitior irrogetur pœna, iu-
19 dicis arbitrio. Cum ad † Statuti pęnam neceſſarius ſit dolus in ſpecie, *ex l.cum autem. §.excipitur.ff.de edil.edict.Bart.l.quid ergo.§.pœna grauior.col.3. ff.de his,qui notan.infam.Bald.l.omnes populi.col.2.de iuſt. & iur.in l.data opera.col.4.C.qui accuſ.non poſs.Caſtr. l.& ſi ſeuerior.C.de infam. Iaſ.l.3. §. quod prætor. in princ.ff.ne quis in eum. qui in ius vocat. Caball. d. caſ. 31.num.14.Maſcard.de Statut. interpr. concluſ. 2.nu. 15.16.17.18.* Nec indicijs probatur dolus, qui ad pœnam requiritur, ſed euidens eſſe debet, *Maſcard. de probat.concluſ.530.num.6. Guttier.de matrim.cap. 63.num.39.* Niſi perſpicua ſint indicia, vt non niſi in malam partem accipi poſſint, *Maſcard.d.concl. 530.nu.7.8.9. Guttier.d.n.39.* Hic caſus, noſtro non conuenit.

20 Tertius caſus eſt, ſi Qualitas † in qua erratum eſt, illa ſit, quæ delictum eſſe faciat, eaque ceſſante nullum eſt delictum: Tunc error in qualitate excuſat à delicto, & iſte eſt caſus, *l. ſi ignorans. ff. locat. l.item apud labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de adult.l.ſi cum ſeruo.iuncta gloſ.ff. de iniur. & cap.ſi vero. 2. de ſent.excomm.& ibi,gloſ.1.* Vbi licet deficiente qualitate Clericatus, ſit delictum inijcere manus in laicum; attamen reſpectu ſententiæ, *Canon.ſi quis ſuadente.* Quæ non incuritur, niſi ex iniectione manus in Clericum, deficiente clericatu ceſſat omnino qualitas inductiua delicti. *latè Decian.lib.6. crim. cap.34.à num.1.* Cumque Baro merum habens, & mixtum imperium in his delictis, Adſeſſoris votum non petierit, in qualitate errauit, non in iuriſditione, excuſandus ergo eſt.

21 Non obſtat Primum. Quia Principis † mandati tranſgreſſor ſolet ſolum corripi, & reprehendi abſquè alia pœna, *ex Bald.conſ.367.num.4.vol.3.Gram. deciſ.40.num.21.ad fin. Caball. crim.reſol.caſ.30. ad fin.* Satiſque ex longo carcere reprehenſus eſt Baro, ſiquidem carceris, ſupplicium mortalibus eſt grauiſſimum, *ex Polydor. Virgil. lib.14.Hiſtor. Angel.* cum ſit mala manſio, *l.apud labeonem. §.quæſtionis. ff.de iniur.Tuſc.lit.C. concluſ.79. num.2.* Quin liber-

tati

tati etiam repugnat, ac motum, vſumquè mem-
brorum impedit, *Marchiſell. pract. quæſt. 33. num. 1.
Hering. de fideiuſ. cap. 10. num. 182.* Sitque corporis
cruciatus, *Caſtill. conſ. 13. num. 26. Tuſc. d. concluſ. 79.
num. 1.* Imo longa carceratio ſpecies eſt torturæ,
*Honded. conſ. 102. num. 57. in 1. Guazz. reor. defenſ. 2.
cap. 2. num. 18.* & perſonalis iniuria, *Iaſ. l. qui con-
demnatum. §. condemnatum. ff. de re iudic. Coler. deciſ.
164. num. 5. Montier. deciſ. 9. num. 46.* Non aliter, ac
incarceratus longo tempore, ob æs alienum non ſo
lutum, qui infamiam incurrit, *Alex. conſ. 17. num.
7. vol. 1. Gamm. deciſ. 318. num. 1. Hering. d. cap. 10.
num. 184.* Proinde refert, *Franc. deciſ. 317. num. 4.*
Sacr. Conſil. ſæpius iudicaſſe, quod carcer cedat in
pœnam, *ex l. omnes. C. de pœn. Felic. alleg. 66. num. 8.
p. 2. Honded. conſ. 96. num. 39. vol. 1.* qui loquitur in
carceratione duorum menſium, *Sim. de Præt. conſ.
51. num. 14. Guazz. d. num. 18.* Et licet carcer non ſit
ad pœnam, *l. aut damnũ. §. ſoleat. ff. de pœn.* habet ta-
men in ſe pœnam, *Tiraquell. de pœn. cauſ. 41. num. 2.
Honded. d. conſ. 102. num. 57. Caball. reſol. crimin. caſ.
142. num. 3.*

22 Reſpon. II. Quod ſi contemptus in † omittendo
fuerit, vel in committendo, in re non magnæ conſi-
derationis, ſolet Princeps contemptorem leuiter
coercere, pro ſua clementia, & ad ſummum pœna
exilij ad modicum tempus, ſicque ex eadem beni-
gnitate ſemper indulget, inſpecta facti, & inobe-
dientiæ qualitate, *Guazz. reor. defenſ. 33. c. 8. n. 2.*
Ac proinde quandoque leuiter, quandoque graui-
ter, quandoque grauiſſimè, etiam ad mortem, iux-
ta negotij neceſſitatem, pro quo emanauit man-
datum, *Menoch. de arbitr. caſ. 363. num. 14. Gramm.
deciſ. 40. num. 20. latè Farin. quæſt. 19. nu. 12.* plenius
*Caball. d. caſ. 30. num. 3. Caualc. de brach. regul. par. 2.
num. 255.*

23 Reſpon. III. In pœnis non intereſſe, † ſed contem
ptum conſiderari, *Pariſ. conſ. 19. num. 57. vol. 2. Va-
laſc. deciſ. 174. num. 6.* vel eorum alterum potius, *ex
Menoch. de arbitr. caſ. 260. num. 24. Marta. deciſ. 7. nu.*
24 *11. 12.* Sed contemnere eſt, † ſi voluntas in id diri-
gitur, vt nolit obedire, *Gemin. cap. metropolitanum.
2. quæſt. 7. & in cap. nullus. 55. diſtinct. vbi Archid.
& in cap. quicumque. 56. diſtinct. Felin. cap. cum qui-
dam. num. 7. de iureiur. in cap. 1. num. 22. de conſtitut.
Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 6. quæſt. 6. num. 206. Rim.
Iun. conſ. 772. num. 4. Coſta, de ſci. ten. & ignor. inſpect.
85. num. 13.* Præcipientis Superioris poteſtatem
ſpernens, *Felin. cap. ſi quis. de maior. & obedien. Coſta,
cap. 1. num. 4. de iudic. Abb. cap. cum ſit. ad fin. de ap-
pell. Bellamer. deciſ. 540. Pariſ. conſ. 41. num. 24. in 4.
Rim. Iun. conſ. 654. num. 17. conſil. 707. num. 20. conſ.
772. num. 4. Decian. conſ. 14. num. 11. vol. 3. Baizrd. ad
Clar. §. 1. num. 21.* Cumque in qualitate errauerit
Baro, & errantis nulla eſt voluntas, *l. manifeſtiſſimè.
C. de furt. Alex. conſ. 13. ad fin. vol. 2. Pariſ. conſ. 20.
num. 60. in 1. Oſaſc. deciſ. 138. nu. 24. Surd. deciſ. 228.
num. 10. iuncto. conſ. 337. num. 31. Maluaſ. conſ. 36. nu.
18. Petra, de fideicom. quæſt. 14. num. 192.* Ergo non
contempſit, ac proinde, nec deliquit, cum ex con-
temptu committatur delictum, *D. Thom. 2. 2. quæſt.
186. art. vlt. Pariſ. d. quæſt. 6. nu. 208. Decian. d. conſ.
14. num. 9.*

Reſpon. IV. Indignationis pœnam cuicumquè
inobedienti Superioris mandato imponendam
25 non eſſe, ſed illi qui contemnit. Cum non omnis †
inobediens dicatur contemnere, *ex Domin. cap. de li-
bellis. ad fin. 20. diſtinc. vbi, gloſ. conuincatur.* inquit,
non eſſe hæreticum, qui non recipit canones, ſed
qui contemnit, ergo ſola inobedientia non inducit
contemptum, *Mar. Alter. de cenſur. lib. 5. cap. 6. di-
ſput. 22. verſ. poſtremo remanet. Couar. cap. alma ma-
ter. §. 7. num. 6. p. 2. de ſent. excomm. Rim. Iun. conſilio
337. num. 16. Decian. conſ. 14. num. 9. in 3.* Quando
verè dicatur quis ex contemptu non parere Supe-
rioris mandato, variè explicant *Doct. à Felin.* relati,
cap. ſi quis. num. 11. de maior. & obed. Illumque ma-
gis probat, *Domin. in cap. nullus. 55. diſtinc.* qui poſt
Archid. cenſet, tunc aliquem in contemptum non
parere vbi ſcienter, & contumaciter Legis diſpoſi-
tioni, aut Superioris præcepto ſubijci non vult, ob
id directè mouetur ad tranſgrediendam legem, aut
non obediendum Superioris volũtati. Atſi legem,
aut mandatum Principis, ob aliquam peculiarem
cauſam, quis tranſgrediretur, non delinquit ex cõ-
temptu, *Gemin. in cap. de libellis. poſt gloſ. 20. diſtinct.
Calder. conſil. 11. de verb. ſignif. Pariſ. conſ. 41. num.
24. in 4. Cartar. deciſ. 130. num. 11. 12. Rim. Iun. conſil.
513. num. 104. Merlin. deciſ. 25. num. 2. 3. Decian. conſ.
14. num. 10. vol. 4.* Contemptus requirit dolum, *Gri-
lenz. conſ. 132. num. 2. Merlin. deciſ. 25. num. 2.* Multis
ergo ex cauſis poteſt quis, aliquo contemptu præ-
termittere leges, aut Superioris obſequium, *ex gloſ.
cap. ſi quis autem. diſtinc. 10.* quæ, aliud eſt contem-
nere, inquit, aliud non parere. Propria igitur con-
temptus ſignificatio, qui ex ſui genere culpam in-
ducit, eſt contra legem agere, non quia diſpliceat
Lex, ſed Legislator, & propter contemptum ipſius
Legislatoris, violatur Lex, *D. Thom. & ibi Caiet. 2. 2.
quæſt. 136. art. 9. ad ſextum. Alphonſ. à Caſtr. lib. 1. de
leg. pœnal. cap. 5. docum. 6. Couarr. in cap. alma mater.
p. p. §. 7. num. 6. de ſent. en. excomm. Mar. Alter. d. di-
ſputat. 22. Enriq. conſ. 77. nu. 64.* Ex quo contemptu
mouetur, ad impugnandum eius præceptum: Baro
itaque ex propria iuriſditione credidit id potuiſſe
ſine Adſeſſoris voto, ergo nec Superiorem, nec eius
legem contempſit.

Non obſtat Secundum, Quia id verum ſi data
26 illi † ſit authoritas, qui ante, eam non habebat, ſe-
cus ſi vt facilius veritas dignoſcatur, vel cautius
Burſ. conſil. 90. num. 49. Cumque Baro, ex mero, &
mixto imperio Ordinariam habeat Iuriſdictionẽ,
vt mox dicemus *num. 32.* Etſi in ijs, quæ à relegatio
ne ſupra ſunt, abſque Adſeſſoris conſilio procedere
non poſſit, cum ſit Iuris imperitus, *ex notat. conſil.
31. num. 13.* Fatemur tamen in ijs, quæ à relegatio-
ne infra ſunt rectè eum procedere potuiſſe, ne po-
teſtatis literæ ad ſuam ampliandam iuriſdictionem
datæ, eam adeo reſtringant, quod in minimis etiam
Adſeſſore indigeat, contra *tex. cap. odia. de reg. iur.
in 6. l. quod fauore. C. de legib.* exornat, *Tuſc. lit. F. con-
cluſ. 90.* & ne ordinata ad vnum effectum, debeant
contrarium operari, *Tuſc. lit. O. concluſ. 180.*

Non obſtat Tertium. Quia id verum, ſi de regra
27 ui † agatur: At ſi quæſtio probabile non habeat iu-
ris dubium, tunc petendum non eſt Adſeſſoris con-
ſilium, & ſententia inde ſequuta valet, *Iaſ. l. 1. col. 5.
ff. de non. oper. nunt. Aſin. prax. §. 25. cap. 2. Cephalus,
conſil.*

Digitized by Google

*conſil.*201*.num.*3*.Coſta,de ſcient.& ignor.cent.*1*.di-*
*ſtinc.*30*.num.*9. Vbi enim cauſa eſt clara, Sapientis
conſilio committenda non eſt, Statuto etiam non
obſtante, *Bart.l.ille aut ille.* §*.cum in verbis. ff.de leg.*
3*.Bald.l.*1*.in fin.C.de leg. Rom. l. ſi quis mihi bona.* §*.*
*quid ſi mandauit.num.*4*.ff.de acquir. hæred. Iaſ.l.pen.*
*num.*22*.C.de pact. Aret. conſil.*128*. Lancell.Gallia,*
*conſil.*118*.num.*1*. Alex.conſ.*62*.num.*7*.vol.*2*.conſil.*
145*.num.*3*.in* 5*.conſil.*51*.num.*4*.in* 1*.Carpan.Medio-*
*lan.Stat.*27*.num.*48*.p.p.* Cauſa autem dicitur clara,
ſi adeſt aperta iuris deciſio, *Iaſ.l.*1*.l.& poſt rem. ff.*
*de transact.Salic.l.à nullo.num.*2*.C.de furt. Socc.conſ.*
51*.num.*6*.in* 1. vt per aperturam librorum, *Iaſ.con-*
*ſil.*26*.num.*5*.conſil.*35*. num.*1*. vol.*1*. Carpan. d.Stat.*
27*.num.*50. Secus ſi requirat altiorem indaginem,
etiam quod ea ſit iuris, *Scala,lib.*2*.de conſil.ſapien.*
*cap.*16*. Contard.l.*1*.lim.*12*.num.*19*.C.ſi de momen.*
*poſſ.fuer.appell.Carpan.d.ſtatut.*27*.num.*51. Hæc ad
Artic. Primum.

28 Artic. Secund. Sodomiæ crimen † peſſimum, in-
ter omnia alia crimina, & delicta carnis, à Iure Ci-
uili, & Canonico, adeo atrox deteſtatur, vt dixerit,
*Farin.quæſt.*148*.num.*5. Longiorem ſermonem in-
ſtituendum, ſatiſque eſſe Doctores tanti ſceleris
grauitatem ediſſerentes conſulere, Quos ſeriatim
exinde enumerat, Addo *Rouit. R.N. Pragm. rub.de*
ſodomit. Muſcatell.prax.crim.tit.de ſodomi. Mihi ve-
ro de hac ipſa quæſtione, accuratius diſcutiendi oc
caſionem ſubminiſtrat Regni *Pragm.* 1*.tit.*29*.tom.*
1. Qua ſtatuit Rex ſodomitis naturalis mortis pœ-
nam à nemine indulgendam, eamquè remittendi
poteſtatem abdicat. Imo Prorex, cæterique Officia
les quicumque eos guidare non poſſint, nec aſſecu
rare, ad longum, vel breuiſſimum tempus, vnius,
aut mediæ horæ inſtantis, quauis ratione, vel cau-
ſa, illis omnem ſecus agendi, cum nullitatis decre-
to, poteſtatem auferens; cumque remiſſio in iuſti-
tiam, vitæ aſſecuratio ferè ſit, ne fraus Legi fiat, ſub
generali illa prohibitione remiſſionem compre-
hendi dicimus, eoque magis quod alter Sodomita
fuerit à carcere relaxatus, ipſaque relaxatio, abſo-
tionis vim habet, *Alex.conſ.*180*.num.*9*.lib.*2*. Boſſ.*
*tit.de ſenten.num.*60*.Macerat.lib.*1*.reſol.*102*.num.*2.
Sed cum malitijs hominum obuiare oporteat, *cap.*
porro de diuort.l.in fundo.ff.de rei vendic. Barz.deciſ.
19*.num.*8*.Tuſc.lit.F.concluſ.*475*.num.*1. Generaliter
legis verba accipienda ſunt, *l.*1*.* §*. quod autem. ff. de*
*aleat.l.*1*.* §*.& generaliter.ff.de leg.præſtan. Rolandus,*
*conſil.*27*.num.*15*.vol.*4*.Barz. deciſ.*71*. num.* 10.11.
*deciſ.*104*.num.*20. etiam in odioſis, *Angel.l.fin.ff.de*
*conſtit.Princ.Dec.conſi.*534*.num.*5*.Crauet.conſ.*294*.*
*num.*1*.Barz.deciſ.*71*.num.*10. Fortius in *d.Pragm.*
1*.tit.*29. quæ cum emanauerit ad fraudibus obuian
dum, fauorabilis eſt. Ac proinde latè interpretan-
da, *l.*1*.* §*.pecuniam.ff.de calumn. cap.quanto. de priui-*
leg.cap.ſi ciuitas.de ſent.excomm.in 6*. Dec.conſilio* 5*.*
*ad fin. Crauet.conſil.*764*.num.*6*.conſ.*118*.nu.*11*. Lu-*
*douiſ. deciſ.*327*.num.*5*.Maſcard.de ſtatut. interpret.*
*concluſ.*4*.num.*141*.Tuſc.lit.F.concl.*475*.n.*2.

Nec inſpicimus alterius odium. Quia, an fauora
bilis, vel odioſa diſpoſitio ſit: prima eius intentio
conſideranda eſt, ſi enim in fauorem alicuius, quid
ſtatuitur, fauorabilis erit, licet alterius odium con-
tineat. At ſi prima eius mens ſit, in alicuius odium,
quamuis in alterius fauorem cedat, odioſa erit: Ex
primario itaque fine inſpicienda eſt diſpoſitio, *c.*
ſtatuimus.de decim.in 6*.gloſ.cap.ſi propter.de reſcrip.*
in 6*.verb.primi anni.ad fin.vbi Domin.num.*9*. Franc.*
*num.*6*. Gloſ.cap.ſciant cuncti. verb.alios. vbi Domin.*
& Franc.de elect.in 6*. Bart.l.qui exceptionem.num.*2*.*
ff.de condict.indeb.vbi Alber.& Salic. vterquè, num.
1*.Bart.num.*6*. Caſtren.num.*4*.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi*
*cert.petatur. Roman.conſil.*328*. num.*2*. Raudenſ. de*
*analog.cap.*29*.num.*27*.Tiraq.lib.*1*.retrac. in præfac.*
*nu.*65*.Carot.ad l.fin.quæſt.*5*.C.de dot.promiſſ. Couarr.*
1*.reſolut.cap.*11*.num.*5*. Maſcard. de ſtatut.interpret.*
*concluſ.*4*.num.*146*. Mandoſ. reg.*10*. de annal. poſſeſſ.*
*quæſt.*3*.num.*7*.Pariſ.de reſignat. benef. lib.* 12*.quæſt.*
22*.num.*23*.Sanchez.de matrim.lib.*1*. diſput.*1*.nu.*4*.*
*Guttier.de matrim.cap.*1*.num.*11*. Gallin. de verb.ſi-*
*gnific.lib.*3*.cap.*33*.num.*23. Adeo vt in dubio, fauo-
rabilis potius, quam odioſa cenſetur, *Bald. l.*2*.C.*
*qui ad libert.Decian.conſil.*17*.ad fin.vol.*1*.Maſcard.*
*d.concluſ.*4*.nu.*147*.Molin. de rit.nupt.lib.*2*. differen.*
7*. n.* 74. Statuta enim fraudibus obuiantia publi-
cam cauſam continere dixit *Molin. de rit.nupt.lib.*1*.*
*cap.*19*.num.*70.

Quid dicendum? Secutus, hac in re, communem
M.R.C. doctrinam, & traditionem ſoleo conſtitue-
re duos caſus.

Primus eſt, ſi inferior iudex, cui à D. Prorege da-
tæ ſunt poteſtatis literæ, nullam criminis illius iu-
riſdictionem habeat, quia mero, mixtoque impe-
29 rio inueſtitus non ſit: Tunc ex vi † literarum pote-
ſtatis in Iuſtitiam Sodomitam remittere non poſ-
ſet ex *Intrigl.conſ.*11*. num.*33. cum delegatus ſit, à
quo mandati forma ſeruanda eſt, *l.diligenter.ff.mã-*
*dat.Bald.l.fin.col.*2*.C.de ſuis.& legitim. Roland.con-*
*ſil.*82*.num.*6*.vol.*1*.Gratian.diſcept.*698*.n.*2. Quod
enim de mandato ad contractus dicimus, in man-
datis etiam procedit ad cognoſcendum cauſas, *l.&*
quia.ff.de iuriſdict. omnium iudic. Dec. cap. relatum.
*num.*2*.de offic.deleg.latè Surd. conſ.*334*.num.*6. à rè-
ſcripto enim regulatur authoritas delegati, nec vl-
tra perſonas, vel res in eo contentas extenditur, *In-*
nocent.cap.ſuper literis.de reſcript.plenè. Becc.conſil.
21*.num.*14*. Surd. d.conſ.*334*.num.*7. vt non poſſit
excedere, *Rimin.Iun.conſ.*753*.num.*12*.Menoch.con-*
*ſil.*263*.num.*15*.Cephal.conſ.*284*.num.*13. Imo pro-
ceſſus alias erit nullus, *cap.cum dilecta. & ibi, Doct.*
not.de reſcript. cap. cum venerabilis. de offic. delegat.
*Rip.cap.*1*.num.*1*.de re indic. Vant.de nullit.tit.coram*
*quo null.num.*14*.tit.defect.iuriſd.deleg.num.*91*. Ma-*
*nent.deciſ.*27*.num.*21.22.23.24*. Cornaz. deciſ.*196*.*
*num.*10*.Peregr.deciſ.*97*.num.*3*. Honded.conſilio* 24*.*
*num.*57*.vol.*2*.latè Boer.deciſ.*6*. Menoch. conſil.*542*.*
*num.*13*.Verall.deciſ.*143*.num.*5*.p.*3*. Neuiz.conſilio*
70*.num.*6*.Ruin.conſ.*160*.nu.*27*.in* 2*. D. Ludouiſ.Rot.*
*deciſ.*518*.num.*2*. Raudenſ. conſilio* 24*. num.*32*.in* 1.
Cum nec incrementum recipiat delegatio, quia
odioſa, *cap.cauſam matrimonij. cap.prudentiam.de of*
fic.delegat.cap.ad aures.cap.ad hæc.cap.paſtoralis. §*.*
*fin.cap.ſedes.cap.rodulfus. de reſcript. Menoch. lib.*2*.*
*præſump.*16*.num.*13*.de arbitr.quæſt.*74*.nu.*56*. Oſaſc.*
*deciſ.*78*.num.*10*. Becc.conſil.*21*. num.*15.36*. Rota,*
*deciſ.*164*.num.*4*.lib.*3*.p.*3*.Petr.Gregor.ſyntagm.iur.*
*lib.*74*.cap.*3*.Morla.in empor.iur. tit.*2*.quæſt.*21*.num.*
4*.Macerat. lib.*1*. reſol.* 16*. num.*2. & ſtricti iuris eſt,

videtur.

Randen.de analog.cap.29.num.5. Macerat. lib.1.re-
ſolut.83.num.3 Simon de Prat.de interpr. vlt. volunt.
lib.1.ſolut.12.ſub num.10.Rim.Iun.conſ.655.nu.55.
Anton.Monach.Lucenſ.decis.31.num.7. Imo iuriſdi-
ctionem nec habet delegatus, niſi quatenus à dele-
gante tribuitur, cap.1.de offic.delegat. Natt.conſ.39.
Becc.conſ.21.num.14.Surd.conſil.334.nu.6. Cornaz.
decis.296.num.5.6.Teſſaur.forenſ.queſt.50.n.6.lib.3.
Sed hic caſus, ad rem noſtram non confert, vt aper-
te videre eſt.

30 Secundus caſus eſt, ſi Baroni † merum, & mix-
tum imperium habenti, datæ à D. Prorege ſint Po-
teſtatis literæ, Tunc in iuſtitiam ſodomitam remit
tere ipſe poterit, ex Intrigl. d.conſ.11. Quia ex me-
31 ro, & mixto † imperio à Rege conceſſo, Baro ſu-
premus Iudex dicitur, & in ſumma adminiſtratio-
ne conſtitutus, vt ex Iſer. edocuit: Macerat.reſol.lib.
2.cap.128. num. 6.7. ad fin. In crimine etiam ſodo-
miæ. Quia inſpecto veteri Caropipi, & Gallieij pri-
32 uilegio † Rex excepit ſolum, crimen hæreſis, læſæ
maieſtatis, & falſæ monetæ, proinde intelligimus
omnia, præter hæc tria fuiſſe conceſſa, ex Dec.cap.
cum dilecta.col.3.de confirm.vtil.vel inutil. Mareſcot.
33 d.cap.128.num.8. Cumque in Sodomiæ † crimine,
Ordinariam Baro habeat poteſtatem, compilato
proceſſu, illud iure proprio cognoſcere poterat, ip-
ſæque literæ excitatiuæ potius iuriſdictionis ſunt,
cap.licet.de offic.ordin.& ibi, Innoc. num.1. Abb. nu.
1.3.Ioan.Andr.num.1. Anan.num.1. Felin. num.6.
Butr.num.1.Bald.num.1.Imol. num.8. Anchar. num.
3.& Anton.Monach.Lucenſ.decis.31.num.47.Triniſ.
decis.1.num.1.lib.1. Iuxta Reg. Ioan. cap.39. Adeo
vt, ſi Fiſci cauſa, nec iudicialiter fuerit probata, vt
ad torturam ex proceſſu informatiuo deuenien-
dum ſit: Nec plenè, vt extraordinarius terminus
dari debuerit: Collaudandus eſt Baro, qui licet ex
Poteſtatis literis, ſodomitam in iuſtitiam remitte-
re non potuerit, illum tamen à carcere non libera-
uit, ſed proceſſum compilandum voluit, ex Adſeſ-
ſoris conſilio, vt rei veritas agnoſcatur: Rectè in-
quam proceſſit, ſi delegatus ex literis dici poteſt,
non enim ordinariam dimiſit iuriſdictionem, Tum
34 quia † Iudex ſi in vno, eodemque crimine Ordina-
riam habeat, & delegatam iuriſdictionem, pro vel-
le poterit alterutram exercere, Felin.cap.cum ex of-
ficijs.num.22.de præſcript. Dec.l.& ſi prætor. num.1.
ff.de offic.eius.Triniſ.decis.1.num.8.lib.1. Imo poteſt
in vna parte proceſſus, vti vna, & in alia poteſt vti,
alia poteſtate, Innoc.num.3.Imol. num.11. Abb. nu.
18.Felin.num.23.& Pariſ.nu.28.Hoſtien. Ioan.And.
& Cardin.d.cap.cum ex officijs. Rota, decis.108.num.
2.p.2. In dubio tamen ea vti præſumitur, qua actus
valeat, Abb.num.31.Felin.nu.32.d. cap. cum officijs.
Alciat.reg.3.præſumpt.35.num.5. Menoch.lib.2.præ-
ſumpt.17.num.6.7.D.Ludouiſ. Rot. decis.204.num.6.
31.Vant.de nullit.defect.Iuriſdict. num.171. Rot. de-
cis.96.num.1.p.2. Quin ſi ordinarium ſe iudex pro-
nuntiet, vt delegatus procedere cenſetur, ſi pro or-
dinaria ſua iuriſdictione actus eſſet nullus, Abb.d.
cap.cum ex officijs. num.2. Seraph. decis.549.num.2.
Proceſſit Baro iuxta ordinariam ſuam poteſtatem,
35 ergo, &c. Tum quia ſi Caſtr. † credendum ſit, in l.nō
quicquid.num.6. ff. de Iudic. Iudex, qui ex indicijs
poſſet reum torquere non compellitur, ſi nolit, niſi
legis verba neceſſitatem indicent, ſed omni in caſu
à Fiſco in medium allato, nec termino extraordina
rio, nec torturæ locum fuiſſe conſtat, ad proceſſum
ergo procedere potuit Baro.

Non obſtat fauorabilem eſſe, Pragmat. 1.tit.29.
36 p.p. adeo vt † ſodomitas guidandi, & aſſecurandi
prohibitio ad remiſſionem in iuſtitiam extenda-
tur, quia verba legis inſpicienda ſemper ſunt, eiſq;
inhærendum quam interpretari nec poſſumus, vt
diſponat, quod non loquitur, l.1.§.is qui nauem. ff.
de exerc.act.l.ſi ſermon.§.non dixi .ff.de acquir.hære-
dit.l.quod conſtitutum.ff.de milit.teſtam.l.conſtitutio-
nibus.ff.ad municip.l.ſi vero.§.de viro. ff.ſol. matrim.
l.fin.cum ibi notat.C.de legib. Bald.conſ.447.in 5. Si-
mon de Prat.de interpr.vltim.volun. lib.4.ſol.10.nu.
110.Cephal.conſ.277.num.16.conſ.571.nu.59. Ber-
taz.crim.conſil.175.num.15.conſ.505.num.19. Mal-
uaſ.conſ.74.num.6.Gallin.de verb. ſignific.lib.8. cap.
4.num.30.35.36.Hering.de fideinſſ.cap.10.num.171.
Maſcar.de ſtatut.interpr.concluſ.4.nu.3.4.5.6. Amat.
decis.2.num.32.decis.52.num.23. Decian. conſil. 43.
num.3.in 2. Aldouin.conſ.68. num.9.10. Oſaſc. decis.
4.num.10. Azeued.l.1.num.101.tit.19. lib.8.recop.
Schrader.de feud.p.9.cap.5.num.39.conſ.14.nu.128.
Sed de ſodomita in iuſtitiam remittendo, aut non;
Pragm. hæc non loquitur, eius ergo verbis ſi inſer-
uiendum eſt, l.idemque. ff.de rer.amot. l.ventri. ff.de
tut.& curat. dat. ab his. Gallin. d.cap.4.num.30. Di-
cimus prohibitam non eſſe remiſſionem in iuſti-
tiam.

Reſpon.II. Quod ſi fauorem, & odium reſpicit,
Pragm. ipſeque fauor, ab odio diſtingui nequit, fa-
uorabilis illa cenſetur, vel odioſa, primaria inſpe-
cta ſtatuentis mente, l.qui exceptionem.ff.de condict.
indeb.Franc.cap.ſciant cuncti.ad fin.de elect.in 6.Cal-
derin.conſil.14.tit.de verb.ſignif.Carot.l.fin.quæſt.5.
ad fin.C.de dot.promiſ.Molin. de rit.nupt.lib.2. differ.
7.num.74.Simon.de Prat. de interpret. vltim.volunt.
lib.1.ſolut. 12. num. 13. Vel ſi præponderat fauor,
erit fauorabilis, ſi odium erit, odioſa, Carot.d.queſt.
5.ad finem.Simon.de Prat.d.ſolut.12.num.14. Si vero
vtrumque commodè diſtingui poſſet, extendenda
ſanè illa erit, quatenus fauorem reſpicit; reſtringen
da, quatenus eſt odioſa, Bald. & Angel. in l.inge-
nuum.ff.de ſtat.hom. Couarr.1.reſolut.cap.11.num.5.
Sanchez, lib.1.de matrim.diſput.1.num.4. Fab.Ann.
conſ.17.num.26.Guttier. de matrim. cap. 1. num.11.
verſ.& præfata. Simon.de Prat.de interpr.vlt.volunt.
lib.1.ſolut.12.num.13. Cumque fauor ſit, vt delicta
puniantur, & ideo prohibet; odium verò continet,
ſi qui innocentiæ præſumptionem allegat in iuſti-
tiam remitti non poſſet, in hoc ergo reſtringenda
eſt, d.Pragm.1. Sed in illo amplianda.

37 Reſpon.III. Finis d.Pragm.1. eſt † ne impunitū
ſit ſodomiæ ſcelus, teſte Muta.ibid.num.35. Intereſt
enim Reipublicæ delicta omnia puniri, l.ſi longius.
§.1.ff.de iudic.l.y.§.exercitium. ff. de his qui not. in-
fam.Dec.l.facti cuiquè.§.in pœnali. ff.de reg.iur. Gal-
lin.de verb.ſignif.lib.7.cap.18.à num.1. Azeued.l.1.
num.63.tit.1.lib.8.recop.Rim.Iun.conſ.656.num.55.
Thoming.conſ.45.num.15.44.vol.1.& fauoris publi
ci eſt ne remaneant impunita, l.ita vulneratus.ff.ad
l.aquil.l.locatio.§. quod illicite.ff.de public. cap.vt fa-
ma.de ſenten.excomm. Gallin.de verb.ſignificat.lib.7.
cap.24.

Digitized by Google

cap.24.num.3. Decian.conſ.27.num.11.vol.2.Turreti conſ.47.num.32.vol.1. Tuſc.li .D. concluſ.157. Fortius, & ſodomiæ ſcelus, cum omnium peſſimum dixetim, num.28. Ne tamen diſſimulentur ſodomitę, guidaticum, vel aſſecurationem concedi Rex prohibet, vt ad id committendum temerè nemo profileat, l.ſi operis.C.de pæn. Thoming. conſ.45.num.45.in 1. Cumque ea, quæ Principem non decent ſecundũ ius, & ęquum facere, illa noluiſſe facere iudicandũ ſit, etſi Pragmaticalis ſuę legis verba contrarium expreſſim indicent, l.lucius.§.pen.ff.ad municip. Bolognet.conſ.2.num.38.conſ.3.num.26. Princeps non pręſumitur velle, niſi quod iuſtum, Bald.l.meminerint.C.vnd.vi. Alexand. conſ.135.num.25.26.in 4. Honded.conſ.34.num.59.vol.2. Ipſaque lex Superioris voluntatem legibus, & veritati conformem eſſe pręſumit, l.ſcire oportet.§.aliud autem.ff.de excuſ.tut. Doct.l.4.§.toties.ff.de damn. infect.l.3.§.hæc verba. ff.de neg.geſt.in l.1.§.ſed ſi ſciente. verſic. in re igitur dubia.ff.de exerc.act.l.ex facto. vbi Doct.notant. ff.de vulg.Crauet.conſ.5.num.2. Cephal.conſil.90.num.49. Amat.deciſ.4.num.16.Becc.conſ.12.num.35. Couar. lib.3.reſol.cap.3.num.9. Lup.de illegit. comment.3.§.5.num.31.Schrader.conſ.14.num.214. Menoch.lib.2. præſumpt.10.num.8.Valenzuoel.conſ.70.nu.28.Surd. conſ.333.num.20.Gratian.diſcept.673.num.3. Aldouin.conſ.110.num.24. Sunt enim verba Principis, ne dum interpretanda, ſed impropriãda, vt iniquitas euitetur, & abſurdum, §.1.inſtit.de perpet.& tempor.act.l.abſurdum.ff.de oper.libert. Aldouin.conſilio 110.num.25.Schrader.conſ.14.num.216. Sfort.conſ. 11.num.43.Peregr.conſ.4.num.12.vol.4. Accipienda ergo, d.Pragm.1.eſt, ſi de ſodomię crimine ſemiplenè ſaltim conſtet, vel per indictia, quę ad torturam ſint ſatis, aut plenè; At ſi de hoc crimine non conſtaret, vel tortus cum fuerit reus, & negatiuus ſub redeundo excarceretur, vel alia aſſecuratio illi concedatur, vel dum ad ordinarij proceſſus compilationem proceditur, per Vrbem reus à carcere dimittitur, Tunc d.Pragm.1.non obſtante, rectè egiſſe Iudicem concludimus: qui reum potius tunc, quam Fiſcum grauat, Muta, d.Pragm.1.num.37.& deciſ.5. Cum carceratus ille adhuc ſit, qui fideiuſſione ligatus eſt, Guid.Pap.deciſ.253.Fab.Anna, conſ.140.num.11.Maſull. ad Capic.deciſ.154.num.7. Et catena aurea vinctus dicitur, Caual.deciſ.14.ſub num.3.p.5.& alij à me citati, num.11. In fraudem ergo, factum non eſt, quod licuit facere, l.qui autem.in princ.ff.de his, quæ in fraud. credit. Zuccard.l.1.num. 51.ad fin.C.qui admitt. Igne. poſt Bald.quem citat, in authen.ex cauſa.num.72.C.de lib.præter.Molin.de rit. nupt.lib.2.differ.11.num.17. Barz. deciſ.18.num.5. Crauet.conſ.332.num.17. Maur. alleg.93.num.6.p.p. D.Ludouiſ.Rot.deciſ.195.num.11. deciſ.401.nu.14. Hond.conſ.44.num.98.in 2.Schenard.conſ.48.numero 21.vol.1.Surd.conſ.348.num.11.deciſ.30.nu.3. Barboſ.l.1.art.3.num.102.ff.de iudic. Nec, qui iure ſuo vtitur, l.quod reipublicæ.l.iniuriam.ff.de iniur.Valenzuoel.conſil.83.num.113.conſil.56.num.14. Mauent. deciſ.44.num.10.Molin.d.differ.11.num.16. Etſi hominum fraudibus, & malitijs occurrendum ſit, l.in fundo.ff.de rei vend.l.legatarius. C.de legat. Pariſ. de reſignat.benefic.lib.3.quæſt.2. num.5.lib.9. quæſt.6. num.10.Gratian.deciſ.32.num.9. Aldouin.conſil.61. num.1.Valenzuoel.conſil.33.num.32. conſ.44.nu.48. Eiſque aperienda via non eſt, l.Sulpitius.ff.de donat. int.vir.l.ſi filiæ.ff.de diuort.l.filiæ mex.ff.ſoluto matr. l.ſi cum mulier.ff.rer.amot.l.cum ratio.§.fraudis autem.ff.de iur.fiſc.Boer.deciſ.287.nu.8.9. Valenzuoel. conſ.62.num.24.conſ.83.num.110. Rolan.conſilio 79. num.95.in 3.conſ.75.num.6.in 4. Sarmien. lib.1.Selectar.cap.12. Gonzalez.regul.cancell.8. in proem. §.4. num.81.

Reſpon.IV. Pragmaticali quacunque in lege proſpicere debet Iudex, ne quid durius, aut ſeuerius, vel remiſſius ſancitum ſit, quàm cauſa expoſtulet, l.reſpiciendum.ff.de pæn. Rebuff. de mater.poſſeſſ. art.6.gloſ.1. Magon.Lucenſ.deciſ.36.num.20. Proinde limitari Pragm.1.tit.29.dixit Rouit.tit.de Sodom. Pram.1.num.5. Si guidaticum fieret fauore boni publici, vel pro directione iuſtitię, vt eruditè explicat, Peguer.deciſ.39.num.11.14. Sed publicum bonum reſpicit, vt innocens à carcere relaxetur, ergo &c.

38 Reſpon.V. Quod † relaxatio à carceribus, abſolutionis vim non habet, ſi abſque cauſę cognitione fieret, Boſſ.tit.de ſenten. num.60. Macerat.lib.1.reſol. 102.num.2. & de eo Sodomita loquitur Pragm.1. tit.29. Qui non dum in iuſtitiam remiſſus fuerit, Cumquè Baro, habito Adſeſſoris decreto Quod fiat proceſſus, eoque iam cępto, ſub redeundi fideiuſſione illum relaxauerit, & inde ad carceres reuocauerit, nullam abſolutionis vim habuit relaxatio illa, vt ex Bald.tradit. Macerat.d.reſol.102.num.1. Felic. alleg.53.num.15.p.p. Farinae.quæſt.4.num.25. Sed cum in his proceſſerit Baro, habito Adſeſſoris Iuriſperiti Voto, Acta ſunt valida, cap. cum in veteri. de elect.Gonzal.ad reg.cancell.8. gloſ.46.nu.87. Gratian.diſcept.524.num.2.3.4.diſcept.698.num.1. Et à pœna excuſandus, cum ipſe iuris non peritus ſit, Carot.ſing.104.Sbroz.de Vicar.Epiſc.lib.3.quæſt.30. num.3.

Ex his facto prius verbo D.Proregi, pronuntiauit M.R.C. Baro non moleſtetur, Anno MDXCV.

SVMMARIVM.

1 Pœnam ad incurrendam, non inſpicitur intereſſe, ſed contumacia, & contemptus. Contrar.num.15.18.
2 Cauſa iniuſta, à contemptu Iudicis non excuſat.
3 Dolo caret, qui Iudicis præcepto paret, at qui Magiſtratus imperio non obtemperat in dolo eſt.
4 Dolus in eo præſumitur, qui nõ facit, quod facere debet; vel ſi facit, quod facere non eſt obligatus.
5 Pœna, in totum, vel in parte exacta, fideiuſſor de ſiſtendo reum in iudicio, moram purgare non poteſt.
6 Exacta dicitur pecunia, ſi reus, debitorem poſt condemnationem ſe Fiſco, conſtituit.
7 Bellug.& Bertaz.opinio, reiecta à Baiar.Guaz.& alijs, defenditur.num.26.
8 Mora infra breue tempus purgari poteſt, ſed quod ſit? Declaratur, num.27.
9 Pœna nondum à Fiſco realiter imburſata, ſi reus ſponte ſe præſentet, purgari poteſt, etſi dies, pœna, & iuramentum, prætoria in ſtipulatione ſit; Ac præceſſerit condemnatio, quod (Exigatur) iuxta praxim.
10 Mora in terris Eccleſiæ, quam alibi, de æquitate Canonica, purgari poteſt, Iuramento, & executiua obligatione,

Digitized by Google

gatione,non obſtante, ſi ius alterius non ſit effectum deterius re integra, maxime in criminalibus.

11 *Hominem poſſidere,& pęnam petere iniquum eſt.*

12 *Pœna, & principalis res haberi non poteſt.*

13 *Pœna, ceſſante Fiſci intereſſe, in prætorijs ſtipulationibus peti non poteſt.*

14 *Pœnæ locus non eſt, ſi ex retardata rei repræſentatione nullum Fiſco illatum ſit præiudicium.*

15 *Pœna pro ſolo intereſſe competit, & num.18.*

16 *Fiſcus acquirit reuocabiliter, & cum modificatione, ſi mora purgari poteſt.*

17 *Moræ purgatio non admittitur ſi captus ſit reus.*

19 *Pœna propter intereſſe non exigitur, niſi probetur, atſi pro contemptu petatur, Iudicis eſt arbitrium, an ſoluenda illa ſit.*

20 *Contemnere quid ſit? & quando contrauenire, quis dicatur.*

21 *Pœnam ratione contemptus aſſequi nemo poteſt, ſi res principalis exacta ſit.*

22 *Moræ purgatio non datur, in executione iuris.*

29 rio inueſtitus non ſit: Tunc ex vi † literarum poteſtatis in Iuſtitiam Sodomitam remittere non poſſet ex Intrigl.conſ.11.num.33. cum delegatus ſit, à quo mandati forma ſeruanda eſt, l.diligenter.ff.mãdat.Bald.l.fin.col.2.C.de ſuis.& legitim.Roland.conſil.82.num.6.vol.1.Gratian.diſcept.698.n.2. Quod enim de mandato ad contractus dicimus, in mandatis etiam procedit ad cognoſcendum cauſas, l.& quia.ff.de iuriſdict.omnium iudic. Dec.cap.relatum.num.2.de offic.deleg.latè Surd.conſ.334.num.6. à reſcripto enim regulatur authoritas delegati, nec vltra perſonas, vel res in eo contentas extenditur, Innocent.cap.ſuper literis.de reſcript.plenè. Becc.conſil.21.num.14.Surd.d.conſ.334.num.7. vt non poſſit excedere, Rimin.Iun.conſ.753.num.12.Menoch.conſil.263.num.15.Cephal.conſ.284.num.13. Imo proceſſus alias erit nullus, cap.cum dilecta.& ibi, Doct.not.de reſcript.cap.cum venerabilis.de offic.delegat.Rip.cap.1.num.1.de re indic.Vant.de nullit.tit.coram quo null.num.14.tit.defect.iuriſd.deleg.num.91.Manent.deciſ.27.num.21.22.23.24. Cornaz.deciſ.196.num.10.Peregr.deciſ.97.num.3.Honded.conſilio 24.num.57.vol.2.latè Boer.deciſ.6. Menoch.conſil.542.num.13.Verall.deciſ.143.num.5.p.3.Neuiz.conſilio 70.num.6.Ruin.conſ.160.nu.27.in 2.D.Ludouiſ.Rot.deciſ.518.num.2.Raudenſ.conſilio 24.num.32.in 1. Cum nec incrementum recipiat delegatio, quia odioſa, cap.cauſam matrimonij.cap.prudentiam.de offic.delegat.cap.ad aures.cap.ad hæc.cap.paſtoralis.§.fin.cap.ſedes.cap.rodulfus.de reſcript. Menoch.lib.2.præſump.16.num.13.de arbitr.queſt.74.nu.56.Oſaſc.deciſ.78.num.10.Becc.conſil.21.num.15.36. Rota, deciſ.164.num.4.lib.3.p.3.Petr.Gregor.ſyntagm.iur.lib.74.cap.3.Morla.in empor.iur.tit.2.queſt.21.num.4.Macerat.lib.1.reſol.16.num.2. & ſtricti iuris eſt,

Rauden.

Digitized by Google

Rauden.de analog.cap.29.num.5. Macerat. lib. 1. reſolut.83.num.3 Simon de Præt.de interpr. vlt. volunt. lib.1.ſolut.12.ſub num.10.Rim.Iun.conſ.655.nn.55. Anton.Monach.Lucenſ.deciſ.31. num.7. Imo iuriſdictionem nec habet delegatus, niſi quatenus à delegante tribuitur, cap.1.de offic.delegat. Natt.conſ.39. Becc.conſ.21.num.14.Surd.conſil.334.nu.6. Cornaz. deciſ.296.num.5.6.Teſſaur.forenſ.quæſt.50.n.6.lib.3. Sed hic caſus, ad rem noſtram non confert, vt aperte videre eſt.

30 Secundus caſus eſt, ſi Baroni † merum, & mix-
tum imperium habenti, datæ à D. Prorege ſint Po-
teſtatis literæ, Tunc in iuſtitiam ſodomitam remit
tere ipſe poterit, ex Intrigl. d. conſ.11. Quia ex me-
31 ro, & mixto † imperio à Rege conceſſo, Baro ſu-
premus Iudex dicitur, & in ſumma adminiſtratio-
ne conſtitutus, vt ex Iſer. edocuit: Macerat. reſol. lib.
2. cap.128. num.6.7. ad fin. In crimine etiam ſodo-
miæ. Quia inſpecto veteri Caropipi, & Gallicij pri-
32 uilegio † Rex excepit ſolum, crimen hæreſis, læſæ
maieſtatis, & falſæ monetæ, proinde intelligimus
omnia, præter hæc tria fuiſſe conceſſa, ex Dec. cap.
cum dilecta. col.3. de confirm. vtil. vel inutil. Mareſcot.
33 d. cap.128. num.8. Cumque in Sodomiæ † crimine,
Ordinariam Baro habeat poteſtatem, compilato
proceſſu, illud iure proprio cognoſcere poterat, ipſæque literæ excitatiuæ potius iuriſdictionis ſunt, cap. licet. de offic. ordin. & ibi, Innoc. num.1. Abb. nu. 1.3. Ioan. Andr. num.1. Anan. num.1. Felin. num.6. Butr. num.1. Bald. num.1. Imol. num.8. Anchar. num. 3. & Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.31. num.47. Triuiſ. deciſ.1. num.1. lib.1. Iuxta Reg. Ioan. cap.39. Adeo vt, ſi Fiſci cauſa, nec iudicialiter fuerit probata, vt ad torturam ex proceſſu informatiuo deueniendum ſit: Nec plenè, vt extraordinarius terminus dari debuerit: Collaudandus eſt Baro, qui licet ex Poteſtatis literis, ſodomitam in iuſtitiam remittere non potuerit, illum tamen à carcere non liberauit, ſed proceſſum compilandum voluit, ex Adſeſſoris conſilio, vt rei veritas agnoſcatur: Rectè inquam proceſſit, ſi delegatus ex literis dici poteſt,
non enim ordinariam dimiſit iuriſdictionem, Tum
34 quia † Iudex ſi in vno, eodemque crimine Ordina-
riam habeat, & delegatam iuriſdictionem, pro vel-
le poterit alterutram exercere, Felin. cap. cum ex officijs. num.22. de præſcript. Dec. l. & ſi prætor. num.1. ff. de offic. eius. Triniſ. deciſ.1. num.8. lib.1. Imo poteſt in vna parte proceſſus, vti vna, & in alia poteſt vti, alia poteſtate, Innoc. num.3. Imol. num.11. Abb. nu. 18. Felin. num.23. & Pariſ. nu.28. Hoſtien. Ioan. And. & Cardin. d. cap. cum ex officijs. Rota, deciſ.108. num. 2. p.2. In dubio tamen ea vti præſumitur, qua actus valeat, Abb. num.31. Felin. nu.32. d. cap. cum officijs. Alciat. reg.3. præſumpt.25. num.5. Menoch. lib.2. præſumpt.17. num.6.7. D. Ludouiſ. Rot. deciſ.204. num.6. 31. Vant. de nullit. de ſect. Iuriſdict. num.171. Rot. deciſ.96. num.1. p.2. Quin ſi ordinarium ſe iudex pronunciet, vt delegatus procedere cenſetur, ſi pro ordinaria ſua iuriſdictione actus eſſet nullus, Abb. d. cap. cum ex officijs. num.2. Seraph. deciſ.549. num.2.
Proceſſit Baro iuxta ordinariam ſuam poteſtatem,
35 ergo, &c. Tum quia ſi Caſtr. † credendum ſit, in l. nō
quicquid. num.6. ff. de Iudic. Iudex, qui ex indicijs
poſſet reum torquere non compellitur, ſi nolit, niſi legis verba neceſſitatem indicent, ſed omni in caſu à Fiſco in medium allato, nec termino extraordinario, nec torturæ locum fuiſſe conſtat, ad proceſſum ergo procedere potuit Baro.

Non obſtat fauorabilem eſſe, Pragmat.1. tit.29.
36 p.p. adeo vt † ſodomitas guidandi, & aſſecurandi
prohibitio ad remiſſionem in iuſtitiam extendatur, quia verba legis inſpicienda ſemper ſunt, eiſq; inhærendum quam interpretari nec poſſumus, vt diſponat, quod non loquitur, l.1. §. is qui nauem. ff. de exerc. act. l. ſi ſeruum. §. non dixi. ff. de acquir. hæredit. l. quod conſtitutum. ff. de milit. teſtam. l. conſtitutionibus. ff. ad municip. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matrim. l. fin. cum ibi notat. C. de legib. Bald. conſ.447. in 5. Simon de Præt. de interpr. vltim. volun. lib.4. ſol.10. nu. 110. Cephal. conſ.277. num.16. conſ.571. nu.59. Bertaz. crim. conſil.175. num.15. conſ.505. num.19. Maluaſ. conſ.74. num.6. Gallin. de verb. ſignific. lib.8. cap. 4. num.30.35.36. Hering. de fideiuſſ. cap.10. num.171. Maſcar. de ſtatut. interpr. concluſ.4. nu.3.4.5.6. Amat. deciſ.2. num.32. deciſ.52. num.23. Decian. conſil.43. num.3. in 2. Aldouin. conſ.68. num.9.10. Oſaſc. deciſ. 4. num.10. Azeued. l.1. num.101. tit.19. lib.8. recop. Schrader. de feud. p.9. cap.5. num.39. conſ.14. nu.128. Sed de ſodomita in iuſtitiam remittendo, aut non; Pragm. hæc non loquitur, eius ergo verbis ſi inſeruiendum eſt, l. idemque. ff. de rer. amot. l. ventri. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Gallin. d. cap.4. num.30. Dicimus prohibitam non eſſe remiſſionem in iuſtitiam.

Reſpon. II. Quod ſi fauorem, & odium reſpicit, Pragm. ipſeque fauor, ab odio diſtingui nequit, fauorabilis illa cenſetur, vel odioſa, primaria inſpecta ſtatuentis mente, l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. Franc. cap. ſciant cuncti. ad fin. de elect. in 6. Calderin. conſil.14. tit. de verb. ſignif. Carot. l. fin. quæſt.5. ad fin. C. de dot. promiſ. Molin. de rit. nupt. lib.2. differ. 7. num.74. Simon. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib.1. ſolut.12. num.13. Vel ſi præponderat fauor, erit fauorabilis, ſi odium erit, odioſa, Carot. d. quæſt. 5. ad finem. Simon. de Præt. d. ſolut.12. num.14. Si vero vtrumque commodè diſtingui poſſet, extendenda ſanè illa erit, quatenus fauorem reſpicit; reſtringenda, quatenus eſt odioſa, Bald. & Angel. in l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. Couarr.1. reſolut. cap.11. num.5. Sanchez. lib.1. de matrim. diſput.1. num.4. Fab. Ann. conſ.17. num.26. Guttier. de matrim. cap.1. num.11. verſ. & præfata. Simon. de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib.1. ſolut.12. num.13. Cumque fauor ſit, vt delicta puniantur, & ideo prohibet; odium verò continet, ſi qui innocentiæ præſumptionem allegat in iuſtitiam remitti non poſſet, in hoc ergo reſtringenda eſt, d. Pragm.1. Sed in illo ampliāda.

37 Reſpon. III. Finis d. Pragm.1. eſt † ne impunitū
ſit ſodomiæ ſcelus, teſte Muta. ibid. num.35. Intereſt enim Reipublicæ delicta omnia puniri, l. ſi longius. §.1. ff. de iudic. l.4. §. exercitium. ff. de his qui not. infam. Dec. l. facti cuique. §. in pœnal. ff. de reg. iur. Gallin. de verb. ſignif. lib.7. cap.18. à num.1. Azeued. l.1. num.63. tit.1. lib.8. recop. Rim. Iun. conſ.656. num.55. Thoming. conſ.45. num.15.44. vol.1. & fauoris publici eſt ne remaneant impunita, l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. l. locatio. §. quod illicite. ff. de public. cap. vt famæ. de ſenten. excomm. Gallin. de verb. ſignificat. lib.7. cap.24.

cap.44.num.3. Decian.conſ.27.num.11.vol.2. Turreti conſ.47.num.32.vol.1. Tuſc.li .D. concluſ.157. Fortius, & ſodomiæ ſcelus, cum omnium peſſimum dixerim, num.28. Ne tamen diſſimulentur ſodomitę, guidaticum, vel aſſecurationem concedi Rex prohibet, vt ad id committendum temerè nemo proſileat, l.ſi operis.C.de pœn. Thoming.conſ.45.num.45.in 1. Cumque ea, quæ Principem non decent ſecundū jus, & ęquum facere, illa noluiſſe facere iudicandū ſit, etſi Pragmaticalis ſuę legis verba contrarium expreſſim indicent, l.lucius.§.pen.ff.ad municip. Bolognet.conſ.2.num.38.conſ.3.num.26. Princeps non pręſumitur velle, niſi quod iuſtum, Bald.l.meminerint.C.vnd.vi. Alexand.conſ.135.num.25.26.in 4. Honded.conſ.34.num.59.vol.2. Ipſaque lex Superioris voluntatem legibus, & veritati conformem eſſe pręſumit, l.ſcire oportet.§.aliud autem.ff.de excuſ.tut. Doct.l.4.§.toties.ff.de damn. infect.l.3.§.hac verba.ff.de neg.geſt.in l.1.§.ſed ſi ſciente. verſic. in re igitur dubia.ff.de exerc.act.l.ex facto. vbi Doct.notant.ff.de vulg. Cranet.conſ.5.num.2. Cephal.conſil.90.num.49. Amat.deciſ.4.num.16. Becc.conſ.12.num.35. Couar.lib.3.reſol.cap.3.num.9. Lup.de illegit. comment.3.§.5.num.31. Schrader.conſ.14.num.214. Menoch.lib.2.præſumpt.10.num.8. Valenzuoel.conſ.70.nu.28. Surd.conſ.333.num.20. Gratian.diſcept.673.num.3. Aldouin.conſ.110.num.24. Sunt enim verba Principis, ne dum interpretanda, ſed improprianda, vt iniquitas euitetur, & abſurdum, §.1.inſtit.de perpet.& tēpor.act.l.abſurdum.ff.de oper.libert. Aldouin.conſilio 110.num.25. Schrader.conſ.14.num.216. Sfort.conſ.11.num.43. Peregr.conſ.4.num.12.vol.4. Accipienda ergo, d.Pragm.1. eſt, ſi de ſodomię crimine ſemiplenè ſaltim conſtet, vel per indictia, quę ad torturam ſint ſatis, aut plenè; At ſi de hoc crimine non conſtaret, vel tortus cum fuerit reus, & negatiuus ſub redeundo excarceretur, vel alia aſſecuratio illi concedâtur, vel dum ad ordinarij proceſſus compilationem procedirur, per Vrbem reus à carcere dimittitur, Tunc d.Pragm.1. non obſtante, rectè egiſſe Iudicem concludimus: qui reum potius tunc, quam Fiſcum grauat, Muta, d.Pragm.1.num.37.& deciſ.5. Cum carceratus ille adhuc ſit, qui fideiuſſione ligatus eſt, Guid. Pap. deciſ.253. Fab.Anna, conſ.140.num.11. Maſull. ad Capic.deciſ.154.num.7. Et catena aurea vinctus dicitur, Caual.deciſ.14.ſub num.3.p.5.& alij à me citati, num.11. In fraudem ergo, factum non eſt, quod licuit facere, l.qui autem.in princ.ff.de his, quæ in fraud. credit. Zuccard.l.1.num.51.ad fin.C.qui admitt. Igne. poſt Bald.quem citat, in authen.ex cauſa.num.72.C.de lib.præter. Molin.de rit.nupt.lib.2.differ.11.num.17. Barz.deciſ.18.num.5. Cranet.conſ.332.num.17. Maur.alleg.93.num.6.p.p. D.Ludouiſ.Rot.deciſ.195.num.11.deciſ.401.nu.14. Hond.conſ.44.num.98.in 2. Schenard.conſ.48.numero 21.vol.1. Surd.conſ.348.num.11.deciſ.30.nu.3. Barboſ.l.1.art.3.num.102.ff.de iudic. Nec, qui iure ſuo vtitur, l.quod reipublicæ.l.iniuriam.ff.de iniur. Valenzuoel.conſil.83.num.113.conſil.56.num.14. Mauent.deciſ.44.num.10. Molin.d.differ.11.num.16. Etſi hominum fraudibus, & malitijs occurrendum ſit, l.in fundo.ff.de rei vend.l.legatarius.C.de legat. Pariſ.de reſignat.benefic.lib.3.quæſt.2.num.5.lib.9.quæſt.6.num.10. Gratian.deciſ.32.num.9. Aldouin.conſil.61.num.1. Valenzuoel.conſil.33.num.32.conſ.44.nu.48. Eiſque aperienda via non eſt, l.Sulpitius.ff.de donat.int.vir.l.ſi filiæ.ff.de diuort.l.filiæ meæ.ff.ſoluto matr.l.ſi cum mulier.ff.rer.amot.l.cum ratio.§.fraudis autem.ff.de iur.fiſc. Boer.deciſ.287.nu.8.9. Valenzuoel.conſ.62.num.24.conſ.83.num.110. Rolan.conſilio 79.num.95.in 3.conſ.75.num.6.in 4. Sarmen.lib.1.Selectar.cap.12. Gonzalez.regul.cancell.8.in proem.§.4.num.81.

Reſpon. IV. Pragmaticali quacumque in lege proſpicere debet Iudex, ne quid durius, aut ſeuerius, vel remiſſius ſancitum ſit, quàm cauſa expoſtulet, l.reſpiciendum.ff.de pœn. Rebuff.de mater.poſſeſſ.art.6.gloſ.1. Magon.Lucenſ.deciſ.36.num.20. Proinde limitari Pragm.1.tit.29.dixit Rouit.tit.de Sodom. Pram.1.num.5. Si guidaticum fieret fauore boni publici, vel pro directione iuſtitię, vt eruditè explicat, Peguer.deciſ.39.num.11.14. Sed publicum bonum reſpicit, vt innocens à carcere relaxetur, ergo &c.

38 Reſpon. V. Quod † relaxatio à carceribus, abſolutionis vim non habet, ſi abſque cauſę cognitione fieret, Boſſ.tit.de ſenten.num.60. Macerat.lib.1.reſol.102.num.2. & de eo Sodomita loquitur Pragm.1.tit.29. Qui non dum in iuſtitiam remiſſus fuerit, Cumquè Baro, habito Adſeſſoris decreto Quod fiat proceſſus, eoque iam cępto, ſub redeundi fideiuſſione illum relaxauerit, & inde ad carceres reuocauerit, nullam abſolutionis vim habuit relaxatio illa, vt ex Bald.tradit. Macerat.d.reſol.102.num.1. Felic.alleg.53.num.15.p.p. Farinac.quæſt.4.num.25. Sed cum in his proceſſerit Baro, habito Adſeſſoris Iuriſperiti Voto, Acta ſunt valida, cap.cum in veteri.de elect. Gonzal.ad reg.cancell.8.gloſ.46.nu.87. Gratian.diſcept.524.num.2.3.4.diſcept.698.num.1. Et à pœna excuſandus, cum ipſe iuris non peritus ſit, Carot.ſing.104. Sbroz.de Vicar.Epiſc.lib.3.quæſt.30.num.3.

Ex his facto prius verbo D.Proregi, pronuntiauit M.R.C. Baro non moleſtetur, Anno MDXCV.

SVMMARIVM.

1 Pœnam ad incurrendam, non inſpicitur intereſſe, ſed contumacia, & contemptus. Contrar.num.15.18.
2 Cauſa iniuſta, à contemptu Iudicis non excuſat.
3 Dolo caret, qui Iudicis præcepto paret, at qui Magiſtratus imperio non obtemperat in dolo eſt.
4 Dolus in eo præſumitur, qui nō facit, quod facere debet; vel ſi facit, quod facere non eſt obligatus.
5 Pœna, in totum, vel in parte exacta, fideiuſſor de ſiſtendo reum in iudicio, moram purgare non poteſt.
6 Exacta dicitur pecunia, ſi reus, debitorem poſt condemnationem ſe Fiſco, conſtituit.
7 Bellug.& Bertaz.opinio, reiecta à Baiar.Guaz.& alijs, defenditur.num.26.
8 Mora infra breue tempus purgari poteſt, ſed quod ſit? Declaratur, num.27.
9 Pœna nondum à Fiſco realiter imburſata, ſi reus ſponte ſe præſentet, purgari poteſt, etſi dies, pœna, & iuramentum, prætoria in ſtipulatione ſit; Ac præceſſerit condemnatio, quod (Exigatur) iuxta praxim.
10 Mora in terris Eccleſiæ, quam alibi, de æquitate Canonica, purgari poteſt, Iuramento, & executiua obligatione,

Digitized by Google

gatione, non obſtante, ſi ius alterius non ſit effectum deterius re integra, maxime in eriminalibus.

11 *Hominem poſſidere, & pęnam petere iniquum eſt.*

12 *Pæna, & principalis res haberi non poteſt.*

13 *Pæna, eeſſante Fiſci intereſſe, in prætorijs ſtipulationibus peti non poteſt.*

14 *Pænæ loeus non eſt, ſi ex retardata rei repræſentatione nullum Fiſco illatum ſit præiudicium.*

15 *Pæna pro ſolo intereſſe eompetit, & num. 18.*

16 *Fiſcus acquirit reuoeabiliter, & cum modificatione, ſi mora purgari poteſt.*

17 *Moræ purgatio non admittitur ſi eaptus ſit reus.*

19 *Pæna propter intereſſe non exigitur, niſi probetur, atſi pro contemptu petatur, Iudicis eſt arbitrium, an ſoluenda illa ſit.*

20 *Contemnere quid ſit? & quando contrauenire, quis dicatur.*

21 *Pænam ratione eontemptus aſſequi nemo poteſt, ſi res principalis exacta ſit.*

22 *Moræ purgatio non datur, in execution iuris.*

23 *Incorpora am pecuniam dicimus, quæ exacta cum effectu ſit, & realiter imburſata.*

24 *Diſtractio bonorum, quæ habita precij fide, fieret, nulla eſt.*

25 *Iudieis, aut alterius iuriſdictionem non eonſumit actus, qui nullus eſt.*

A R G V M E N T V M.

Reus, & fideiuſſor, poſt moram incurſam, & pœnæ condemnationem à M.R.C. contra eos factam, Quod Reus infra menſem ab inferiore Iudice datum, coram M.R.C. ſponte non ſe præſentauerit, ſed ſatis poſt; An poſſint moram purgare, ſi pecunia à Fiſco non dum realiter, & cum effectu ſit imburſata.

C O N S I L I V M XXXIII.

ANtonius Patiſius Capitaneus Terræ *Fluminis Dioniſij*, inſtante Fiſco, à Regio Sindicatore plurium criminum reus damnatus, fideiuſſorem pręſtit in vntijs quatricentis, quod ſe infra menſem coram M.R.C. Iudicio ſiſteret. Lapſo menſe cum ſe minimè ſtetiſſet reus: Fiſcus Regius pactam ſummam conſequi (veluti commiſſa iam ſtipulatæ fideiuſſionis pęna) contendebat; Fuitque à M.R.C. decretum, *Exigatur*, Proinde exequutoribus ad eam rem miſſis, cum hi, fideiuſſores ipſos prehendere non potuerint, Antonij rei bona, ſub haſta, poſita vltimo licitatori vendiderunt, cui fide precij poſt duos menſes ſoluendi habita, poſſeſſionem tradidere, interim non dum ſoluta ab eo pecunia Antonius ſe M.R.C. ſtetit. Tum deinde à Prorege poſtulabat diſtracta per Executores bona ſibi reſtitui, vel ſaltim decerni, *Vt M.R.C. de Iuſtitia prouideret*, ſi diſtractione illa nõ obſtãte, bona ſua poſſit aſſequi. Cumq. à Prorege id fuerit M.R.C. cõmiſſũ, quid iuris ſit? quęritur.

1 Primo, Ad pœnam non inſpicitur † intereſſe, *l. in omnibus. 2. ff. de Prætor. ſtipul.* Sed contumacia potius, & contemptus, *Pariſ. conſilio 19. num. 57. in 2. Menoch. de arbitr. eaſ. 260. nu. 24. Valaſc. deciſ. 174. numero 6.* Tum maximè in criminalibus, in quibus non conſideratur intereſſe, *gloſ. fin. l. 4. & ibi, Alber. ff. de cuſtod. reor. gloſ. pen. l. 2. §. fin. vbi, Bartol. Bald. & Alber. num. 3. ff. qui ſatiſd. cogan. Bart. num. 8. Alber. num. 13. in l. Iulianus. ff. eodem.* Quia inobedientia grauiſſimum ſcelus eſt, *Cagnol. rubr. ff. ſi quis ius dieen. non obtemp. num. 7. Bimi. conſil. 253. num. 71.* Et
2 † cauſa iniuſta non excuſat à contemptu Iudicis, *Farin. quæſt. 90. num. 72. Bardell, conſil. 151. num. 55.* Sed Iudicem contempſit reus, qui lapſo menſe, coram M.R.C. non ſtetit commiſſa ergo eſt pœna ex
3 dolo, in quem ſicut † incidiſſe non præſumitur, qui paret præcepto Superioris, *Cagnol. l. non videtur. §. qui iuſſu. num. 1. ff. de regul. iur. Maſcard. concluſ. 531. num. 90. Farinac. quæſt. 89. num. 64.* Ita doloſus dicitur, qui ſpernit iuſſum Superioris, non obtemperans imperio Magiſtratus, *l. non poſt dolo carere. ff. de reg. iur. Bardell. conſil. 151. num. 50.* Et qui non facit
4 id † quod facere tenetur, *l. dolus. ff. mandat. Crauett. conſil. 193. num. 2. Burſ. conſ. 94. num. 2. Maſcardus, d. concluſ. 531. num. 24. 52. 71. Menoch. de arbitrar. caſ. 208. num. 35.* Vel ſi facit, quod facere non debebat, *Bald. conſ. 62. in 4. Marta, deciſ. 198. num. 8. Menoch. lib. 4. præſump. 12. num. 10. Gabr. conſ. 16. nu. 43. vol. 1.* Licet plus ſit contemnere, quam non parere, *Apen. l. qui fiſcales. C. de nauicular. lib. 11.* quem citat *Baiard. ad Clarum §. fin. quæſt. 30. num. 19. Caualc. de brach. reg. p. 2. num. 240.* Et fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit, *l. auxilium. ff. de minor. authen. nauigia. C. de furt. & tot. tit. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Carrer. in prax. l. obſeruare. num. 115. Herculan. de eaut. non offenden. cap. 50. Farinac. quæſt. 30. num. 77. Caualc. deciſ. 14. p. 5. de brach. reg. p. 2. num. 240.*

5 Secundo, quandiu Fiſcus fideiuſſionem aut † pęnam in fideiuſſione conuentam realiter non exegerit, præſentato reo, permittitur purgatio moræ; Ea autem exacta reus, eiuſque fideiuſſor, amplius non auditur, *Bart. & Bald. quæſt. 11. in l. qui crimen. qui aecuſ. non poſſ. Bolognet. l. ſi inſulam. num. 113. ff. de verb. oblig. Cumi. de ſindic. eap. 23. num. 50. Teſſaurus deciſ. 77. num. 3. ad fin. Seraph. iuram. priuileg. 48. nu. 11. Guazz. de treng. & pac. tit. de caut. §. 3. quæſt. 66. num. 5. p. 2.* Siue in totum, vel in parte, exacta, iam ſit pœna, *Iaſ. d. l. ſi inſulam. num. 31. Crauet. conſ. 246. num. 5. Riminald. Sen. conſil. 421. num. 8. vol. 2. & deciſum refert, Farin. deciſ. 48. lib. 1.* comprobat, *Guazz. d. quæſt. 66. num. 13.* Cumque diſtractis fideiuſſorum bonis, Fiſcus alios receperit debitores, pœnam illam à reo, eiuſque fideiuſſoribus exigiſſe dicimus;
6 notat, † & merito, *Angel. in l. ſi poſſeſſor. §. redacta. ff. de petit. hæred.* Exactam dici pecuniam, ſi vltra condemnationem, reus debitorem ſe fiſco conſtituiſſet, *Socc. conſil. 151. vol. 1.* Vt deciſum inquit, *Fa-*
7 *rin. conſi. 148. num. 4.* Et licet † teſtetur, *Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 31. de offic. in carcer. milit. num. 27.* quem citat, *Bertaz. erim. conſ. 560. n. 23.* Quod licet pœna in totum, vel in parte fuerit exacta, poſſit fideiuſſor moram purgare, pręſentato reo: Verius tamen contra eos, eſſe cenſuit, *Baiard. ad Clar. §. final.*

Digitized by Google

quæſt.46.num.59.Facta executione moram purgari
non poſſe,Guazz.d. quæſt. 66. num. 14. Bellon.de ijs,
quæ fiunt incontin.c.73.num.21. Mareſcot. lib.2.reſol.
124.num.18. Sed Pariſius vltra menſes octo ſe præ-
ſentauit, ergo,&c.

8 Tertio, ſi moram purgari † admittimus, non
quandocumque admitteretur,ſed infra breue tem-
pus Iudicis arbitrio moderandum, l.etſi poſt tres.ff.
ſiquis caut.Seyſel.l.ſi inſulam. nu.27.ff. de verb.oblig.
& ibi Iaſ.n.13.Rip.n.10.Rom.conſ.352.nu.5.Seraph.
iuram.priuil.38.n.11.Teſſaur.deciſ.77.n.2.Baiar.ad
Clar.§.fin.quæſt.46.num.55.Menoch.de arbitr.caſ.7.
Bardell.conſ.151.n.25.Burſ.conſ.363.n.11.Barz.de-
ciſ.62.n.59.Rim.Iun.conſ.807.n.17. Si ſit reus prin-
cipalis,d.l.& ſi poſt tres. Secus ſi fideiuſſor,cui con-
ceditur purgatio moræ per multos dies, Mareſcot.
d.reſol.124.num.33.

Re tamen ipſa diligentius inſpecta;Contrarium
9 dixi verius, imo pœna non † dum realiter, & cum
effectu à Fiſco imburſata purgari poſſe moram, ſi-
uè ſeipſum ſponte præſentet reus, ſiue à fideiuſſore
præſentetur,ad tex.l.ſancimus.C.de fideiuſſ. Vrſillus,
deciſ.130.num.8.Gramm.deciſ.95.num.1.5.Carauit.
rit.163.num.2.Caual.de brach.reg.p.2.nu.241. Boſſ.
tit.de carcer.fideiuſſ.commit.num.66. Maur.Aret.de
fideiuſſ.p.p.ſect.2.c.3.num.69.72. Farin.quæſt.34.nu.
135.Viui.deciſ.442.num.15. Muſcatell. de fideiuſſ.p.
p.mod.1.p.2.quæſt.1.num.21.Baiard.ad Clar.§.final.
quæſt.46.num.55.Guazz. de treug.& pac. tit. de cau-
tion.§.3.quæſt.66.num.4.p.2. Marc.Anton.Genuenſ.
prax.Archiep.cap.33.num.11.Thor. compend. deciſ.
lit.F.verb.fideiuſſor.14.lit.P.verb.pœna.17.D.Tapp.
de Iur.Neapol.lib.3.rub.15.c.130. Teſſaur.deciſ.77.
num.3.ad fin.Mareſcot.d.cap.124.num.33.Seraph.d.
priuil.48.num.11.Etſi (ſecundum alleg.) in fideiuſ-
ſione dies ſit,pœna, & iuramentum, ex Bald.Iaſon.
Alex.& alijs,latè defendit Oſaſc.deciſ.48. à num.11.
Farin.d.quæſt.34.num.137.Maur.Aret. d.cap.3. nu.
104.Guazz.d.quæſt.66.num.5.Seraph. d.priuileg.48.
num.11.Et in Regno ſeruatum dixere, Bolognet.d.l.
ſi inſulam.num.113.Cumi. d.cap.23.nu.50.51.Barz.
deciſ.50.num.53. Tum maximè, quod illa eſt Iuris
10 concluſio, † De æquitate Canonica, tam in terris
Eccleſiæ,quam alibi, admitti moræ purgationem,
ſi ius alterius non eſt factum deterius, Crot.l.ſi inſu-
lam.num.49.ff.de verb.oblig.Marſ.ſing.463.Teſſaur.
d.num.3.Carauit.d.num.2.Baiard.d.num.55.Guazz.
d.num.5.Seraph.deciſ.591.num.7.deciſ.819.num.7.
12.& iuram.priuileg.48.num.8.Gabr. it.de tranſact.
concluſ.1.num.12.Mantic. deciſ.270.nu.4.5.6.Oſaſc.
conſil.4.Rota,deciſ.410.ſub num.5.p.4.in nouiſſ.Rey-
ger.Theſaur.Iur.lit.Mo.Barz.deciſ.111.num.12 Sur-
dus,conſil.450.num.9.12. Verall. deciſ.230.num.3.
deciſ.231.num.2.p.2.Ludouic.Peruſ.deciſ.90.num.4.
Decian.conſil.4.num.42.vol.4.Farin.quæſt.34.num.
136. Iuramento etiam non obſtante, Bolognet.l.ſi
inſulam.num.236.ff.de verb. obligat. Padill.l.ſi quis
maior.num.25.C.de tranſact. Dec. conſil.138.num.7.
Honded.conſil.34.à num.87.in 2.Vrſill.deciſ.174.nu.
2.Teſſaur.deciſ.212.Surd.conſil.97.Verall.deciſ.230.
num.3.p.2.Rota,deciſ.728.num.3.p.3.Mancin.de iu-
ram.p.4.effect.13.num.4. Caual.deciſ.38.num.22.p.
3.de brach.reg.p.2.num.217. Gutticr. de iuram.p.3.
cap.17.num.5.6.Barz.deciſ.50.ſub nu.53.deciſ.111.
num.12.Tuſc.lit.M.concluſ.379.num.10. Rimin.Iun.
conſ.124.nu.47. Kobl.exerc.15. Sarmient. Select.in-
terpr.lib.3.c.5.num.2. Bero.conſil.150.num.30.in 1.
Et clauſula, Vt bancus, Zecch.de oblig. Camer. quæſt.
28.Rot.deciſ.728.num.4. Vbi reſpondet, Putc.deciſ.
456.lib.2. Et licet in conuentionalibus ſtipulatio-
nibus,ex magis comm. Negent alij moræ purgatio-
nem admitti, in Prætorijs tamen concedunt indi-
ſtinctim; Ratio diuerſitatis eſt, quia ſtipulationes
conuentionales iudicantur,ex contrahentium mẽ-
te,l.in conuentionalibus.ff.de verb.oblig. Et ſic inuito
actore nihil immutatur;ſecus eſt in ſtipulationibus
prætorijs, quæ iudicantur ex mente Prætoris, qui
eum ſemper habeat æquitatem ante oculos, l.quod
ſi epheſi.ff.de eo quod cert.loc.Videns,quod ius acto-
ris non eſt factum deterius, moram purgari admit-
tit,Mareſcot.reſol.lib.2.cap.124.num.33. Tum maxi
mè re integra in criminalibus, & in delictis in omit
tendo tamen commiſſis,Bart.l.ſi inſulam.quæſt.6.de
verb.oblig.Aretin.conſ.156. ad fin. Mancin.d.effect.
13.num.40.Seraph.d.priuileg.48.num.19.Coſta,de re
integr.diſt.in.67.num.3.Tiraqu.de pœn.cauſ.44.nu.51.
Magon.Floren.deciſ.88.nu.15. Si ſucceſiua ſint, Me-
noch.recup.poßeſſ.remed.9.num.146.Bellon.de ijs,quæ
fiunt incontin.c.73.nu.26. Quæ moræ purgatio eum
11 æquitati, inhereat, iniquum ſane † erit hominem
poſſidere,& pœnam petere,l.apud celſum.§.labeo.ff.
de dol.except.l.reſcriptum.§.ſi facto.ff.de pact. Cara-
uit.rit.102.n.2.Ricc.deciſ.42.num.3.p.2.Vrſil.deciſ.
130.num.7. Ponte, de poteſt.Proreg.tit.1.de diuerſ.
prouiſ.fier.ſolit.num.28.ad fin. Guaz.d.qu.66.num.6.
12 Sicut nec res,& pœna † haberi poteſt, l.reſcriptum.
§.pactum.& ibi,Doct.ff.de pact. l.ſi duo.§.item ſi duo.
ff.ſi quis caution.Gramm.deciſ.95.num.4. Borrell. ad
Bellug.in Specul.Princ.rub.31.§.quamuis.lit.E.Vrſil.
deciſ.130.num.6.Carot.deciſ.28.num.12. Tum quia
13 ſi eſſet Fiſci intereſſe † peri pena in Prætorijs ſtipu
lationibus non poteſt, Gloſ.fin. in cap.fin. de dol. &
contum.l.2.ad fin.ff.ſi quis in ius vocat. non ierit, vbi
gloſ.verb.interſit. quam notat ibidem Bartol. nu. 14.
Alexand.ſub num.6.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.glo.
& Iaſon.num.10.§.alteri.Inſtit.de inutil.ſtipula.in l.
2.§.fin.num.15.ff.de verb.obligat. Rota Auenionenſ.
deciſ.169.num.10.Vrſil.deciſ.130.num.7.deciſ.244.
ad fin.Gabr.conſil.66.num.49.in 2. Barz.deciſ.112.
num.10.Felic.allegat.10.num.70.p.p.Boer.deciſ.217.
num.14.15.Oſaſc.deciſ.70.num.13.14. Galuan.conſ.
15.num.4. Quin excuſatur fideiuſſor, Gabr.conſilio
181.num.7.8.vol.1.Bertaz.crim.conſil.560.num.23.
Et ſi prægnantibus verbis promiſſa illa ſit, Gramm.
crim.conſ.66.num.76.Gabr.conſ.181.n.6.in 1.Farin.
quæſt.34.num.6.Macerat.lib.3. reſol.29.nu.19. Quia
14 vt Vrſill.inquit deciſ.130. num.7. In † Prętorijs hi-
ſce ſtipulationibus non eſt locus pœnæ ſi ex retar-
data repreſentatione prẹiudicium non inferatur,
Bertaz.d.conſ.560.num.23.Guazz.d.quæſt.66.nu.7.
& pluries iudicatum,Teſſaur.refert,deciſ.29.nu.5.
15 Quam pro ſolo intereſſe † dari monet, Angel.d.§.
Labeo.Gram.deciſ.95.num.1. Vrſill.d.num.7.Carot.
deciſ.28 num.10. optimè Gypſ.ad Rot.Bonon.deciſ.
148.in nouiſſ.Muſcatell.de fideiuſſ.p.2.quæſt.1.Ricc.
deciſ.42.n.4.p.2.Marc.Ant.Genuen.prax.Archiep.
c.33.nu.11.Viui.deciſ.442.ſub n.17.Generale enim
eſt, quod ſi parum, aut nihil interſit purgare mo-
ram

Digitized by Google

ram,cuique permittitur,*Gabr.conſ.66.nu.62.conſil. 69.num.45.in 2. Bellon.de ijs quæ fiunt incontin. c. 73. num.19.Coſta,de re integr. diſtinct.86. num.10. Surd.*
16 *conſ.558.num.15.* Nec Fiſcus † in hoc priuilegiatus dicitur, etſi notarius pro eo ſtipulatus ſit pœnam, in caſu contrauentionis, quia eidem Fiſco non atquiritur ius ſimpliciter,& irreuocabiliter, ſed cum modificatione, ſi mora nempè purgari non poſſet, *ex Imol.Cuman.Caſtr.& Alex. ediſſerit, Iaſ.l.ſi inſulam.ſub num.38.ff.de verb.oblig. Guazz.de treug. & pac.tit.de caut.p.2.§.3. quæſt.66. num.8.* Quod euenit,ſi cum effectu imburſata à Fiſco ſit pœna, *Cumi.d.cap.23. num. 50. Bolognet.d.num.113.* Vel ſi
17 non ſponte † ſe conſtituat reus, nam ſi captus fuerit, nec ipſe, nec fideiuſſor, ad purgandam moram admitteretur, *Carauit. d. rit. 163. Baiard.ad Clar. §.final. quæſt.46. num.58. Guazz. dicta quæſt.66.numero 12.*

18 Non obſtat Primum, quia in ſtipulationibus † de ſiſtendo reum in iudicio, pœna ipſa tantum committitur,ſi intereſt, *l.final.§.1.ff.de eo per quem fact. erit.Angel.& Alex.l.2. num.2. ff.ſi quis in ius vocat. non ierit.Oſaſc.decif.70. num.11. Galuan.conſilio 15. num.4.Muta,rit.160.nu.29.& ibi Bongior. Montalu. & reliqui Scribentes.* Imo notat,*Bart.l.in omnibus.ff. de prætor. ſtipul.* Quod in his pœna loco intereſſe adiecta cenſetur,*Oſaſc.decif.70.num.13.Aretin.de fideiuſſ.p.pœſect.a in prælud.c.1.num.18.*Additque,*Alexan.l.4.§.cato.num.41.ff.de verb.oblig.* Quod prætor potius præſumitur pœnam loco intereſſe poſuiſſe,quam pro contemptu, *Oſaſc. decif. 70. num.11. Galuan.conſ.15.num.4.* Sed reo iam præſentato,ceſſat intereſſe,Proinde periculoſam nimis, *D. Oſaſc. decif.48.*iudicauit, *Viui.decif.442.ſub nu.17.* Dum Senatus ille,ſecundo termino iam elapſo,fideiuſſorem ad pœnam condemnauit,qui reum exinde præſentauerat.

19 Reſpon.II. Aut pœna † apponitur propter intereſſe, aut propter contemptum, ſi propter intereſſe, numquam illud exigitur,niſi probetur, *Afſl.decif. 135.Marta,decif.7.n.11. Guttier. lib.2. canon.quæſt. 20.n.5.de iuram.c.36.n.10.Rot.Bonon. d.decif.148.* Cumque Fiſcus nullum paſſum fuiſſe intereſſe probauerit,ceſſat pœna.

Nec conſiderandum eſt, emptoris intereſſe, cui in licitationibus Pariſij bona fuerant diſtracta;tum quia oblarum precium non dum ſoluit, tum quia tradit *in term. Faber.lib.4. C.tit.24.de vſur.et mor. deſſin.30.* Quod, ſi creditor iure ſuo ceſſerit,& ex cauſa interſit ceſſionarij, licèt non interſit creditoris: Non tamen vtilitatis huius ratio habenda eſt, ne ex facto cedentis durior fiat conditio ceſſi debitoris, *ad text.l.1.ff.de alien. Iudic.mutand.cauſ.fact.* Sed Fiſci hoc in caſu non intereſt, præſentato iam reo, nec emptoris intereſſe inſpiciendum quoque dicimus.

Si vero propter contemptum, index arbitrabitur,an ſit ſoluenda pœna,*Menoch. de arbitr. caſ.260. Marta, decif.7. num. 12.* Sed hoc in caſu Superioris præceptum non contemſit Pariſius, quia contem-
20 neretreſt voluntariè contradicere, ſpreta præcipientis poteſtate,*Archid.& Gemin.c.nullus. 55.diſtinc. Rim.Iun.conſ.772.num.4.* Ipſaque ſola inobedientia,non eſt contemptus,*gloſ.c.de libellis, & ibi Gemin.20.diſtin.Couar.c.alma mater.§.7.num.6.p.2.de ſenten.excomm.Cartar.decif.130.n.12.Rimin.Iun.d. conſ.337.n.16.Decian.conſ.14.n.9.in 3.*& notat,*Baldus,in l.1.C.de his,quæ pœnæ nom.* Pœnam à contraueniente incurri, ſi formaliter cōtraueniat, ita vt eius animus directo ſit ad contraueniendum,*Natt.conſ. 339.n.8.Cartar.decif.130.num.13.* Cumque decurſo iam octimeſtris temporis ſpacio, coram M.R.C. ſponte ſe conſtituerit, Pariſius reus, quam in Superiorem recognouit,ergo &c.

21 Reſpon. III. Quod ſi pœna debita † ſit ratione contemptus,cum exacta ſit res principalis, pœnam aſſiqui nemo poteſt, *l.ſi duo.§.item ſi duo.ff.ſi quis caut.Ang.l.fin.§.fin.ff.qui ſatiſd. cogan. Anna, alleg. 40. num. 8.* Sicut iniquum eſſe dixerim, hominem habere,& pœnam petere, *ex Gram.Carot.et alijs iam citat.num.11.12.*

22 Non obſtat Secundum, quod executione † iam facta;Mora purgari amplius non poſſit, quia id verum, ſi exequutio citra hominis miniſterium, ipſo iure,fieret,*Iaſ.num.31.Alex.num.33. Crot. num.46. Ripa,num.81.111.Ang.nu.19. l.ſi inſulam.ff.de verb. oblig.Ronchegall.l.2.num.28.ff.de duob.reis. Roman. conſ.103.num.4.conſ.427.num.8.Boni.de ſtatut.Vrb. præſcript.gloſ.2.num.10.Rot.decif.803.p.4. Mancin. de iuram.p.4.effect.13.nu.24.48.80. Mareſcot.lib.2. reſol.c.124.num.18.Magon. Floren.decif.88.num.17. Maluaſ.conſ.vlt.num.99.100. Teſſaur.decif.77. Grat. conſ.93.num.62.in 1.Nat.conſ.364. Rot.Bonon.decif. 148.n.7.in nouiſſ. Oſaſc. decif.71.nu.35. Verall.decif. 234.decif.243.decif.414.p.2. Rim. Iun. conſ.124.nu. 50.* vbi declarat idem eſſe, quod lex faciat executionem pœnæ,vel ipſo iure quis incurrat, aut imponatur,*& conſ.807.n.34.latè Modeſt. Piſtor.conſil.48. n.31.vol.2.Mancin.d.effect.13.n.45. Bardell. conſilio 151.n.18.22.Natt.conſ.364.n.11.*Addit,*Maſcar.de ſtatut.interpr.concluſ.9.num.11.* Quod ſi Statutum vlterius ſtatuendo de tempore progreditur,contrarium ſtatuendo; non valet actus factus extra tempus,& ita re non integra,nec licet eo in caſu purgare moram:Lex autem,ſtatutum, vel edictum, tunc executionem facere dicitur, quando illico priuat, *Anchar.c.quam ſit.num.3. de elect.in 6. Maluaſ.Bon. & Bardell.iam citati.*

23 Reſpon.II. Pecuniam tunc † Fiſco incorporatā, dixit *Bald.l.nec damnoſa.num.1.ad fin.C.de precibus imper.offer.* Si cum effectu fuerit exacta, & ibi, *Iaſ. num.1.Farin.conſ.148.num.9.22. & Fragm.p.p.lit. B.num.116.* Incorporare enim, idem eſt,quod realiter exigere,*Bald.num.1.* Sed nec contra fideiuſſores, nec contra reum à Fiſco exacta adhuc fuit pœna,nec realiter imburſata, iuxta *Bolognet.*ſententiā, *d.l.ſi inſulam.num.113.Cumi.d.cap.22.num.50.* Nec res definit eſſe integra propter iuris ceſſionem à Fiſco alteri factam, *Seraph.decif.591. Scholiaſt.ad Ludouiſ. dec.559.lim.2.* Sed executio requiritur,quam verè factam dicimus, ſi exacta cum effectu ſit pœna, *Bartol.l. is qui reipublicæ. ad finem.ff.quibus ex cauſis maior. Bald. l.conſentaneum. ad finem. C. quomodo & quando Iudic.Farinac.conſil.148.num.5.10.* & realiter imburſata, *Bolognet.d.num.113.*

24 Reſpon.III. Ex bonorum † diſtractione nec imburſata eſt pœna, quia nulla eſt ipſo Iure. cum ſit habita fides de precio, *ad text. l.à diuo pio.§.ſed ſi*

K 2 emptor.

emptor.ff.de re iud.& ibi notat, *Bart.num.2.Alexan.*
num.5.Ang.num.2.Iaſ.num.1.Caſtr.num.2.Imol.nu.
3.Vrſill.deciſ.358.num.4. Gualt.de tutel.p.2.rubr.4.
num.31.Daumod.tit.de ſubhaſt.cap.5.nu.3. Maſuer.
in prax.tit.de ſubhaſt.num.35. Gratian. diſcept.7.nu.
6.diſcept.326.num.5.Oſaſc.deciſ.109.num.10.Surd.
conſ.168.num.24.Aſin.de execut.§.6.c.31.num.47.
Menoch.de arbitr.caſ.381.nu.19.20.Tuſc.lit.V.con-
cluſ.67.Pract.Papien.tit.de execut.ſent.gloſ.per publi
cum nuntium.num.6.Farin.deciſ.3.nu.1.2.deciſ.105.
n.3.deciſ.247.num.5.Intrigl.ſing.173.lib.2.& deciſ.
15.n.14.58.Rot.deciſ.464.n.1.p.2.deciſ.257.n.5.6.
p.4.Cauagnol.Montisfer. Decr.72.§.4.num.2.Rebuff.
ad Reg.conſtit.tit.de ſubhaſt.art.7.gloſ.1.num.2.Mu-
ſcatell.de appell.p.3.gloſ. venduntur.n.19.20.21.22.
optimè D.Ludouiſ.deciſ.23.à nu.1.deciſ.319.num.4.
Eoque magis pro Fiſci debito, *Pereg.de iur.fiſc.lib.*
6.tit.4.ſub num.9. Montanar. de adminiſtr. vniuerſ.
pragm.5.§.13.num.18, Sed quod nullum eſt, impe-
dimentum non præſtat, *l.4.§.condemnatum.ff.de re*
25 *iudic.* Et actus nullus non † conſumit Iudicis iuriſ-
ditionem, vel alterius, qui actum explicare debet,
l.2.ff.de opt.legat. cap.ſi electio.de elect.in 6.exornat.
Molin.de primog.lib.2.cap.4.n.38.Tiraq.l.boue.§.hoc
ſermone.limit.1.ff.de verb.ſignif.Morla,in empor.iur,
tit.2.de iuriſd.quaſt.17.num.26.
26 Reſpon. IV. Veriorem eſſe ex iam † dictis, *Bellug.*
ſententiam, *in ſpecul.Princ.rub.31.de offic.in carcer.*
milit.num.27.ad fin. & ibi Borrell, lit.E. Quod imo
pœna in totum, vel in parte exacta, poſſit mora pur
gari præſentato etiam reo, tum quia *Bellug.* ſequun-
tur, *Bertazz.crim. conſ.560. num.24. ex Foller.prax.*
crim.p.p.2.p.gloſ.verum ſi citati.num.4. Herculan.de
cautio.non offend.c.23.num.21. Nec facta dicitur
executio, niſi cum effectu facta ſit, adeo vt pecunia
realiter fuerit imburſata, vt repetitum fuit ſæpius:
Proinde ſic accipiendos eſſe cenſui, *Mareſcot.Bellon.*
& alios à me relatos.num.7. Nec à *Baiard. & Guaz.*
reprehendi ex his potuit, *Bellug.& Berdaz.* Quo-
rum opinionem inſequuta fuit M. R. C. Imo ſi di-
ctum eſſet, *Exigatur,* aut aliter cōdemnatus ſit reus,
pœna nondum realiter imburſata, purgare, ſui præ-
ſentatione, poteſt moram, *ex Cumi. d. cap.22. num.*
50.51.
27 Non obſtat Tertium, Quia † etſi *ex l.ſancimus.ff.*
de fideiuſ. tantum tempus ad purgandam moram
concedatur (ſecundum vnum intellectum) quan-
tum ex conuentione ſancitum fuit (& ſecundum
alium eius intellectum) tempus ſex menſium, *ex*
Farin.quaſt.34.num.145. Verius tamen eſt, Iudicis
arbitrio remitti, *Gloſ.c.potuit.de locat. Rip.l.ſi inſulã.*
num.35.vbi Alciat.num.15.ff.de verb.oblig.Seraph.
iuram.priuileg.48.num.22.Farin.quaſt.34.num.147.
Bellon.de ijs quæ fiunt incontin.c.73.num.19.Menoch.
de arbitr.caſ.7.num.13.& caſ.40.conſil.543.num.1.
Alba.conſ.397.num.25.conſ.690.n.8. Teſſaur.deciſ.
77.n.3.Guaz.de treg.& pac.tit.de cautio.non offend.
§.3.quaſt.66.num.11.p.1.Decian. conſ.4. n.42.in 4.
Magon.Lucenſ.deciſ.35.num.1.Galuan. conſ.15.num.
11. Cum enim rei repræſentandi promiſſio facta
ſit, cum clauſula *Toties, quoties, & ad Omnem Iudi-*
cis requiſitionem fruſtra de ſemeſtris temporis ſpa-
cio in repræſentationis articulo agendum eſt. Quin
ludibrio, ac irriſione digni exiſtimantur, in hoc
promiſſionis genere cauſidici, qui ſemeſtre ſibi ad moram purgandam concedi poſtulant, *Farinac.q.34.num.146.Galuan. conſ.15.num.12. Scapp. de iur. non ſcript.lib.5.c.72.Maur. Aret. de fideiuſ.p.p.ſect.2.in prælud.cap.1.num.33. Cancer.lib.2.reſol. cap.5. de fideiuſſ.num.118.* Statuet igitur prudens iudex, conſiderata rei, temporis, & perſonarum qualitate, breue tempus arbitrio ſuo diffiniendum; non enim debet reo adeo obeſſe, ſi in mora conſtitutus ſit, quin poſſit (cum alterius aut Fiſci, nil, vel parum, interſit) contractam moram purgare, *Gabr.conſ.66.n.62.vol.2.Surd.conſ.558.num.15.Coſta, de re in eg.diſtin.86.n.10.Caball.crim.reſol.caſ.226.* Breuis mora, non eſt mora *Surd.conſ.558.n.11.Morot.conſ.35.num.29.Bellon.d.c.73.num.8.*

Ex his pronuntiauit M. R. C. *Antonius Pariſius non moleſtetur, & Bona reſtituantur.* Anno MDXCII.

SVMMARIVM.

1 *Carcer eſt, domus, in qua quis retinetur.*
2 *Domi pro carcere retentus, ſi ab ea exierit, pœnam ſtipulatæ fideiuſſionis committet. Contrar.num.8.*
3 *Carceratus à loco pro tuto carcere, ſub pœna, aſſignato recedens, carcerem fregiſſe dicitur. Contrar. num.9.*
4 *Pœna prætoriæ ſtipulationis, ratione contemptus committitur.*
5 *Licentia exeundi à domo pro tuto carcere aſſignata, non in voce, ſed in ſcriptis obtinenda eſt. Contrar. num.22.*
6 *Mora propter iuramentum purgari non poteſt.*
7 *Pœna in prætorijs ſtipulationibus, ex certa ſcientia promiſſa, vltra quod intereſt exigitur.*
10 *Fideiuſſor pro eo, qui à domo exijt, & ſtatim redijt, ad dimidiam pœnam tenetur.*
11 *Bolognet l.ſi inſulam.num.113.ff. de verb.oblig. reijcitur, & num.12.*
13 *Maſtrill.deciſ.259.num.59.reijcitur.*
14 *Farin. quaſt.30. num. 77. ſe ipſum correxiſſe oſtenditur, ſuo conſ.122.num.31.*
15 *Vulpell.conſ.139. declaratur.*
16 *Fideiuſſionis pœna non committitur, ſi iuſta, vel neceſſaria ex cauſa domum exijt, qui in ea eſt carceratus.*
17 *Carceratus domum pro carcere ſibi aſſignatam exiens, vt Superiori obediat, fideiuſſionis pœnam non ſoluet. Vel ſi ob cauſam publicam.*
18 *Carceratus domi, ſi bono viro credidit, & ab ea exijt, ad fideiuſſionis pœnam non tenetur, ſi de tertij præiuditio non agitur.*
19 *Credulitas, ſi nimia eſt non excuſat, quia culpæ adſcribitur.*
20 *Officiali publico credens excuſatur.*
21 *Credulitas ſupina, quæ ſit? diffinitur.*
23 *Superiorum tollerantia, expreſſam licentiam tribuit.*
24 *Dolo, & culpa excuſatur, qui credidit, cui veriſimiliter credendum erat.*
25 *Iniuſta credulitas excuſat à dolo, iuſta vero excuſat à culpa.*
26 *Credulitas, etſi fatua excuſat à dolo, culpa, & omni pœna, & num.28.*

Doli,

Digitized by Google

27 Doli, & fraudis præſumptio ceſſat, ſi actus publicè geſtus ſit.
29 Ignorantia excludit contemptum.
30 Contemnere, quid ſit?
31 Contemptus ceſſat, ſi iniuſta, etiam ex cauſa, quis non obediat.
32 Contemnere non dicitur, qui caſu, non autem deliberatè contrauenit.
33 Iudicandum contra Fiſcum eſt, in dubio.
34 Pœna exigenda à Fiſco erit, qua enus eius intereſt.
35 Iudex promptior in abſoluendo, quam in condemnando eſſe debet.
36 Fideiuſſio præſtanda iterum eſt, ſi reus Superioris licentia, à domo pro tuto carcere aſſignata exierit, quia prima extincta dicitur.

ARGVMENTVM.

Retentus domi pro Carcere ſub fideiuſſione, ſe inde non exiturum, ſi exijt, & breui, ſponte reuertatur. An propter ſui temeritatem fideiuſſionis pœna plectendus ſit ob Iudicis contemptum; Vel potius excuſandus?

CONSILIVM XXXIV.

BAro Siculianę cum decem mille vnciarum fideiuſſione data, Domi Carceris loco incluſus eſſet: Quo ptimum die Sacro, Nymphæ Virginis, & Martyris Corpus, Roma Panormum (ſumma celebritate) illatum eſt; ab Officiali Prætoris Panormitani iuſſus fuit, vt de Proregis mandato pompæ adeſſet, vnamq. ex multis Baldachini haſtam in ea ſollemnitate geſtaret. Paruit mandato Baro, totaque Vrbe ſpaciatus commiſſum ſibi munus ſubijt, & ſollemnitate iam expleta, ſtatim domum redijt. Altera itaque die, Regius Fiſcus ad ſtipulatæ pœnæ ſolutionem Fideiuſſores cogebat, eo prætextu, quod pacti carceris limites Baro violaſſet, nec reditu moram purgauerit: Quæſitum eſt, An Fiſci petitio obtinere debeat?

Sed non videor, enucleatè poſſe materiam hanc explicare, niſi prius illud præfatus fuero: Quod ſi
1 Domi retineatur Baro,† Carcer tamen illa reputatur, *Gamm.deciſ.318.num.1.Caball.crim.reſolut.caſ.212.num.1.Hering.de fideiuß.c.10.nu.170. Suarez. de fideiuſſ.in cauſ.crim.num.12. Ricc.Archiep.deciſ.226.num.1.p.2.Tuſc.lit.C.concl.87.num.3.Rim.iun, conſ.738.n.1.& infra.* Cum carcer ſit omnis locus, a quo pro velle is exire non poteſt, *gloſ.l.qui neque, verb.cuſtoditur.ff.de verb.ſignific. Suarez.d.num.12. Ang.de maleſic.verb.qui iudex.n.16.Boer.deciſ.215.num.15.Maſull.ad Capic.deciſ.154.nu.3. Auend.c.5.prætor.num.22.lib.2.* Caball.crim.reſol.caſ.8.nu.14. *Ricc.d.n.1. Azeued.l.15.num.13.tit.6.lib.3.recop. Tuſc.lit.C.concluſ.82.n.2.Caualc.deciſ.14.nu.1.2.6.p.5.* Arreſtatus de non recedendo datis fideiuſſoribus, cenſetur carceratus, *Guid. Pap.deciſ.253.deciſ.563.Maſull.d.num.3.* His itaque cognitis, an commiſſa eſſe ſtipulatio videatur, per leuem eiuſmodi contemptum; Variè ſentiunt Doct.

2 Prima fuit, *Vulpell.* opinio, *conſ.139.* Exigi † pęnam, ſi detemptus domi ſub ſtipulata fideiuſſione de non exeundo, ipſe exierit, *l.ſi quis reum. verſ.ſed ſi neque.ff.de cuſtod. reor. Salic.l.ad commentarienſem.num.3.C.eod.Cepoll.crim.conſ.25.Caccialup.de debit.ſuſpec.quæſt.1.num.2.comm.Farin.quæſt.30.num.73.76.Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.21.num.105. Tuſc.lit.F.concluſ.323.num.1. Ambroſ.deciſ.49.num.9. Galuan.conſil.15.num.8. Maſcard.de probat. concl.266.num.3.Bertaz.in ſchol.ad crimin.conſil.80.lit.A.latè Riminald.Iun. conſil.135.à num.11. alias conſil.82.tom.2.crim.* & hoc verius, inquit *Marc.Anton.Genuen.prax.c.34.nu.11.* Ratio eſt, *ex Rim.Iun.d.conſ.135.num.16.* Quod ſtipulatio de non exeundo pęnalis eſt, & à præcedente conditione affirmatiua incipit, ſi exeat pęnam promittit, & tunc committitur, cum id actum fuerit, quod in conditionē deuenit, ipſaq. condictio extiterit, *ex Bart.l.ita ſtipulatus.num.52.ff.de verb.oblig.*
3 Tum quia à carcere † fugiſſe dicitur, qui præceptum non exeundi domum, aut ciuitatem habens, exiuit, *Oldr.conſil.65.Gram.crim.conſil.57.num.5.* Imo, & carcerem fregiſſe, *Caball.crim.reſol.caſ.212.num.3. Bertaz.crim.conſ.35.num.3.& ibi Scholiaſt.Bccc.conſ.44.num.36.Hering.de fideiuſſ.c.15.num.70. Ricc.d.num.1.Menoch.de ar-*
4 *bitr.caſ.301.num.9.10.* Tum quia † prætoriæ ſtipulationes, contemptus ratione committuntur, vt opinantur, *Aret.& alij, §.alteri. Inſtit. de inutil.ſtipul.Bart.& omnes.l.4.§.cato.quæſt.2.ff.de verb.oblig. Iaſ.num.13.in l.ſtipulatio.§.alteri.ff.eodem.Cumi.rit.(ſuo ordine)59.num.6.Pariſ.conſil.34.num.40.vol.1. Vulpell.conſ.139.num.7. Ambroſ.deciſ.49.num.14. Genuen.d.num.11.Galuan.conſ.15.nu.4. Farin.quæſt.30.num.75.76.Boß.tit.de carcer.fideiuſſ.nu.45.46. Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.21.num.105.copioſè Honded.conſ.94.num.4.vol.2. Menoch.de arbitr.caſ.260.num.13.27.* Quis ergo manifeſtum Iudicis contemptum non videt? cum à domo, pro tuto carcere aſ-
5 ſignata, ſine eius licentia exierit, † Quæ obtinenda erat in ſcriptis, nec in voce obtenta ſatis eſſet, *Farinac.quæſt.30.num.184.Boß.tit.de carcer.fideiuſſ.n.46.48.Felic.alleg.53.nu.1.p.p.* Imo ſi cito redierit, pœna adhuc exigeretur, *Vulpell.d.conſ.139. Marta, vot.234.num.2.Rim.Iun.conſil.135.Bertaz.d.conſ.80.& ibi Scholiaſt.Clar.§.final.quæſt.46.nu.60.* Veriorem, *Farinac.quæſt.30.num.75.* In pœnalibus momentum inſpicimus abundè, *Fenut.de moment.tempor.cap.33.num.7.* Si enim admittimus domi retentum ad libitum poſſe recedere. Adeo vt, redeundo, pœnam conuentam euitet, contemneretur Iudex, *Carouit.rit.163.num.3. Baiard. ad Clar.d.quæſt.46.num.57.* Cum plus ſit contemnere, quam non parere, *Apen.l.qui fiſcales.C.de nauicul.lib.11. Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.30.num.19.Caualc.de brach.reg.p.2.num.240.* Et grauius eſt contemnentis, quam negligentis delictum, *cap.ſi decreta.2.diſtinc.gloſ.cap.cupientes.§.quod ſi per viginti.verb.contempſerit.de elect.in 6.Syluan.de feud.quæſt.87. Schrader.de feud.p.9.c.7.num.31.* Vannmq. eſſet domum pro carcere ſub pœna dare. Quin notat, *Ambroſius.d.deciſ.49.num.14.* Data domo pro carcere, abſque pęnæ ſtipulatione, ſi exiret reus, puniendus adhuc eſſet pro

Iudicis contemptu, *Vulpell.conſ.139.num.15.* Tum
6 quia iuramentum † ſub quo fideiuſſio de tuto car-
cere contrahi ſolet, ſeruandum eſt, ne purgari poſ-
ſit mora, *Vulpell.conſ.139.num.9. Farin.quæſt.30.n.
76.Caball.crimin.reſol.caſ.212.num.25.* Etſi ſtatim
redierit æquitate Canonica etiam inſpecta, *Roman.
conſil.427.Boer.decíſ.22.num.3.Grat.conſil.93.num.
69.vol.1.Vulpell.conſil.139.num.9.Gozad.conſil.57.
num.18.Oſaſc.deciſ.71.num.7. Hondcd.conſ.94.num.
4.vol.2.Burſ.conſil.53.num.38.41.42.Seraph.iuram.
priuil.48.num.22.25. Farin. quæſt.34.num.144. Ca-
ball.crim.reſolut.caſ.212.num.24.Baiard.ad Clar.§.
fin.quæſt.46.num.61.* Eaq. eſt iuramenti vis, vt con-
uentionali intereſſe nec attento, pœna exigatur,
*Alex.& alij,in l.ſtipulatio.in princ.ff.de verb.obligat.
Farin.d.quæſt.30.num.76.Menoch.de arbitr.caſ.260.
num.13.27.Maran.diſput.7.ad fin. Galuan. conſil.15.
num.7.Burſ.conſil.53.num.37. Ambroſ. deciſ.49.nu.
18.* Et licet in prætorijs ſtipulationibus pœna exigi
non poſſit, vbi de Fiſci intereſſe non agitur, *ex Oſa-
ſc.deciſ.70.num.13.Macerat.lib.3. reſol.29. num.17.
19.Galuan.conſ.15.num.4. Gypſ. ad Rot. Bonon.deciſ.*
7 *148.in nouiſſ.* Si tamen † ex certa ſcientia, promiſſa
illa ſit, tunc vltra illud etiam quod intereſt, iure
optimo, exigi poteſt, *Capra.concluſ.70.num.9.Me-
noch.d.caſ.260.num.13.27.Ambroſ.deciſ.49.n.16.
Galuan.conſ.15.n.6.Farin.quæſt.30.num.56.* Vbi am
plius *num.75.* Addit, quod pęna adiecta ſimpliciter
prætoriæ ſtipulationi, nec exigitur vltra intereſſe,
niſi expreſſim conſtet, quod ratione illus intereſſe
adiecta ſit, *ex comm. Burſ. conſ.53.nu.38.41.42.Gal-
uan.d.n.6.latè Gypſ.d.Rot.Bonon.deciſ.148.Macerat.
d.n.17.19.Seraph.iuram.priuil.54.* Qui ſententiam
hanc à contrarijs defendit: & pluries deciſum re-
fert, *Vulpell.d.conſ.139.*

8 Secunda fuit, *Carrer.* opinio † *in prax.tit.de indic.
& tortur.§.tertium inditium.num.20.* Pœnali ſtipu-
lationi contrauentum non eſſe, nec fideiuſſorem ad
pęnam teneri, ſi è domo pro tuto carcere ſibi aſſi-
gnata exierit reus, qui ſtatim redijt, *Bald.l.1.num.7.
C.de edil.edic.l.1.num.15. C.de ſeru.fugit. Curt. num.
158.Rip. num.169. in l.admonendi. ff.de iureiur. Ro-
man.conſil.193.ad fin. Gramm.crim. conſ.57. Amic.
conſ.7.nu.11. Herculan. de cation.non offenden.cap.
50.num.17.Tiraq. l.ſi vnquam. gloſ.ſuſceperit liberos.
num.179.C.de renoc.donat.Suarez. de fideiuſſ.in cauſ.
crim.num.32. Caball. crim. reſol.caſ.212.num.5.Ge-
nuen.prax.Archiep.c.33.n.11. Ricc. deciſ.226.p.2.
Tuſc.lit.F.concluſ.323.n.2. Hondcd.conſ.94.num.24.
26.30.in 2. Canalc. de brach. reg.p.2. num.240.Viui.
com.opin.219.& deciſ.505. Farin.conſ.122.num.29.
& refert.quæſt.30.n.77.* Quod dum in Vrbe, caſus
iſte euenerit, viſo *Carrer.d.num.20.* Fideiuſſorem li-
beratum fuiſſe, tum quia nihil intereſt, nec ius Fiſci
factum eſt deterius, *Roman. d.conſ.193.Boer.deciſ.
215.deciſ.216.deciſ.217.Gram.deciſ.95.Crau.conſil.
3.Caball.d.caſ.212.d.n.10.Viſill.deciſ.130.num.6.7.
Ladcrch.conſ.197.n.2.Oſaſc.deciſ.79.nu.13.* Nec di-
ſcendens, animo redeundi in pœnam incidit, *Bart.
l.1.n.15.C.de ſeru.fugit.Lanar.conſ.7.nu.10. Grilenz.
conſ.132.n.29.* Satiſq. durum eſt, ſi ex tam paruo in-
teruallo committatur pena, vt mora purgari non
poſſit, *Bertaz.crimin.conſ.302. Laderch. d.conſ.197.*
Tum quia recedendi animum habuiſſe, nec præſu-
mitur, qui ſponte redijt, *l.nihil intereſt.ff.de poſtlim.*
9 *reuer.* Nec carcerum † effractor eſt, qui reuertendi
animo ab eis exierit, *Bald.l.1.num.15.C.de ſeru.fu-
git.Alex.ad Bart. in l.1.ff.de effract. Cordub.l.1.§.ſi
quis ex his.num.191.ff. de lib.agnoſc.* Et cito redijt,
*Alex.ad Bart.in l.1.§.expilatores.ff.de effract. Boer.
deciſ.215.num.17.18.Hondcd. conſ.94.nu.24.25.in
2.Maſcard.de probat.concluſ.266.num.22. Farinac.
quæſt.30.nu.149.* Nec damnum affert parti, aut Fi-
ſco, *Caball. crim. reſol.212.num.10.12.13.* Proinde
notat, *Bart.d.l.nihil intereſt.* Illic reum perſiſtere.
vbi redeundi animum habere conſtat, *Lanar.conſ.
7.num.10.* Nec ſufficit inobedientiæ actus, ſed do-
lus requiritur, *Merlin.deciſ.25.num.2.* Et ſanè verus,
ſi fideiuſſio magnam continet ſummam, *Bertaz.
crim.conſ.80.Viui.deciſ.505.num.5.*

10 Tertia fuit, *Farin.* opinio, † *quæſt.30.num.77.* Fi-
deiuſſorem exeuntis à domo pro carcere data, ad
integram pęnam non teneri, ſi carceratus ſponte re-
dijt, ſuæ tamen temeritatis ratione, impunè dimit-
tendus non eſt, *Baiard.ad Clar. §.fin.quæſt.21. num.
105.Boer.deciſ.217.num.14.15.Tuſc.lit.F.concluſ.
323.n.5.Hering.de fideiuſſ.c.24.n.183.Genuen.prax.
Archiep.c.34.n.11.Muſcatell.de fideiuſſ.quæſt.1.nu.
20.* Proinde ad dimidiam ſtipulatæ fideiuſſionis
pęnam (eo in caſu) condemnandum illum voluit,
*Farin. d.num.76.151.Caball. crim. reſol.caſ.212.nu.
22.23. Galuan. conſ.15.num.17.verſ.id vnum. Ma-
ſtrill.deciſ.259.num.59.* Nam ſi ex vna parte negari
non poſſit, durum eſſe, vt ſtante ſpontanea rei re-
uerſione ſit locus pœnæ exigendæ; at ex altera, ino-
bedientiæ, rei, & contemptus iudicis eſt manife-
ſtus, proinde mediam viam in iudicando amplecti
conuenit.

11 Quarta fuit † diſtinguentis, *Bolognet.* opinio, *in l.
ſi inſulam.n.113.ff.de verb.oblig.* Aut quis promiſit
de redeundo ad carcerem infra menſem, ſub pęna,
ſi non reddit elapſa hora in pœnam incidit, & non
admittitur purgatio. Aut quis habet domum pro
carcere, tunc ex ſolo pede extra domum poſito, cō-
mittitur pœna ſine reparatione aliqua. Aut fide-
iuſſor promiſit de aliquem præſentando quoties à
Curia fuerit requiſitus, renuntiato etiam termino
vltramarino, tunc quamdiu Fiſcus fideiuſſionis pę-
nam realiter non exegerit, admittitur purgatio prę
ſentato reo, ea autem cum effectu imburzata non
amplius auditur,

Sed hanc, *Bologn.* diſtinctionem, quo ad ſecun-
dum membrum pertinet, veluti nimis periculo-
ſam. communis Regni noſtri praxis, & frequẽtior,
Doct. ſententia reieciſſe viſa eſt: Solet enim Lex, vt
pœna committatur ſpectare id, quod durat, non
quod ſit momento. *l.qui ſic.ff.de ſolu. l.fin. in fin. C.
de bon.quæ liber. Alex. conſ.86. in 4. latè comprobat
Anna.Robert.lib.3.rer.iudic.cap.8.Teſſaur.lib.1.fo-
renſ.quæſt.53.num.3. Bellon. de ijs, quæ fiunt incontin.
c.73.n.18.Rimin.Iun.conſ.738.ſub num.21.Montier.
deciſ.2.Laderch.conſ.197.n.2.* Proinde, vt plena, ab-
ſolutaque tractatio habeatur, Quatuor conſtitui-
mus caſus.

12 Primus eſt, ſi nulla ex † cauſa domum exijt reus,
iudicis venia, nec habita: Tunc ſi *Bolognet. d.num.
113.* Deferendum eſt, commiſſa eſt fideiuſſionis pę
na, nec moræ purgatio admittitur, idem, *Bolognet.*
non

non citato voluit, *Ambroſ.deciſ.49.num.7.* quia iudicis legem contempſit, qui illam non ſeruat, *gloſ. cap.quis autem.10.diſtinc. Grilenz. conſil.170.num.10.* & in dolo eſt, *Decian.conſil.3.num.105.volum.4.* Nec cauſa iniuſta excuſat à contemptu, *Farinac. quæſt.90.num.10.72. Gabr.tit.de malefic.concluſ.8. num.84.*

13 Sed ex noſtris, † *Maſtrill.deciſ.259.num.59.* dimidiam fideiuſſionis pœnam hoc in caſu exigendam voluit, & non vltra, inſequutus, *Farinac.d.quæſt.30. num.77.* Ne iudicis contemptus, impunitus omnino ſit, *Baiard.d.quæſt.21.num.104. Caccialup.de debit.ſuſpect.quæſt.1.num.2. Ambroſ.deciſ.49. Galuan. conſ.15.ad fin.Caball.crim.reſol.caſ.212.num.18.* Licet pluries, interpellatis tamen diebus, à domo reus exierit, & ſtatim redierit.

14 Quid dicendum? *Farin.quæſt.30.num.77.* Cum diuerſimode (hoc in caſu) iudicatum dixerit, et ſi caſus iterum eueniret, nec credere reum hunc impunitum eſſe debere, ſed aliquali pœna propter contemptum fore puniendum. Sed in ſe reuerſus, *conſ. 122.num.31.* Quid poſtea (hac in re) ſeruatum fuerit, pro veritate affirmat; Quod ſi is, pro quo fuit promiſſum, ne domo diſcederet extra domum à iuſtitiæ miniſtris fuerit captus: Tunc licet ipſe dicat non diſceſſiſſe animo fugiendi. Adhuc pœnam totaliter non effugit, ſed cum eo ad compoſitionem deuenitur. Verum vbi quis exiens à domo, quam habet pro tuto carcere ad illam redijt, & ante reditum à Curia deprehenſus non fuerit, numquam vidiſſe inquit, *Farin.* nec eũ, nec eius fideiuſſores condemnatos, nec in aliquam pęnam cõpoſitos, & ita pro veritate illic ipſe, teſtatur, vt aguouerat prius, *Caual.de brach. reg.p.2.ſub num.240.*

15 Non obſtat, *Vulpell.* † opinio, *conſ.139.* quia, et ſi ex iam citatis conſtet, *Comm.* contra eum eſſe adhuc dicitur *Vulpell.* ſententiam procedere, ſi fugiendi, & non reuertendi animo domum exiuit, licet alio die reuerſus fuerit, ſecus ſi cito, ille redeat, ſicq. ſeipſum declarat, *Vulpell.d.conſ.139.n.1. iuncto,n.5. 7.9.* & aduertit *Honded.conſ.94.n.29.30.in 2. Farin. conſ.122.n.30.*

16 Secundus caſus eſt, ſi iuſta, † vel neceſſaria ex cauſa domum exijt reus, tunc fideiuſſionis pœnam non committi voluit, *Ambroſ.deciſ.49.ſub num.11. Lanar.conſ.7.num.9.* De temerario, non neceſſario egreſſu accipienda eſt prohibitio, *Hond. conſ.94.in 2.Farin.quæſt.30.num.174. Marta,vot.234.num.16. Ambroſ.deciſ.49.num.21.ad fin.*

17 Tertius caſus eſt, ſi domum † exijt reus, vt Superiori ſuo obediat, tunc ſi redijt fideiuſſionis pęnam exigi non poſſe reſpondit, *Hond.ded.conſil.94.* Vbi enim Principis de voluntate conſtat, neceſſe eſt ei obedire, *Apetr.de Princ.poteſt.c.24.n.51. Morla,in empor.iur.tit.12.quæſt.6.n.4.* Cum pro Principibus ſit præſumendum, *c.in memoria.19.diſtinct.* Qui iuſtam cauſam ſemper habere creditur, *l.fi.C.ſi contr. ius.* Nec poſſunt ſubditi, de factis Principum ſcrupuloſè diſputare, *l.2.C.de crim.ſacrileg.*

Idem ſi receſſus à domo, fuit ob cauſam publicam, *Afflict.deciſ.130.n.7. Caual. de brach. reg.p.2. num.240.* Nulla ergo commiſſa eſt pęna, vt pro ea reus, eiuſuè fideiuſſor exequi poſſit.

18 Quartus caſus eſt, ſi bono † viro credens domum exijt reus; vt Baroni Siculianæ eueniſſe dicimus, qui domi pro carcere retentus ab Officiali Prætoris Panormitani iuſſus, vt de Proregis mandato prõptè adeſſet, vnamque ex multis Baldachini haſtã, in ſollemni D.Nimphæ ingreſſu geſtaret: Paruit mandato, totaq. Vrbe ſpaciatus, commiſſum ſibi munus exequitur, tunc moleſtari à Fiſco Baronis fideiuſſores non poſſe dixi, quia bono, & honeſto viro fidem adhibens excuſatur, *gloſ. l.ti io. cui fundus.ff.de condict.& demoſtr. & in c.cupientes. verbo, notitia.de elect.in 6. Bart.l.inteſtatæ. ff.de vſucap. pro empt. Angel.Iaſ. Iacob.à S.Giorg. & plenius Soc.l.1. ff.de eo per quem fact.erit. Gram.crim.conſil.31.num. 16.Marſ.in prax.§.principium.nu.8. Boer. deciſ.217. num.9.Caſſador.deciſ.19.num.1.de reg.cancell.Farin. quæſt.90.num.109.conſ.45.num.42.57. conſ.60.num. 26.77.117.118.134. Pacian. conſil.107.num.9. Tiraquell.de pœn.cauſ.51.num.27. Tuſc. lit. C. concluſ. 1071.num.20.Ricc.Archiep.deciſ.137. à num.2.p.p. Gabr.tit.de malefic.concluſ.8.nu.36. Maſcard.de probat.concluſ.647.num.1.3. Becc.conſil.60.nu.14. conſil.95.num.25.conſilio 96.num.16. Ludouic.commun. opin.concluſ.15.Burſ.conſ.77.num.16.conſil.279.nu. 12.conſil.318.num.13.conſil.325.num.24. conſ.388. num.10.Menoch.conſ.107.num.25.Bim.conſ.150.nu. 16. Decian. conſil.29.num.19.in 1.* Et ſi nobilis ille non ſit, ſed fide dignus, *Bertaz.crim.conſ.411.num. 27.Farin.quæſt.90.num.111.Decian.conſ.29.nu.20. vol.1.* Maximè ſi de tertij præiudicio, nec ageretur, *Felin.c.cum contingat.num.4. de reſcrip. & alij à Gabriel.tit.de malef.concluſ.8.num.46.Caball.conſil.55.*
19 *num.8.vol.2.* Credulitas, quæ † nimia non eſt, excuſat, *l.1.§.dolum.ff.de dol.plenè Soc.l.1.num.7.ff.de eo per quem fact.erit.Oldr.conſ.270.num.4. Bald.conſil. 317.ad fin.vol.3. Roman.conſil.413.num.12.Tuſc.d. concluſ.1071.num.1.* Secus ſi nimia illa ſit, *cap. per tuas.de ſimon.l.quod ſi ſeruus. §.ſed ſi ſic. ff. de in rem verſ.l.nimia credulitate.C.de act. & oblig. l.ab agnato.ff.de curat.furioſ.Crauet. conſ.688.num.3. Coſta,de ſcient.& ignor.inſpect.62.num.5. cent.2. diſtinct.54. num.7.Rim.Iun.conſ.523.num.5.* Quia culpę adſcribitur, *Rom. conſ.423.num.12. Baiard. ad Clar.§.fin.*
20 *quæſt.73.num.43.* Eſt enim iuſtiſſima † credulitas, ſi publico Officiali quis credat, *Bart.l.diuus.num.8.ff. de cuſtod.reor.Ruin.conſ.56.num.5.vol.1.Thob.Noni. conſ.111.num.30.Gram.ciuil.conſ.24. Maſtrill.deciſ. 259.à num.50. Felic.alleg.4.num.18.p.p. Rimin. Iun. conſ.488.num.6.9. Gabr.tit.de malef.concluſ.8. num. 36.Carot.deciſ.122.num.3.* Vt à dolo, & pœna impunis ſit, *Clar.§.final. quæſt.60. Becc. conſil.96.num.16. Felic.d.num.18.Farin.quæſt.30.num.177. Hond.conſ. 105.in 1.Rim.Iun.conſil.210.num.69. Bertaz.crim. conſ.80.num.3.conſ.141.num.13. conſ.257.num.6.8. conſ.421.num.21.* Cui potius, quam priuato credendum, ait, *Bim.conſ.208.num.25.* Licet ſingularis, *Farinac.quæſt.90.num.110.deciſ.77.num.2.Gabr.tit.de malefic.concluſ.8.num.37. Bertaz.crim.conſ.257.nu. 16.* In ijs præſertim, quæ officium eius reſpiciunt, *cap.ad audientiam. de præſcript. Bartol. l. quædam. §. nummularios.ad fin. ff.de edend. Iaſ. l. properandum. §.etſi.num.8.C. de Iudic.Laderch.conſil.198.ſub num. 1.Neguſ.conſil.417.num.47. Alex. conſil.179. in 6. Marſ.conſ.62.num.10.conſ.128. num.27. Seraph. deciſ.792.num.3.Farin.deciſ.30.num.1. deciſ.106.n.4.*

decíſ.101.num.3.conſil.75.num.68. Caball.conſil.55.
num.10.in 2.Pancir.conſ.146.nu.14. Menoch.lib.2.
præſum.85.num.20.de arbitr.caſ.112.num.12. Vel ſi
quid à Principe ſibi demãdatum denuntiet, Gram.
crim.conſ.13.num 13.14. Alba, conſil.318.num.37.
conſ.489.num.4.conſ.531.num.26.Bardell.conſ.116.
num.23. Si præſens ſit Princeps, quia tunc præſumen
dum non eſt ipſum mentiri, adeo vt ſi dubitaſſet Fi
ſcus, ad eũ recurſum habere poterat, Imol.& Felin.
cap.quod ſuper his.de fid.inſtrum. Iaſ.l.1.n.5.ff.ſi quis
in ius vocat.non ier.Specul.tit.de proba .§.videndum.
verſ.quid de auditoribus. Pariſ.conſ.11.num.17.conſ.
132.num.19.20.vol.4.Farinac.conſ.60.num.97. Ri-
min.Iun.conſil.628.num.29. Gabr.tit.de probat. con-
cluſ.3.num.20. Tum maximè, cum admiſerit praxis
hiſcè Officialibus fidem adhibendam, Rom. conſ.
59.num.6.Bardell.d.num.23. Cumque ille Nuntius
Panormitani Senatus familiaris ſit, & perſona fide
digna, credere ei potuerat Baro, gratiam à Senatu
obtentam fuiſſe, Bertaz. crim.conſ.560.à num.11.
Eſt enim Officialis, autoritate Principis electus, cu-
ius poteſtatem gerit, eique ab omnibus credi po-
tuit, Bolognet. conſ.1. num.66. A quacumque enim
promiſſione Superioris authoritas excepta intelli-
gitur, l.fin.& ibi, Doct.ff.qui ſatiſd. cogan. c.conſtitu-
tus,& ibi, Felin.de reſcrip.gloſ. c.quæ contra.8.diſtin.
Farin.quæſt.97.n.109.Macerat.lib.3. reſol.30. nu.1.
Hinc dicimus, quod ſi notabilis viri dictum iuſtiſſi-
mam credulitatem inducit, ex Alex. conſ.28. num.
6.in 1.conſ.75.num.11.in 5. Coſta, de ſcien.& ignor.
inſpect.98.num.52.Tuſc.lit.C.concl.1071. nu.29.30.
Fortius ſi Officiali credidit, Caball.d.conſ.55.nu.10.
21 Nec ſupina † credulitas fuit, quam eſſe diffinit, Ri-
min.Iun.conſ.399.num.57. Si quis informari potuit,
& veritatem cognoſcere, nec curauit, cumque Ba-
ro à nemine (eo tunc) informari poterat, Officiali
ergo, vt viro fide digno iuſtè credidit, Rauden.conſ.
50.nu.389.in 1.
22 Nec licentia in ſcriptis † erat obtinenda, ſatiſq;
fuit illam oretenus conceſſam dixiſſe Officialem,
Farin.conſ.59.num.16. Ne ſub fide publica decipia-
tur Baro, l.1. C.de his, qui veni.ætat.impetr. Menoch.
de arbitr.quæſt.81.num.12.caſ.336. num.27.33. caſ.
337.n.5.Rim.Iun.conſ.612.n.73. conſ.662. num. 58.
& notat in term. Caball.d.conſ.55.nu.10. Imo cum
Baronem ea in ſolemnitate Baldachini haſtam ge-
rentem viderint Fiſcus, cæterique Proregis Conſi-
liari, ac ipſemet Prorex, hac Superiorum toleran-
23 tia † diſpenſationem, & licentiam ſatis expreſſam
illi à Prorege datam concludimus, ex Bero.conſilio
181.n.5.vol.3.Burſ.conſ.178. ad fin.conſ.331. ſub nu.
27.Bertaz.crim.conſ.26.num.12.Plot.& alij, à Felic.
alleg.17.n.14.p.p. Vbi enim in aliquo actu requiri-
tur licentia, expreſſis verbis licet interuenire opor-
teat, Io.Andr.c.ſi abbatem.de elect.in 6. Lapus, alleg.
86.Rom.l.2.§.fin.ff.ſolut.matr. Gallia, l.1.nu.72. ff.de
verb.oblig. Rolan.conſ.67.nu.66.in 3.Burſ.conſ.80.n.
24.Rim.Iun.conſ.738.nu.5. Quis dubitat, ex prædi-
ctis, non interueniſſe?
24 Non obſtat Baronem † in dolo eſſe, vel in culpa
ſaltim, dũ à domo pro tuto carcere aſſignata exijt,
Quia à dolo, & culpa excuſandus eſt, cum ei credi-
derit, cui veriſimiliter fides adhibenda erat, Gabr.
tit.de malefic.concl.8.num.38.Farin.quæſt.90.n.115.
123.Bertaz.crim.conſil.421.num.8.20. Seraph.iura-
men.priuileg.132.num.50.Bardell.conſ.176.num.18.
Satiſque iuſtificata credulitas eſt, ex Officiali auto-
ritate, licet falſum retulerit, Caſtr.conſ.296.in prin-
cip.vol.1.Tuſc.lit.C.concluſ.1071.num.3. Probabilis
eſt credulitas, ſi quid à bonis & honeſtis viris dici-
tur, leuis ſi à leuibus, Lap.allegat.127.num.2.Tuſc.d.
25 concluſ.1071.num.21. Iniuſta credulitas † excuſat
à dolo, Farinac. quæſt.90.num.1. Sed iuſta excuſat
etiam à culpa, & pœna, Clar.§.fin.quæſt.60. & ibi,
Baiard.Burſ.conſ.279.num.12.conſ.290. num.8. Ne-
guſ.conſ.285.nu.61.62.64. Tuſc.lit.C.concluſ.1071.
num.22.concluſ.152.Ricc. Archiep. deciſ.137.num.
2.p.p.Becc.conſ.96.num.16. Berett. conſ.107.num.9.
Farinac.quæſt.90.num.2.44.45. Bertaz.crim.conſilio
560.num.30. & à contemptu Iudicis, Lancell.de at-
tent.in præfac.num.107.& p.2.c.4.limit.8.num.10.
Pacian.conſ.2.num.44. etſi leuis ſit, Farin.quæſt.90.
num.41.Aldouin. conſ.20. num.204. Addit egregiè,
Plot.conſ.2.num.16.conſ.16.num.94. Fatua quoque
26 credulitate † excuſari quem à dolo, culpa, & omni
pœna, l.mariti.§.plectitur.ff.de adult. Gram.ciuil.cõſ.
31.num.16.vol.10.num.21.Aret.conſ.80.nu.2.Bim.
conſil.143.num.8. Becc. conſil.60.num.14.Bonacoſſ.
quæſt.crim.verb.dolus.col.fin. Cephal. conſ.75.nu.13.
Decian.conſil.76.num.49.in 4. Neguſ.conſ.494.num.
8.Bertaz.crim.conſ.560.num.32.Farin.quæſt.90.nu.
3.4.quæſt.103.n.257. Reſol.31.num.1. Bardell.conſil.
116.num.10.conſ.176.num.18.Borrell.conſ.45.num.
18.conſil.66.num.5.Alba, conſil.451.num.5. & à fi-
deiuſſionis pœna, Bertaz.crim.conſil.80.conſil.257.
num.12.
27 Reſpon.II. Quod vbi † actus publicè geritur, ceſ
ſat doli, & fraudis præſumptio, l.palam. ff. de rit.
nupt.Alex.conſ.86.ad fin.vol.4. Pancirol.conſil.148.
num.13.Marſ.conſ.128.num.24.Decian.conſ.2.num.
95.vol.1.Peregr.de iur.fiſci, lib.3.tit.19. Bertaz. cri-
min.conſil.37.num.8.& ibi, Scholiaſt. Coſta, de ſcient.
cent.2.diſtin.11.num.17.Becc.conſ.78.n.21.22.conſ.
96.n.12.Felic.alleg.15.n.69.p.p. Maſcard.de probat.
concluſ.531.num.43.Menoch.conſ.98.nu.35.Decian.
conſ.2.num.95.vol.1.Hond.conſ.49.nu.19. in 1. Nec
præſumitur in nobili, & non ſolito fraudem, & do-
lum committere, Barba .conſ.65.in 4.Cephal.conſil.
325.n.32.Rim.Iun.conſ.816. num.36.
28 Reſpon.III. Licet nimis credulus † quis cenſea-
tur, ob doloſum alterius factum, attamen ille do-
lus adeo præponderat culpæ, & fatuitati creden-
tis, quòd ſi viro alias fide digno credidit, excuſan-
dus omnino ſit, Angel. l.1. ad fin. ff. de eo per quem
fact.erit.Felin.cap.cum contingat. num.4. de reſcript.
Bardell.conſil.176.num.20. Adeo vt, qui iuſta ex cau
ſa, non ſui culpa diſceſſit, adhuc morari dicitur,
l.Caio.§.Imperator.ff.de alim.leg. Lanar. conſil.7.nu.
9. Imo dicitur perſeuerare, l.pater.§.Socrus.ff.de
condict.& demoſtrat. Cumque diſceſſerit animo re-
uertendi, vt iam fuit reuerſus, non videtur diſceſſiſ-
ſe, argum l.3.ff.de diuort.confert. text.§.pauonum.In-
ſtit.de rer.diuiſ.
Non obſtat allegatus M.R.C. contemptus, quia
29 Baronis ignorantia † illum excludit, ex Butr.cap.ſi
celebrat.col.4.de cleric.excomm.miniſtr. Gemin.cap.
de libellis.ad fin.20.diſtinct. Calder. conſ.11.in princ.
de verb.ſignif. Pariſ. de reſignat. lib.5. quæſt.6.num.
206.

Digitized by Google

205. Quia ignorans non conſentit, *l. manifeſtiſſimi. ſ. de furt. Alex. conſ. 13. in fin. vol. 2. Oſaſc. deciſ. 138. num. 24. Surd. deciſ. 228. num. 10.* iuncto, *conſil. 337. num. 31. Pariſ. conſ. 20. num. 60. vol. 1. Maluaſ. conſil. 36. num. 18. Petr. de fideicom. quæſt. 14. num. 192.* Ipſaque credulitas à Iudicis contemptu excuſat, *Bertaz. crim. conſ. 421. num. 9. Farinac. quæſt. 90. num. 52.* 116. Vt nec puniatur, *Abb. cap. cum ſit. ad fin. de appell. Bellamer. deciſ. 540. Rim. Iun. conſ. 654. num. 17.* pœna etiam conuentionali, *Bertaz. d. crim. conſil. 421. Farin. d. quæſt. 90. num. 74.* 117. Nec conſtitit de contemptu, qui non præſumitur, *arg. l. merito. ff. pro ſoc. Rot. Bonon. deciſ. 148. num. 27. in nouiſſ.* Eſt enim
30 † contemnere, Voluntariè contradicere, *Gemin. c. Metropolitanum. 2. quæſt. 7. Archidiac. cap. quicumq; diſtin. 56. Felin. cap. cum quidam num. 7. de iureiur. c. ſi quis. de maior. & obed. cap. 1. num. 22. de conſtitut. Coſta, cap. 1. num. 4. de iudic. & de ſcien. inſpect. 85. nu. 13. Pariſ. d. quæſt. 6. num. 207.* Contemptus verè eſt legis tranſgreſſio, ſpreta præcipientis Principis poteſtate, *Archid. & Gemin. num. 2. in c. nullus. 55. diſtinct. Nauar. Manual. confeſſ. cap. 23. num. 42. Pariſ. conſ. 41. num. 24. in 4. Menoch. de arbitr. caſ. 416. num. 29. & lib. 5. præſump. 44. num. 8. 10. Rimin. Iun. conſil. 703. num. 21. conſ. 707. num. 20. conſ. 772. nu. 4. Mar. Alter. de cenſur. lib. 5. c. 6. diſput. 22. Decian. conſ. 14. num. 11. vol. 3. & alij in conſ. 32. num. 23. 24. 25.* Cuius ratione fit delictum, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. vlt. Paris. d. quæſt. 6. num. 208. Decian. d. conſ. 14. num. 9.* Ipſaque ſola ſcientia includi dolum, *Felin. c. exceptionem. num. 48. de except. Calder. conſil. 4. de ſent. excomm. Pariſ. d. quæſt. 6. nu. 209. Rim. Iun. conſ. 417. nu. 19.* Qui in contemptu requiritur, *Grilenz. conſ. 132. num. 2.* confert *gloſ. c. cum illorum. verb. contemptum. de ſent. excomm.* Vbi faciens actum contra Superioris præceptum, ſi ſcienter fecerit, in dubio per contemptum feciſſe preſumitur, *Gloſ. illam probat, Felin. cap. cum quidam. num. 7. de iureiur. Menoch. d. præſump. 44. nu. 16.* Sed Baro Superioris iuſſui credidit obedire, cum ab Officiali monitus domum, pro tuto carcere ſub fideiuſſionis pœna, datam exierit.

31 Reſpon. II. Ceſſare contemptum † ſi iniuſta etiam ex cauſa, quis non obediat, *Gloſ. l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & ibi, Iaſ. & in l. qui iuraſſe. num. 2. ff. de iureiur. Gloſ. & Gemin. c. de libellis. 20. diſtin. Boſſ. de carcer. fideiuſ. num. 47. Calder. conſ. 11. de verb. ſignif. Pariſ. conſ. 41. vol. 4. Merlin. deciſ. 25. num. 2. 3. Honded. conſil. 94. num. 30. in 2. Decian. conſ. 14. num. 10. vol. 4. Rim. Iun. conſ. 518. num. 104. Cartar. deciſ. 130. num. 11. 12.* Nec contemnere
32 † propriè dicitur ille, qui caſu non autem deliberate actum prohibitum facit, *gloſ. c. plus. accepit. §. alias. 25. diſtin. Gemin. d. c. nullus, num. 2. Felin. cap. 2. de maior. & obed. Menoch. d. præſump. 44. nu. 7.*

Reſpon. III. Quod ſi in dubio verſemur contra
33 Fiſcum † iudicare cogimur. *ex l. non puto. ff. de iur. fiſc. & ibi Turamin. Alex. num. 2. Soc. num. 2. Rip. nu. 4. in l. 1. ff. ſol. matrim. Iaſ. l. de die. ad fin. ff. qui ſatiſd. cogan. Gabr. conſ. 181. num. 26. in 1. Sfort. conſ. 38. nu. 96. Bott. conſ. 39. num. 29. Ambroſ. deciſ. 49. nu. 8. Cephal. conſ. 321. num. 62. Burſ. conſ. 146. num. 5. conſil. 331. num. 2. Honded. conſ. 94. num. 27. in 2.* Nec pœna
34 † exigêda à Fiſco eſt, niſi quatenus intereſt, *ad tex. l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Gram. conſ. 66. num. 76. Gabr. conſ. 181. num. 6. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 70. nu. 10. Teſſaur. deciſ. 98. num. 3. 4. Caball. crim. reſol. caſ. 226. num. 9. Farinac. quæſt. 34. num. 6. Barz. deciſ. 33. num. 16. laud. Macerat. lib. 3. reſolut. 29. num. 17. 19. Galuan. conſil. 15. num. 4. Gypſ. Rot. Bonon. deciſ. 148. in nouiſſ.* Sed Fiſci non intereſt, quia hominem habet, ergo pœnam exigere prohibetur, vt dixi, *conſ. 33. num. 11. 12.* Quoties enim ex maleficio pœna committitur, intra modicum licet purgare moram, *Rip. l. ſi inſulam. num. 95. ff. de verb. oblig. Laderch. conſ. 197. nu. 2.* Tum maximè quia non eſt immutatum ius Curiæ, *l. Etſi poſt tres. ff. ſi quis cation.* merito contra
35 eum pronunciandum eſt. Ac demum, † quia promptiores eſſe debemus in abſoluendo, quam in condemnando, *l. reſpiciendum. ff. de pœn.* Præſertim quod in iudicialibus, ſeu Prętorijs Stipulationibus non rigor, ſed æquitas attendi debeat, *ex Gram. d. conſ. 66. num. 64. poſt Bart. & alios in l. pen. ſ. de fideiuſſ. Rot. Bonon. deciſ. 148. num. 31. in nouiſſ.* Si enim Hunc, qui redijt, pœnam incurriſſe dicimus, Quid quæſo, Grauius in eum ſtatueretur, ſi veram fugam arripuiſſet?

Ex his decreuit M. R. C. Baronem eiuſque Fideiuſſores, *non eſſe moleſtandos, & Baro iterum præſtet.*
36 Quia † vt inquit, *Bald. l. non à Iudice. §. 1. ff. de iudic.* Nouum iudicium nouam ſatiſdationem requirit, cum ex receſſu à domo extincta ſit prior fideiuſſio, optimè, *Rim. Iun. conſ. 738. Menoch. conſ. 212. num. 29. 30. 31. Guazzin. reor. defenſ. 6. cap. 4. nu. 41.* licet contrarium firmet, *Caual. de Brach. Reg. par. 2. num. 201. ex Bertaz. crim. conſ. 80. num. 12. Duen. reg. 390.* Fuitque exinde facta relatione D. Proregi, ſic exequutum, & iterum à Barone præſtitum. Panormi, Anno MDXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui Reum repræſentare promiſit quoties fuerit irrequiſitus, non liberatur, ſi commiſſo delicto Reus bannitus ſit. Contrar. num. 18.*
2 *Bannito, non tamen condemnato Reo, fideiuſſor non liberatur, quin illum præſentare teneatur. Declar. nu. 20. 21. 22.*
3 *Impoſſibilitas non excuſat, quæ ex proprio delicto, aut culpa prouenit. Declar. num. 24. 25.*
4 *Securitas bannito à Iudice conceſſa ſi eſt: Fideiuſſor illum repræſentare tenetur. Contrar. nu. 23.*
5 *Fuga Rei Iudicis facto proueniens, An fideiuſſorem excuſet? & num. 27.*
6 *Proregis poteſtas ſumma eſt, Regis perſonam gerens.*
7 *Prorex iuſtis ex cauſſis, imo, & ſola ſuſpitione ſubditum malæ vitæ à Regno eijcere, aut eo non audito, certo in loco confinare rectè poteſt, donec reſipuerit.*
8 *Princeps iudiciarium ordinem ſeruare non tenetur.*
9 *Fideiuſſor Reum præſentare non tenetur, quem Iudex relegauit, etſi capitaliter eum non condemnauerit.*
10 *Reo à Magiſtratu retento, fideiuſſor excuſatur.*
11 *Fideiuſſor reum repræſentare non tenetur, qui accuſatus pro alio delicto, & bannitus cum ſit, aufugerit.*
12 *Fideiuſſor Reum repræſentare promittens, liberatur, ſi ad Ciuitatem ille venire non poſſit.*

Fideiuſ-

13 *Fideiuſſor de repræſentando excuſatur, ſi Reus fiat Clericus.*

14 *Fideiuſſor, qui Reum banniri non curauit liberatur, eo bannito pro delicto, quod durante repræſentandi termino, commiſit.*

15 *Fideiuſſio accipienda eſt, rebus ſic ſtantibus, licet Iurata ſit, & verbis generalibus concepta.*

16 *Fideiuſſio ſtricti iuris eſt.*

17 *Reus à Iudice detemptus, ſi à Superiore vocatus non ſe excuſet, cum poſſit, illi obediens pœnam non meretur.*

19 *Clauſ.* Toties, quoties, *nihil operatur, ſi Reus à fideiuſſore vlterius repreſentari non poteſt.*

25 *Fideiuſſor quantitatis, naturali Rei repreſentandi morte, quando excuſetur?*

28 *Fideiuſſor non tenetur, ſi culpa, & facto Iudicis Reus aufugiat, & quæ ſit culpa?*

29 *Fideiuſſorem de repræſentando non teneri, in dubio pronunciandum eſt.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor, qui Reum infra menſem ſub iurato redeundo ſiſtere promiſit, liberatur, ſi redeundi termino nondum elapſo Superioris mandato à Regno migrari Reus iuſſus ſit, vt ad Ciuitatem venire amplius non poſſit.

Ad intellect. Rit. 160.

CONSILIVM XXXV.

IOan. Baptiſta Famà Medicus à carceribus ſub iurato redeundi termino infra menſem à Stratego nõ multo poſt Magiſtratum poſituro, dimittitur, præſtita vnciarum triginta fideiuſſione: interim Oſſunæ Dux Siciliæ Prorex edicto ſuo iuſſit, Eos omnes, qui abraſæ, vel falſo cuſæ pecuniæ, Rei delati olim poſt Torturam abſoluti eſſent, intra tres dies à Regno migrare debere, quod ſi neglexerint, deprehenſos capite plecti. Famà itaq; cum apud Notarium teſtatus eſſet, ſe vt Proregis mandato obtemperaret, mox è Sicilia migraturum eſſe, in Calabriam (meo conſilio) traſferauit; lapſo menſe Curiæ Straticotialis Fiſcus fideiuſſoribus, vt Famà ſiſterent denunciauit: Reſpondebant hi, ſibi id integrum non eſſe, quippe iam Famà, vt edicto pareret, in exilium ſeceſſerat. Inſuper publica actorum fide docebant, Famà olim tonſæ pecuniæ inquiſitum fuiſſe, Ac proinde vti Proregis banno obnoxium merito capitalem illam pœnam timuiſſe. Verum hiſce exceptionibus per Iudices Curiæ Straticotialis reiectis, ac fideiuſſionis pœna realiter imburſata. Fideiuſſoribus author fui, vt ad M.R.C. via grauaminis appellarent.

Cauſæ meritis in eo Tribunali diſcuſſis, nullum fideiuſſoribus illatum fuiſſe grauamen videbatur.

1 Primo, Fideiuſſor reum † repræſentare promittens, quoties fuerit requiſitus, non liberatur, ſi propter aliud delictum ille Bannitus ſit, *Aug. l. ſi quis reum. ff. de cuſtod. reor. Nell. de bann. 1. par. 2. temp. nu. 15.* vel Accuſatus tantum, *Cancer. 2. reſol. tit. de fideiuſſ. nu. 121.* Cum promiſerit fideiuſſor eum repræſentare, ex quacumque noua cauſa ſuperueniente, *Farin. quæſt. 34. num. 33. Turret. conſ. 63. num. 17. vol. 2. Macerat. lib. 3. reſol. 29. nu. 20. Guazz. reor. defenſ. 6. cap. 4. num. 17.* Imo fideiuſſor pro eo maleficio datus (pro quo Reus exindè bannitur) interpellatus ad eum repræſentandum, banno ſe tueri non poſſet, quin illum præſentare teneatur, *Alber. de ſtatut. p. 4. quæſt. 64. num. 2. Gandin. de malefic. tit. de mult. quæſtion. depen. à ſtatut. ſi. b num. 33. ad fin. Caball. crim. reſol. caſ. 190. nu. 8.* præſertim ex Clauſula *Toties, quoties,* quæ infinitatem denotat, *Tuſc. lit. D. concluſ. 389. num. 1. Tiraq. l. boues. §. hoc ſermone. lim. 26. nu. 2. de verb. ſignif. Barboſ. diction. 352.*

2 Secundo, Reo bannito † nec tamen condemnato, fideiuſſor non liberatur, *ad tex. l. ſed & ſi quis. vbi Gloſ. & Angel. ff. ſi quis caut.* Quin in termino banni purgare poſſet moram, *Bart. l. ſi vero. num. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. vbi ex comm. Iaſ. num. 6.* Quod verum de iure inquit, *Alber. de ſtatut. par. 4. quæſt. 64. Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. c. 2. num. 470. Bertaz. crim. conſ. 500. num. 6. Gabr. conſil. 181. num. 20. vol. 1.* Nec fideiuſſor propter Rei delictum liberatur, niſi condemnatione ſequuta, *Bart. l. poſt contractum. ff. de donat. Ioan. Plate. l. ſi vacātia. C. de bon. vacant. Scapp. de iur. non ſcrip. lib. 5. c. 72. num. 2. magis comm. Tuſc. lit. F. concluſ. 322. num. 27. magis com.* repetit *Cartar. d. cap. 2. num. 472. 478. Plot.* qui alios citat, *conſ. 130. num. 6. tom. 1. crim.* & ita pluries in *prax.* ſeruatum teſtatur, *Farin. quæſt. 34. nu. 62. conſ. 59. num. 26. & magis comm. inquit, d. quæſt. 34. num. 59. & d. conſ. 59. num. 36.* Imo ſi condemnatione, etiam non obſtante poſſet illum præſentare, nec excuſaretur fideiuſſor, *Ang. d. l. ſed & ſi quis. Cartar.*
3 *d. c. 2. num. 471.* Neque enim impoſſibilis † repræſentationis militat ratio, cuius reſpectu fideiuſſor excuſari petit, *Ang. d. l. ſed & ſi quis, & in l. ſi deceſſerit. num. 3. ff. ſi quis caut. Barber. conſil. 39. num. 13. vol. 1. crim.* Cum ſit veriſſimum, neminem propria culpa, vel delicto poſſe ſe excuſari, *Felin. c. fin. de teſtib. Surd. conſ. 32. num. 3. plenè Seraph. Iuram. priuil. 4. num. 102. Felic. alleg. 53. num. 11. p. p.* Proinde ban-
4 nito † conceſſa ſi fuerit Securitas à Iudice (Principis conſenſu) fideiuſſor illum repræſentare cogitur, *ex com. Gabr. conſ. 181. num. 23. 27. vol. 1. Tuſc. lit. F. concl. 318. num. 41. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 20. nu. 16. Bonacoſſ. comm. opin. verb. fideiuſſores.* relatus, *2. com. opin. lib. 8. tit. 23. de fideiuſ. num. 107.* Qui *Ang.* ita communiter ſeruari affirmantem citat, Imo ſi dubitet Reus pro alio delicto moleſtari, citatus ſaluum conductum petere poteſt, & Iudex tenetur concedere, *Boſſ. tit. de citat. num. 35. Clar. §. fin. q. 32. Decian. conſ. 96. n. 3.* & ita paſſim ſeruari inquit, *Farin. conſ. 59. num. 5.* Nec difficultas in promiſſa hac repreſentatione excuſat, *l. ſancimus. C. de fideiuſſ. Alex. l. 4. §. Cato. num. 21. ff. de verb. oblig. Cartar. d. c. 2. num. 471. Vulpell. conſ. 81. num. 4.* Niſi illa proueniat à caſu mortis. *ex Bald. d. l. ſancimus. nu. 7. Gabr. conſ. 181. num. 14. volum. 1.* Imo nec morte naturali excuſatur, cum fideiuſſor quantitatis ſit, ob pœnam promiſſam, *Gloſ. & Doct. l. ſi vero. ff. qui ſatiſd.*

Digitized by Google

tiſd.cogan.Hercul.de Caut.non offend.cap.23.in princ.

5 Tertio receptum † *à Doct.* inquit *Galuan.conſ.15.nu.14.* Liberari fideiuſsorem ſi Iudex, iure medio, fugiendi cauſam Reo dederit. At ſi minus iuſtè proceſserit, & vt Priuatus cauſam fugæ præbeat, ſi nempè Reo perſuadeat, vt fugiat, aut ei denuntiet, quod in carcerem ſit illum coniecturus; tunc liberatus non eſt fideiuſsor, quin Reum præſentare tenetur, etſi per Iudicem in fuga poſitus iam fuerit, *Bongior.tit.160.& ibi Mat.nu.7.Cepoll.conſ.25.Boſſ.tit.de carcerat.fideiuſſ.num.62.Honded.conſ.94.in 2.Rim.Iun.conſ.82.num.21.tom.2.crim.* ſentit *Farinac.queſt.34.nu.93.* Cumque non iure medio, Imo nulla adhibita iudiciali cognitione, nullaque ſeruata æquitatis lege, Prorex illum in fuga poſuerit ex banno, ad pœnam fideiuſsorem teneri dicendum eſt, ſi à Straticotiali Magiſtratu iniunctus, Reum non præſentauit, vt aduerſus Regem teſte *Seneca, traged.7.* conquæritur Medea, *Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, æquū licet ſtatuerit, haud æquus fuit.* Non enim deneganda defenſio eſt. Ex his contra fideiuſsorem exacta fuit pœna.

Re ipſa diligentius perpenſa, Fideiuſsorem à Iudicibus Curiæ Straticotialis grauatum fuiſse cēſui.
6 Vno prius præmiſso, Quod cum ſumma ſit † Proregis poteſtas, eaque poſtit, quæ Rex, cuius imaginem, & maieſtatem in omnibus repræſentat, *ad tex.l.2.l.ſi aliquem.§.cum pleniſſimam.ff.de off.procons.cap.1.de off.vicar.in 6.Surd.conſil.540.num.18.Frecc.de ſubfeud.lib.2.tit. quis dic. dux. num.29.Menoch.conſ.7.num.62.Decian.conſil.17.num.19.vol.1.Ponte.de Poteſt.Proreg.tit.de aſſen.reg.§.51.num.3.Milanenſ.deciſ.8.num.71.lib.1.Crauet.conſ.674.nu.15.Cancer.3.reſol.cap.3.de priuil.num.329.Graſſ.except.1.num.44. de except. Felic. alleg.3.num.33.p.p.* Quia vna eſt perſona cum Rege, *cap.grandi de ſuppleṅd.neglig.prælat.& ibi, Peruſ.num.5.Anchar.no.5.Cardin.clem.1.opp.ſ.6. de offic. Vicar. Archid. & Præpoſ.cap.aretina.63.diſtin. Capic.deciſ.130.nu.4.Gig.de crim.læſ.maieſt.p.p.quæſt.6.Iacobin. de feud. verb. Vicarius. num.12.Caſſan.catal.glor.mund.p.7.conſider.10.Ramirez.de leg.reg.§.11.num.3.Amendol. ad Franc.deciſ.175.num.1.Marc.Ant.Surg.de Neap.Illuſtr.cap.22.num.8.* latè *Oliban. de iur.fiſc.*
7 *c.4.à nu.58.* Nulli ergo dubium, poſse † Proregem iuſtis ex cauſis ſibi bene viſis, & Reipublicæ neceſſitatis, ſubditos malæ vitæ, & famæ, à Regno eijcere, & ſub pœna triremium relegare, *ad tex.l.certa forma.& ibi Rebuf.not.C.de iur.fiſc.lib.10.Bonadill.in polit.lib.2.c.13.num.46.Marc.Anton.Surgen.de Neap.Illuſtr.cap.18.num.19.verſ.poteſt tamen.Ricc.Archiep.deciſ.184.nu.2.p.p.Ponte, de poteſt.proreg.tit.de prouiſ.fier.ſolit.in princ.num.11.Axendag.de exeq.mand.p.2.cap.6.num.13.Bellug.in ſpecul.Princip.rub.27.num.46.Auiles.ad l.prætor.22.gloſ.elacion.l.6.gloſ.notificben.Ramirez. de leg. Reg. §.27.num.11.12.Maſtrill.lib.5.de magiſtrat.c.6.num.217.* Imo ſolius ſuſpicionis ratione, iudiciali cognitione nec adhibita ſubditos relegare poteſt Prorex, *ex Angel.Bald. & alijs reſpondit videndus Natt. conſil.625.Capiblanc.de Baron.pragm.7.num.18.Apetr.de Princip.poteſt.cap.3.num.28.fol.66.* Donec reſipuerint, & mandatis regijs obtemperauerint, *copioſe Guaz.de treg.& pac.p.p.quæſt.7.num.8.9.10.Ramirez.& alij in loc.nuper citat.* Cumque non ex ſolis ſuſpicionibus ſceleratos illos Monetarios criminis conuictos teneamus. Sed ex apertis, certiſſimiſque probationibus, etiam ſi in quæſtione pertinaciter admiſsum negarint, ne Prouinciam hac hominum fece, ceù peſte infici iterum videremus, iure cenſendus eſt, Oſsunæ Dux eos nullo Iudicij ordine ſeruato, aut Reorum defenſionibus auditis toto Regno interdixiſse, *ad tex.l.ſi quis filio.§.hi autem omnes.ibi, præueniendi periculi cauſa.ff.de iniuſt.rupt.*
8 *teſtam.* Princeps enim ex cauſa † iudiciarium ordinem ſeruare non tenetur, *c.in cauſis. de re iudic.* late *Apet.de Princip.poteſt.c.28.à num.60.fol.149.* Imo citationem poteſt tollere. *Alex.conſ.2.num.14.vol.1.conſ.225.num.8.in 6.Bellug.in ſpecul.Princip.rubr.11.§.reſtat.num.3.4.& ibi Borrell.lit.C.Bonadill.lib.2.polit.cap.13.num.47.Morla, in empor.iur.tit.2.q.2.ad fin.Tuſc.lit.C.concluſ.270.num.18.* Nam pro bono Regimine, quæcumq; etiam exorbitantia Pro-tegi conueniunt, *Maſtrill.d.c.6.num.217.* Quo ſic præmiſso, Ad reſolutionem venio.

9 Primo, excuſandus † eſt Fideiuſsor, qui à Iudice iniunctus Reum non præſentauit, cum ſimpliciter fuerit à D. Prorege relegatus, licet non capitaliter condemnatus, *l.ſed & ſi quis.vbi Gloſ.& Doct.ff.ſi quis cantion.Caball.crim.reſol.caſ.190.num.5.Guaz.reor.defenſ.6.c.4.num.7.* Iuſtam enim ſi quis exceptionem habet, excuſatur à mora, *l.lecta.verſ.ſed cum ſortis.ff.ſi cert.pet.* Imo à Mora, & Pœna, *Bertaz.crim.conſ.560.num.7.Decian.conſ.11.nu.7.vol.2.Gabr.conſ.181.num.6.in 1.* Sed publico ſuo edicto, Io.Baptiſtam Reum Monetarium à Regno diſcedere præcepit Prorex comminata vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum pœna. Cumq; præceptum hoc nihil aliud præſeferat, quàm comminari, Reo mortem: dicimus ergo ob metum hunc à Superiore illarū, Fideiuſsorem non teneri, ſi Principalis non comparet, vti perterritus, *Put.de Sindic.verb.fideiuſſor.verſ.ſubijcio.Urſill.deciſ.130.num.3.Bott.conſ.38.num.7.Mantic.de tacit.conuen.lib.16.tit.20.num.16.Calephat.conſ.87.num.47.vol.2.crim.* Obtemperans enim Iudicis præcepto, non dicitur velle, *Coſta, conſ.67.num.3.7.* Et actus neceſſaria potius, quam voluntaria ex cauſa, factus præſumitur, *l.fin.C.de alim.pupill.præſt.Crauet.conſ.149.num.12.Coſta.conſ.67.nu.9.Menoch.conſ.688.nu.32.*

10 Secundo excuſatur † fideiuſſor, ſi Reus fuerit à Magiſtratu detemptus, aut carceratus, vel aliter ſub cuſtodia poſitus, *l.2.§.fin.l.ſed & ſi quis.§.illud.ff.ſi quis caut.Caball.crim.reſol.caſ.190.num.7.Guaz.reor.defenſ.6.cap.4.num.14.Muſcatell. de fideiuſ.p.p.mod.19.nu.15.* Donec impedimentum ceſſet, cum proueniat facto Iudicis, quod alteri nocere nō debet, *Caball.d.num.7.* Proinde practicarum vidi ſæpius, expectandū eſſe exitum nouæ cauſæ, pro qua Reus detinetur, & interim prioris cauſæ fideiuſſorem non moleſtari, & quandoque etiam vbi loca vtriuſque Iudicij, ſub eodem Principe exiſtunt vidi per Iudicem veteris cauſæ, inſtante fideiuſſore, literas ſcribi Iudici ipſius nouæ cauſæ, vt poſtquam debito fine proceſſum terminauerit; Reum ad eius inſtantiam retineat, vel ad ipſum tranſmittat pro alia cauſa, coram ſe indeciſa pendente. Hinc quoque eſt, vt ſi infra tempus, quo à fideiuſſore præſentandus

Digitized by Google

11 tandus erat Reus pro alia cauſa, Accuſatus † &
bannitus aufugit, nec tenetur fideiuſſor, l.ſed, & ſi
quis. vbi Doct. ff. ſi quis caut. Gloſ. l. ſi vero. ff. qui ſatiſd.
cogan. Alex. num. 6. Iaſ. num. 10. l. ſi deceſſerit. ff. eod.
Bald. l. obſeruare. §. proficiſci. nu. 2. ff. de offic. proconſ.
Specul. tit. de accuſ. §. ſequitur. num. 17. verſ. item quæ-
ritur. Mantic. d. tit. 20. num. 14. 16. Gandin. de maleſic.
tit. de compar. accuſ. nu. 66. tit. de inquiſ. nu. 50. Guaz.
d. num. 114. Herculan. de caut. non offen. cap. 23. num.
16. Menoch. conſ. 212. num. 26. Marſ. rub. de fideiuſſ. q.
150. Macerat. lib. 3. reſol. 29. num. 7. Maur. Aret. de fi-
deiuſſ. p. 2. ſect. 10. §. 27. num. 1. 2. Franc. Marc. deciſ.
797. num. 4. par. 2. Eugen. conſ. 67. num. 1. Gabr. conſil.
181. num. 16. vol. 1. Muſcatell. d. mod. 19. num. 16. Fa-
12 rin. quæſt. 34. d. num. 39. Sic fideiubens † aliquem ſi-
ſtere in Iudicio, liberatur, ſi ad Ciuitatem ille ve-
nire non poteſt, Decian. conſ. 29. num. 66. vol. 2. He-
ring. d. cap. 20. §. 9. num. 99. Proinde notat, Marſ. rub.
13 de fideiuſſ. num. 132. 171. Fideiuſſorem † de repræ-
ſentando Reum intra certum tempus ſub pœna nõ
teneri, ſi Reus interim fit Clericus, Ruginell. pp. qq.
cap. 26. num. 3. Galuan. conſ. 15. num. 17. Cephal. conſ.
187. num. 8. Muſcatell. de fideiuſ. p. p. mod. 19. num. 17.
Boſſ. de carcer. fideiuſ. num. 42. Caball. crim. reſol. caſ.
190. num. 4. Farin. q. 34. num. 38. Eugen. conſ. 2. nu. 28.
Maur. Aret. de fideiuſſ. p. p. ſect. 2. in prælud. c. 3. nu. 49.
& p. 2. ſect. 10. §. 28. num. 2. Valent. Franc. de fideiuſſ.
c. 6. num. 155. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 46. num. 105.
Guazz. reor. deſenſ. 6. cap. 4. num. 47. ſibi contrar. nu.
6. & de treg. & pac. tit. de caut. non offend. par. 2. §. 3.
q. 21. num. 5. Quia inhumanum nimis eſſe inquit,
Gabr. conſ. 181. num. 21. in 1. Fideiuſſorem cogere
ad repræſentandum eum, qui ad mortem certiſſi-
mam profecturus eſt, Eugen. conſ. 67. num. 8. conſ. 68.
num. 25. 40. 47.
14 Tertio liberari fideiuſſorem † dixi, qui reum
certa die ſiſtere promiſit, ſi termino non elapſo ex
alio delicto in Bannum ſit poſitus; Fideiuſſore il-
lud non procurante, Iaſ. l. 2. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogan.
Specul. tit. de accuſ. §. ſequitur videre. nu. 17. Signorol.
conſ. 118. ad fin. Alber. de Statut. par. 4. quæſt. 64. 65.
Boſſ. tit. de carcer. fideiuſ. nu. 41. Rom. conſ. 210. Marſ.
rub. de fideiuſſ. num. 110. 146. 150. Tuſc. lit. F. concluſ.
317. num. 70. Bott. conſ. 38. num. 2. Neguſ. conſil. 284.
num. 3. Maur. Aret. d. cap. 3. num. 55. Ruginel. pract.
quæſt. 26. num. 3. Turret. conſil. 63. num. 17. vol. 2. De-
cian. conſ. 29. num. 66. volum. 2. Guaz. d. cap. 4. num. 7.
Honded. conſ. 111. num. 38. vol. 4. Noni. conſ. 103. nu.
1. latè Felic. alleg. 16. p. p. Eugen. conſ. 2. num. 34. conſ.
67. num. 1. conſ. 68. num. 10. 41. Clar. §. fin. q. 46. num.
22. Farin. conſ. 59. num. 37. Caball. crim. reſol. caſ. 190.
num. 2. Hering. de fideiuſſ. cap. 20. §. 9. num. 94. Præ-
ſertim ſi priuſquam, ad illum repræſentandum, ſit
requiſitus, Horat. Lut. conſ. 163. num. 23. tom. 1. crim.
Farin. q. 34. num. 47. 57. Moſcatel. de fideiuſſ. p. p. mod.
19. num. 15. Guaz. reor. defenſ. 6. cap. 4. num. 9. ad fin.
Quia videtur Fideiuſſor facto Iudicis Reum repræ
ſentare non poſſe, l. 2. §. fin. & ibi Doct. ff. ſi quis caut.
Caſtr. rub. ff. de eo per quem fact. erit. Mantic. de tacit.
conuen. lib. 16. tit. 20. num. 12. Eugen. conſ. 67. num. 6.
17. conſ. 68. num. 26. 27. Maur. Aret. d. cap. 3. num. 52.
Herculan. de caut. non offend. cap. 23. nu. 15. Bott. conſ.
38. num. 4. Noni. conſ. 103. ad fin. Cum fideiuſſio in-
telligatur, ſi Reus noniter accuſatus, non bannia-
tur, Alex. l. ſi vno. ff. qui ſatiſd. cogan. Bott. conſil. 38.
num. 3. Imo ſi Reo accuſato, de mandato Curiæ, ſi-
bi factum fuerit inuentarium, ſeu deſcriptio bono-
rum, & ipſe aufugerit, liberatur Fideiuſſor, quia
fuga à Iudice fuit cauſata, Neguſ. conſ. 284. num. 12.
Vel ſi captæ ſint informationes, Guazz. reor. defenſ.
6. cap. 4. num. 9. Eugen. conſ. 2. num. 40. cum de capi-
tali crimine non eſſet accuſatus: Ipſaque repræſen-
tandi promiſſio, licet iurata, accipienda quoque
15 eſt, † ſi res in eo Statu ſit, cap. quemadmodum. cap.
clericus de iureiur. l. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. l. quæro. §.
inter locatorem. ff. locat. l. quod ſeruius. & ibi Doct. ff.
de condict. cauſ. dat. late, Iaſ. d. num. 9. Marſ. rub. de fi-
deiuſ. num. 173. Gram. crim. conſ. 66. num. 68. Boſſ. tit.
de carcer. fideiuſ. num. 35. 41. 43. Gozad. conſ. 27. nu.
1. Cephal. conſ. 187. conſ. 331. nu. 7. Bertaz. crim. conſ.
80. num. 8. conſ. 432. Menoch. conſ. 119. num. 7. conſil.
112. num. 24. conſ. 246. num. 8. Farin. quæſt. 34. nu. 39.
Decian. conſ. 19. num. 173. vol. 3. Botta. conſ. 38. num. 1.
ad fin. Felic. alleg. 16. nu. 15. p. p. Honded. d. conſ. 111.
num. 48. 49. 50. 51. Maccrat. lib. 3. reſol. 29. nu. 7. He-
ring. d. §. 9. num. 95. Gabr. conſ. 181. num. 6. vol. 1. conſ.
173. num. 12. in 2. Eugen. conſ. 2. num. 28. Marſ. rub. de
fideiuſſ. num. 151. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 20. nu. 22.
Maur. Aret. de fideiuſ. p. p. ſect. 2. in prælud. c. 3. nu. 51.
Adeo vt, verba generalia, nec prodeſſent (vt ſi quis
fideiubeat præſentare quacumque cauſa non ob-
ſtante) quin intelligatur promiſſio rebus ſic ſtan-
tibus, Iaſ. d. l. quod ſeruius. in fin. Horat. Lut. conſ. 163.
num. 23. tom. 1. crim. Ruin. conſil. 137. num. 11. vol. 2.
Anchar. Iun. ſamil. quæſt. 67. nu. 9. p. p. Laderch. conſ.
198. ſub num. 3. Bott. conſ. 38. num. 7. Tuſc. lit. F. concl.
318. num. 40. Pacian. conſ. 152. num. 10. Menoch. con-
ſil. 212. nu. 24. Baiard. ad Clar. quæſt. 46. nu. 66. Gabr.
16 conſ. 181. num. 5. in 1. Cum fideiuſſio ſtrictè † ſit ac-
cipienda, l. ſi pignori. l. ſi fideiuſſoris. §. pro Aurelio. ff.
de fideiuſſ. l. veteribus. ff. de pact. l. quidquid aſtringen-
dæ. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 34. in princ. volum. 2.
Marſ. rub. de fideiuſſ. num. 91. 95. Barz. deciſ. 70. num.
64. deciſ. 90. num. 39. deciſ. 110. num. 14. Maccrat. lib.
3. reſol. 30. num. 3. Menoch. conſ. 119. num. 6. vol. 2. lib.
3. præſump. 143. num. 7. Neguſ. conſil. 284. num. 1. Ca-
ball. crim. reſol. caſ. 59. num. 3. Rauden. deciſ. 4. num. 4.
45. Canal. deciſ. 5. num. 31. 33. 42. 54. 62. p. p. deciſ. 11.
p. 4. deciſ. 14. num. 17. 22. 23. p. 5. Decian. conſil. 72. nu.
18. vol. 2. Laderch. conſ. 198. ſub num. 1. Farin. conſil.
59. num. 13. Natt. conſ. 202. Roland. conſ. 58. num. 10.
vol. 1. Valent. Franc. de fideiuſſ. cap. 1. num. 19. cap. 4.
num. 69. cap. 5. num. 30. Gabr. conſil. 60. num. 6. vol. 1.
Rim. Im. conſil. 135. num. 8. Turret. conſil. 63. num. 20.
vol. 2. Maur. Aret. de fideiuſſ. p. 2. ſect. 5. cap. 1. num.
3. cap. 2. num. 3. ſect. 3. c. 5. num. 29. Pacian. conſ. 152.
num. 13. Azeued. conſ. 26. num. 16. conſil. 35. num. 14.
28. Etſi interuenerit iuramentum, Rot. Bonon. de-
ciſ. 93. num. 13. in nouiſſ. Impoſſibilitas, ſeu difficul-
tas ſuperueniens pœnam committi impediunt, l. ſi
vehenda. & ibi Bart. ff. ad l. Rod. de Iact. l. continuus.
§. illud. ff. de verb. oblig. Farin. quæſt. 34. num. 44. conſ.
59. num. 32. Marſ. rub. de fideiuſſ. num. 178. Mantic. d.
tit. 20. num. 14. Aret. de fideiuſſ. d. cap. 3. num. 54. Ne-
guſ. conſ. 284. nu. 13. Noni. conſ. 103. nu. 3. Honded. d.
conſ. 111. nu. 53. Si noui delicti timore, irrepræſen-
tabilis factus ſit reus, nec alias impoſſibilitas, vel
difficultas excuſaret, Farin. conſ. 59. num. 40.

Proin-

Proinde, recepta illa eſt omnium, Praxis quod citetur prius Fideiuſsor ad repræſentandum Reũ, ex Alber. de Statut. p. 4. queſt. 64. Marſ. de fideiuſs. nu. 143. 150. Farin. queſt. 34. num. 78. Clar. §. fin. num. 22. vbi, Baiard. num. 102. Herculan. de cautel. non offend. cap. 23. num. 16. Guazz. reor. defenſ. 6. cap. 4. num. 11. Rodolfin. conſ. 164. num. 2. tom. 1. crim. Caball. crimin. reſol. caſ. 190. num. 2. in fin. Caualc. de Brach. Reg. p. 2. num. 216. Tuſc. lit. F. concluſ. 318. num. 23.

17 Quarto, Reus à Iudice † retentus, ſi à Superiore vocatus non ſe excuſat, vt poterat, ex Præpoſ. in cap. cum parati. num. 18. de appell. Pœnam non meretur, ſi ſpreto inferioris Iudicis præcepto, Superiori obediat, Gloſ. c. ad aures. de tempor. ordin. Gloſ. c. quid culpatur. 23. queſt. 1. Rip. c. ſi quando. num. 17. de reſcript. Azeued. conſ. 25. num. 28. 51. 57. 59. Sic excuſatur reus, qui mandato ſui Principis à Regno diſceſſit, cui parere neceſse habuit, Tiraq. de pœn. cauſ. 34. Menoch. conſ. 230. num. 39. Superioris iuſsus facit licitum, quod alias eſset illicitum, Tiraq. d. cauſ. 34. num. 4. Azeued. conſ. 25. nu. 83. impedimentum ergo, facto Iudicis proueniens, excuſat, eum ſit iuſtum, l. ſed etſi præ o em. ff. ex quib. cauſ. maior. Abb. & alij, c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. Ludouic. Peruſ. deciſ. 105. num. 10. Azeued. d. conſ. 25. num. 66. & à pœna liberatur, qui facit id, quod ſibi licere putaret, & à Peritis fuit conſultus, Iaſ. conſ. 46. num. 4. vol. 3. Crauet. conſ. 6. num. 89. Burſ. conſil. 94. num. 12. Bimi. conſ. 236. num. 27. Imo ſi promiſiſset fideiuſsor reũ repræſentare, non obſtante quacumque cauſa de nouo ſuperueniente, nec etiam teneretur, quia fideiuſſio hæc à iure communi interpretationem recipit, l. 2. C. de noxalib. Maſcard. de Statut. interpret. concluſ. 2. num. 1. 2. Tuſc. lit. S. concluſ. 439. num. 1. 2. Intelligi ergo promiſſio non poteſt, ex noua cauſa, quàm ſit de iure, in term. Herculan. de caut. non offend. cap. 23. ſub num. 20. Bott. conſ. 38. num. 8. Cephal. conſ. 331. num. 11. Baiard. ad Clar. q. 46. nu. 66. Guazz. reor. defenſ. 6. cap. 4. num. 9. De iure autem ex prædictis ſatis conſtat, Fideiuſsorem non teneri, accuſatione ſuperueniente, aut verius Banno, Mantic. d. tit. 20. num. 16. cumque exilium, ſeu relegatio, bannum ſuperet, ergo, &c.

Non obſtat primum, ex Angel. & Nell. quorum

18 † ſententia vix ſuſtineri poteſt, non enim Fideiuſſor reum præſentare poteſt, quem D. Prorex banno exemit, quo minus in iudicium veniret, arg. l. ſed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt, vi eximat. l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut. l. ſed, & hi. §. quid tamen. ibi, ſed pu o. ff. de publican. Ang. de Clauas. in ſumm. verb. fideiuſſor. num. 9. Horat. Lucius. conſ. 163. conſil. 197. num. 1. vol. 1. crim. Honded. d. conſil. 111. nu. 45. 52. Roland. de commiſſ. p. 4. lib. 6. cap. 4. num. 47. Hering. d. §. 9. num. 97. Perinde, ac ſi Fiſcus reum ſubtraxiſset, diciturque factum Iudicis, factum partis aduerſæ, Crauet. conſil. 5. num. 1. Gualden. conſil. 166. Moron. conſ. 166. num. 3. vol. 1. crim. Gozad. conſil. 72. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gloſ. 14. num. 13. Eyg. Saxon. queſt. 19. num. 36. Thob. Noni. conſ. 105. Hering. d. §. 9. num. 98. Sic in reo, tantum accuſato, Gabr. conſil. 181. num. 21. vol. 1. Turret. conſ. 63. nu. 10. vol. 2. Bott. conſ. 38. num. 2. Et in reo bannito, Alex. d. l. ſed & ſi quis. num. 4. & ibi, Caſtr. ad fin. Alber. num. 3. Bald. l. obſeruare. §. proficiſci nu. 2. ff. de offic. proconſ. Amod. de Sindic. §. in eo dicti focij. num. 99. Boſſ. de carcer. fideiuſſ. num. 41. Iul. Clar. §. fin. queſt. 46. ad fin. De accuſato, & bannito, Franc. Marc. deciſ. 797. num. 4. p. 2. De accuſato, in crimine capitali, Marſ. de fideiuſſ. num. 171. Horat. Lut. conſil. 163. num. 15. tom. 1. crim. Moſcatell. de fideiuſſ. p. p. mod. 19. Noni. conſ. 103. nu. 3. Farin. conſil. 59. num. 7. Menoch. conſ. 212. num. 26. Caball. crim. reſol. caſ. 190. num. 3. 4. Eugen. conſ. 2. nu. 34. conſil. 67. num. 1. conſ. 68. num. 10. 41. Cephal. conſ. 187. num. 3. Si in repræſentando Reum, nec aliqua Fideiuſſor vſus ſit diligentia, Oſaſc. deciſ. 175. num. 2. Farin. conſil. 59. num. 38. 41. Guazz. d. cap. 4. nu. 18. Imo ſi nec de capitali crimine, eſſet accuſatus, Farinac. conſ. 59. num. 31. Eugen. conſil. 2. num. 40. Guazz. reor. defenſ. 6. c. 4. num. 8. ad fin. Sed ad informationes capiendas proceſſum eſſet; licet anceps Hac in re ſit, Faebin. lib. 9. iur. controuerſ. 75. Quia banno, vel accuſatione reus ſuam mutauit conditionem, Bott. conſil. 38. num. 2. Marſ. rub. de fideiuſſ. num. 150. Qui num. 132. multis argumentis probat, quod vbi mutatur perſona principalis, ſiue res, ſiue actio, ſiue cauſa Fideiuſſor amplius ſiſtere, non tenetur, Neguſ. conſ. 284. num. 4. Natt. conſil. 202. num. 5. Roland. conſ. 58. num. 20. in 1. Anchar. Iun. famil. q. 63. num. 3. lib. 1. Farin. q. 34. num. 31. Hering. de fideiuſſ. c. 20. §. 26. num. 32.

19 Reſpon. II. Clauſ. Toties, quoties † Non operari, vbi repræſentatio de iure vlterius peti non poſſet, ex Bart. l. ſi quis reum. num. 2. & ibi Doct. ff. de cuſtod. reor. & in l. Gracè. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſ. Nell. de Bannit. p. 6. temp. 2. quæſt. 15. Farin. quæſt. 34. num. 66. Neguſ. conſil. 284. num. 7. Bott. conſ. 38. Baiard. ad Clar. §. fin. queſt. 38. num. 66. Horat. Lut. conſ. 163. nu. 21. tom. 1. crimin. Guazz. d. cap. 4. num. 18. Tuſc. lit. F. concluſ. 318. num. 39. & in pœnalibus generalitas reſtringitur ad ea, quæ ſunt rationi conſona, optimè, Crauet. conſ. 3. Ladereb. conſ. 197. num. 3. ad fin.

20 Non obſtat ſecundum, quia id † verum ſi Fideiuſſore procurante, reus à Iudice bannitus ſit, vbi enim dolus eius interceſſit, non liberatur fideiuſſor. l. ſed & hi. §. quid tamen. Ibi, nec dolus eius interceſſit, ff. de publican. Bart. & Bald. l. ſi vero. col. 1. verſ. vltimo ſcias. ff. qui ſatiſd. cogan. Felin. in c. fin. num. 5. de teſtib. Baiard. ad Clar. §. fin. queſt. 46. num. 19. Herin. de fideiuſſ. cap. 20. §. 9. num. 104. Guazz. d. cap. 4. num. 10. Idem quoque eſt, ſi in culpa ſit fideiuſſor, Turret. d. conſ. 63. num. 18. Cauſa enim non cauſatus actus, eſt inſpiciendus, Crauet. conſ. 1. pro Gener. num. 33. 60. Hering. d. §. 9. num. 105. Nemo enim obijcere alteri id poteſt quod ipſe præſtirit, Bart. l. 1. §. 1. ff. quor. legat. confert tex. l. altius. ff. ſi ſeruit. vindic. Crauet. conſ. 83. num. 2. conſ. 919. num. 10. conſil. 969. num. 7. Hering. d. §. 9. num. 106. Sed Rei diſceſſus à Regno, Fiſci culpa proceſſit, moleſtari ergo a Fiſco non poteſt.

21 Reſpon. II. † ex Bart. l. capitis. num. 2. 3. ff. de fideiuſſ. Quod bannitus in vna cauſa, in alia ſiſtere non tenetur, l. ſed & ſi quis. §. illud ſciendum. ff. ſi quis cau. Quam ſententiam, ex com. Seruari inquit, Alber. de Statut. par. 4. q. 64. Cum per Iudicium factum ſit (Reum banniendo) quo minus Fideiuſſor poſſit eum repræſentare, Alex. l. ſi vero. ad fin. ff. qui ſatiſd. cogan. Et addit, melius loquutum fuiſſe, Bart. in d. l. capitis. quàm, in d. l. ſi vero. Marſ. rubr. de fideiuſſ. nu. 132.

Digitized by Google

nu.132.171.Muſcatell.de fideiuſſ.p.p. med.19.nu.16. Mutatio enim ſtatus,& conditionis perſonæ ſuperueniens, præcedentem Fideiuſſoris obligationem extinguit, Marſ.rub.de fideiuſſ.num.110.Cephal.conſil.187.num.10.conſil.331.num.9.Teſſaur.deciſ.202.num.11.Maur.Aret.de fideiuſſ.p.2.ſect.10.§.27.nu.1.§.28.num.1.late Tuſc.lit.F.concluſ.318. & de iure dixi condemnationem non requiri, Sed ſolum bannum ſatis eſſe, ex multis à Turret.conſ.63.num.12.27.28.volum.2. Conditionem ergo ſuam mutauit Reus, Menoch.conſil.212.à num.24.Tuſc.lit.F.concluſ.318.

22 Reſpon. III. Condemnationem † non requiri, ſi accuſatio, vel inquiſitio ad mortem ſit, & de homicidio conſtet, Marſil.de fideiuſſ.num.151.Cartar.de execut.ſent.capt.bann.cap.2.num.472.Farin.conſ.59.num.4.35.quæſt.34.num.59.Gabr. conſil.181.nu.21.vol.1.Eugen.conſil.2.num.38.conſ.67.num.8.25.conſil.68.num.20.magis com.Bertaz.crim. conſ.432.Rim.Iun.conſil.738.num.43.Guazz.reor.defenſ.6.c.4.num.15.Tuſc.lit.F.concluſ.318.num.27.28.29.Felic.alleg.16.à num.21.p.p.Ac bannitus cenſetur, qui de proximo eſt, propter homicidium, bāniendus, & condemnandus, l.fin.vbi gloſ.& Bald.ff.de milit.teſtam.Caſtr.l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acqui.poſſ.Iaſ.l.cum ſtipulatus ſim.num.8.ff.de verb.oblig.& conſ.52.in 2.crim.Marſ.conſil.74.ſing.106. Idq; reſoluit in term. Cephal.conſil.187.num.9.Bott.conſil.38.num.10.11.latè Laderch.conſil.196.num.1. Si nec citatus adhuc fuit, Farin.conſil.59.num.4. Quia potentia propinqua actui, habetur pro actu, ex allegat. imo reo à Principe relegato, capitalis condemnatio ſecuta dicitur, vt liberatus ſit Fideiuſſor, Alber.l.ſi deceſſerit.num.14.ff.qui ſatiſd.cogan. Clar.§.fin. quæſt.46.Cephal.conſil.187.Gabr. conſil.181.vol.1.Macerat.lib.3.reſol.2.num.4. & de exulato loquitur, Eugen.conſil.2.num.35. Guazz. reor.defenſ.6.cap.4.num.7.Farin.conſil.59.num.31. imo & ipſo iure, Alber.d.l.ſi deceſſerit.in princ.& ibi Caſtr.num.1.Alex.nu.6.Iaſ.num.10.Clar.§.fin.quæſt.46. Foller.prax.crim.p.vlt.num.154.Gandin.de malefic.rub.de aliquib.quæſt.var.num.19.Gabr.d.conſil.181.num.23.Macerat.d.reſol.29.num.5. Idemque eſt, ſi reus homicidium commiſerit, de quo non dubitatur, licet dolo differret iudex accuſationem recipere, Surd.conſil.38.num.7.Eugen.conſil.2.num.40.Gabr.conſil.181.num.20.vol.1.Caleſat.conſil.87.num.47.tom.2.crim.Tuſc.lit.F.concluſ.318.num.25.

23 Reſpon. IV. Quod licet ſaluum † cōductum reo offerat iudex, nec tamen Fideiuſſor illum repræſentare tenetur, ſatiſq; ei erit ſemel liberatum fuiſſe, Horat.Lut.conſ.163.num.15.conſil.167.Noni.conſil.164.num.2.conſil.169. Hering. de fideiuſſ.cap.20.§.9.num.100.101.Guaz.reor. defenſ.6.cap.4. num.10.15.ad fin. Bertaz.crim. conſil.431.ad fin. Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.46.num.100.Honded.conſil.111.nu.62.63.volum.1.Herculan.de cantion.non offend. cap.23.num.16. Propter itineris etiam periculum Farinac.crim.quæſt.34.num.71.75.Felic.d.alleg.16.num.24.25. Eoq; fortius ſi omnem Fideiuſſor adhibuerit diligentiam, ipſeque reus ſiſtere noluerit, excuſatur fideiuſſor, Gabr.d.conſil.181.num.22.Mantic.d.tit.20.num.16.

24 Reſpon. V. Hoc in caſu agi † ſulum de præſtatione facti impoſſibilis de iure, ſi enim mortuum repræſentare factum dicitur impoſſibile, l.ſi deceſſerit.in prin.ff.qui ſatiſd.cogan.l.ſi enim.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caution.l.ſi mandatum.§.pen.ff.mandat. Caſtr.l.ſed & ſi quis.ff.ſi quis caut.Farin.quæſt.34.nu.48.Franc.Marc.deciſ.797.num.4.5.p.2.Hering.de fideiuſſ.cap.20.§.10.à num.1. Sic,& banniti repræſentatio, Bald.& Alber.num.6.l.ſi vero.ff.qui ſatiſd.cogan.Iaſ.d.l.ſi deceſſerit.Decian.conſ.29.num.66.in 2.Macerat.lib.3.reſol.29.num.9. Non enim ad pœnam tenetur Fideiuſſor, ſi ex ſuperueniente difficultate impoſſibile ei ſit reum ſiſtere, quia non poteſt dici in mora conſtitutus, Salic.l.Sancimus.num.3.C.de fideiuſſ.Socc.conſil.288.nu.31.vol.1.Gabr. conſil.181.num.14.vol.1.Menoch. conſ.212. nu.8. Mantic.de ta-
25 cit.lib.16.tit.20.num.14. Et licet difficultas † Fide-
iuſſorem non excuſet, niſi illa proueniat ex caſu mortis, ex Bald.& Gabr. quos citaui, num.4. Impoſſibilitas tamen excuſat, Clar.§.fin.q.46.Gabr.d.conſ.181.Macerat.lib.3.reſol.29. num.10. Quod verum, etſi repræſentandi promiſſio iurata ſit, quia ſubintelligitur ſemper clauſula, ſi poſſibile eſt, cap.1.§.fin.de iureiuran.Curt.Iun.l.quod te. num.37.ff.ſi cert.pet. Gabr. d.conſil.181.num.14. Macerat.d.reſol.29.num. 10.

Reſpon. VI. Morte naturali non excuſari Fide-
26 iuſſorem quantitatis, Quia id verum † in Simpli-
ci promiſſione quātitatis Secus in promiſſione Facti, & quantitatis ſimul, Doct.l.ſi vero. ff.qui ſatiſd.cog. Hæc autem fuit promiſſio de repræſentando, & ſic facti; in caſu autem non repræſentationis ad quantitatis pœnam; excuſandus ergo eſt Fideiuſſor, Macerat.d.reſol.29.num.15.

27 Non obſtat tertium, † ex Farin.quæſt.34.nu.169.170. Dum quærit num Fideiuſſor Rei liberatus dici iure poſſit, ſi Iudex nihil denuntiet reo capiendo, ſed omiſſa via agendi contra Fideiuſſorem, vt reum repræſentet (veluti quia forte dubitet, aut credat, quod pœnam promiſſam potius ſoluere, quam reum ipſum repræſentare malit, vel quia reum ex improuiſo potius, quam ſcientem, & à fideiuſſore inſtructum,& repræſentatum habere, Curiæ expedire conſtet) mittat Satellites ad illum capiendum, qui nondum captus aufugerit, Tunc Fideiuſſor facto Iudicis impeditus, repræſentare dicitur, & liberatur. Priori tamen caſu conſentit Farin. Fideiuſſorem liberatum, quia Iudex Satellites mittens ad capiendum, videtur nō vt priuatus, aut ſceleſtus vir, ſed vt Iudex proceſſiſſe, & ob id ſit Iudici imputandum, qui iudiciali eius facto, fugæ cauſam dederit. Poſteriori autem caſu aliter dicendum voluit, Cepol.conſ.25.nu.2.Anchar.conſ.341.Hercul.d.c.23.nu.17.ad fin.Gabr.conſ.181.nu.8.vol.2.& ita loquuntur omnes iam citati, nu.5. Idemq; eſt ſi reo mortis metus à Iudice incuſſus fuerit, perinde enim haberi debet, ac ſi eum repræſentaſſet, quia facto ipſius Iudicis fuit impeditus, l.iure ciuili.ff.de condict.& demonſtr.Gabr.d.conſ.181.num.9.
8 Mantic.d.num.16. Vbi enim † reus culpa Iudicis au-
fugit, non tenetur Fideiuſſor, l.Sancimus, C.de pœn. Boſſ.tit.de carcer.fideiuſſ.num.62.Macerat.lib.3.reſolut.30.num.7.Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.46.num.105.Guazz.reor. defenſ.6.cap.4.num.18.Tuſc.lit.F.concluſ.318.num.24.Pacian.conſil.152.num.19.20.

Culpa

Digitized by Google

Culpa autem imputatur ei, qui non cogitat, quod de facili poteſt euenire, *Alex. conſ.52.in6. Neguſ. conſ.233.num.22.Corn.conſil.273.num.18.in1.conſil.12.num.11. in 4.Carot. de locat. & conduc. par.4. quæſt.11.num.2.*

29 Cumq; hoc expeditum † eſſe dixerim: ſi tamen in dubio verſaremur, Fideiuſſorem non teneri, nec pœnam exigi poſſe iudicandum eſſe inquit, *Calephat.d.conſ.87.num.17.Gabr. conſil.181.num.76. in 1.conſil.173.num.4.23.in2. Farin.conſ.59.num.21.* & refert, *Muta,deciſ.45.* in M.R.C. deciſum, Fideiuſſorem de repræſentando toties, quoties, pro vna cauſa, iniunctum non teneri ad repræſentandum pro alia cauſa.

Ex his pronuntiauit M.R.C. *Fuiſſe* à Curia Straticotiali *Illatum grauamen, & oppoſitiones ſtent*, Anno MDCXIII. In cuius ſententiæ exequutionem Fideiuſſionis pœnam Fiſco imburſatam, reſtitutam opponentibus fuiſſe vidimus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis alium ſibi ſubſtituere, Sine Superioris mandato, non poteſt.*

2 *Officialis de perſona inſeruire tenetur, non per Subſtitutum, Niſi neceſſitas vrgeat num.12.*

3 *Induſtria perſonæ electa præſumitur, in officijs annexā habentibus adminiſtrationem.*

4 *Officialis alium voluntariè ſubſtituens de culpis, & defectibus, ac delictis ab eo admiſſis tenetur.*

5 *Subſtituens voluntariè in officio contra* Alphonſ.Reg. *inhibitionem, in Regni* cap.29. *cum ne dum in culpa, ſed in dolo ſit pro Iudicis etiam arbitrio puniendus eſt.*

6 *Officio ab Officiali vendito, Proregis confirmatione nondum obtenta, ſi emptor delinquat, Venditor tenetur, & num.8.*

7 *Confirmatio actus nulli non operatur retrotractionem in præiudicium tertij, ſed ſuas ſolum habet vires à die confirmationis.*

9 *Officialis, toto anno, ad menſem vnum pro Velle alium ſubſtituere poteſt, nec requiritur cauſa.*

10 *Officialis regij ſeruitij cauſa abſens, alium ſubſtituere poteſt.*

11 *Infirmus, ſi Officialis ſit, alium ſubſtituere poteſt, Sine ſuperioris licentia, & quoties in anno infirmus erit, num.13.*

14 *Subſtituens ex ſubſtituendi facultate ſibi, à Regni lege, data, pro culpis, & defectibus ſubſtituti tenetur, & quando?*

15 *Subſtituendi poteſtatem ſi quis ex Regis Priuilegio habet, pro ſuo ſubſtituto tenetur.*

16 *Subſtituti conditio, ſubſtituenti nota præſumitur, eique mala electio eſt imputanda.*

17 *Subſtituens perſonam valde integram excuſatur, ſi ſubſtitutionis tempore qualitatem hanc interceſſiſſe probet.*

18 *Officialis pro ſuo ſubſtituto, vel coadiutore tenetur, ſi omne commodum Officij ipſe receperit. & nu.46.*

19 *Subſtitutio in officio ſi Superioris decreto fiat, ſubſtituens non tenetur de culpis ſubſtituti, niſi dixerit Superior ipſum teneri.*

20 *Subſtituens pro ſuo ſubſtituto non tenetur, ſi neceſſaria ſit ſubſtitutio, & quando dicatur neceſſaria.*

21 *Officialis, pro eo quem ipſe non elegit, ſed à Superiore datus fuit, non tenetur, & num.23.*

24 *Subſtitutus de familia ſubſtituentis dicitur, ſicut, & Birroarij, cæterique Curiæ miniſtri.*

25 *Familiaris dicitur, qui ſe geſſit pro tali.*

26 *Officialis pro delicto à ſuo familiari in officio commiſſo, vel in re ad illud pertinente, tenetur, ſecus ſi extra officium, Declar.num.30.31.32.33.*

27 *Procurator, ſi extra mandatum delinquat non nocet Domino.*

28 *Epiſcopus, pro delicto Vicarij in officio delinquentis tenetur.*

29 *Vicarius de imperitia ſui Adſeſſoris tenetur, ſi iuriſperitus ipſe ſit.*

34 *Officialem in Subſtituti, aut Familiaris delictis, participare non præſumitur, nec illis conſentire.*

35 *Subſtituens, ſi pro culpis, & defectibus ſubſtituti teneretur; criminaliter, cum eo à R. Fiſco agi non poteſt, ſed ciuiliter, num. 37. Niſi particeps ſit, num.38.*

36 *Pœna delicti Authorem ſuum egredi non debet.*

39 *Subſtituto exhibito, An liberetur Subſtituens, & num.40.*

Diſtingue, num.41.42.43.

Declar. num.44.45.

45 *Exhibitio ſatis non eſt, ſi pro culpis, & defectibus ſubſtituti ſubſtituentem teneri Princeps voluerit, & alijs in caſibus, num.48.49.50.51.*

47 *Officialis, ſi delictum à Subſtituto commiſſum, mandauerit, vel ratum habuerit, aut particeps in eo fuerit, pro Subſtituto tenetur.*

52 *Subſtituens ab officio ſuſpendi non poteſt, pro delictis à ſubſtituto admiſſis, ſecus ſi ipſe deliquerit.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutus in Officio, ſi delinquat, An Subſtituenti imputandum ſit? Qui de eius familia, An cenſeatur?

Quibus in caſibus ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti tenetur; criminaliter cum eo An poſſit agi: Sed An, eo in carceribus exhibito, liberetur ſubſtituens, vel ab Officio ſuſpendi poſſit.

Ad intellect. Regis Alphonſ. Cap.28.29.

CONSILIVM XXXVI.

IN eligendis Notarijs Actorum, Curiæ Straticotialis, qui quotannis creantur per ſecreta triginta, & ſex hominum ſuffragia, ex duplici patriciorum, & plebeorum ordine, ſorte delectorum: præter ſex Senatores, & Strategum adeſſe etiam ſolet Mag. Notarius Curiæ Senatoriæ, quò ſuffragatorum vota ſigillatim deſcribat.

Verum cum aliquando per ſe ipſe munus obire minimè poſſet, alteri vices ſuas commiſit: Huius Actuarius cum ſuffragia numeraretur, & Titio quidem

dem decem & octo ſuffragati eſsent, Scio autem decem, & nouem; Actuarius ſeu dolo, ſeu per errorem Scio decem, & octo adſcripſit. Quæritur itaq; num ex Vicarij, ſeu ſubſtituti, num etiam Actuarij culpa, Magiſter Notarius teneatur: An vero ſatis ſit eum Iudici exhibere, vt Magiſter Notarius liberetur: Quod vt planum fiat, excutiendum eſt.

Primo, An Magiſter Notarius ſubſtituti ſui culpam præſtare cogatur.

Secundo, An etiam Actuariorũ culpas, Ac ſimul cognoſcendum erit, An Familiæ appellatione, Officialis eius ſubſtitutus, veniat & Actuarius?

Tertio, An criminaliter cum Subſtituente agendum ſit, & quando?

Quarto, Subſtituto exhibito, An liberetur ſubſtituens? Vel officio ſuſpendi poſſit, pro culpis, & defectibus à Subſtituto commiſſis.

Circa primum, Negatiue reſpondendum videbatur, ſed facilioris doctrinæ gratia, perfectaq; ſit omnium reſolutio, plures, hac in re, conſtituendos eſſe caſus duxi.

Primus eſt, in Officiali, qui ſi demandatam ſibi Subſtituendi facultatem à D. Prorege non habet, Alium in Officio ſubſtituat. Caſus hic duas à iure recipit dubitationes.

Prima eſt, Num valida ſit ſubſtitutio illa?

Secunda eſt; An pro omni ſubſtituti culpa, & defectu teneatur ſubſtituens?

Ad primam, Nullam eſſe ſubſtitutionem cen-
1 ſeo, † Quia ſubſtitutum ſine Superioris mandato facere non poteſt Officialis, *Campan. R. N. c. 19. quia de Vicarijs. num. 3. Maſull. ad Capic. deciſ. 151. num. 1. Leonar. de offic. p. 2. num. 55.* Cum perſonaliter quiſ-
2 que inſeruire † teneatur *ex pragm. 3. tit. 35. par. 2. & Alphon. Reg. c. 28. 29. 419.* Coadditis Regis Literis, datis Madrid, die 9. Octobris 1568. exequutis in Regno die, 3. Martij, 12. indict. 1569. & eſt in Regno *Conſtit. Officia quæ perſonis. Rubr. 56. lib. 1.* Quibus adſtipulatur etiam ius commune, *ad tex. in auth. vt null. Iud. in rubr. l. inter artifices. vbi Bar. ff. de ſolu. & in l. 1. C. de propoſ. agent. in reb. lib. 12. Abb. conſ. 68. vol. 2. l. nullus. 3. C. de decur. lib. 10. & ibi gloſ. decoratus.* citat *concord. Rebuff. l. iubemus. num. 6. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Tuſc. lit. ℑ. concluſ. 106. num. 23. Carauit. rit. 2. num. 16. 17. Capic. deciſ. 151. nu. 1.* Vnde magiſtratus ab Imperatore creati, non poſſunt regulariter ſibi conſtituere Vicarios, *Abb. cap. fin. §. is autem. de offic. deleg. & ibi Felin. num. 11. Oroſc. rub. ff. de offic. eius. num. 7. Foller. prax. tit. de offic. eius qui vicem. num. 26. Marant. par. 4. diſt. 5. num. 19. Azeued. l. 4. num. 1. tit. 9. lib. 3. recop.* In Officijs
3 † enim quæ adminiſtrationem annexam habent, vel ſi maximæ qualitatis ſunt, Perſonæ induſtria electa cenſetur, vt per alium exerceri non poſſint, Niſi de Regis licentia, *d. l. inter artifices. cap. fin. §. is autem. de offic. deleg. Iſern. cap. 1. de feud. march. Bald. conſil. 165. volum. 5. Amat. conſ. 22. num. 10. Menoch. de arbitr. quæſt. 54. num. 9. Borrell. ad Bellug. in Specul. Princip. rub. 10. num. 16. lit. G. Ponte, deciſ. 28. num. 45. 46. Tuſc. lit. I. concluſ. 105. num. 1. Capic. d. deciſ. 151. num. 6. vbi Maſull. num. 1.* tradit, Quod nec ſubdelegare poſſent, ex *Iaſ. l. 1. ff. de offic. eius. Rom. conſ. 330. num. 4. Alex. conſ. 218. num. 8. in 2. Cephal. conſ. 1. num. 31. Tuſc. lit. I. concluſ. 105. num. 2. Gamm. deciſ. 222. num. 12.* Electa itaque perſonæ induſtria, adimitur poteſtas ſeruiendi per ſubſtitutum, *Azeued. l. 6. nu. 4. tit. 5. lib. 3. recop. Scaglion. rit. 2. num. 1. Auendag. c. 4. prætor. nu. 43. lib. 1.* Hinc ſcriptor deputatus ad ſcribendum acta iudicialia nõ poteſt aliũ ſubſtituere, *Carauit. d. rit. 2. num. 16. Tuſc. d. concluſ. 106. num. 25.* Quia electa cenſetur eius induſtria, & licet diſſentiant Alij, cõcordant tñ omnes, quod ſi ſcriptura non approbetur ab eo, qui fuerat deputatus ad ſcribendum, non valet, *Abb. d. conſ. 68. nu. 3. Mohedan. deciſ. 347. Tuſc. d. num. 25.* & ſemper quod nudum rei miniſterium commiſſum eſt, nũquàm data dicitur poteſtas, alium ſubſtituendi, *ad tex. c. fin. §. cæterum. vbi Abb. & reliqui, de off. deleg. Apont. deciſ. 28. nu. 46.* Intereſt enim Regis, vt officia perſonalia, & quæ maximæ ſunt qualitatis, & cõfidentiæ, exerceantur per perſonas ei notas, & non per ignotas, ac Principi forſan non gratas: Ratio enim prouocat, & deterret, vt ex *Iſern.* tradit *Apont. d. deciſ. 28. nu. 47.* Intereſt quoque Regis, ſcire ad quem officia transferantur, per quem poſſideantur, atq; exerceãtur, cum ex hoc totum pendeat negotium. Proinde ſi Lex reſiſtit, ſi eſt hoc prohibitum, ſi ſpecificè adſunt Regis Ordinationes, vt nemo per ſubſtitutum officium exercere valeat; omni etiam iure, nulla iudicanda eſt ſubſtitutio, quæ ad primam dubitationem ſint ſatis.

4 Ad ſecundam, pro Omni culpa † & defectu ſubſtituti, Officialem voluntariè ſubſtituentem teneri dicimus, *ex l. nullus. l. neminem. C. de decurion. lib. 10. latè Rouit. conſ. 87. nu. 1.* Quia malè ipſe egit, ſubſtituendo perſonam pro ſeruitio, quod ipſe præſtare tenebatur, ac proinde ſubſtitutio hęc debet ſuo periculo cedere, licet idoneus à principio ſit, & inde mutatis moribus deliquerit, *Apen. l. agentes, nu. 8. C. de agentib. in reb. lib. 12. Eſcobar. de ratiocin. c. 19. nu. 54. D. Ludouiſ. Rot. deciſ. 233. n. 15. Rot. deciſ. 379. nu. 1. p. 4. Sfort. conſ. 62. num. 24. Tuſc. lit. P. concl. 852. nu. 9.* Quia culpa eſt in eligente, cuius perſona cum fuiſset electa, *ex l. inter artifices. ff. de ſolut.* non potuit ſeruire per ſubſtitutum, nec debuit; Si vti ergo voluit opera alienæ perſonæ, in culpa eſt, & dãnum, quod a ſua culpa originem habuit, tenetur rependere, *l. quod quis. ff. de reg. iur. c. damnum. c. quod quis. eod. tit. in 6. Menoch. conſ. 68. nu. 18. Aldouin. cõſ. 19. nu. 93. in term. Ludouiſ. Rot. deciſ. 233. num. 4.* Imo
5 Officialis † cum ab Alphonſo Rege *d. c. 29.* ſit inhibitus, Ne alium ſubſtituat, ibi, *Prædicta vero per Subſtitutos fieri inhibemus.* Et ille ſubſtituere voluerit, inhibitionem dicitur cõtempſiſſe, *Rot. deciſ. 26. de appell. Lancell. de attent. in præfat. nu. 26. Menoch. lib. 5. præſumpt. 44. num. 18.* Imo ne dum in culpa, ſed in dolo eſſe dicitur is, qui aliquid facit contra prohibitionem ſibi à Superiore factam, *l. aut prætor. §. ſi quis particeps. vbi gloſ. & Doct. ff. de his, quę in fraud. credit. Apenn. l. quemadmodum. num. 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Alber. l. dolum. num. 3. C. de dol. Crauet. conſil. 193. num. 2. Farinac. conſil. 153. nu. 4. 7. 22. quæſt. 89. num. 142. Menoch. lib. 5. præſump. 3. nu. 81.* Puniendus ergo eſt pro Iudicis arbitrio, *Menoch. lib. 5. præſum. 44. nu. 20.* Inde eſt, vt ſi officium
6 † ſuum quis vendat, eum alienãdi facultatem non haberet, & emptor confirmatione non dum obtenta deliquerit, venditor tenetur, *D. Ludouiſ. Rot. deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.233. nu.2. Quia venditio robur non recepit,
7 † niſi à die cõfirmationis, *ad tex.l.ſi quis priore. vbi Bart.ff.ad Trebel. Bald.l.2. C.de confirm. tut. Neguſ. conſ.465.nu.37.Coſta,de retrotract.caſ.5.c.8.num.23. Molin.lib.2.de primog.c.7.num.6.Ponte, deciſ.34.nu. 40.Surd.deciſ.245.nu.6.* Nec trahitur retro ad aliud tempus, in præiudicium tertij, *c.dubium.& ibi,not. Abb.de decim.Dec.c.fin.num.57. de conſtit.(aſt.conſil.248.num.4.in 2.Caual.deciſ.11. num.54.p.2. Molin.d.cap.7.nu.22.D.Ludouiſ.d. deciſ.233.nu.2. Tuſc. lit.C.concluſ.710.num.22.latè, lit.R.concluſ.309.* Ipſumque tertij præiudicium impedit retrotractionem, *l.1.& ibi Bald.C.an ſeru.ex ſuo fact.Afflict.c.1. num.32.de prohib.feud.alien.per Feder.Caſſador. deciſ.3.num.21.de præbend.Tiraq.de iur.primog. q.34. num.19. Caual.deciſ.11. num.56.p.2.Coſta, de retrotract. caſ.27.cap.8.num.8.Montier.deciſ.50.num.17.*
8 Neque enim † ante diem illam tranſlatum in emptorem fuerat officium, nec à venditore abdicatum; proinde irrefragabiliter tenetur venditor, de geſtis ab emptore, vſque in diem illam, *D. Ludouiſ.d.num.2.*

Secundus caſus eſt in officiali, qui à lege ſubſtituendi facultatem habet, *Aul.ad l.prætor. 4.verb. iuſtitia. num.1.* Qualis eſt in hoc Siciliæ Regno, *ex Alphon.Reg.c.29.* Qui tribus in caſibus liberã cuicumq; officiali ſubſtituendi poteſtatem † tribuit.
9 Primo, *Vt Ad menſem vnum infra totum annum.* Nec tunc requiritur cauſa,ſed ſola eius voluntas ſatis eſt,*Conuerſ.ad Intrigl.ſing.118.lib.1.Franc.deciſ. 98.ad fin.Rouit.rub.de ſindic. Offic.pragm.1.num.54.*
10 Secundo † *Si regij ſeruitij cauſa officialis abſuerit. d.c.29.* & iuris eſſe probat, *§.ad hæc.in fin. auth. de collator.Rouit.in pragm.rub.de adminiſt.& quod perſon.ſeru.num.3.* Tunc enim neceſſaria dicitur abſentia,*l.2.C.de offic.eius.Carauit.rit.3.num.20.Scaglion. rit.7.num.2.*
11 Tertio, † *Si infirmi atc detentus is ſit, d.cap.29.* & iuris eſſe reſoluit, *tex.l.2.C.de offic. eius.l.1.& ibi Alex.ff.cod.Ang.in auth. vt cleric.apud.propr. epiſc. coll.6.Barboſ.l.cum prætor. §.1 num.381.ff. de Iudic. Carauit.rit.7.num.3 Scaglion. ibid.num.2. Azeued.l.*
12 *4.num.5. tit.9.lib.3. recop.* Officialis namque † ex neceſſitate poteſt per ſubſtitutum officium exercere, *Rebuff.l.comperimus. nu.7. C.de proxim.ſacror. ſcrineor. lib.12.* Nec regula, *tex. d.l.inter artifices.* Locum habet, dato impedimento neceſſario, *Rouit.d.rub.de admin.& quod perſon.ſeru.nu.26.* Quin officialis ſubſtituentis aſſertioni, tunc ſtandum inquit, *Gloſ.c.paſtoralis. verb.exonerare de offic.d.leg. Bald.c.de cauſis. eod.tit.& in l.imperium.ſub num.9. ff.de iuriſd.omn.Iud.Alex.num.55.comm.Dec.num. 66.l.1.ff.de off.eius. Alciat.cap.quod ſedem.num.17. de off.ordin. Menoch. de arbitr. quæſt.76. num.2. Intrigl.lib.1.ſing.200.Roger.conſ.15.num.41.Muta,d. c.29.num.19.Tuſc.lit.I.concluſ.477.* Ratio eſt, quod pro Officiali lex præſumat, *l.2.C.de offic.ciuil. Iud.l. cum precibus. C. de probat. l.1. C.de præd. curial. lib. 10.l.fin. C.de fideicom.libert. vbi Bald. & in rubr.de offic.deleg. conſil.404. ad fin.vol.1.Iaſ.l.donatione.ad fin.C.de collat.Alciat.reg.3.præſump.15.in prin.Bertaz.conſil.180.num.15.Tuſc.lit.O. concluſ.96.num.1.*
13 Et licet † de prima infirmitate Alphonſum loquutum dixeris, *Muta, d. cap.29. num.16.* Adeo vt alijs forte obuenientibus ad Principis licentiam recurrendum ei ſit; Illum tamen increpat, *Maſtril. de magiſtrat. lib.1.cap.29. num.26. ex comm. Regni praxi*, quam agnouit praxis, *Intrigl. d.ſing.118.& ibi optime Conuerſ. Nepit. Catanen. conſuet. 1. num. 68. tit.2.*
14 His itaque in caſibus ſubſtituens † pro ſubſtituti ſeu coadiutoris ſui culpis, & defectibus tenetur, *l.ad ſimilitudinem. C.de epiſc. & cleric. Apen.l.agentes.num.8.C. de agent.in reb.lib.12.Pute. de Sindic.c. an ſubſtituens.Rouit.rub.de Sindicat.offic.pragm.1.nu. 55.* Tum maxime ſi officij commodum ad ſubſtituentem ipſum ſpectaret, *Sfort.conſ.62.nu.23.Tuſc. lit.P.concl.852.nu.9.* Eo tantum caſu excepto, quo ſubſtitutus, vel coadiutor Superioris decreto approbatus, & admiſſus fuerit, *Aret.l.continuus.§.ſi ab eo.ante,nu.19.ff.de verb. oblig. Tuſc.d. concl.852. num.8.Rouit.conſ.87.num.3.* Et tradit Alphonſ.Rex. in Regni Cap. 28. ibi, *Viros in ea re idoneos, cognitione noſtra Curiæ præuia ſubſtitui permittimus.* Quod accipiendum inquit, *Aret.d.§.ſi ab eo. num. 19.verſ.nec obſtat.* Niſi admiſſio, & approbatio facta à Superiore ſit, cum clauſ. *Quod teneatur ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti*, ſequitur *Rouit.d.num.3. Ponte. conſ.85.num.4.vol.2.* & concludit prius, *Apen.d.num.8.*
15 Tertius caſus eſt, ſi in conceſſi † officij priuilegio,ſubſtituendi poteſtatem Rex dederit,aut Prorex, Iuxta *Alphonſ.Regis.c.29.ibi, Aut mandato noſtro ab eis prouiſum ſit.* & Iuris eſſe probat, *tex.l.nullus.C.de decurion.lib.10.l.1.C.de præpoſ.agent.in reb. lib.12.Iſern.§.firmiter.num.33.de prohib.feud. alien. per Fideric.Carauit.rit.2.num.16.*

Hoc in caſu de Culpis, & Defectibus ſubſtituti teneri ſubſtituentem monet, *tex.l.ad ſimilitudinem. & ibi not.Bald. C.de epiſc.& cler.l. vel per literas. & ibi Prouinz.ff.ſi menſor.falſ.mod.dixer. Bart.l.neminem.Ang.l.nullus. C.de decurion. lib.10. Bart.l.1.§. familiæ.ff.de public.Iaſ.l.pen.num.9.C.de pact.Rom.l. hoc edicto.ff.quod quiſq;.iur.& conſ.297. conſil.338. Maur.alleg.93.nu.13.p.p. Muta, Panorm.conſuet.68. num.83.& d.cap.29.num.21.Rouit.rub. de Sindic.offic.Prag.1.nu.53.Corrad.temp.Iudic.lib.1.c.1.de Imperat.§.3.de oblig. Imper. Gloſ.pro officialibus ſuis nu. 1. D.Ludouiſ.Rot.deciſ.233.nu.1. Tuſc.lit.O. concluſ. 99.nu.16.& lit.P.concluſ.852.nu.4.Sfort.conſ.62.nu. 24.Cancer.2.reſol.c.2.nu.87.Rot. deciſ.379.ſub nu.1. p.4.* Sic officialis tenetur de facto ſuboſficialis, *l.ex facto.ff.de neg.geſt.Maur.d.nu.13.*& ſui coadiutoris, *Sfort.d.num.24.* Procurator pro ſubſtituto procuratore,*Tuſc.lit.O.concl.99.num.5 latè,lit.P.concl.852.* Curator pro facto ſubcuratoris, *l.ex facto.ff.de neg.*
16 *geſt.* Cum de ipſius † conditione veriſimiliter ſit informatus, *l.fin.§.in ſeruorum. ff.naut. caup.ſtabul.* & qui negligenti amico rem cuſtodiendam commiſit de ſe conqueri debet,*l.1.§.is quoq;.2.ff.de act. & oblig. Menoch.conſ.53.nu.2.Aldouin.conſ.19. nu. 91.* Eique imputandum inquit, *Crauet.conſ.8.num. 21.* Qui non idoneum ad aliquod opus, ſeu onus vocauit, *l.3.ad fin. l.cum mandato. ff.de minor.l.ſed & ſi quis.§.fin.ff.de inſtitut.Aldouin.d.nu.91.* Ipſaq; mala electio in culpa eſt eligentis, *l. qui non tam idoneum.ff.commod.Corn.conſ.273.ſub num.9. vol.1. Capiblanc. de Baron. pragmat.3. num.105. Aldouin. conſ.19.*

L

conſ.19.num.92. Fidei enim ratione conuenitur no-
minator, ex l. Imperator. ff. ad municip. Et periculum
agnoſcit, quia non idoneum nominauit, l. quid er-
go. ff. eod. Siue in committendo, ſiue in negligen-
do delinquat ſubſtitutus, Rom. conſ. 338. num. 6. &
ibi Scholiaſt.
17 Nec illũ excuſat, † quod idoneam elegerit per-
ſonam ſolitam id exercere, & ſubſtitutionis tem-
pore ſimilia officia exercuerit, quia id locũ habet
ſi perſona valde integra ſubſtituta fuiſſet, Felin. c.
Petrus. num. 11. de homicid. Seraph. deciſ. 527. num. 1.
D. Ludouiſ. Rot. deciſ. 233. num. 5. Sicut excuſator cu-
ſtos Arcis, qui loco ſui virum alias probatæ condi-
ctionis ſubrogauerit, ſi poſtea ſubrogatus prodide-
rit Arcem, ac perfidè egerit. Alber. l. fin. ff. de cuſtod.
reor. Barbat. conſ. 62. in 4. Iaſ. l. ſi pecuniam. §. ſed ſi ac-
cepit. ad fin. ff. de condict. cauſ. dat. Boer. deciſ. 217. nu.
9. Ricc. Archiep. deciſ. 137. num. 10. p. p. Et addit D.
Ludouiſ. d. nu. 5. ſecus ſi conſtaret ſimilia tantum of-
ficia exercuiſſe, de tempore, quo fuerat ſubſtitu-
tus, aut non multum ante; Imo probandum quoq;
eſſet, qualiter in ipſis ſe geſſerit, Nec ſatis eſt, quod
ea exercuerit, niſi doceat laudabiliter, & fideliter
18 adminiſtraſſe. Quo in caſu † teneretur etiam pro
ſuo ſubſtituto, & coadiutore, ſi officij commodum
ſubſtituens receperit, Sfort. conſ. 62. num. 23. Tuſc.
lit. P. concluſ. 852. num. 9.
19 Verum ſi Proregis decreto † ſubſtitutus ad offi-
cium fuerit admiſſus, de eius culpis, & defectibus
non teneretur ſubſtituens, Ponte. conſ. 85. num. 1. 4.
in 2. Niſi admiſſio illa facta à ſuperiore ſit, ita quod
teneatur ipſe de culpis, & defectibus ſubſtituti,
Aret. l. continuus. §. ſi ab eo. ante num. 19. verſ. adde
etiam. ff. de verbor. oblig. Apen. l. agentes. num. 8. C. de
agent. in reb. lib. 12. Rouit. conſil. 87. num. 3. Ponte. d.
conſ. 85. d. num. 4.
20 Quartus caſus eſt, ſi neceſſaria † ſit ſubſtitutio:
Neceſſariam eam dixit, Apen. in l. agentes. num. 8.
C. de agentib. in reb. lib. 12. Si iuſſu Superioris fiat:
Tunc mala electio ſubſtituentem non obligat, ad
ſubſtituti culpas, & defectus, Apen. d. nu. 8. Tuſc. lit.
P. concluſ. 852. nu. 8. Rouit. conſ. 87. nu. 3. & tit. de Sin-
dic. offic. prag. 1. nu. 53. Cancer. 2. reſol. c. 2. nu. 89. Bur-
goſ. de Paz. conſ. 48. nu. 12. 13. Sicut non teneretur,
21 quis pro officiali † quem ipſe non elegit, ſed datus
ei fuerit à Superiore, Felin. c. Petrus. num. 11. de ho-
mic. Monticell. in prax. reg. 7. num. 43. Tuſc. lit. O. con-
cluſ. 99. nu. 38. & d. concluſ. 852. nu. 9. Canal. de Brach.
reg. p. 5. num. 154. Guazz. reor. defenſ. 33. cap. 2. nu. 6.
Nec Magiſter Militum tenetur ex delicto Militũ,
quos Princeps elegit, Bald. conſ. 385. in 1. Tuſc. d. con
22 cluſ. 99. num. 19. & Cuſtos carcerum licet † pro de-
licto à ſuis miniſtris commiſſo teneatur, Gram. vot.
29. num. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 302. num. 5. Clar. §.
fin. quæſt. 86. Non tamen tenetur, ſi à Superiore illi
fuerint deputati, l. fin. §. interdum. ff. de cuſtod. reor.
Rom. ſing. 30. Cremen. ſing. 99. Marſ. in prax. §. attin-
gam. num. 73. Boer. deciſ. 217. num. 9. Menoch. de ar-
bitrar. caſ. 302. num. 8. Guazz. reor. defenſ. 33. cap. 2.
num. 6. Niſi cuſtos præceperit delictum, vel dum
potuit prohibere, non prohibuit, Bald. rubr. C. de
pen. Iud. qui malè Iudic. & in l. obſeruare. §. profici-
ſci. ff. de offic. proconſul. & d. conſil. 385. Anchar. con-
ſil. 158. num. 4. Sbroz. lib. 3. de vicar. epiſc. quæſt. 30.
num. 7. Tuſc. lit. O. concluſ. 99. nu. 20. Caual. d. nu. 154.
23 Cumque ſubſtitutus † non à Magiſtro Notario,
ſed à Prorege hic fuerit, quatenus in officio deli-
quiſſe conſtet (vt negamus) iure communi inſpe-
cto, ipſe Magiſter Notarius non tenetur, ita Farin.
quæſt. 24. num. 86. Guazz. reor. defenſ. 33. c. 2. nu. 6. Se-
raph. deciſ. 527. Et ſi aliter Romæ, ex Pij V. conſti-
tutione, ſancitũ ipſi dixerint. Tum maxime, quod
non decreuerit Superior ipſum Magiſtrum Nota-
rium de culpis, & defectibus teneri, vt aduertit in
term. Apen. d. num. 8. Rouit. d. conſ. 87. num. 3. Ponte,
d. conſ. 85. num. 1. 4.
24 Artic. Secundus, † De familia dicitur Officialis,
eius ſubſtitutus, Rom. conſil. 338. num. 6. Tuſc. lit. O.
concluſ. 99. num. 40. Item Birruarij, & alij Miniſtri,
Rom. conſ. 434. Tuſc. d. concluſ. 99. nu. 41. Probaturq;
25 Familiaris, † qui ſe geſſit pro tali, & conſtet per
claras probationes, Corn. conſ. 40. num. 8. vol. 1. Tuſc.
d. concluſ. 99. num. 42. Imo nedum ſerui, ſed etiam
liberi, quorum miniſterio Officialis vtitur, l. 1. §.
familiæ. ff. de public. l. 2. §. familiæ. ff. vi bon. rapt. Felin.
c. conſtitutus. 1. ad fin. de teſtib. Caſtr. conſ. 423. num. 6.
in 1. Cephal. conſ. 362. num. 12.
His cognitis. Officialis de facto ſuæ familiæ,
26 † ſeu familiarium ſuorum tenetur, ſi ij in illo offi-
cio, ſeu miniſterio deliquiſſent, in quo Dominus
eſſet præpoſitus, & familiæ opera vteretur, l. 1. C. ad
leg. Iul. repetund. l. 1. §. familiæ. & ibi Bart. ff. de publi-
can. Bald. conſ. 385. in princ. vol. 1. Felin. c. petrus. nu.
10. de homic. cap. ſi quando. num. 2. de reſcript. Bero. c.
1. num. 41. 43. de reſtit. ſpoliat. Rebuff. l. cum ad quam-
libet. num. 1. C. de condit. in public. horr. lib. 10. Aegid.
conſ. 4. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 196. nu. 3. Rom.
conſ. 11. num. 3. 12. conſ. 338. num. 7. conſ. 434. Cephal.
conſ. 362. num. 27. Corrad. in templ. Iudic. lib. 1. c. 1. de
imper. §. 3. de oblig. imper. verſ. vigeſimo quinto. nu. 2.
Teſſaur. lib. 1. Forenſ. q. 83. Boſſ. de official. corrup. num.
31. Menoch. de arbitr. caſ. 345. num. 1. conſ. 1159. nu.
4. Alciat. reg. 3. præſump. 40. Farin. quæſt. 24. nu. 53.
Tuſc. lit. O. concluſ. 99. num. 1. Seraph. deciſ. 527. nu. 1.
p. p. Guazz. reor. defenſ. 33. c. 2. num. 2. Sbroz. lib. 3. de
vicar. epiſc. quæſt. 30. num. 4. Roland. conſ. 95. num. 11.
12. vol. 2. Vel in pertinentibus ad officium ſuum,
Iaſ. num. 8. 9. Alciat. num. 24. in l. age. C. de tranſact.
Rom. conſ. 15. Hering. de fideiuſſ. c. 24. nu. 189. Quia
dominus in culpa eſſe cenſetur malos hoſce homi-
nes eligendo, & illorum opera in tali Officio vten-
do, proinde ſuo nomine, & inſolidum ex quaſi ma-
leficio tenetur, Bero. d. num. 41. Secus, ſi delinquat
extra Officium, Bart. d. §. familiæ. Felin. d. c. petrus.
num. 10. Perez. ad Segur. l. ſi ex legati cauſa. num. 56.
57. ff. de verbor. oblig. Salic. l. quæ fortuitis. num. 7. C. de
pignor. action. Rom. conſil. 338. num. 7. 8. Auan. conſil.
71. num. 3. Ricc. collect. 1816. 1849. Gramm. deciſ. 3.
num. 12. Caualc. d. num. 154. Pariſ. conſ. 27. nu. 10. in
4. Maſtrill. deciſ. 231. num. 23. Seraph. deciſ. 527. num.
1. Farin. quæſt. 24. à nu. 45. ad num. 54. Sbroz. d. q. 30.
nu. 5. Menoch. de arb. caſ. 390. nu. 19. Vt de Inſtitoris
facto extra negotium, cui præpoſitus eſt ex l. cui-
27 cumq;. §. non tamen. ff. de inſtitor. Sic procurator † ijs
in caſibus, quibus noceret Domino, ſi extra man-
datum delinquat, pro eo dominus non tenetur,
Bellam. conſil. 4. Tuſc. dict. concluſ. 99. num. 14. &
28 Epiſcopus tenetur † ex delicto ſui Vicarij, vel
Officia-

Digitized by Google

Officialis delinquentis in officio, in quo erat depu-
tatus, alias non, *Hoſtien. & Zabarell.quæſt.5. Butr.*
ad ſin.in c.ad hæc.de offic. Archid.Gemin.Anchar.&
Archid.in c.ſi epiſcopus. de off.ordin. in6. Cucch.in-
ſtit.Canon.tit.de vicar.epiſc.num.130.Felin.c.Petrus.
num.9.de homic.c.cum ordinem.nu.6. de reſcrip. Pa-
nin.de poteſt.cap.ſede vacan.p.2. quæſt.10.nu.22.23.
Carant.tit.49.num.18.Mata, Alphonſ.Reg. cap.29.
num.22. Rot.deciſ.178.in nouiſs. deciſ.431. in antiq.
Selua,de beneſic.p.2.quæſt.14.num.6. Tuſc.lit.O.con-
cluſ.99.num.7. Sbroz. de Vicar.epiſc.lib.3. quæſt.30.
num.1.quæſt.57.num.1. Bellam. conſil.4. Et Vicarius
29 † tenetur de imperitia ſui Adſeſſoris, ſi Vicarius
eſſet Iuriſpetitus, alias non tenetur, *Sbroz.d.quæſt.*
30.num.3.ad fin. Brun. conſil.89.num.19. Carot.ſing.
104. Quia eius conſilium ſequi non tenetur, *Pan-*
cirol. conſ.112. num.60. Et Iudex tenetur de impe-
ritia Adſeſſoris, licet de eius dolo non teneatur,
Alber.l.2.num.3.Dec.nu.13.ff. quod quiſq; iur. Iaſ.d.
l.2.nu.4.& in l.1.ad fin.ff.de off.adſeſſ.Menoch.conſil.
1159.num.2. & delegans ob imperitiam delegati,
latè Menoch. d.conſ.1159. ob malam enim electio-
nem, eligens tenetur de imperitia electi, *l.nam &*
leuius.§.fin.ff.de neg.geſt.Menoch.d.conſ.1159.nu.3.
30 Niſi ex delicto † extra officium, commodum ali-
quod aſſequutus ille ſit, *l.1.§.ſi filiusfam. ff.vi & vi*
armat. quam *in term.citat.Bero.d.num.41 Scholiaſt.*
ad Rom.conſ.11. Tuſc. d.concluſ.99. num.2. & lit.P.
concluſ.212.num.11.Guazz.d.c.2.num.5. Imo ſi do-
31 minus † conſentiens eſt delicto, aut particeps, pro
eo tenetur, *Bellam.conſ.4.Scholiaſt.ad Rom.conſ.11.*
Tuſc.lit.O.concluſ.99.num.10.25.Canalc.d.num.154.
32 Idem ſi † ſciens nec prohibuit, cum poſſet, *Bellam.*
conſ.4.Anchar. conſ.158.num.4. Tuſc.d.concluſ.99.
33 *nu.12.15.* Aut, ſi illum † non corripuit, quem repe-
rit deliquiſſe, *Bellam.d.conſ.4.Tuſc. d.concluſ.99.nu.*
13. Quod enim à ſcientis Officialis familiari actum
eſt, ab Officiali actum videtur, *Alex.conſ.1.nu.9.in*
3.Tuſc. d.concluſ.99. num.11. In dubio præſumitur
ignorantia, *Tuſc.d.concluſ.99. num.26.* Niſi probe-
tur ſcientia, quia ignorantia eſt actus priuatiuus
habens negatiuam annexam, quæ de iure eſt im-
probabilis, *l.actor. C.de probat. l.ſuper ſeruis. C.qui*
milit.poſſ.lib.12. Et ſcientia ponit, & affirmat, meri-
to probari debet, *l.ei qui dicit.ff.de probat.Marant.l.*
is poteſt.num.226.ff.de acquir.hæred.Ludouic. Peruſ.
deciſ.19.num.22.Maſcard.de probat.concl.879.Mat-
tien.l.14.gloſ.1.nu.14.tit.4.lib.5.recop.Cephal.conſil.
145.num.36.Gratian.deciſ.69.num.20.Gabr. de reg.
iur.concl.5.Maſcard.de ſtatut.interpr.concluſ.6.num.
142.Valenzuoel.conſ.2.num.10. conſ.77.nu.14. conſ.
78.num.58.Rim.Iun.conſ.1. num.1.4.29. conſ.17.nu.
8.conſ.54.num.16.conſ.40.num.33.conſ.42. num.69.
conſ.242.num.166.conſ.308.num.21.22. conſil.445.
num.15.conſ.463.num.87.conſil.507.num.29. maxi-
mè cum ſit facti alieni, *l.doli.ff.de nouat. Bart. l.Cel-*
ſius.ff.de vſucap.Iaſ.conſ.46.num.2.in3.Honded.con-
ſil.80.nu.32.in2.Crot.conſ.90.num.26.Mantic. deciſ.
57.num.9.Crauet.conſ.134.num.18.Grat.conſil.132.
num.8.in2. Caſtr.conſ.21.num.31. p.2.conſ.44. num.
25.p.3.Dec.conſ.207.num.5.Oſaſc.deciſ.71. num.36.
deciſ.101.num.22.Surd.de alim.tit.1.quæſt.48. num.
11.conſ.528.num.40.Pariſ.conſil.47.num.102. in1.
Maſcar.de probat.concluſ.162.num.19.Latius. concl.
879.Tuſc.lit.I.concluſ.16.concl.18.nu.9.Claper.cauſ.
fiſcal.16.q.2. num.6. Valenzuoel.d.conſ.77. num.15.
Menoch.lib.6.præſump.23.nu.51.Rim.Iun. conſ.196.
nu.85.86.conſ.479.nu.27.29.conſ.493.nu.1.34. Nec
34 participatio præſumitur in delictis, † *Pute.de Sin-*
dic.§.rectores.nu.2.verſ.an ex ortum.Tuſc.lit.O. cõcl.
99.nu.26. Nec quod cõſenſu domini deliquerit, *Ca-*
nalc.d.nu.154.Tuſc.d.concl.99.num.39. Licet diſſen-
tiat, & malè *Menoch.de arbitr.caſ.345.num.6.*

Artic. Tertius, ſi ijs in caſibus eſſemus in quibus
Officialis de culpis, & defectibus ſubſtituti tenere-
tur: Nec Regij Fiſci petitio procedere poſſet, Vt
ſubſtituens nempe, qui nunc actu ſuum Officium
exercet poſſit ab eodem officio ſuſpendi, propter
culpas à ſubſtituto commiſſas, tempore quo exer-
cuit: Nam licet culpa à ſubſtituto cõmiſſa, ſit adeo
grauis, vt ex ea iniuncta ſit pœna amiſſionis officij,
35 criminaliter tamen agere † non poteſt R. Fiſcus
contra ſubſtituentem, qui non deliquit, *Gloſ.l.ob-*
ſeruare.§.proficiſci.& ibi, Bald.ff.de off.proconſ.Bero.
c.1.à nu.41.42.de reſtit.ſpoliat.Felin.c.Petrus. num.
13.de homicid.Iaſ.l.non impoſſibile. num.2.ff.de pact.
Rom.conſ.11.nu.3.conſ.15.in princ.ſing.127.Marſil.
conſ.16.nu.27.& in prax.§.examinanda. nu.12. Teſ-
ſaur.lib.1.Forenſ.q.83.nu.10. Guazz.reor. defenſ.33.
c.2.nu.2.Maur.alleg.93.num.17.p.p.Tuſc.lit.O.concl.
99.num.18.Rouit.conſ.87.num.4. Decian.conſ.25.nu.
14.in2.conſ.4.nu.62. in3. Honded. conſ.97.num.35.
36 *vol.2.* Quia pœna delicti † authorem egredi nõ de-
bet, *l.ſancimus.C.de pœn.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de in-*
off.teſtam. l.reſcriptum. ff. de ijs qui not.infam. §.om-
nes.inſtit.de noxal.act.Igneus.l.1.§.ſi quis.nu.47.ff.ad
Syllan.c.quæſiuit,de his quæ fiunt à maior.part.capitul.
Ioan.Monach.c.Romana. nu.24. de cenſib. Clar.§.fin.
quæſt.86.in princ.& ibi Baiard. num.1.Sfort. conſ.38.
nu.26.Valenzuoel.conſ.91.nu.38.Capr. regul.77. Fa-
ber,lib.4.Cod.tit.9.ne fili.pro patr.diffin.2.num.4. Ma-
gonſ.Lucen.deciſ.27.nu.1.Cartar.de execut.ſent. capt.
bannit. in præfact. num. 7. Mantua. ſingul.3. num. 3.
Guid.Pap.ſing.419.Farin.quæſt.24.à num.1.Tuſc.lit.
P.concluſ.212.nu.1.Maſcard. de probat. concl.1300.
Guazz.reor. defenſ.33.cap.2. num.1. Flam. Pariſ. de
reſignat.benef.lib.11.quæſt.7.nu.59.Rim.iun.conſ.88.
num.12.Sim.de Prat.conſ.191.num.1.Guttier.pp.qq.
canon.lib.2.c.30.num.15.Menoch. lib.5.præſump.27.
conſ.1159. num.7. Bott. conſ.30.num.4. Maſcard.de
Statut.Interpr.concl.4.nu.94. Proinde obligatus pro
alterius adminiſtratione non tenetur de ijs, quæ ob
culpam, ei pœnæ nomine irrogantur, *l.1.C.de peri-*
cul.eor. qui pro magiſtr.interuen. vbi Ioan. Plate. l.li-
bertus.§.ſi.ff.ad municip.l.fideiuſſores magiſtratuum,
& ibi Bart.Bald.Ang.Caſtr.& reliqui. ff.de fideiuſſ.
Vt ſi ex contumacia, ex cauſa furti, barattariæ. &
ſimilium, in Officio ab eo commiſſis, *Ponte.conſil.*
85.nu.4.vol.2. Ne vni, per alterum iniqua conditio
fiat, *l.non debet.ff.de reg.iur.cap.1.de iniur.in6. Au-*
th.vt non fiant pignorat.collat.5.

37 Sed ciuiliter † ſi circa concernentia officium
ſubſtitutus deliquerit, *Bero.d.c.1.num.41. de reſtit.*
ſpoliat.Felin.c.Petrus. num.13. de homic. Aufrer. Ca-
pell.Tholoſ.deciſ.196.num.2. Franc.Marc. deciſ.423.
nu.13.p.p.Decian.conſ.4.nu.62.vol.3.Tuſc.lit.P.con-
cluſ.212.num.12.Rouit.conſ.87.num.4.Guazz.d.cap.
2.num.3. Adeo vt, quod parti, aut Fiſco pro inter-

Digitized by Google

eſſe ſoluerit ſubſtituens à ſubſtituto recuperare poteſt, vt indemnis ab eo ſeruetur, qui deliquit, Angel.conſ.326.num.4.Tuſc.lit.P.concluſ.212.num.39. Farin.q.24.num.90.Maſcard.de Statut.interpr.concl.4.num.91.Guazz.d.c.2.num.9. Niſi in ijs deliquerit ſubſtitutus, quæ officium non concernunt, Tunc nec ciuiliter teneretur ſubſtituens, Felin.d.c.Petrus.num.6.Rom.conſ.11.num.3.conſ.338.num.7.Decian.d.conſ.4.num.2.Farinac.q.24.num.55. Mazolin.conſil.102.num.14.Guazz.reor.defenſ.33. cap.2.num.3. Caualc.d.num.154.

38 Cæterum ſi in culpis, † & defectibus à ſubſtituto admiſſis, particeps eſſet ſubſtituens, criminaliter contra eum agendum erit, ad tex.l.ex facto. ad fin. ff.de neg.geſt.Maur.alleg.93. num.17.p.p. Quia non alieno, ſed proprio ex facto teneretur, l.ſi plures.ff.de adminiſt.tut. Nec tunc Reo exhibito liberatum ſubſtituentem eſſe, dixi, num.47.

Artic. Quartus, Quæſtio eſt non leuis, in qua excutiendum eſt. Primo, An exhibendo delinquentem liberetur Officialis? Secundo, An officio interim ſuſpendendus ipſe ſit?

39 Circa primum. Affirmantiũ † partem, reo nempè exhibito, liberari Dominum probat, tex.l.1.§.quod nouiſſimè. l.ſi cum exhibuiſſent. in princ.ff.de public.Bero.c.1.num.43.de reſtit.ſpoliat.Bellam.conſ.4. Rom.conſ.11.ad fin.conſ.338.num.7.conſ.434.ad fin. Boſſ. tit.de furt.num.55. Guazz.d.c.2.num.5. Anil.l.prætor.4.Gloſ.entregare. Tuſc.lit.O.concluſ.99.nu.27. Ponte.conſ.85.num.5.in 2.Decian.conſ.25.num.15.in 2.Caual.d.nu.154. Siue ex iure cõmuni, pro delicto familiæ teneretur, ſiue ex forma Statuti, Rom. d. conſ.11.conſ.338.nu.7.conſ.434.Tuſc.d.concl.99.nu.23. Licet exhibitus ſoluendo non ſit, quia luet in corpore, & liberabitur exhibens, Rom. conſil.11. Maur.alleg.93.nu.12.p.p.Tuſc.d.concl.99. nu.24.27.

40 Negantium partem † tuetur, Tex. l.ad commentarienſem.C.de cuſtor.reor.l.fin. in princ. & ibi gloſ.ff.eod. Quia nominans miniſtrum, & ſubofficialem, eſt veluti eius Fideiuſſor, l.fin.ad fin.C.quo quiſq; ordin.conuen. lib.10. & vt talis conuenitur, l.imperator. ad fin. ff. ad municip. Sed Fideiuſſor non liberatur exhibendo debitorem, Niſi ſolueret, §.fin.Inſtit.de Replicat. Et licet illa iura loquantur de Nominatore; Nominator tamen pluribus modis ſumitur, ex Gloſ.& Bart.l.1.§.ſolent.ff.quand.appell.ſit. Et inter cęteros, ſi officialis nominat ſuobficialem in exercitio officij, Bart.l.2.C.de pericul.nominat.lib.10.Tuſc.lit.E.concl.101. num.3.

Quid dicendum? Placuit com. illa, Bart. Diſtinctio, in l.1.§.familic.ff.de publican.& ſi ab ea diſſentiat, Bero.d.cap.1.num.43.de reſtit.ſpol.Maur.d.alleg.93.ſub num.17.

41 Aut de eo loquimur, † qui priuatum habet officium, Nauta nempè Caupone, & ſimilibus; Tunc exhibendo Dominus non liberatur, ſed inſolidum tenetur, l.1.§.ſerui vero.ff.furt.aduerſ.naut. Poſitum enim eſt in facultate damnum paſſi, Verum ageret cum famulo, vel cum Domino, & ſi ageret cũ Domino, non ipſe liberatur exhibendo liberum hominem, vel ſeruum alienum, l.1.§.ita vt in poteſtate.ff.furt.aduerſ.naut.l.fin.§.hac antè actione. ff.naut.caup.ſtabul.l.videamus. ff.locat.Bero.c.1.num.44.de reſtit. ſpoliat.Maur.alleg.93.num.3.p.p. Imo addit, Teſſaur.lib.1.Foren.quæſt.83.num.9.10.11. Et infra, nõ teneri Dominum ad exhibitionem famuli, qui eo pręſente deliquerat, licet conſcio Domino, exinde, ipſe aufugiſſet.

42 Aut in habente † publicum officium loquimur, Tunc non liberatur exhibendo, ſi malè à principio elegit, & in his term. procedit, tex.d.l.ad commentarienſem.& d.l.fin. Anna, allegat.33. Auileſ.d.gloſ.entregare.Maur.d.alleg.93.nu.4.16.Ric.collect.1816. Quia culpa eſt in mala electione, dum opera malorum fuerit vſus, l.ex maleficijs.in fin.ff.de action.& oblig.§.pen. Inſtit. de oblig. ex quaſ.malef.Tuſc.lit.E.concluſ.101.num.3.7.Angel. conſ.237. Signorol.conſil.143.num.5. Et quia Bonos ad miniſterium eligere debebat, l.ſi cum exhibuiſſent. ff.de public. Nec pro debitis, & familiæ delictis ante, vel poſt officium commiſſis, Felin.c.Petrus.num.6. de homicid. Rom.conſ.15.num.3. & ibi Scholiaſt. verſ.non autem. Crauet.conſ.3.nu.15.Tuſc.lit.O. concluſ.99. nu.36.

43 Aut publicum † habens officium, idoneum, & habilem ad tale miniſteriũ loco ſui ſubſtituit, Bonaque familia eſt vſus, Tunc exhibendo, liberatur, Maur.d.alleg.93.nu.3.16. Tum maximè, ſi eiuſdem officij nomine perſonas habet ſubordinatas, & ſolet vti ſubſtitutis, D.Ludouiſ.Rot.deciſ.233.nu.4. At ſi officialis perſona fuiſſet ſpectata, eiuſque induſtria electa, nec per ſubſtitutum, potuit, aut debuit ſeruire: Proinde ſi alienæ perſonæ opera vti voluit, fuit in culpa, ergo damnum reſarcire ipſe debet, Ludouiſ.d.num.4. Neque illum excuſat, quod elegerit perſonam idoneam, ſolitam hæc exercere, & ſimilia electionis tempore exercuerit, Niſi rectè miniſtraſſe conſtet, vt dixi num.4.17.

Hinc Caſtellanus, cui arcis cuſtodiam Rex commiſerat, ſi alteri, quem commiſſæ cuſtodiæ tẽpore, exiſtimabant omnes idoneum, & diligentem, ſua culpa illam perdidit, liberatur Miles illo exhibito, Oldrad.conſ.92.Paris, Pute.de Sindic.verb.carcer.c.5.licet dicatur. num.4.

Poteſtas eligens Adſeſſorem, ſi de eius conſilio aliquid egerit, liberatur exhibendo, Bald.rub.C.de pęn.Iud.qui malè Iudic.Pute. de Sindic.verb.familiaris.c.4.rectores.num.2.

Epiſcopus, qui dedit Vicarium, liberatur eum exhibendo, Rom.conſ.338. Rot.deciſ.431. in antiq. deciſ.278. in nou. Imo tenetur Epiſcopus exhibere Vicarium, vel officialem in officio delinquentem, Pauin.de poteſt. cap.ſede, vac.p.2.q.10.nu.23.Sbroz.de Vicar.Epiſc.lib.3.q.57.num.6.

Baro, qui Capitaneum ad iuſtitiam inſtituit in ſua Terra, ſi is varias committat extorſiones, & oppreſſiones, liberatur eum exhibendo, ſi modo in vtilitatem Baronis non ceſſerint, Aliàs, eas reſtituere teneretur, Paris.Pute.de Sindic.verb.familias.cap.5.poteſtas.num.3.Caual.de Brach.reg.par.5.num.154.ad fin.

Ciuitas, quæ tenebatur facere Iuſtitiam ſi certum deputauit Officialem, qui aliquem grauauerit, tenetur ipſa, Tuſc.lit.E. concluſ.101.nu.7. Signorol.conſ.143.num.5. ſed exhibendo liberatur, Rom.conſ.338.dub.2.

Cuſtos carceris licet exhibendo ſubcuſtodem non liberetur, d.l.ad commentarienſem. vbi Gloſ.& Bald. Attamen ſi tempore, quo illum appoſuit,

bonus,

Digitized by Google

bonus, & fidelis exiſtimetur. Sed illico mutauerit
mores; excuſatur, eumque exhibendo liberatur,
*Alber.l.quantæ.in princ.ff.de publican.Paris,Pute.de
Sindic.verb.carcer.* Maximè ſi ex neceſſitate ſubcu-
ſtodem elegit, *Maur.d.alleg.93.num.8.*

Terrarum Rectores, qui publicum habent offi-
cium, ſubofficialem, exhibendo liberãtur, *ex Bart.
l.1 §.familiæ.& d.§.quod nouiſſimè.Maur.alleg.93.nu.
4.p.p.* Vſque adeo, vt ſi ex forma ſtatuti, vel ex ſpe-
ciali obligatione Rectores teneantur de facto Offi-
cialium, adhuc exhibendo liberantur, quia talis
obligatio intelligitur ſecundum naturam actus,
*Bart.d.§.quod nouiſſimè.Angel.l.1.C.ad leg.Iul.repe-
tun. Rom. conſ.11.* Teſaurarius exhibendo ſuboffi-
cialem liberatur, *Maur.alleg.93.num.11.par.p.* Nec
Ærarius tenetur pro ſuo ſubſtituto, ſi idoneum ip-
ſe elegit, non ex voluntate, ſed ex neceſſitate, &
iuſſu ſuperioris, *Apen.l.agentes.nu.8. C.de agent.in
reb.lib.12.Oldrad.conſ.92.Pute. de Sindic. verb.ſub-
ſtitutus.c.2.* Ergo exhibendo, & multo magis libe-
ratur, *Maur.d.num.11.*

Verum, quod ſi plures ſint famuli, quorum vnus
delinquat, ad effectum recognoſcendi, omnes ex-
hiberi debent, conſuetis veſtibus induti, quibus
non exhibitis, cum poſſet, teneretur ſubſtituens ad
pœnam: At ſi reum exhibere is nõ poſſet, nec illius
fugæ, aut latitationis fuerit particeps, in nihilo te-
neretur, *ex Farin.q.24.num.95.Guazz.reor.defenſ.
33.c.2.num.7.* & Addunt teneri Dominum iurare,
quod ſine dolo deſierit poſſidere, qui ſi recuſaue-
rit, poteſt condemnari, Vel ſi poſt litem conteſta-
tam deſierit poſſidere, aut ſi potuerit prouidere ne
aufugiat, & noluerit prouidere, tunc præſumitur,
quod dolo deſierit poſſidere, *ex Franc. Marc.deciſ.
425.num.4.5.9.p.p.* Niſi conſtet, Dominum om-
nem adhibuiſſe diligẽtiam ad illum exhibendum,
nec tamen potuerit exhibere: Tunc omnem ipſe
euaderet pœnam.

44 Porrò ſi officialis, † vel Miniſter, qui deliquit,
eſſet mortuus, vel Bannitus pro delicto, cum exhi-
beri à ſubſtituente, eiusvè Domino non poſſit, nec
teneretur, *Pute. de Sindic. verb. Rectores. in princ.
verb. poteſtas. num.10. Sbroz. de vicar. Epiſc.lib.3.
quæſt.30.num.6.Tuſc.lit.O.conclus.99.num.37.* Tunc
enim petitur famuli exhibitio, ſi priuſquam rece-
dat, famulus petatur, ſecus ſi iam receſſiſſet, *Bald.l.
obſernare.§.proficiſci.ff.de off.proconſ.Catald. de Sin-
dic.q.278. Pute. de Sindic.gloſ.familiaris. c.3.nu.24.*
Non enim locum habet exhibitio, ſi exhibendi fa-
cultas ceſſet, *l.1.§.fin.l.3. ff.ad exhiben.* Nec hoc in
caſu, Fiſco edictio fit, *l.fin.C.de fid.inſtrum.* Probare
ergo debet ſubſtitutum, vel famulum penes domi-
num morari, vel ab eo occultatum, aut dimiſſum
poſtquam cępta à Fiſco lis fuerat contra Dominũ,
aut ſubſtituentem Officialem, *Teſſaur.lib.1.Foren.
q.83.num.11.* Vel affectatum fuiſſe bannum, *Caual.
de Brach. reg.p.5.num.155.*

45 Nec ſatis quoque eſt exhibitio † ſi de culpis, &
defectibus ſubſtituti ſubſtituẽtem teneri Princeps
voluerit, vt *ex Apenn.Rouit. & alijs* probatum di-
46 xi, *num.14.19.* Aut ſi omne † Officij commodum
ad ſubſtituentem ſpectaret, *Sfort.conſ.62.num.23.
Tuſc.lit.P.concluſ.852.num.9.*

47 Vel ſi † Dominus particeps fuerit in delictis,
*Bald.l.ex Diui.C.locat.Pute.de Sindic.verb.Rectores.
& verb.Poteſtas.Thor.compend.deciſ.lit.O.verſ.of-
ficialis præſentando. Caualc. de Brach. reg.p.5.num.
154.Tuſc.d.concluſ.99.num.28.* Vel ſi mandauerit,
aut ratum ipſe habuerit, *l.1.§.quoties,ff.de vi armat.
Bald.rub.C.de pen.Iud.qui malè Iudic.& in l.obſerua-
re.§.proficiſci.ff.de offic.proconſ.Bart.l.1.§.familiæ.ff.
de Publican. Afflict.deciſ.82.num.4. Boer. deciſ.86.
num.1.2.Pauin. de Poteſt.capit.ſede, vacan.par.2.q.
10.num.23 Sbroz.d.q.30.num.7.Seraph.deciſ.1188.*
48 *num.3.Caualc.d.nu.154.* Vel ſi Prætoris † culpa Fa-
milia delinqueret, *Boſſ.tit. de carcera .fideiuſ.num.
37. Guazz. reor. defenſ.33. cap.2. num. 5.* Vel ſi
49 † omnem condemnationem pro eo ſoluere ſe obli-
gauerit, *Pute.d.verb.Rectores. & d.verb.poteſtas.*
50 *Tuſc.d.num.28.* Nec Epiſcopus, qui ſic † ſe obliga-
uit liberatur, officiali ſuo exhibito. *Carauit.Ri.49.
num.20. Sbroz.lib.3.de vicar.epiſc.quæſt.30. num.8.*
51 Vel ſi ſtatutum † ſit in loco, aut pactum, quod Pr-
latus teneatur pro Officiali, quia ex Vicarij delicto
teneretur, nec exhibendo liberatur, *Carauit.d.num.
20.Pauin.de Poteſt.Capitul.ſede,vacan.p.2.quæſt.10.*
Quia ſuo periculo quiſque Alium in officio ſubſti-
tuit, *Angel.l.ex facto.ff.de negot.geſt.Tuſc.lit.P.con-
cluſ.852.num.4.* & ſi communi opinione exiſtime-
tur idoneus, *Bart.l.nam & ſeruus. §.mandato. ff.de
neg.geſt.l.cum mandato. ff.de minorib. l.decreto. l.ita
autem.§.geſſiſſe.ff.de admi. tut.Plate.l.2. C.de condit.
in public. horr. lib.10. Greg. Lopez, l.15.gloſ. endere
car.tit.16.par.6.Fulgoſ.l.polla.col.2. C.de his quib. vt
indig. & ibi Alex.col.2.Felin.c.cum contingat. limit.
2.de reſcript. Seiſel.l.non ſolum.§.morte. col.15.verſ.
vltra eos.ff.de non.oper.nunt. Salic.l.quod quis. ad fin.
C.de procur.Baez.de decim.tut.cap.2.num.117.Tuſc.
d.concluſ.852.nu.6. Carot. de locat.p.p.tit.de bon. quæ
liber.quæſt.3.num.45.Eſcobar, de ratiocin. admin.c.
19.à nu.54.* Niſi ea concurrerent, quæ tradit, *D.Lu-
douiſ.Rot. deciſ.233.num.5.* & dixi, *num.17.* Tunc
enim ſequerer potius negantium ſententiam, ſub-
ſtituentem nempè non teneri, vt in praxi æquius,
& humanius.

Circa ſecũdum huius Artic. dubium, ſciendum
quoque eſt, quod ſi à ſuo ſubſtituto, eiusvè coad-
52 iutore † delictum fuerit commiſſum, Tunc accu-
ſatione pendente ſuſpenſioni locus non eſt, contra
ſubſtituentem, qui ſuum exercet officium, *ex Ro-
uit.conſ.87.nu.4.* Niſi particeps in delicto fuerit, aut
ipſe deliquerit, Tunc enim officialis delinquens,
cum ſine dedecore in Curia Domini morari non
poſſit, ab officio ſuſpendendus eſt, *ad tex. l.item ſi
obſtetrix.ff.ad leg.Aquil. l.ſi aliquid. C.de ſuſcept. &
archar.lib.10.Gloſ.l.mancipia. C.de ſeru.fugit. Caſtr.
conſ.332.num.3.in 1. Capr.conſ.54.num.12.21. Pa-
riſ.conſ.74.num.70.in 3.Franc.Marc. deciſ.654.p.p.
Bott.conſil.46.num.31.in term.Rouit. conſ.87.num.5.*
Niſi alios teſtes veritatis conſcios inſtrueret, vel in
eos minaretur *cap.tam literis.de teſtib.* late ad mate-
riam videndus, *Apont.deciſ.7.deciſ.25.conſil.133.
in 2.Franc.deciſ.8.Anna, ſing.370.*

Non obſtat adnotaſſe, *Carot.de excuſſ.bonor.q.8.
par.2.num.2.* Officialem a publico electum teneri
de dolo, & culpa illius, qui ſubalternatim, & in
auxilium, ac vti miniſter eius a publico datus ei
fuerit, *ex Caſtr. num.2. Angel.num.1. in l.ex facto.*

Digitized by Google

ff.de neg. geſt. quos citat; Quia principalis inquit, ibi, *Carot.num.3.* vigilans eſſe debet ſuper Miniſtris à publico ei aſſignatis.

Reſpon. I. Quod *Carot.d.nu.2.* nõ aperit, vtrum eo exhibito, officialis libereretur, neq; id reſoluunt, *tex.d.l.ex facto.& ibi, Caſtr.& Ang.* Proinde confugiendum erit ad *Bart.* diſtinctionem, *d.§.quod nouiſſimè.* De officio priuato, & publico: Si in publico, aut malè elegit, & non liberatur; aut benè, & liberatur; Si ſuperior dedit, non tenetur, *ex Bald. Felin.Tute.& alijs, à Maur.relatis, d.alleg.93.nu.16. verſ.ex prædictis.*

Reſpon. II. Quod ſi non exhiberet, Tunc ſi diuerſa, & ſeparata omnino ſunt officia, quæ ſeparatam habeant rationem, Aut vnum eſt vtriuſq; officium, ſed vnus principalis, alter imparis, & ſubalternæ poteſtatis. Priori in caſu, nemo pro officio alterius tenetur, in term. *Maur.d.alleg.93.ſub nu.16.* & procedunt, quæ hactenus dicta nobis ſunt. Poſteriori in caſu, pro dolo, & culpa miniſtri à Superiore in auxilinm illi aſſignati tenetur principalis, *ex Caſt.Angel.& Carot.loc.nuper cit.* Cumq; Subſtitutus, & Actuarius non in Magiſtri Norarij auxilium, nec eodem tempore, cum eo ſubalternatim adminiſtrent, Sed ſeparatim, & accedente Superioris licentia, qui nec voluit de culpis, & defectibus Subſtituti Magiſtrum Notarium teneri, ergo liberandus Ipſe eſt, & alij, ſi conſtet Eos non deliquiſſe: Ne vnus, pro alio, puniatur.

Hæc mea ſententia eſt. Scripſi latius, quàm par erat, Amici precibus deuinctus, vt quid iuris, omni in caſu, ſit, Quiſque agnoſcat.

Ex his Dcerenit M. R. C. *Omnes eſſe à carcere dimittendos.* Fuitque ſic exequutum, Anno MDCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem nuptam honeſtæ etiam vitæ, ſi Officialis carnaliter cognouit, puniendus eſt, & quæ ſit mulier honeſta.*

2 *Mulierem nuptam, ſed meretricem, Officialis carnaliter cognoſcens, non punitur.*

3 *Mulierem viduam, honeſtæ tamen vitæ coiens Officialis, non punitur.*

4 *Viduam turpis vitę, ſi conſentientem carnaliter cognouerit Officialis, non punitur.*

5 *Meretricem, vel honeſtam mulierem conſentientem, ſi Officialis cognouit, non punitur, niſi prætextu Officij, illam cognouerit.*

6 *Coitus cum meretrice carcerata, qua dignus ſit pœna, variæ Doctor.opin. recenſentur.*

7 *Violentus eſt coitus, & violenter attentatus, ſi violentia ſit perſonæ.*

8 *Officialis, mulierem honeſtæ vitæ carceratam, ſi carnaliter cognoueri', acriter puniendus eſt.*

9 *Torturæ ſubijci, an, poſſit Officialis, qui mulierem carnaliter cognouit.*

10 *Triremium pœna, ſi annos duos excedat, à Relegatione ſupra eſt, vt Torturæ locus eſſe poſſit.*

11 *Violentia omne delictum aggrauat.*

12 *Adulteria, cum occultim committi ſoleãt difficilis ſint probationis, vt coniecturæ ſufficiant.*

13 *Adulterium, ex præparatorijs præſumitur.*

14 *Delictum præſumitur, in his quæ ſunt de genere prohibitorum.*

15 *Actus copulæ carnalis, licet viſu non percipiatur, coniecturis tamen probatur.*

16 *Vociferatio in muliere, quæ vim paſſa dicitur, facit indicium.*

17 *Confeſſio adulteratæ mulieris, alijs concurrentibus adminiculis, adulterium probat.*
Declara num.40.

18 *Adulterium probat teſtis, ſi virum, & mulierẽ commiſcentes ſenſerit, eoſque anhelantes audiuerit.*

19 *Fama, iunctis coniecturis, adulterium probare ſolet.*
Declara num.44.45.

20 *Præſumptiones licet imperfectæ ſimul collectè ſatis probant. Declar.num.46.48.49.*

21 *Corpus delicti in adulterio, probari neceſſe eſt, & ex quibus. num.46.*

22 *Inimicitia probata dicitur, Odij cauſa probata, licet Odium quis non oſtendat.*

23 *Bannitus, inimicus cenſetur Bannientis.*

24 *Expulſus de aliquo loco, inimicus eſt expellentis; ſicut detemptus in compedibus, inimicus eſt detinentis.*

25 *Teſtes ſingulares in adulterio non probant.*

26 *Teſti non creditur, ſi conteſtem eum dederit, qui ſe id non vidiſſe affirmet, & num.36.*

27 *Dignori teſti credendũ, ſi plures inter ſe aduerſentur; Niſi ab alio conuictus, de falſo ſuſpectus ſit. nu.28.*

29 *Spontanea comparitio, maximum eſt Innocentiæ indicium.*

30 *Iure permittente, ſi quid actum eſt, delicti indicium excludit.*

31 *Pœnam non meretur, qui id egerit, quod ſibi licere putat, etſi nec licitè factum ſit.*

32 *Adulterij pręſũptio ceſſat, ſi alia ex cauſa quid agatur.*

33 *Teſti de agnatione in adulterij crimine non creditur, quia inimicus; licet depoſuerit. num.34.*

35 *Teſti ad ſui exonerationem deponenti, non creditur.*

37 *Præſumptio delicti excluſiua, capienda ſemper eſt.*

38 *Vox alterius, Teſti nota, An acclamantis perſonam indicet, & num.39.43.*

40 *Teſtis de delicto noctis tempore commiſſo deponens, quando probet, & num.41.42.*

47 *Delicti corpus aliunde probari neceſſe eſt, quam rei confeſſione.*

ARGVMENTVM.

Officialis mulierem carnaliter cognoſcens, qua puniendus ſit pœna? Quibusvè medijs commiſſum ab eo Adulterium probetur, vt ex Alijs, excuſari demum poſſit?

CONSILIVM XXXVII.

FIſcus Ciuit. Caſtri Ioannis inquiſitionem fecit contra Leonardum, & Agatham Muzicato coniuges, & Ioannem Dyniſi ſororiũ, quod proditoriè & noctis tempore, Vincentium Herbicella occiderint, cuius cadauer in puteum iniecerint; Cumquè ij omnes

Digitized by Google

nes ab Octauio Oſia Capitaneo illius Ciuitatis de conſilio ſui Iudicis, cui cauſa ipſa à Prorege demandata fuerat, Subiecti quæſtioni, & torturæ fuiſſent, ſeque crimen illud commiſiſſe pernegaſſent, dimiſſi à carceribus fuere cauſa cognita. Hinc conſilio cum alijs inito, quibus cum Octauio Oſia grauiſſimæ erant inimicitiæ, Leonardus apud Comitẽ Oliuarenſem Tunc Siciliæ Proregem, eundẽ Octauium accuſauit adulterij cum Agatha eius vxore, vi, & violentia, ac prætextu officij intus carceres commiſſi: & Fiſco Regio aſſiſtente ob Leonardi paupertatem demandata fuit huius Criminis inquiſitio vni ex M. R. C. iudicibus. Quæritur itaque contra Octauium, Locus nè ſit torturæ? Qua in re dubitari contingit.

Primo, Quæ ſit Officialis pœna, ſi mulierem carnaliter cognouerit?

Secundo, Quibus indictijs carceratam mulierem ab officiali cognitam fuiſſe conſtet? Quibusvè medijs ipſe excuſetur.

Circa primum, Vt facilior ſit omnium reſolutio, excutiendum duxi, Quæ ſit irroganda pœna, ſi mulierem extra carceres officialis cognouit, vt maturius inde agnoſcamus, quam ipſe pati debeat pœnam, ſi mulierem intus carceres coierit.

Prior itaque eſt, illa iuris contentio, Num officialis extra carceres Mulierẽ carnaliter cognoſcens puniendus ſit? & qua pœna? cumque plures hac in re conſtitui poſſint caſus, vnumquemq; eorum ſigillatim differendum cenſui.

1 Primus eſt in Muliere † nupta honeſtæ vitæ, Hãc ſi quis coierit adulterium committet, l. inter liberas. §. 1. l. ſtuprum. §. 1. ff. de adulter. l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſignif. Caball. crimin. reſol. caſ. 200. num. 11. Quæ autem ſint huius criminis pœnæ, præſentis inſpectionis non eſt, cum vulgares ſint Regni noſtri leges, quas conſulas. Honeſta vero dicitur mulier, virgo, vidua, vxorata, vel monialis, l. 1. C. de rapt. virg. & quæ à viro non cognoſcuntur, Triniſan. deciſ. 33. num. 1. lib. 2.

2 Secundus caſus eſt, in muliere † nupta, Sed meretrice; Hanc ſi officialis carnaliter cognoſcet, puniendus non eſt, ex Marſ. ſingul. 150. Turret. conſ. 15. num. 90. in 1. Tuſc. lit. C. concluſ. 79. nu. 21. Quia meretricium etiam nuptarum coitus impunibilis quo ad virum de iure eſt, l. ſi ea. & ibi Doct. C. de adulter. Bart. & alij, in l. qua adulterium. C. eod. comm. Ang. l. ſi vxor. §. & in ea. num. 1. ff. eod. Alex. conſ. 13. num. 5. vol. 7. Capic. deciſ. 44. nu. 4. Clar. §. adulterium. magis comm. Bertaz. crimin. conſil. 134. & ibi, Scholiaſt. Burſ. conſ. 218. num. 14. Suarez. recep. ſenten. verb. meretrix. num. 137. etſi ad meretricandum cogi poſſit, vt contra Dec. l. inuitus. ff. de reg. iur. reſoluit Triniſan. deciſ. 33. nu. 9. 10. 11. lib. 2. Et licet indiſtinctim dixerit, Menoch. de arbitr. caſ. 71. nu. 5. Adulterium committi cum coniugata inhoneſta: Hanc tamen opinionem reijcit, Azeued. ad rub. tit. 20. num. 8. lib. 8. recop. Si matrimonio contracto in meretricali vita adhuc illa perſeueraret; Secus ſi à meretricia vita ceſſauerit, & honeſtè cum viro viuat, ex Clar. §. adulterium. num. 3.

3 Tertius caſus eſt, in muliere † quæ viro mortuo, vidualem ſeruat Thorum, honeſtam etiam vitam degens, hoc in caſu id ſeruandum exiſtimarunt omnes, quod in Primo reſolutum nobis fuit.

4 Quartus caſus eſt, in vidua turpis vitæ quam † ſi de eius conſenſu cognouerit officialis, nullam ipſe meretur pœnam, ex Bald. conſ. 381. in 2. Tuſc. lit. C. concl. 413. nu. 44. Iure enim ciuili, fornicario, ſi ſolutus nempè cum ſoluta, imo coniugatus cum ſoluta, vel Presbyter cum ſoluta, non punitur, Clar. §. fornicatio. in princ. Tuſc. d. concl. 413. nu. 45. lit. F. concluſ. 421. Punibilis, ſicut non eſt coitus cum meretrice, cui per carnalem cognitionem, nec vis inferri dicitur, Gloſ. Cyn. & reliqui, in l. 1. C. de rapt. virg. Bald. l. raptores. nu. 1. & ibi Doct. C. de epiſc. & cleric. Gomez. l. Thaur. 80. nu. 45. Farinac. conſ. 147. num. 17. Nec minus cum muliere inhoneſta, licet meretrix non ſit, modò ceſſet violentia, Alex. conſ. 13. nu. 5. vol. 6. Tuſc. d. concluſ. 413. nu. 46. 47.

5 Quintus caſus eſt, in meretrice, † ſiue honeſta muliere, quam ſi de eius conſenſu officialis cognouerit, puniri nec poteſt, Tuſc. lit. C. concluſ. 413. nu. 22. Reyger. Theſaur. Iur. lit. M. num. 1. Quia officialis, & ſi ex ſuſcepto officio, nõ peccandi licentiam, ſed bene viuendi ſe nouerit aſſecutum, adeo vt pro adulterio ſtupro, & quocumque coitu puniri poſſit, ex Boer. deciſ. 317. num. 12. 13. Si tamen meretricem, vel honeſtam mulierem, litem coram eo habentem, ſimultaneo conſenſu carnaliter cognouerit officialis, nec vtique puniretur dummodo ex cauſa litis, vel ſub promiſſione ad ſuum officium ſpectante, non cognouerit, Boer. deciſ. 317. num. 15. Farin. conſ. 5. num. 4. Tuſc. lit. C. concluſ. 413. num. 15. 16. At ſi prætextu officij etiam meretricem ſine vi officialis cognouerit coram ipſo litigantem, Parte, aut Fiſco conquærente, priuandus ipſe eſt officio, Boer. deciſ. 317. num. 16. Farin. d. num. 4. Carauit. rit. 49. num. 27. Tuſc. d. concluſ. 413. num. 17. Proinde in M. R. C. Condemnatus fuit officialis in exilium per quinquennium, & ad perpetuam officij priuationem, ex Maſtrill. deciſ. 191. num. 36. Hæc ad Primam.

Secunda eſt iuris contentio, An mulierem carceratam officialis carnaliter cognoſcens, puniendus ſit, & qua pœna? Qua in re duos conſtituẽdos eſſe caſus operæprecium pro reſolutione cenſui.

6 Primus eſt, in meretrice † carcerata; quam ſi, vi, carnaliter cognouerit officialis, Puniendus ipſe eſt, ſed qua pœna? Doct. variant.

Prior fuit Boer. opinio, deciſ. 317. nu. 9. Vt aliquã patiatur pœnam, Clar. §. fornicatio. num. 24. 25. Ciſuen. l. Thaur. 62. Gomez. l. Thaur. 80. num. 25. Farinac. q. 31. num. 116. Tuſc. lit. C. concluſ. 90. nu. 10. concluſ. 423. num. 22.

Poſterior fuit Paris. Pute. Opinio, de Sindic. verb. adulterium. c. 1. nu. 3. Iudicis arbitrio puniendum eſſe officialem, qui meretricem carceratam carnaliter cognouit, Marſ. l. 1. n. 5. ff. de ſicar. in prax. §. aggredior. num. 26. & ſing. 150. Gomez. d. num. 25. Farinac. quæſt. 31. num. 123. 126. Foller. prax. p. 2. p. 2. princ. verb. vel carcerentur. nu. 26. Plac. lib. 1. delict. c. 10. num. 15. Reyger. Theſaur. Iur. lit. M. num. 2. Carrer. in prax. §. decimo excuſatur. nu. 2. Boſſ. tit. de coit. damnat. num. 40. Iodoc. in prax. rub. de carcer. cap. 17. nu. 20. Gallin. de verb. ſign. lib. 5. c. 20. nu. 79. Menoch. de arbitr. caſ. 292. num. 1. 3. 4. Quia meretrix, ſi impune cognoſci poſſet, Alexand. conſ. 13. num. 5. in 6.

Coitus tamen Officialis, cum ea, quæ carcerata eſt, impunitus eſse non debet, ne carceris caſtitati fiat iniuria, & loco, qui eſt publicus, l.1.C.de offic.Iud. Pute.d.cap.1.num.5.Marſ.ſingul.150.Grillan.de pæn.omnif.coit.q.13.nu.2. Farin.q.31.nu.117.Tuſc.lit.C.concluſ.79.nu.21.Caball.crim.reſol.caſ.283.num.12. Menoch.d.caſ.292.num.4. Si vero nulla data violentia Meretricem carceratam Officialis cognouerit, leniter puniendus ipſe eſt, Caball.d.caſ.283. Canal.de Brach.reg.p.2.nu.151.Guaz.reor.defenſ.6.cap.1.nu.58. Sed eum non puniti voluit, Boer.deciſ.317.nu.9.Tuſc.lit.C.concl.90.num.10.

7 Cæterum coitus nõ dicitur † violentus, niſi perſonæ facta ſit violentia, quia crimen violentiæ dicitur perſonale, not.in l.itaq; fullo.ff.de furt.latè Bart.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publican.Caſtr.conſ.23.in princ.vol.1.Corn.conſ.207.ad fin.volum.2. Decian.lib.8.crim.cap.15.num.3.Tuſc.lit.V.concluſ.214.nu.4.Farinac.quæſt.147.num.31.Bertaz.crim.conſ.503.num.1.Baiard.ad Clar.§.ſtuprum.nu.36.Caball.crimin.reſol.caſ.95.num.3.6.11.15.16.20.21.22.25. Actus vero violenti extra perſonã in mulieris nempe domum, vel res, violentum coitum nõ probant, Caſtr.conſ.27.nu.1.2.in 1.Tuſc.d.concluſ.214.nu.11. Caball.d.caſ.95.nu.2.12.Decian.d.c.15.nu.3. Nec ad hoc, vt dicatur violẽtia committi, requiritur quod pars offenſa reſiſteret, quia nulla adhibita reſiſtentia, vis committitur, Corn.conſ.207.ſub nu.18.vol.2.Caball.d.caſ.95.num.29.

8 Secundus caſus eſt, in muliere † honeſtæ vitæ, quæ carcerata ſit; Hanc ſi Officialis cognouerit, etiam ſine vi, acriter puniendus eſt, Pute.d.c.1.nu.1.Guid.Pap.ſing.689.deciſ.448.num.3.Grillan.de pœn.omnif.coit.quæſt.13.Boſſ.tit.de coit.damnat.num.40.41.Plac.lib.1.delict.c.10.num.15.Tuſc.lit.C.concluſ.90.num.10.Iodoc.prax.crim.rub.de carcer.cap.17.nu.20.Marſ.l.1.nu.5.ff.de ſicar.in prax.§.aggredior.num.26.& ſing.150. Boer.deciſ.317.num.5.15. Farinac.q.31.nu.112.Clar.§.fornicatio.num.24.Menoch.d.caſ.292.num.2. Carrer.in prax.§.decimo excuſatur.num.2.

His ſic cognitis, Differendum ſupereſt, An contra Officialem mulierem carceratam coeuntem,
9 Torturæ † locus ſit? Qua in re, cum ex conſtit. Omnes noſtri.rub.20.de violen.meretric.& ex conſt.Capitalem.rub.21.de rapt.virgin.lib.1. Mortis pœnam inferendam, ſancitum contra eos fuerit, qui Vi mulierem honeſtam, & meretricem cognouerint, vt à Gallis ſeruatum quoque teſtatur, Faber.§.item lex.num.3.Inſtit.de publ.Iud.Tuſc.lit.C.concluſ.79.num.21.Farinac.quæſt.137.num.39. Ad torturam ergo, ex legitimis indicijs deueniri rectè poſse, inquit Reg. Fiſcus, ex Afflict.dict.conſtitut. Omnes noſtri.num.11.

Secunda, Eorum fuit opinio Officialem mulieres honeſtas, criminali ex cauſa carceratas, cognoſcentem, ad triremes per quinquennium damnandum eſse, ex Caball.crim.reſol.caſ.283.nu.8. Cumq;
10 pœna triremium annos duos † excedens, à relegatione ſupra ſit, Torturæ ergo contra eum locus eſt, Cumi.rit.(ſuo ordine)46.num.52.rit.72.num.15. Muta Panorm.conſuet.19.nu.58.Ball.lib.2.de quæſt.num.2.Burg.de mod.proced.ex inrup.quæſt.23.nu.8. Inrigl.deciſ.19.num.23.deciſ.39.num.14.lib.1.ſing.234.num.2.Marant.par.6.act.14.num.15. Vt nec dubitandum ſit amplius, teſte Maſtrill.deciſ.191.num.20.35.36.deciſ.218.num.8.10. Et iuris eſse probat, Gram.crim.conſ.15.num.4.conſil.37.nu.15.Vot.15.num.12.Becc.conſ.67.num.26.Farin.q.42.num.3.9.Granut.Theor.3.num.9.10.Foller.in prax.p.2.p.2.princ.gloſ.rei indurati.num.12.13.& in p.3.p.3.princ.gloſ.& ſi confitebuntur.nu.64.& in fragm.215.Baiard.ad Clar.§.adulterium.num.62.Rouit.tit.de iuriſd.mnic.non turban.Pragm.2.num.59.tit.de immunit.Neapol.pragm.1.num.16.Burſ.conſ.445.nu.60.61.Caball.crim.reſol.caſ.28.num.15.caſ.170.nu.14. Cartar.prax.interrog.reor.lib.4.cap.1.num.24. Peguer.deciſ.16.num.2.Franc.de Leonar.prax.Official.cap.5.num.42.

Tertia eorum fuit Opinio, Arbitrariam eſſe pœnam, Tuſc.lit.C.concluſ.413.num.21.Menoch.de arbitr.caſ.292.num.3. Farin.quæſt.31.num.123.Guaz.reor.defenſ.6.c.1.num.58. Tepat.Variar.lib.1.tit.de carcer.& carcerat.col.2. Caball.crim.reſol.caſ.283.num.5.6.7.8. Licet fidem ei dederit Cuſtos carceris, quod eam liberaret, ex Boer.d.deciſ.317.ſub num.16.Gallin.lib.5.de verb.ſignif.cap.20.num.79. Sed arbitraria in pœna locus non eſt torturæ, Prouinz.ad Bertach.verb.tortura.Cumi.rit.(ſuo ordine) 46.nu.52.rit.72.num.15.Ball.lib.4.quæſt.partic.q.5.num.12. Maſtrill.deciſ.191.num.31.Foller.d.gloſ.rei indurati.nu.12.Gram.crim.conſ.15.nu.4. eſſet enim maior pœna torturæ, quam delicti, Iodoc.Damod.in Enchir.verb.mors, & tortura.

Quid dicendum? Ego ſi quid mei iudicij ſit, li-
11 cet ſubnectere, à Secunda † opinione non recederem, cum violentia qualecumque delictum aggrauet, ex Bart.l.1.§.qui puero.ff.de extraordin.crim. Alex.conſ.229.num.7.11.in 6.Gramm.crim.conſ.45. Clar.§.fornicatio.num.33.Decian.lib.8.crim.c.15.nu.2.Caball.crim.reſol.caſ.95.num.27. Videndum ergo eſt, An hæc contra Octauium probauerit Fiſcus, cũ ipſe conſtanter ſcelus hoc commiſiſſe neget.

Artic. Secundus, Præſciendum duxi adulterium
12 occultè † committi, ob id difficilis probationis eſſe, Gloſ.l.ſi cum exceptione.§.in actione.verb.ignorantiam.ff.de eo quod met.cauſ. quam ad hoc citat Bald.cap.porro quæ ſit.princ.cauſ.beneſ.amit.Lap.alleg.53.num.2.Dec.conſil.577.num.11.Alex.conſil.24.num.8.in 2.Valenzuoel.conſil.28.num.1.19.Rim.Iun.conſil.261.nu.68. Menoch.de arbit.caſ.116.num.11.de præſumpt.lib.1.quæſt.58.& lib.5.præſump.41.num.1. Pariſ.conſ.57.num.34.conſil.54.nu.61.in 4.Azeued.ad rub.tit.20.num.10.lib.8.recop.Roland.conſil.7.nu.31.in 1.Grat.conſ.43.nu.30.in 2.Soc.Iun.conſ.32.nu.12.in 2.Farin.q.136.num.4.Maſcard.de probat.concluſ.57.nu.3. Tum maximè, quod noctu patratum illud aſſerat Fiſcus, ex Bald.conſ.77.nu.5.volum.1. Aret.conſ.146.nu.10.Gram.crim.conſ.17.num.3. Roland.d.num.31.Valenzuoel.conſ.28.nu.1.2. Coniecturis ergo probari ſatis eſt, c.præterea.de teſtib.c.in literis.de præſump.l.conſenſu.§.ſuper plagis.C.de repud.Bald.l.ſi quis ex argentarijs.§.pen.num.1.ff.de eden.Abb.c.fin.num.1.de adult.Iaſ.l.non dubium.nu.32.34.C.de legib.Montalu.l.1.gloſ.la pueda matar.tit.4.lib.4.for.Gregor.Lopez.l.1.gloſ.1.ad fin.tit.14.p.3. Boſſ.tit.de indict.num.171. Ferret.conſil.389.num.6. Menoch.conſ.31.num.18.19.conſ.543.nu.7.& d.præſump.

Digitized by Google

ſump.41.num.2.de arbitr.quæſt.58.num.11. Polidor. Rip.de noct.temp.cap.56.num.1. Roland.conſil.34.nu.6.in 1.Flam.Pariſ.de confiden.benefic.quæſt.71.num.20.Macerat.lib.3.reſolut.7.num.7.Triuiſan.deciſ.21.num.2.deciſ.46.num.2.lib.2.Crauet.conſil.100.num.3.Valenzuoel.conſil.28.num.20. Bellon. conſ.32.num.11.Rim.Iun.conſil.274.num.38. Maſcard. de probat. concluſ.57.num.6.7.concluſ.312.num.19. concl.452.num.10.concluſ.1337.num.1.Grat.conſil.43.num.30.in 2.Seſſe,deciſ.218.num.11. Pariſ. conſil.54.nu.62.vol.4.Botta.conſil.105.num.12.Magon. Lucenſ.deciſ.89.num.7.Plot.de in lit.Iuran.§.4.num.37. Burſ.conſ.316.num.38.Barz.deciſ.146.num.5.Farinac. quæſt.136.num.2.16.Honded.conſilio 88.num.1.vol.2.Decian.conſil.92.num.14.in 2. Quæ plenæ probationis vicem ſubſtinent, *Alex.conſil.24.num.9.in 2.Boer.deciſ.164.num.4.Crauet.conſil.73.num.19.Pariſius, conſil.75.num.18.in 1.Oſaſc.deciſ.72.num.1.Maſcar. de probat.concluſ.830.num.4.concluſ.469. numero 4. concluſ.1220.num.14.Menoch.d.præſum.lib.1.quæſt.40.num.13.Eugen.conſil.27.nu.12.Valenzuoel.conſ.8.num.8.9.13.ex comm.Ludouic.concluſ.45.commun. opin.p.3.Farinac.quæſt.50. num.38. Grat.conſilio 94. num.12.in 2.* Vt ſufficiant quandoque ad condemnandum, *ex Bald.l.3.C.de epiſcop.audien.& Angel.l.fin.C.de probat.*ſcripſit,*Gramm.crimin.conſ.17.num.15.conſil.22.num.15.Farinac.d.num.38.& quæſt.86.num.77.Aldouin.conſil.24.num.22. Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.58.conſil.788.num.1.Peregr. conſ.2.num.101.in 2.Polidor.Rip.de noct.tempor.cap.56.nu.4.5.* Sed ex coniecturis, alias à natura colligi inquit, *Menoch.lib.5.præſum.41.* Alias eſſe à lege probatas; Alias ab homine, nempè Iudice.

13 Primum itaque eſt indicium † quod Agatha, dum in Caſtro carcerata cum eius viro, & fratre moraretur, Octauij Oſſia Capitanei iuſſu ad carceres Ximenis Grimaldi (quæ potius priuati hominis ſunt) tranſlata fuit, quò facilior (inquit Fiſcus) ad eam ſit aditus, ex præparatorijs adulterium præſumitur, *cap.præterea.de teſtib.cap.literis.de præſumpt. Maſcard.de probat.concluſ.64.num.1.Triuiſan. deciſ.12.num.5.deciſ.21.nu.3.lib.2.Brunor Sole,compend. reſol.iur.lit.A.verb.adulterium.2. Farin. quæſt.136. num.110.*

Secundum accedit, Quod eius Socta vltrò petijt à Capitaneo,cum Agatha eiſdem carceribus recludi,ſui & filij honoris cauſa,nè alias formoſæ Nurus pudicitiæ, quis inſidiaretur. Abnegauit Capitaneus,vt ſecreto, & occultè illam cognoſceret, cum in latebris ad hoc quæſitis, adulterium committi ſoleat,ipſaque loca ſecreta,ac latebræ non nihil arguunt ſuſpicionis,criminis commiſſi, *cap.literis.de præſumpt. Riminald. Iun.conſil.274. num.37.* In his

14 enim † quę ſunt de genere prohibitorum delictum in dubio præſumitur, *l.1.C.de ſicar.l.ſi non conuitij. C.de iniur.cap.1.de præſumpt. Florian. l.ſcientiam.§. qui cum aliter.num.3.ff.ad l.aquil. Trigon.ſing.70.nu.4.* Sed nihil magis prohibitum, quàm venuſtam puellam in loco ſecreto ſine ſocia relinquere, eſt enim veriſimile vtrumque factum à Capitaneo, cauſa illam carnaliter cognoſcendi, *Rim.Iun.conſil.274.num.4.* Cum in actibus hominum veriſimilitudo ſpectari debeat, *Natt.conſil.666.num.12.*

Tertium eſt indicium,quod ſeruus Capitanei illius Domuſelli, vbi detinebatur Agatha, claues à carcerario habuit,cui ſic cum iuramento Atteſtanti credendum eſt, etſi ad ſui exonerationem in his, quæ ſunt difficilis probationis depoſuerit, *Botta,*

15 *conſil.105.num.12.* Actus † enim copulę carnalis licet viſu non percipiatur, per accidentia tamen, idest coniecturas, percipi poſſe inquit, *Gozad. conſil.13. num.36.Grat.conſil.115.nu.11.in 1.Viui.deciſ.241. num.24.* Accidentia plurimum conferre ſolent, ad cognoſcendum,quod,quid eſt, *Bald. cap.præterea. de teſtib.Viui.deciſ.241.num.25.*

Quartum arguit indictium vociferatio Agathæ

16 † *Io non voglio,io non voglio,* ſæpius repetita, *Iſern. Conſtit.Omnes noſtri.rubr.20. de violen.meretric. lib.1.Farinac.quæſt.148.num.68. Menoch. conſ.557.n.1. Viui.deciſ.282.num.16.* Acclamatio puellæ adulterij præſumptionem denotat, *Angel.l.1.§.fin.ff.ad Syllan.Bald.l.1.§.potuiſſe.ff. eodem. Gerard.ſingul.8. num.3.Maſcard.de probat.concluſ.23. num.1.concluſ.1409.num.26.Tuſc.lit.T.concluſ.176.num.10.* alijs tamen non concurrentibus vim non habet probationis,ſed indictij tantum, *Caſon.de malefic.tract.8. cap.1.num.2.Maſcard.de probat. concluſ.22. num.4. & concluſ.1409.num.27. Gerard.dict.ſingul.8.* Maximè, quod ad vocem illam cognouiſſe dixerit, quam notam habebat, *Bertazzol.crimin.conſil.530. num.5.*

17 Quintum ſuggerit indictium † Agathæ confeſſio,quod vi à Capitaneo fuit cognita, *Marſ.conſilio 61.Grat.conſil.50.num.3.in 2.Socc.Iun.conſ.32.num.17.in 2.Farin.conſ.38.num.6. Bertaz.ad crimin.conſ.42.lit.B.Rim.Iun.conſil.274.num.36.* Quæ alijs iuncta adminiculis,ad torturam ſatis eſt, *Bald. conſilio 427.num.2.11.vol.5.Iul.Clar.§.fin.quæſt.24.Grilen. conſ.26.num.1.*

18 Sextum ex eo oritur indictium, quod mulierē,† & virum commiſceri audiuiſſent teſtes, dum eos anhelantes ſenſerint, quia tenuis erat paries intermedius, *Ruin. conſil.71.num.21.vol.3. Viui.deciſ.241.num.23.Farinac.quæſt.136.num.40.Maſcar.de probat.concluſ.62. num.1.Borrell.conſil.48.num.61.* Simplicis enim fornicationis ea eſt natura,vt teſtes de auditu probent, *gloſ.cap.teſtes.verb.qui noverunt. 3.quæſt.9.Polid.Rip.de noct.tempor.cap.58.num.30.* Qui ſi plenè non probent, *ex Grat.conſil.38.nu.34. vol.1.Farin.quæſt.69.num.1.Pariſ.conſ.54.num.17. in 4.Maſcard.d.concluſ.62.num.4.* Inducunt ſaltim præſumptionem, *Farin.d.quæſt.69.nu.31.* Maximè in adulterio, *Macerat.lib.3.reſol.7.num.12.*

19 Septimum accedit indictium † ex fama, quod Agatha à Capitaneo fuerit intus carceres adulterata,ipſaque fama cum violenta aliqua præſumptione adulterium probat, *Innoc. cap.præterea.de teſtib. Apen.l.quemadmodum.num.9. C. de agric.& cenſit. lib.11.Grat.conſil.43.num.37.conſil.50.num.32.vol.2.Socc.Iun.conſil.32.num.17.21.in 2.Bero. quæſt.84. ſub num.7.Campan.R.N.cap.260.vulgaris fama.nu.17.Lecu.conſil.61.num.14.15.cent.1.Farinac.quæſt.47.num.4.quæſt.136.num.107.Seſſe. deciſ.118.num.20.Muſcatell.delict.p.3.rubr. de Adult. tit. de priuil. adult.num.4.Maſcard.de probat. concl.57.n.6. concl.59.num.3.concluſ.63.Petroc.conſ.32.nu.131.Caball. crim.reſol.caſ.84.num.14.Borrell.conſ.48.nu.79.Macerat.lib.3.reſol.7.num.8.*

Ex

Ex quibus omnibus ſaltim ſimul iunctis Octa-
uium conuictum facile dicendum eſt, ex generali
20 regula, quod in ijs, † quæ ſunt difficilis probatio-
nis, plures præſumptiones licet imperfectæ coniun
guntur ad plenam ſanè probationem, vt quæ non
proſint ſingula, plura collecta ad torquendum ſal-
tem iuuent, *ex l.1.C.qui mun.tutel. gloſ.l.cum ſcimus.
verb.adiutorium.C.de agric.& cenſit.lib.11.gloſ.l.2.
§.ætas autem.verb.legitimis. ff.de excuſ. tutor.in l.in-
ſtrumenta.verb.alijs.C.de prob.Bald.l.quicumque.not.
8.C.de ſeru.fugit.Afflict.deciſ.13.num.14. Alexan.
conſ.24.ad fin.vol.2.Marſ.conſ.20.num.47.Grat.con-
ſil.47.num.4.in 2.Gramm.conſil.136.num.22.Crau.
conſ.260.num.8.Calephat.conſ.crim.diuerſ.103.nu.
21.p.p.Maſcard.de probat.concluſ.496.num.4.concl.
62.num.6.concluſ.1030.nu.22.27.Merlin.deciſ.100.
num.10.Macerat.lib.3.reſol.7.num.13.Farin.conſilio
38.num.8.quæſt.36.num.244.Caball.reſol.crimin.caſ.
200.num.137.Pariſ.conſil.152.num.24.conſil.153.
num.37.in 4.Viui.deciſ.200.* Tum maximè, quod in
delictis difficilis probationis, & occultim commit-
ti ſolitis, Iudex facilius ad torturam deuenire po-
teſt, quam in alijs, *ex Bart.Bald.Alex.Dec.Brun.&
Gram.tradit Carrer.l.obſeruare. num.183. C.quorum
appell.non recip.* & hanc, *ex Igne.* dixit eſſe, *Comm.
Clar.§.fin.quæſt.64.num.6. Ferret.conſil.51.num.15.
Oſaſc.deciſ.79.num.10. Farinac. quæſt.37. num.150.
Surd.conſ.477.num.1. Macerat. lib.3.reſol.20.caſ.5.
ad fin.* Eſt enim adulterium, acerrimè vindican-
dum, quia ſic maritus iniuriam tanto ſcelere con-
flatam, æquiore animo feret.

Re tamen ipſa diligentius excuſſa, Contrarium
dixi verius, imo ab Octauio Iuſtitiæ Capitaneo a-
dulterium hoc commiſſum non fuiſſe, Tum ex in-
tegra ſui vita, tum ex rei ſic geſtæ veritate, idq. mul
tis rationibus.

21 Primò, Iudici inquirenti † conſtare prius debet
delicti corpus, *l.1.§.item illud. vbi Bart. ff.ad ſill.ſn.
Blanc.l.fin.num.19.ff.de quæſt. Clar.§.final.quæſt.55.
num.10.Seſſe, deciſ.111.num.1. Burſ. conſ.316.num.
5.Roland.conſ.51.num.9. in 1.conſil.17.num.25.in 3.
Tuſc.lit.D.concluſ.158.concluſ.171.Rim.Iun.conſilio
426.num.6.Cephal.conſil.691.num.2.Honded.conſil.
88.num.9.conſ.92.num.10.vol.2.Neguſan.conſ.325.
num.18.Triuiſan.deciſ.13.num.12.deciſ.58.num.15.
lib.2.Monald.conſil.1.num.85.vol.1.Turrett.conſi.9.
num.6.11.in 1.Gabr.tit.de maleſic.concl.17.in princ.*
etiam in delictis, quorum non remanent veſtigia,
Honded.conſ.88.num.10.in 2. Adeo vt confeſſus de-
lictum allegare adhuc poſſit, Quod non conſtet de
corpore delicti, nec condemnatur, *Bart.l.diuus.ff.de
milit.teſtam.Bald.l.1.C.de confeſſ.Becc.conſ.70.n.3.
Bertaz.crim.conſ.num.396.Macerat. lib.3.reſol.20.
num.1.Clar.§.fin.quæſt.55.num.9. Maſcar.de probat.
concluſ.354.Farin.quæſt.2.num.7. Amaſc. de poteſt.
in ſe ipſ.lib.1.cap.19.n.19.* Quia confeſſio non facit
delictum, vbi non eſt, *Roman.conſil.113.nu.4. Crau.
conſ.48.num.7.Amaſc. de poteſt. in ſe ipſ.lib.1.c.14.
num.11.Bertazz.crim.conſ.11.num.2.in 1.* & licet
Bald.l.3.lect.antiq.ff.de teſtib. Neget id procedere
in crimine falſi, furti, adulterij, & ſimilium, *Brun.de
indict.quæſt.5.num.10.Clar.§.fin.quæſt.4.* Eorum ta-
men opinionem dubiam cenſuit, *Scholiaſt.ad Ang.
de maleſic.verb.fama publica.verſ.12.in li.dex.* Pro-
inde diſtinguit, *Blanc.l.final.num.15.ff. de quæſt.* An
corpus oculis corporeis ſubijci poſſit, vel non? Sed,
Muſcatell.d.tit.de adult.num.7.16. Id indiſtinctim
admittēdum monet, & in quolibet crimine, *Foller.
in prax.gloſ.capiat informationes. num.8.* Verè, vel
præſumptiue ſaltim. *Bart. Bald. Ang.Cuman.& alij
in l.etſi certus.§.1.ff.ad Sillan.Bart.in l.fin.& ibi Blan
cus, num.15.de quæſt. Triuiſ.deciſ.13. num.29.lib.2.
Farin.crim. reſol.45.num.3.* Cumque conſtet, quod
coniugata delicti tempore fuerit Agatha, nec ne-
get Octauius, ad Adulterium in genere ſatis non
eſt, niſi eiuſdem conqueſtus cōcurrat, iuncta etiam
fama, *Muſcatell.d.tit.de adult.num.13.18.* Sed fama
non probata (vt mox dicemus copioſè) ſolus mulie-
ris conquæſtus non ſufficit, quia ex tortura ab Octa
uio Capitaneo illi illata, eius eſt inimica: ſatis enim
eſt, quod ab eo fuerit torta, ad inimicitiam namq;
22 cauſam † odij probare ſufficit, Etſi odium non o-
ſtendat, *Innocent.cap.cum I.& A.ad fin.de re iudic.
Anchar.cap.ſtatutum.§.cum vero.num.5.de reſcript.
in 6.Gram.deciſ.33.num.7.Triuiſan.deciſ.28.num.4.
lib.2.* Ac ſe amicum profiteatur, *Farin.conſ.216.nu.*
23 11. Sicut Bannitus † inimicus eſt Bannientis, licet
Banniens ipſe inimicus non ſit Banniti, *Triuiſ.de-*
24 *ciſ.28.num.4.lib.2.* Expulſus quoque † de Monaſte
rio, vel domo ſua, loco pœnæ, inimicus eſt expellen
tis, *Triuiſan.d.deciſ.28.num.5.* Vel ſi non in pœnam
expellatur, *Maſcard.de probat. concluſ.898.num.38.
ſcitè Bardell.conſ.29.num.30. Farin. conſ.216.num.
12.* Et detemptus in compedibus, inimicus præſu-
mitur detinentis, *Bald.l.in ipſius.nu.1.C.famil.her-
eiſc.Felin.cap.cum oporteat. num.5.de accuſ. Blancus,
l.fin.num.99.100.ff.de quæſt. Triuiſ.d.deciſ.28.num.
6.Marcell.Cala.de mod.artic.& proban.gloſs.1.§.2.
num.349.*

Secundo, Indictia ad Adulterium, teſtes ſingula-
25 res † non probant, ſed duo ſaltim conteſtes requi-
runtur, niſi inhoneſta mulieris vita probanda ſit,
*Alexand.conſ.13.num.24.vol.7. Muſcatell. d. tit. de
priuileg.adult.num.6.12.* Cumque omnes Fiſci te-
ſtes ſingulares ſint, & de falſo ſuſpecti, ergo, &c.

Tertio compertum ſatis eſt, neminem clauſa ia-
nua, in locum aliquem ingredi poſſe, ſi nullam ha-
bere aperturam conſtet, Niſi claues ad illam ape-
riendam retineat, Sed claues Bartolomęum Capi-
tanei famulum, eius mandato habuiſſe teſtatur car
cerarius, ipſe vero Bartolomęus in conteſtem ab eo
vocatus, negat; Ac per ſex menſes carceratus Do-
moſello, & compedibus vinctus, negatiuus adhuc
26 perſiſtit, & deteſtatur: Carcerario † ergo creden-
dum non eſt, *Gramm.crim.conſ.26.num.20. Bertaz.
crim.conſ.334.num.3. Felic. allegat.50.num.20.p.p.*
27 Nec vt † digniori, *l.3.§.ideoque diuus. & §.eiuſdem.
l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.Bald.l.teſtium.num.
21.C.eodem.Curt.de teſtib.concluſ.16.& conſilio 73.
Ruin.conſil.53.num.6.vol.4.Tuſc.lit.T.concluſ.234.
Neguſant.conſil.391.num.13.Borrell.conſil.82.num.
4.Menoch.de arbitr.caſ.526.num.26.& retinen.poſſ.
remed.3.num.719.Felic.alleg.56.num.12.p.p.* Cum
dignior non ſit, ſed ęqualis eſt vtriuſque conditio,
28 Imo falſum ab † eo dictum præſumitur, dum im-
probatur ab alio, quem in conteſtem vocat. *Baldus
l.teſtium.num.13.C.de teſtib. & in cap.cauſam quæ,
eod.Gramm.crimin.conſil.39.num.26.conſil.26.num.
20.21.*

20.21.conſil.39.Marſ.ſing.408.Alexand.conſ.91.ad
ſin.vol.4.Intrigl.deciſ.12.num.14. Cephal.conſi.233.
num.26.Boſſ.tit.de mandat. ad homic.num.47. Grat.
conſ.75.num.9.lib.1.Rim.Iun.conſ.723.num.54. Bot.
conſ.1.num.34.Caſtill.deciſ.167.num.14. Magon.Lu-
cenſ.deciſ.17.num.8.Felic.alleg.14.num.13.alleg.15.
num.134.alleg.50.num.20.p.p. alleg.92.num.12.al-
leg.134.num.18.alleg.169.num.11.p.2.Monald.con-
ſil.150.num.50.100.in 1.Maſcard.de probat.concluſ.
1368.num.1.Triuiſan.deciſ.49.nu.10.lib.2.Bertazz.
crim.conſ.334.num.3.27.45.conſ.427.num.3.conſil.
414.num.25.Burſ.conſ.69.num.20.27.28.conſi.154.
num.7.conſ.164.num.7. Vini. deciſ.79.num.2.Gabr.
tit.de teſtib.concluſ.2.num.11.

29 Quarto, Spontanea Capitanei † coram D.Pro-
regis delegato conſtitutio,delictum excludit,Mar-
ſil.in prax.§.diligenter.num.204.208. conſ.109.num.
27.conſ.117.num.47.conſ.128.num.32.conſ.130.nu.
48.Crauet.conſ.6.conſ.75.num.19.Corn.conſ.198.nu.
23.in 4.Socin.conſ.277.in 1.Cepoll.conſ.31.num.8.la-
tè Gramm.crim conſ.1.num.63.conſ.29.num.31.con-
ſil.61.num.24.Socc.Iun.conſ.39.num.33.in 2.Pariſ.
conſ.151.num.13.in 4.Turret. conſ.59.num.17.in 3.
Guazz.reor.defenſ.6.cap.1.num.62. Caualc.deciſ.28.
num.28.p.5.Alba,conſ.94.num.7.Farinac.conſil.10.
num.52.conſ.40.num.77.conſ.130.num.12.quæſt.11.
num.73.76.77.Rim.Iun.conſ.361.num.55.conſ.817.
num.8.Maſcard.de probat.concluſ.904.num.22.con-
cluſ.1330.num.1.Caball.crim.reſol. caſ.288.num.48.
Cephal.conſ.721.num.12.conſ.31.num.8. Burſ.conſ.
273.num.18.conſ.275.num.2.conſ.144.num.8.conſ.
316.num.44.Macera.lib.3.reſol.10.num.28.reſolut.
37.num.7.Neguſ.conſ.440.num.9. Hondcd.conſ.107.
num.56.in 1.conſ.87.num.178.179.180.in 2.Clar.§.
fin.quæſt.60.Decian.conſil.34.num.42.in 4.Bertazz.
crim.conſil.241.num.28. & tollit indicia ad tortu-
ram,Farinac.conſ.55.num.27.Licet citatus,ſeu con-
demnatus compareat, Gramm.conſil.42.nu.20.Boſſ.
tit.de mandat.ad homicid.num.21. Noni. conſ.96.nu.
13.Soce.Iun.conſ.39.num.1.35.in 2. Rim.Iun. conſil.
302.num.13.Farin.conſ.22.num.33.Nam fatuus eſ-
ſet,qui cum nocens ſit,& verè reus,vellet ſe priuare
libertate, & conſtituere in carceribus putans cela-
re veritatem, Gramm.crim.conſ.29.num.32. Crauet.
conſ.6.num.39.Rim.Iun.conſ.361.num.55.conſ.817.
num.8.9.Sed experientia,docet,cum in dies videa-
mus multos in introitu carcerum,& iſtis ſic ſponte
ſe conſtituentibus, expectari innocentes, & incul-
pabiles: in exitu autem nocentes repertos, & con-
demnatos ad ſupplicium mitti: Exitus ergo cauſæ,
& non introitus carcerum, ſuam innocentiam, vel
culpam demoſtrabit.

30 Non obſtat Primum, quia delicti † indictium ex
eo comprehendi non poteſt, quod iure permitten-
te actum fuit,l.graccus.ff.de adult. Caual. deciſ.19.n.
31 88.p.5. & à pœna excuſatur, qui id egerit, † quod
ſibi licere putat,Oſaſc.deciſ.71.num.107. Bim. conſ.
236.num.27.Menoch.conſ.2.nu.133. Burſ. conſ. 325.
num.54. Etſi probatum nec ſit, licite id actum fuiſ-
ſe,Clar.§.fin.quæſt.56. Felic. allegat.3.num.19.par.p.
Cum ex licita potius, quàm illicita cauſa, quid a-
ctum pręſumatur ad excludendum delictum. l.me-
rito.ff.pro ſoc.Abb.conſ.68.num.3.in 1. Roland.conſ.
42.num.12.in 3.Laderch.conſ.199. num.1. Randenſ.
conſ.26.num.31.32.45.in 2.Alba, conſ.452.nu.23.
conſ.583.num.2.conſ.623.num.2. Neguſ.conſ.49.nu.
14.Maſcard.de probat.concluſ.834.num.10.Sed mo-
leta eſt Magiſtratus cuiuſque Praxis, reum torturæ
ſubijciendum, ab alijs carceratis ſeparari,ne inſtru
ctus veritatem abneget, eoque magis ſeparanda à
correis erat, Agatha, cum omnes ſequenti die tor-
queri debebant,bona ergo potius,quam mala men
te id à Capitaneo actum credimus, ex Burſ.conſilio
325.num.95. Nec deliquiſſe eum dicimus, qui de-
linquendi animum non habuiſſe coniecturis con-
ſtet,Menoch.de arbitr.caſ.511.num.7. Caualc. deciſ.
19.num.76.p.5. cum nemo pręſumatur delinquere,
Alba,conſil.516.num.1. Barz. deciſ.50.num.15. Ca-
ball.crim. reſol. caſ.287.num.47. cumque eo in ca-
ſtro, duo tantum ſint Domuſella, in quorum vno
vir erat repoſitus,in alio frater,ad alios ergo carce-
res tranſmittenda erat Agatha, & vbi alia eſt cau-
32 ſa † ceſſat adulterij pręſumptio, Farinac.conſ.136.
nu.119. Nec carcer priuatus eſt, qui priuatę perſo-
nę à Rege conceſſus ſit.

33 Non obſtat Secundum, quia teſti † de agnatio-
ne offenſi contra offendentem,credendum non eſt,
l.3.& ibi Doct.ff.de teſtib. Pariſ.conſ.164.num.1.vol.
4.Guttier.conſil.24.num.7. Farinac.quæſt.53.num.3.
Menoch.de arbitrar.quæſt.28. Becc.conſil.85.num.6.
conſil.69.num.16.19.Bott.conſil.1.à num.13. Rimin.
Iun.conſil.524.num.40. Roland.conſil.24.num.25.in
1.conſil.69.num.30.in 2.Bertaz.crim. conſ.251.num.
14.Macerat.lib.3.reſol.10.num.8. Trentacinq.conſil.
21.num.4.in 2.& cum iam ſit inimicus,nec facit in-
dictum, cap.repellantur. cap. cum oporteat. de accuſ.
cap.per tuas.de ſimon.Felin.c.quoties.de teſtib.Marſil.
l.1.§.præterea.num.52.ff.de quæſtion.Gabr.conſ.174.
num.6.in 2.Valenzuel.conſil.92.num.119.Burſ.conſ.
20.num.34.conſ.69.num.32. Sacc.conſil.54.num.16.
18.Hondcd.conſ.100.num.26.conſ.105.num.68. vol.
1.Farin.quæſt.53.Gabr.tit.de teſtib.concluſ.11. ipſa-
que affinitas ſatis eſt ad repellendum teſtem,cap.1.
3.quæſt.1.cap.præſens.3.quæſt.9.Natt.conſ.32.num.
20.Alba.conſ.231.Gomez. delict.p.3.cap.12.de pro-
bat.num.15. Vini. deciſ.400.num.11. Cornaz. deciſ.
114.num.3.Gutier. conſ.39.num.3. vel conſangui-
nitas,Pariſ.conſ.52.num.54.in 4. Blanc.de indict.nu.
174.& in l.fin.ff.de quæſt.Becc.conſ.85.num.13. latè
Farinac.quæſt.53.nu.33.quæſt.54.num.29. Licet per
lineam tranſuerſalem, Pariſ. conſil.87.num.26.in 3.
Macerat.lib.3.reſol.10.num.9. De tororio actoris,
quod non probet,ait,Alba.conſ.577.num.7. de ami
co quęrelantis,Triuſ.deciſ.50.num.13.lib.2.Omnis
enim inimicitia, quę illius odium arguit, contra
quem deponitur, teſtem excludit, cap.inquiſitionis.
de accuſ.cap.accedens.2.vt lit. non conteſt. cap.teſtes.
3.quæſt.5.Bart.l.1.ff.de his quib. vt indign.Gram.vot.
24.num.1.Maynard.deciſ.83.num.1.p.4. Farin.conſ.
216.num.9.Valenzuel.conſ.92.num.122.Sacca, conſ.
54.num.17.Triuiſ.deciſ.39.num.6.lib.2.Hond.conſil.
100.num.27.in 1.Etſi inimicitię cauſa,facto,& cul-
pa illius,contra quem deponitur,ſit etiam inhone-
ſta, l.1.& ibi, Doct. ff.de his, quib.vt indign.Bardell.
conſ.29.num.29.Farin.quæſt.54.num.20. Decian.lib.
3.crim. cap.25.num. 16. Vt credendum ei non ſit,
Farinac.quæſt.86.num.92.Macerat. lib.3. reſolut.10.
num.8.9.Tuſc.lit.T.concluſ.222.Felic. alleg.50. num.
5.p.p.

Digitized by Google

5.p.p. Nec minus indictium facit ad torturam, Macerat.lib.3.reſol.37.nu.21.22. licet deponeret cum tortura. Bertazz.crim.conſ.8.num.44. Bardell.conſil.29.num.29. Triuiſan.deciſ.49.nu.50.lib.2. Siue præſumptus ſit inimicus, Innocen.cap.cum I.& A.de re iudic. Bald.authent.ſi verò dicatur. C.de teſtib. & in l. præſcriptione. ſi contr.ius.& vtil.publ. Gramm.crimin.conſil.58.num.10. Foller.conſil.137.num.2.tom.1.crim. Honded.conſ.100.num.28. conſ.102.num.66. conſ.105.num.67.in 1. Valenzuel. conſ.92.num.123. Burſ.conſ.276.num.1. Maſcard. de probat. concl.899. num.3. Bardell.conſ.29.num.31. Monald.conſilio 150. num.36.in 1. ſiue reconciliatus ſit Macerat. lib.3.reſolut. 10. Ipſęque adulter inimicus eſt propinquorum mariti, Tiraqu.l.connub.3. num.26. Valenzuel. conſ.28.num.52. Iniuria enim omnibus conſanguineis fieri cenſetur, Bald.l.parentes.C.de teſtib. Specul. tit.de teſtib.§.1. verſ.ſed numquid frater. num. 8. 14. Rebuff.tit.de reprob.& ſaluat.teſt.num.149. Suntque omnes inimici offendentis, Guttier.conſ.24.num.4. conſ.25.n.13.14. Quia vt Rom. inquit conſ.451.num. 10. Adulterium totam cognationem denigrat, Gram.deciſ.24.d num.2.

34 Reſpouſ.II. Teſtis qui non † debuit examinari, non facit indictium, ſi examinetur, Bart.l.1.§.diuus. ff.de quæſtion. Alban.l.maritorum.1.ff.eod. Marſilius conſ.22.num.24. Horat. Luc. conſ. 161. num.18.p.p. crimin. Natta, conſilio 394.num.4. Gramm.conſil.42. num.4. Merend.conſ.matrim.86.num.42.in 1. Valenzuel. conſilio 92. num. 75. ſed tales ſunt teſtes iſti, ergo.

35 Non obſtat Tertinm, quia † carcetario ad ſui exonerationem deponenti credendum non eſt, l. omnibus.C.de ſur. Bart.l.deferre. §.idem.ff.de iur.fiſc. Felin.cap.cum à nobis.num.5. de teſtib. Gramm.deciſ. 40.num.18. Crauet. conſ.99. num.2. conſil.112. num. 10. Bertazz.crim.conſ.71.num.29. conſ.225. nu. 16. Oſaſc.deciſ.79.num.39.40. Macerat. lib.2.reſol.6.nu. 5.lib.3.reſol.1.num.43.reſol.20. num.1. Farin. quæſt. 55.num.136.quæſt.60.num.4.quæſt.69. nu.23. Becc. conſ.85.num.8. Guttier.conſ.14.num.8. conſ.24. num. 11.12.conſ.36.num.7.8. Valenzuel. conſil.78.nu.44. Turret.conſ.4.num.30.conſ.20. num.12.conſ.24. n.4. in 1. Rim.Iun.conſ.211.num.4.5.conſil.315.num.5.6. conſ.325.num.2.7.conſ.373.num.29. Felic. alleg.50. num.4.alleg.54.num.21.p.p. Alba. conſ.458. num.8. Rot. Gen.deciſ.20.num.8.deciſ.49.num.1.deciſ.195. num.6. Surd.conſ.61.num.26. Maſcard.de probat.concluſ.1357.num.1. Menoch. de arbitrar.caſ.99.num.6. Sacca, conſ.54.num.26. Natta conſ.80.num.2. Bertaz. crim.conſ.531.num.4.conſ.377.num.1. Bott.conſ.70. num.10.conſ.105.num.11. Vini.deciſ.179.nu.1. Triuiſan.deciſ.49.nu.39.lib.2. & ampliat, Farin.d.q.60. n.5. In criminali; vt nec faciat indictium, Felic.d.nu. 4. Farin.d.quæſt.60. num.6.

36 Reſpon.II. Teſti non † creditur danti alium in coteſtem, qui id neget, ſi diſpar eorum non ſit conditio, imò neutri fides adhibenda eſt, Surd. deciſ. 326.num.96. Magon. Lucenſ.deciſ.17.num.8. Maſcar. de probat. concluſ.1368.num.1.

Non obſtat Quartum, quia acclamatio Agathę
37 † ſimulata eſſe potuit, cum ea capienda pręſumptio ſit, quę delictum excludat, l.merito. ff. pro ſoc. Alciat.reg.3.præſumpt.1.num.1. Gramm. crim.conſ. 13.num.9.conſ.31.num.12. latè Surd. conſ.516. num. 9. Tiraq.lib.1.retract.§.26.gloſ.1.num.22. Felic.allegat.50.num.16.p.p. Vox enim hominum fallax eſt, & eandem ferè habuiſſe vocem multi inuenti ſunt; Hinc plurimę ſimulationes prodiere, Specul. tit.de furt.num.25. ti. de pignor.num.15. Gerard.ſing.8.nu. 2. Neguſ.conſ.381.n.1.

38 Reſpon.II. Quod ſi quis † conuerſatus ſit cum aliquo, & audiuiſſet illum communiter loquētem, haberetque notam vocem communem, non ſequeretur, quod haberet notam vocem eiuſdem, ſi eſſet in alta acclamatione, niſi etiam dixerit, pluries eum audiuiſſe acclamantem, Crauet. conſ.2.num.4. Tuſc.lit.T.concluſ.176.nu.2. Maſcard. de probat.concluſ.22.num.2.4.concluſ.274. num.20.concluſ.1409. num.26.

39 Reſpon.III. Violatę mulieris acclamatio † contra Octauium faceret indictium, ſi à carceribus exire viſus fuerit, Maſcard.d. concluſ.22.n.1.2. concluſ. 1409.n.27. Menoch.conſ.557.num.1. de pręſum.lib.1. quæſt.89.num.119. Sed hoc probatum penitus non eſt, ergo, &c.

40 Non obſtat Quintum. Quia † mulieri aſſerenti aliquem eam violare voluiſſe, nec creditur, ex Iaſ. conſ.22.in 1. Crauet.conſ.41.num.2. Boer. deciſ. 319. num.7. Bertazz.crim.conſ.3.num.2. Vulpell. conſ.17. num.1. Aldouin.conſ.25.num.8. Et eo magis, quod Octauij ſit inimica, Tum quia ab eo ſuam pudicitiam offenſam atteſtetur, Bald. conſil.377.num.1.in 2.conſ.437.num.8.in 5. Gramm.crim.conſ.45.num.1. Pariſ.conſ.54.num.50.in 4. Boer.deciſ.299.num.1.2. 6.12.deciſ.319.num.7. Crauet.conſil.41.num.2. Alexand.conſil.157.num.1.2.vol.5. Turret.conſ.44.num. 17.in 2. Caball.crim.reſol. caſ.200. num.113. Vt nec indicium faciat ad torturam, Grat. conſ.57.nu.28. vol.2. Pariſ.conſ.163.in 4. Burſ.conſ.69.nu.19. Hond. conſ.100.num.11.in 1. Macerat.lib.3.reſol.7.nu.2.3. Etſi in mortis articulo ſit conſtituta, Alexand.conſ. 14.num.3.4.5.vol.3. Iaſ.l.de die.num.2. ff. qui ſatiſd. cogan.in l.1.num.8.ff.de eo per quem fact.erit. Marſil. conſilio 20.num.14. Gomez, 3.delict. cap.13.numero 16. Clar.§.fin.quæſt.21. Cabal.d.caſ.200.numero 124. tum quia ab eo fuerat torta ex iam citatis, num.22. & infra.

Non obſtat Sextum, quia virum, & mulierem commiſcentes audire, non infert illum fuiſſe Octauium, contra quem nullum allegatur indictium adulterio proximum, ſitque iuris regula, neminem pręſumi feciſſe actum illicitum, & è iure improbatum, Alba, conſ.316.num.6.

41 Reſpon.II. Quod cum † adulterium noctu commiſſum affirmet Fiſcus, ſcientię cauſam reddere debent teſtes, nec aliter concludunt, quam ſi delinquentem aſſerant, ſibi notum, vel Lunam, aut lumen aliud tunc luxiſſe, aut denique delinquentem ſibi admodum fuiſſe propinquum addant, Gloſ.l.ſi cum exceptione. §.in hoc. verb. ignorat. ff. de eo quod met.cauſ. Bald.cap.1.§.porrò.quæ fuit prim.cauſ.benefic.amitt. Iaſ. & alij, l.non minorem. C. de tranſact. l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam. Dec.conſ.429.ad fin. Gramm. crim.conſ.58.num.1.conſ.45.num.7. Surd.conſil.158. num.4. Suarez.recep.ſent. verb.Teſtes de nocte.tom.1. comm.opin. Boſſ.de indict.nu.172. Polidor.Rip.de noct. temp.cap.57.à num.1. Farin. quæſt.62. nu.38.39.40.

conſ.

Digitized by Google

conſ.213.num.2. Tuſc.lit.T. concluſ.186. num.1.2.3. Rot.Gen.deciſ.3.num.25. Maſcard. de probat.concluſ. 1114.in princ.concluſ.1391.num.25. Vivi.opin.950. deciſ.169. Menoch.de arbitr.caſ.279.num.3. Felic.allegat.85.num.4.p.2. Bertaz.crim.conſi.316.num.10. conſil.111.num.11. Seſſe,deciſ.107.num.1. Burſ.conſ. 34.num.6.conſ.154.num.11.conſ.316.num.14. Gutier.conſ.35.num.25. Vel niſi alijs teſtibus id probaretur, Felin.cap.ſicut.num.5. de re iudic. Rolan. conſil. 7.num.29.in 1.Clar.§.fin.quæſt.21.num.1. Seſſe,deciſ. 107.num.14. Amplius notat, Felin.d.num.5.ad fin. Quod nec concludit teſtis, ſi dicat, noctu vidiſſe, quia erat lumen, vel ignis; potuit enim videre corpus, & non cognoſcere, debet ergo teſtis addere, quod vidit,& benè cognouit delinquentem, ex Bartol. l.ſtigmata. C.de fabricens.lib.11. Seſſe. d.nu.34. Nequè enim adulterium auditu probari poteſt, nec viſu, cum directo probari non poſſit, Igne. l.1. §.hoc autem.num.30.ff.ad ſillan. Marſ.conſil.28.num. 5. Roland.conſil.50.num.2.in 1. Maſcard.de probatio. concluſ.57.num.3.concluſ.62.num.3. Valenzuel.conſil.28.num.17. Azeued.ad rub. tit. 20.num.11.lib.8. recop. Imo ſi dixerint teſtes, vidiſſe tales per Speculum, inter ſe commiſcentes, eoſque optimè cognouiſſe, non probant, ſi criminaliter actum ſit, ſecus ſi ad thori ſeparationem, Campeg. de teſtib.reg. 385. Maſcar.de probat.concl.65.nu.6. Azeued.d.rub. num.12.

42 Reſpon.III. Cauſam ſcientiæ deſumptam † à voce, nimis fallacem eſſe, cum facile ſatis ſit, alienam imitari,& alios fallere, etiam domeſticos, Clar.d.q. 21. Polid.Rip.de noctur. tempor. cap.58. num.11.15. Tuſc.lit.T.concl.176. Felic.d.alleg.85.num.5. Proinde addit, Clar.d.quæſt.21. Adeo notam neceſſe eſt, quod teſtis habeat delinquentis vocem, vt decipi non poſſit, Felin.d.cap.ſicut.num.5.6. Farinac.quæſt. 62.num.45. Maſcard.d.conclu.1114.num.7. Polidor. Rip.d.cap.57.num.6. Seſſe,deciſ.107. num.2. Boſſ. tit. de indict.ant.tortur.num.173. Tuſc.lit.T.concluſ.186. num.4. Nec facit indictium ad torturam teſtis, deponens habuiſſe notam vocem Titij, quem non videbat, niſi alia concurrant indictia, Roland.conſil.3. num.43.in 3. Boſſ.d.num.173. Tuſc.lit.T.concluſ.176. num.7.

Reſpon.IV. Quod ſimplex fornicatio ad matri-
41 monium † impediendum, auditu probatur, ex glo. d.cap.teſtes.verb.qui nouerint. 3.quæſt.9. Quia leuis probatio, ſatis tunc eſt etiam vnius teſtis, vel per ſolam famam, gloſ. cap.præterea. verb. de auditu. de teſtib. Farinac.quæſt.69.num.123. Rip.d.cap.58.num. 32. Idem ſi agatur de probando matrimonio iam contracto, ſi nempè audiuerit Titium, & Seiam inter ſe matrimonium contrahentes, Alciat.conſil.5. num.10. Rip.d.cap.58.num.33. Secus ſi agatur de dirimendo matrimonio, quo ad thori ſaltim ſeparationem, dum deponit teſtis audiuiſſe adulteros ſibi inuicem immiſcentes, niſi violentæ concurrant præſumptiones, Scholiaſt. ad Abb. cap.præterea.num.6. verb.cæcus.de teſtib. & ita intelligendum eſſe, tex.d. cap.præterea. inquit Polid.Rip. d.cap.58.num.34.35. & ſi habeat voces notas, ex Ioan. Andr. Anchar. Abb. & alijs, quos citat, Alciat.d.conſ.5.num.11. Farin.quæſt.69.num.73. Et eo magis ad pœnam irrogandam, cum probationes in criminalibus dilucidiores requirantur, vt iuris eſſe nemo ignorat.

43 Reſpon.V. Quod teſtibus † deponentibus ſe cognouiſſe talem, quia notam habebant vocem, aliqualiter diminuitur de fide, Boſſ. tit. de indict.num. 173.ex not.à Felin.in cap.ſicut. declar. 2. de re iudic. Vbi dicit vidiſſe teſtes reprobari, qui dixerant ſe vidiſſe noctu contrahi matrimonium, nec addiderant, quod cognoſcebant infallibiliter voces contrahentium: Subdit ibi Boſſ. quod tales non concluderent ad torquendum, vel damnandum, Roland. conſilio 3. numero 42.44. volum.3. qui Iaſ. & Plot. Increpat, ſentientes hoſce teſtes fidem facere ad torturam.

44 Non obſtat ſeptimum, Quia fama † poſt inquiſitionem fuit orta, Burſ.conſil.20.num.27. Herculan. de proban.negat.num.313. Macerat. lib. 3. reſolut.7. num.11. Caball.crim.reſol.caſ.200.num.133. Maſcar. de probat.concluſ.749.num.11. Farin.quæſt.47.n.31. 89. Et à maleuolis, eiſdem nempe accuſatoribus, Boni.de Statut.Vrb.præſcript.Gloſſ.8. nu.1.2.3. Herculan.de proban.negat.num.312. Seſſe, deciſ.118.nu. 20. Caball.reſol.crim.caſ.200.num.132. Burſ.conſilio 20.num.25.

45 Reſpon.II. Licet fama,† & violenta præſumptio ſatis ſint in adulterio, vt dixi. Hoc tamen caſu probata legitimè non eſt fama, cum circumſtantijs requiſitis, Pariſ.conſil.153.num.12.conſil.169.numero 45.in 4. Maſcard.de probat.concluſ.749.à num.11. Vt cauſam ſcientiæ reddant teſtes, alias dicitur vana vox vulgi, quæ nihil operatur, Pariſ.conſ.27.numero 100.in 1. Maſcard.de probatio. concluſ.749.num.12. Surd.conſ.151.num.75. Natt.conſ.362.num.9. Macerat.lib.3.reſol.20. num.1. Ipſaque fama deficiente, deficit adulterij probatio, Maſcard.de probat.concluſ.62.num.6.7. Macerat.lib.3.reſol.7.num.9. Quæ ex ſe, nec probat, ſed probationes coadiuuat, Caſtr. conſ.299.num.2.vol.2. Bald.conſ.447.num.12.vol.5. Clar.§.fin.quæſt.21. Caball. reſol.crim.caſ.200.num. 122. niſi alia concurrant adminicula, Bald.conſilio 364.num.6.in 3. Crauet.conſil.41.num.6. conſil.260. num.8. Burſ.conſil.20.num.32. Clar.d.quæſt.21. Maſcard.de probat.concluſ.753. num.2.19. Macerat.lib. 3.reſol.20.num.1. Caball.d.caſ.200. num.134. Ideo ſola fama, ſi probata eſſet, nec ſufficiẽs erit ad adulterij probationem, Maſcard. de probat. concluſ.62. num.5. Macerat.d.reſol.7.num.10. Cum nec indictium faciat ad torturam, Maſcard. concluſ.753. num.21. concluſ.754.num.5. Macerat.lib.3.reſol.34.n.9. Azeued.l.3.num.85.86.tit.10.lib.4.recop. Triuiſan.deciſ. 50.num.10.lib.2. Farin.quæſt.47. num.17.91. Vbi in ijs ampliat, quæ difficilis probationis ſunt, & in adulterio, Macerat.d.reſol.7.num.10. Imo alijs concurrentibus adminiculis, in cauſa criminali ſatis nec eſt. Felin.cap.veniens.num.12.de teſtib. Maſcard. de probat.concluſ.754.num.3. Macerat.d.num.10.11.

Cæterum, nec obſtat illa iuris concluſio, quod
50 Tum quia contra priuilegij † declaratio non fit ſuper proceſſu formiter confecto : Sed quoddam Eulogium extraiudicialiter, à Senatu in ſuo Officio formatur, quod Iudicibus præſentatur, ad effectũ, quid eis videretur, (dum conſulunt) reſpondeant, An priuilegium, vel quid ſimile, ſit ne contrapriuilegia Vrbis, vt ſatis colligitur ex Alphonſ. Regis priuilegijs: Formatur itaque Eulogium extraiudiciale ad meram ipſorum conſultorum informationem, Quo in caſu de iure non eſt neceſſaria citatio ſic Iudex ad ſuam informationem, & inſtructionẽ procedens non tenetur partem citare, *Innoc. c. tenor. de re iudic. in cap. ex parte. de acenſ. Bart. ad reprimend gloſ. & per edictum. num. 4. in l. 3. §. de cauſa. nu. 7. ff. de bon. poſſ. Bald. l. non dubium. num. 13. C. de legibus. in l. certum. col. 2. verſ. nũc oppono. C. vnde vi. Marſ. l. de vnoquoq;. ff. de re iud. Burg. de Laudem p. 3. inſpec. 35. num. 14. & de mod. proced. ex arrupt. q. 21. num. 9. Borrell. Summ. deciſ. tit. 44. num. 456. Farin. conſ. 158. num. 10. Gabr. tit. de teſtib. concluſ. 1. num. 344. Scacc. de iudic. cap. 88. num. 29. Rot. deciſ. 1638. lib. 3. par. 3. Aſin. in prax. §. 7. cap. 15. limit. 88. num. 9.* & tradit, *Cyn. l. 2. verſ. requiritur. C. quæ ſit long. cõſuet.* Iudicem qui procedit ad ſe informandum de ſtylo Curiæ, vel conſuetudine Ciuitatis, non oportet partem citare, *Bart. l. 3. §. fin. ff. de teſtib. Felin. cap. 2. fall. 12. de teſtib. Socc. de citat. art. 7. nu. 68. Dec. conſ. 447. Rocc. de Curte, in c. fin. num. 647. de conſuet. Roland. conſil. 44. num. 36. vol. 1.* Quod autem huius rei cognitio, ad Straticotialium Iudicum inſtructionem fieret, comprobat optime, *ex eo, Bald. l. ſi qua per calumniam. nu. 2. C. de epiſcop. & cleric.* Quod ſi clericus à Seculari captus ad ſuum Iudicem remitti peteret, quia peculiari ſuo priuilegio aduerſatur captura, idque vt obtineat ſui clericatus inſtrumentum præſentat, vel teſtes : Tunc partis citatio non requiritur, cum actus huiuſmodi non in modum probationis fit, ſed ad meram Iudicis inſtructionem, vt declaretur, an remittendus ſit, & ſic an captura illa contra clericale priuilegiũ ſit, *Grauat. ad Veſtr. lib. 6. cap. 2. num. 30. Marant. tit. de citat. num. 20. Neguſ. conſil. 149. num. 5.* Concludimus ergo, vt quę ſuper principali data fuit iuriſdictio, ſuper emergenti conceſſa cenſeatur, *Menoch. de arbitra. q. 45. Honded. conſ. 95. num. 8. in 2.*
61 Tertio, Quod contra Superioris † inhibitionem geſtum eſt, nullum eſſe probat, *tex. c. non ſolum. ad fin. cap. Romana. §. quod ſi obijciatur. de appell. in 6. D. Ludouiſ. Rot. deciſ. 435. num. 1.* Et vt attentatum reuocari debet, *Rom. conſ. 330. Dec. conſ. 103. Farinac. fragm. par. 2. num. 312. Gratian. diſcept. 795. num. 15.* Imo addit *Brun. de ſtatut. §. prohibitio*. Quod quælibet prohibitio legis viuæ, vel mortuę inducit nullitatem, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 10. num. 14. 16.* Quia Superioris inhibitio, decreto irritanti æquiparatur, *ex Caſſador. deciſ. 2. deciſ. 3. num. 7. de reſtit.*

ſpoliat.

ſpoliat. Mandoſ. de inhibit. quæſt.41. num.2. Addit, *Lancell.d.cap.20.num.7.* Factum contra Superioris prohibitionem tolli, & reuocari, vt factum, ſeu attentatum contra legem, *ex Oldr.conſil.206.* & eleganter notat, *Aret.conſil.75.* quem *Roland.* citat, *conſ.77.num.8.vol.2.* Quod ſi Iudex aliquid egerit contra inhibentis, vel mandantis hominis prohibitionem, actus eſt ipſo iure nullus, *Lancell.d.cap.20.ampl.10.num.1.* & ibi, ſubdit *num.5.* Geſta contra Superioris inhibitionem, nedum eſſe reuocanda iure attentatorum, quatenus de facto proceſſerint, ſed imo quoad ius ipſum, nulla ipſo iure eſſe. Cumque hęc in ſimplici qualibet prohibitione, ſeu Principis inhibitione procedant, fortius in ijs priuilegijs, in quibus adeſt, Decretum irritans, quod ſcillcet geſta aduerſus priuilegium nulla ſint, nec exequantur, At ſi de facto executa fuerint, de facto quoque in priſtinum reuocentur, *Gozad. conſil.30. num.27. Roland.conſ.72.num.7. in 3. Caual. de vſufr. num.128. Soc.Iun.conſil.85. in 1. conſ.181. num.6.7. in 2. Flamm.Pariſ.de reſignat.lib.4.quæſt.9.nu.29. Ricc. Archiep. deciſ.75. num.3.p.2. Ferrer. in conſtit. Cathalon.gloſ.1.num.151. Menoch.conſ.388.num.3. Gozalez.ad reg.cancell.gloſ 67.num.12. Farin. Rot. deciſ.666.num.2.* & deſtruit, ac inficit ipſo iure, omnia contra aliquem attentata, *c.ſi eo tempore.cap.ſi poſtquam. de elect. in 6. Caldas. lib.1.foren.q.6.num.29.* Vt pro infectis habeantur, *Tuſc. lit. D. concluſ.115. Tiraq.2. retract.§.4. gloſ.7. num.14. Rot. deciſ.24.num.5. deciſ.149.num.2.p.2. Gabr. tit.de clauſ.concluſ.3.num.56.74. Menoch. conſ.322. nu.40. Monald. conſ.71. num.12. in 1. Macerat.lib.1. reſol.5. num.15. reſol.104. num.18. Mareſcot. lib.2. reſol.38. num.16. Lancell.de attent.p.p.cap.3.num.85.* Et habet oculos retro vt nullitatem ab initio operetur, *Caſſador.deciſ.12.num.4.5.6.de regul.cancell. Flam. Pariſ.de reſignit.lib.11.q.7. num.24.25. Gomez. in regul. de annal.quæſt.5. ad fin. Rot.deciſ.24.num.5.p.2. Menoch. recup. poſſ.remed.16. num.444. Gonzalez.d.gloſ.67. num.13.14.15. Coſta de ſcien.& ignoran.regul.12.nu.3.* Eaque eſt Decreti irritantis virtus, vt ignorantes etiam ſtatim liget, & comprehendat non quoad pœnam, ſed quoad actus nullitatem, *c.ſi eo tempore.vbi, gloſ.de elect.in 6.c.dudum. c.pen. de præben.c.1.cap.ſi ſoli.de conceſſ.præben.in 6. Innoc.cap.3. vt lit. pend.in c.cum contingat.de reſcript. Caſſador. deciſ.3. de decret.in reſeruat.deciſ.12.num.5. ſuper regul. Staphil.de liter.grat.form.8.num.8. Oſaſc.deciſ.5.num.2. Ricc.collect.787.collect.1302. Barboſ. clauſ.112.nu.5. Paz.l.ſtyli,200.num.78. Lancel. de attent.p.2. cap.10.num.27.c.12.limit.50.num.24.cap.20.lim.24.nu.22. Bonacoſſ.comm.opin.lib.1.tit.18.num.5. Paris. de reſignat.lib.2. quæſt.20. num.10.lib.5. quæſt.6. num.220.lib.11.q.3.num.78.quæſt.4.nu.44. quæſt.13. nu.86. Pute.deciſ.175.num.3.deciſ.278.par.p. Macerat. lib.1.reſol.5. num.15. reſol.8.num.11. reſolut.104. nu.18. Burſ.conſil.43.num.49.conſil.158. Borrell.de compromiſſ.gloſ.1.num.7.8.9. Roderich.regul.q.73. art.2. tom.2. Rot.deciſ.578.num.3.p.p.deciſ.24.num.5.p.2. Farinac.fragm.p.p.lit.C.num.672. Menoch.de arbitr. caſ.185.num.24. Couar. pract. quæſt.9. num.7. Ceual. comm.quæſt.903.num.13. Verall.deciſ.1.num.2.p.2. Coſta de ſcien.& ignor. regul.12.nu.1.2.3. Mareſcot. lib.2.reſol.38. num.1.2. Caldas, lib.1.foren. quæſt.6. num.30.31. Gabr.d.concluſ.3.num.1. Gonzalez.d.glo.67.num.18.19. Verall. deciſ.249.num.3.p.p. deciſ.1. num.2.p.2. Gabr.conſil.83.num.19.conſil.178.nu.55.56.in 2. Marta, de iuriſd.p.4.cent.1.caſ.94.num.32.& clauſ.191.num.12.* Vbi contrarium reſoluit in decreto Legati à Papa, *Gonzalez. d. gloſ.67. num.20.21.* Reliquum itaque eſt, vt contraria conſutemus.

62 Non obſtat primum, Quia † aut agitur ad reuocationem attentatorum, vna cum cauſa ipſa principali, Tunc idem erit proceſſus, qui, & cauſæ principalis, & eadem incumbentia probationis; Aut agitur ſeorſim à cauſa principali, (& hic eſt caſus noſter) tunc nec citatio, nec cauſæ cognitio, nec ordo iudicij exigitur, *Gratian. deciſ.70.num.9. Veſtr.in prax.lib.8.c.4.num.17.*

Reſpon. II. Citationem ijs, in caſibus non exigi
63 † in quibus iudicij ſolemnitas non requiritur, *Oldrad.conſ.195. Cephal.conſ.439. num.77. Tuſc.lit.C. concluſ.272.num.3.* Et vbi in figura iudicij non proceditur, *Cuman. conſ.7. num.7. Tuſc. d. concluſ.272. num.63.* Sed in Contrapriuilegijs decidendis, via iudicij neceſſaria non eſt, & de facto proceditur; ergo &c.

Reſpon. III. Citatio non eſt neceſſaria, vbi non
64 requiritur † cauſæ cognitio, *ex l.3. §.ſi cauſa cognita.ff.de bon.poſſeſ. Marſ.l. de vnoquoque num.75. ff.de re iud.c. Calder.conſil.470.alias, 5. tit. qui fil.ſint legitim. Rom.conſil.62. conſ.72. num.2. Tuſc.lit.C.concluſ.272.num.46. Gabr.titu. de citat. concluſ.1. num.363. Gamm.deciſ.60.num.2. Ruin. conſil.69. in 3. Borrell. Summ. deciſ.tit.44. de citat. num.352.367. Aſin. in prax.§.7.cap.5.lim.69.num.1.* Sed in interloquutorijs & in ijs, quæ modici præiudicij ſunt, citatio & cauſæ cognitio omitti poteſt; imo ſi cauſæ cognitio (ceſſante partium præiudicio) reſpectu Iudicis requireretur, Tunc partis citatio neceſſaria nec eſt, ex veriori, quam refert, *Scacc. de iudic.lib.1.c.57. num.12.*

Reſpon. IV. Quod ſi citra Veri præiudicium, contrapriuilegij declaratio, actus ſit merè iudicialis, citatio tamen nec eſſet neceſſaria, ſi duos eſſe caſus conſideremus.

Primus eſt, Si allegetur aliqua ſcriptura, actus, mandatum, ſeu reſcriptum exequendum.

Secundus eſt, Si allegetur, quod iam de facto eſt exequutum.

Priori in caſu, non eſt partis citatio neceſſaria, quia ipſa eſt, quæ prouocat, & inſtat, pro exequu-
65 tione reſcripti, ſeu mandati: Cumque præſens † ſit in iudicio, eius præſenciam citationis vim habere probat, *tex.clem.cauſam, quæ.de elect. Bart.& Bald. in l.1. vbi latè, Iaſ.ad fin.ff.de in ius vocand. Bart.l.furioſo.num.5.ff.de re iudic. Bald. l.nam ita Diuus. num.3.ff.de adopt.auth.ſi omnes.C.ſi min.ab hæredit.in l.1. ad fin.C.quomod.& quand.Iud. Angel.num.5. Marſil. num.9.& alij, in l.de vnoquoque. ff.de re iud. Iaſ.l.nec quicquam.num.26.28.ff.de off.proconſ.& conſil.169. vol.2. Bero.c.quoniam contra.num.115.de probat. Felin.cap.2.lim.13.de teſtibus. Natt. Clemen.ſæpè. §.& quia.gloſ.verb.peremptorium. de verb.ſignif. Angel. conſ.267. Calcan.conſ.16.col.2. Abb.c.tenor.ad fin.de re iudic.conſ.38.in 1. Caſſador.deciſ.2.num.3.de iudic. Crauet.conſ.4.num.25. Dec.conſ.449.conſ.618. num.4. Vant. de nullit. defect. citat. num. 17. tit. vltimo. num.15.*

Digitized by Google

num. 15.47.100.116. *Gregor.Lopez*, *l.5.gloſ.emplazar.tit.22.par.3.Alex.conſil.*123.*num.2.in 2.Gail. lib.1.obſer.48.num.4.obſer.51.nu.5.Marant. in prax. p.6.membr.1.nu.12. Cened.collect.94.num.4. Borrell. Summ.deciſ.tit.44. de citat. num.*285. *Capic.deciſ.1. nu.37.Alba,conſ.485.num.10.Menoch.lib.2.præſum. 22.num.2.4.Rot.deciſ.311.num.1.deciſ.447.num.3. p.p.Tuſc.lit.C.concluſ.272.num.82.Farin.conſil.11. num.31.Surd.conſ.222.num.16. Gonzal.ad reg. cancell.gloſ.9.in annot.num.71.146.158. Aſin. in prax. §.7.c.5.limit.90.Scacc.de indic.cap.88.num.23.Anton.Monach.Floren.deciſ.65.num.7.8. Decian. conſil.* 109.*num.92.in 2.Roland.conſ.9.num.36. in 1.* Quin ipſa pars citat dari terminum peremptorium dierum octo, iuxta, Reg.Io.Priuilegiũ, Qui terminus eidem parti, ipſo iure, præfixus cenſeatur, Quia eo
66 ipſo † quod vna pars citat alteram, à fortiori & ſe ipſam (de iure) citaſſe videtur ad eundem actum, *Clem.cauſam quæ. de elect. Socc. de citat. q.6. art.27. Nicell.gloſ.52.fallen.93.nu.348.Bellamer.deciſ.749. Achil.de Graſſ.deciſ.14.num.2.de appel.Gonzal.reg. cancell.8.gloſ.9. in annot. num.144. Pute. deciſ.517. num.7.lib.2.* Sicut & committens cauſam, ac obtinens decretum citationis contra aduerſarium, incontinenti ſeipſum citat, & quoad eum ex illo tempore, dicitur lis pendere, licet non quoad aduerſarium, donec citationis inſtrumentum ſit illi intimatum, *Rot.deciſ.6.vt lit.pend. in nouiſs. & deciſ.1. num.4.p.2.Pute.deciſ.427.lib.1.deciſ.481. lib.2. deciſ.362.lib.3.Caſſador.deciſ.6.num.3.4.de regul.cancell.abundè Gonzal.d.gloſ.9.in annot.num.*145. Quod enim incitat ad comparendum citatio eſt, *Caual. deciſ.16.num.26.p.p.*

Poſteriori in caſu, facilius citatio ipſa omittitur, vt nec (de iure) requiratur, quia eo ipſo, quod aliqua ſcriptura, actus, mandatum, ſeu reſcriptum, fuerit de facto exequutum, nulla facta præſentatione, ad effectum cognoſcendi, an illud debeat, vel ne exequi, iuxta notoria Vrbis Priuilegia ſi deinde habita notitia, exequutionis de facto procedentis, ſit Actus allegationis contrapriuilegij, recte poterit declaratio contrapriuilegij fieri de facto, & executio de facto ad priſtinum reduci; Tum ex forma priuilegiorum Alphonſi, & nouiſſimi Philippi II. Tum ex iure communi, quo attento, citatione non indigent, quæ de facto procedunt, vt dixi.

Nec obſtat quod cauſæ cognitio citationem ex-
67 poſcit, Quia triplex † eſt cauſæ cognitio, *ex Bart.l. 1.C.quor.bonor.Specul.tit.de Iuriſd. omn.Iud.§.expedito.verſ.cum vero. & tit.de Summar. cognit. Bero.c. 1.num.40.de reſtit.ſpoliat.*

Alia eſt leuis, ſeu debilis, & ſimplex, Hæc parte non citata, adhibetur, nec in figura iudicij, *ad tex. l.fin.C.qui admitt.l.fin.C.de edict.D.Adrian.tollen.& in l.ſeruus.ff.de bonor.poſſeſſ.Bero. d.num.*40.

Alia eſt cauſæ cognitio Summaria, quæ dicitur plena, & citationem requirit, ac litis conteſtationem: Omnes tamen exceptiones nõ admittit, quæ regulariter admitti ſolent, nec plenas probationes, Sed quæ ad informandum Iudicem, ſatis ſunt, *l.1. & ibi Bart.C.quor.bon. Bero.d.num.*40.

Alia eſt, cauſæ cognitio plenior, quæ citationem exigit, & exceptiones altiorem etiam indaginem requirentes admittit, & probationes; Adeo vt ordo cauſæ ad ſe ipſam ſit, *Bart.d.l.1. Bero.d.num.*40. Cumque iudicium contrapriuilegij, nec plenam, aut pleniorem cauſæ cognitionem requirat, ſed leuem tantum; nulla attenta figura iudicij, citatio ergo in ea neceſſaria non eſt. Imo *ex Bart. & alijs*, ſcripſit *Menoch. de arbitr. q.19. num.*10. Cauſæ cognitioni non requiri, ſi de facto proceditur, Vt in attentatis, quæ ſi de facto commiſſa ſunt, de facto pariter reuocari debent, *Lap. alleg.2.num.11. Alex.conſ.89. num.9. vol.1.Marcheſan. de commiſſ. ſuper attent.p.2.§.2.num.*48. & ex Officio, *num.*98. nullo iuris ordine ſeruato, *Rot.deciſ.2.alias,13.de reſtit.ſpoliat.in nou.deciſ.1.alias,474.num.1.eod.tit. in antiq.Marcheſan.de commiſſ.par.2.cap.2.num.73. 135.Herculan.de attent.c.26.num.4.Magon. Lucenſ. deciſ.92.num.3.Amat.deciſ.30.num.*8. Quia legem offendunt, Iudicem, & partem, *Rot.Auenion. deciſ.8.num.2.Marcheſan.d.p.2.cap.2.num.12. Amat. deciſ.30.num.*8. Imo plus Iudicem quàm partem, *Marcheſan.d.p.2.§.2.nu.*101. & Legem ipſam prohibentem, ne lite pendente aliquid innouetur, *Rot. d.deciſ.2.alias.13.nu.1.d.deciſ.1.alias,474.Bellam. deciſ.*101. Etſi per modum recuperationis ſuam, is putet poſſeſſionem continuare, *Innoc.c.venerabili. nu.4.de cenſib. Amat.d.deciſ.30. num.*3. Secus ſi eodem modo, quo antea poſſidebat, *Franc.c.cum teneamur.num.1.de appel.Amat.deciſ.30.nu.*12. Suntque omnia in priſtinum reponenda, quia hac via, facilius ſuccurritur, quàm alio recuperandæ poſſeſſionis remedio, *Dec.conſ.*103.*num.1.Marcheſan. de commiſſ.p.2.c.2.num.8.19. Neguſ.conſ.109.nu.8. Maſcard.de probat.concl.146.num.*12.

68 Non obſtat ſecundum, Quia cum in Meſſanæ priuilegijs expreſſum à Rege non ſit, citationem eſſe neceſſariam, Quod in dubium, de iure, poſſet reuocari, Stylus ergo, ſeu immemorabilis non citandi conſuetudo attendi omnino debet, tanquam optima Legum interpres, *ex Afflict.deciſ.136. Roland.conſ.73.num.5.vol.2.conſ.4. num.21. in 4. Crauet.conſ.201.num.11.Rot. deciſ.574. num.3.p.p. deciſ.256.num.5.p.2.Farinac.conſ.195.num.31.Valenzuel.conſ.8.num.4.Neguſ.conſil.145. num.15. conſil. 180.num.46.conſil.240. num.7. conſil.493. num.73. Seraph. deciſ.606.num.17. deciſ. 1410. num.3. Menoch.conſ.983.num.4.Honded.conſ.92.num.28.vol.1.* Monet, & *tex.l.minimè. ff.de legibus.* Mutanda non ſunt quæ certam ſemper interpretationem habuerunt, *Dec.conſ.538.num.2.* Quin omnis dubietas ex obſeruantia ſubſecuta tollitur, *cap.cum dilectus. de conſuet.* Veriori legis intellectu non obſtante, *Abb. ibid. num.7. latè Prob.ad Monach.rub. de conſuet.nu. 26.Roch.de Curt.c.fin.de conſuet. in præfact. num.23. quæſt.4.Butr.d.cap.fin.nu.47. Aldobr. §.ex non ſcripto.num.19.Inſtitut. de iur.natur.gent.& ciuil.Aret. conſil.11.num.5.Viui. deciſ.66. num.3. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.1.num.41.Ludouic.lib.comm.opin.tit. de conſuetud. concluſ.38. illat. 4. Rauden. conſil. 60. num.43.in primo.Decian.conſ.31.num.14. in 1.* Tan-
69 tique effectus † eſt hæc conſuetudo interpretatiua, quod ex vno tantum actu inducatur, nec oporteat eſſe præſcriptam, *Butr. cap. fin. num.47. de conſuet. Alexand.conſ.107.num.21.in 2.conſil.8.num.7.in 6. Bald.l.binas. num.4. C. de aduoc. diuerſ. iud. Aret. conſ.11.*

Digitized by Google

*conſ.*11*.num.*4.5*.in cap.cum M.num.*15*. de Conſtitut. Socc.Iun.conſil.*111*.num.*5*.in* 1*.Caſtr.conſ.*347*.num.* 4*.in* 1*.Dec.conſ.*11*.num.*10*.conſ.*48*.num.*2*.in l.vt liberis.num.*19*.C.de collat. in l.ſemper in ſtipulationib. ad fin.ff.de reg.iur.& d.c.cum M. num.*26*.c.*1*. nu.*85*. c.at ſi clerici.num.*175*.de iudic. in c.*1*. de poſtul. prælat.Seraph.deciſ.*428*.nu.*6*.Corn.conſ.*188*.nu.*10*.in* 4*. Tepat.tit.de conſue .col.*3*.Capic.deciſ.*193*.nu.*3*.Purpur.conſ.*367*.num.*77*.in* 1*.Crauet.conſ.*201*.num.*12*. conſ.*273*.num.*13*.conſ.*294*.conſ.*839*.nu.*10*. Menoch. de arbitr.caſ.*83*.num.*10*.caſ.*199*. num.*11*. conſil.*37*. num.*96*.conſ.*21*.num.*5*.conſ.*390*.num.*18*.conſil.*163*. num.*8*.conſil.*670*. num.*31*. conſil.*1156*.num.*65*.66*. Apont.conſil.*51*. num.*28*.29*. conſil.*54*.num.*15*. conſil.*1*.num.*5*.Decian.conſil.*96*.num.*8*.conſil.*124*.num.* 27*.in* 3*.conſ.*36*.num.*13*.in* 5*. conſ.*44*.num.*16*. conſil.* 51*.num.*56*.in* 2*.conſil.*31*. num.*145*. in* 1*.Pute. deciſ.* 283*.p.p.deciſ.*15*.p.*3*.Becc. conſ.*101*. num.*57*. conſil.* 140*.num.*22*.Fontanell.d.clauſ.*1*.num.*33*.Gabr.tit.de conſuetud.concluſ.*1*.num.*69*.Natt.conſ.*406*.num.*26*. Maſcard. de Gener. ſtat. interpr. concluſ.*2*. num.*159*. Turamin.de legib.p.*3*.cap.*6*.num.*16*. Anton.Sola, ad Decret.Sabaud.tit.de iur.emphit.gloſ.*7*.nu.*22*. Pereg. conſ.*1*. num.*25*. in* 4*. Barz.deciſ.*58*. num.*6*. deciſ.*98*. Sim.de Prat.conſ.*76*.num.*16*. Gratian. deciſ.*234*.nu.* 25*. Rauden.de Analog.lib.*1*.cap.*34*.num.*290*.conſil.* 18*.num.*38*. in* 1*.Siluan. conſ.*88*.nu.*28. Omnium latiſſime *Ludouic.d.concluſ.*38*.ampl.*3*.Surd.deciſ.*129*. num.*19*.Cephal.conſ.*129*.num.*7*. Modic.de iur.natur. §.lex ſt.dub.*51*.num.*2*.Marta, deciſ.*136*.nu.*4*.Mantic.de tacit.& ambig.lib.*3*.tit.*9*.num.*29*. Piagg.de conſuet.quæſt.*4*.num.*95*.98*.Rot.deciſ.*35*.num.*20*.p.p. deciſ.*256*.num.*6*.7*.p.*2*. Rim.Iun.conſ.*724*. conſ.*581*. num.*31*.Bim.conſil.*33*.num.*29*.conſ.*113*.nu.*15*. conſil.*166*.num.*24*.Borrel.conſ.*3*.num.*16*. Cancer.*3*. reſol.c.*19*.num.*74*.Gallin.de verb.ſigniſ.lib.*10*.cap.*35*. num.*6*.Gabr.conſ.*164*.num.*7*.8*.in* 1*.Morot.conſil.*90*. num.*16*.Botta,conſ.*18*.num.*35*. Tuſc.lit. C.concl.*796*. num.*39*.45*.concluſ.*878*.num.*11*.12*.13*. Mareſcot in* 2*.reſol.*100*.num.*23*. Bero. conſ.*100*. ad fin.* ſibi contrarius, *conſ.*157*.in* 3. Imo ſi citatio a Principe tolli non poſſit, eius forma poteſt præſcribi, *Decian.conſ.* 18*.num.*92*. vol.*1. Præſertim ex conſuetudine, quæ hominum memoriam excedat.

70 Non obſtat tertium, Quia id † verum inquit, *Crauet.de antiq.tempor.p.*4*.num.*18. Niſi ſtylus eſſet præſcriptus, vel ſi ad populi, aut maioris eius partis notitiam veniſſet, quia tunc valeret in vim conſuetudinis; Maxime ſi ſtylus ſolum procedendi ordinem & modum concerneret. Tunc enim cum de modico agatur præiudicio, nil mirum ſi à Iudice inferiori induci poſſet. Sed hæc *Crauet.* opinio non placuit, *Cancer,* 3*.reſol.c.*3*.de priuil. num.*355. Nam licet ſtylus eſſet præſcriptus, remaneret tamẽ in nudo nomine ſtyli, qui inducitur per Curiam tantum, eoque certum eſt ius commune tolli non poſſe, ex *Dec.rub.de conſuet.num.*2*.ad fin.Alex.conſ.* 36*.ad fin.vol.*2.

71 Reſpon.II. Quod ſi ſtylus † ſit præſcriptus, Non minori ſpacio quatraginta annorũ, *Rot.deciſ.*1009*. nu.*1*.p.*3*.Balb. de præſcrip.*5*.par.*5*.p. princ. quæſt.*12*. Villalob.comm. opin.lit. P. num.*251*. Farinac. conſil.* 216*.num.*22*.conſil.*217*. num.*12*. Seraph.deciſ.*206*. num.*3*. Ludouic. Lucenſ.deciſ.*36*.num.*17*.23. Et venerit ad notitiam populi, aut maioris partis, Tunc iuri communi derogatum dicimus, quia in vim conſuetudinis valet, quam iuri communi derogare poſſe tradit ex multis, *Decian.conſ.*124*.volum.*3*. Cancer.d.c.*3*.de priuileg. num.*356. Hinc ſtylum ſeruandum inquit, *Afflict.deciſ.*79*.num.*4. Siue ad iudicij ordinationem, ſiue ad cauſarum deciſionem, *Oſaſc.deciſ.*22*.num.*7*.Gratian.deciſ.*237*.nu.*18*.Rauden.deciſ.*6*.num.*67*.Borrell.Summ.deciſ.tit.*13*. de legib.num.*108.

72 Reſpon. III. Quod ſi † non in iudicij forma, aditus ſit Princeps, vt priuilegium interpretetur, citatio non requiritur, *Nicell.in concord.*52*.fall.*4*. Borrell.Summ.deciſ.tit.*44*. num.*195. Sed contrapriuilegij cauſa nullam habet iudicij formam, ipſaq; interpretatio, quæ prius à Iudice, mox à Rege, nec in figura Iudicij petitur, citatione ergo non indiget.

Etſi verò hæc omnia, in præſentia potuerint, conſulto tamen nolui præterire, quo euidentius conſtet de Meſſanenſium iure, cum numquam hactenus in eiuſmodi cauſis, Fiſcum aut partem citari mos fuerit & cum aliquando Catholici Regis Maieſtas iuſſiſſet in poſterum Fiſci iura audiri debere: idque Vrbis noſtræ priuilegijs aduerſari, Curiæ Straticotialis Iudices, cauſa cognita, declaraſ-
73 ſent: † *D.Octauius Gloritius, Iuriſconſ.Patricius Tropienſis, Canonici, & Feudorum Iuris Florentiſſimus interpres in Gymnaſio Meſſanenſi*, Coram ſupremo Italiæ Conſilio, iuſtam fuiſſe Curiæ Straticotialis ſententiam, defendit, vt citatio neceſſaria amplius non ſit, Anno MDCIX. & omni penitus difficultate iam ſuperata: Hoc iure viuimus, nemine reclamante.

His itaque ſic explicitis, Illuſtriſs.Straticotus, & Iudices decreuere, Senatu inſtante; *Omnia à Melitenſi Priore attentata* poſt latam iam interloquutoriam illam, *Sunt*, & in priſtinum factam reductionem, *Reuocanda (de Facto) iterum eſſe*, Nulla præuia citatione, Nec alia interloquutoria Fuitque ſic exequutum, Anno MDCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici & Religioſi pro ſuis delictis confugientes ad Eccleſiam, ab ea defendendi, An ſint?*
*Affirmantium opinio, num.*1.
*Negantium, num.*2.
*Diſtinguentium, num.*3.
*Quid deciſum alias fuerit? Quidvè hodie decidendum ſit? num.*4.
5 *Corpus hominis, quod dicatur?*
6 *Membrum quid ſit? explicatur.*
7 *Digitum, eſſe membrum diffinit Caiet. Contrar.nu.*10*. Declar.num.*15.
8 *Irregularitas ab eo contrahitur, qui alterius digitum mutilat, abſcidit. Contrar. num.*26.
9 *Teſtes ad generandum neceſſarios ſi quis mutilat, abſcindit, irregularis fit. Ratio, num.*27.
11 *Statutum puniens mutilantem membrum locum non habet in mutilante digitum, niſi debilitetur manus, num.*17*. Alias ſecus, num.*21.
12 *Dens in corpore, non eſt propriè membrum.*
13 *Auriculam, hoc eſt, prominentem circa aurem Cartilaginem,*

tilagmem, ad externum aerem captandum, ſonorum ad ſenſum auditus, membrum non eſſe diffinimus.

14 *Caput non eſt corporis membrum, & num. 22.*

16 *Mutilare, & debilitare, quid ſit?*

18 *Pollex digitus, impropriè membrum dicitur.*

19 *Aurificis, ſeu Scriptoris Pollice abſciſſo, quo ad ſuam illam artem vtebatur, ad membri extimationem, reſpectu artis, tene ur abſcindens; non reſpectu ipſius membri: Nec Eccleſia priuatur immunitate.*

20 *Irregularitas non contrahitur ex Digitorum mutilatione, quibus à Sacerdote Euchariſtia contractatur.*

23 *Statutum de mutilante loquens, in Debilitante membrum non procedit.*

24 *Membrum ſi totaliter quis à reliquo corpore non ſeparet, Sed ita vulnerando læſerit, vt abſcindi Medicorum iudicio penitus debeat, tantumdem eſt, ac ſi ipſe mutilaſſet, abſcidiſſet, ne eccleſia gaudeat immunitate.*

25 *Membrum vulneratum ſi ex malo regimine à corpore ſecandum ſit, Eccleſia immunitate gaudere debet vulnerans.*

ARGVMENTVM.

Clericus commiſſo crimine ad Eccleſiam confugiens, An ipſius gaudeat immunitate?
Mutilans digitum, An Eccleſiæ priuetur immunitate, ſicut mutilans membrum in Eccleſia.
Ad intellect. Gregor. XIV. Bullæ.

CONSILIVM XL.

ETſi neſcius non ſim, de his duabus peregregijs propoſitis dubitationibus, adeo doctè, acutè, & copioſè reſponſum, vt fruſtra in eis laborandum mihi ſit. Ne tamen veritati, & amico roganti, meum qualecumque ſtudium, & operam denegaſſe videar, aliqua in medium afferam.

Prima, itaque eſt dubitatio, An Eccleſiæ immunitate clerici gaudeant, vt & laici? Affirmati-
1 ua fuit † *Rom.* opinio, *conſ. 180. conſ. 226. conſ. 234. & ibi, Scholiaſt. verb. aduertendum, Zabarel. c. inter alia. queſt. 6. de immun. eccleſ. & in clem. 1. nu. 9. queſt. 6. de pœnit. Scholiaſt. ad Angel. de maleſic. verb. fama publica. num. 59. lit. A. Archidiac. cap. nullus. 17. q. 4. Clar. §. fin. queſt. 30. num. 15. 16. Remig. de immun. eccleſ. fallen. 21. Tuſc. lit. E. concluſ. 9. num. 17. concluſ. 10. num. 25. concluſ. 11. num. 27. Ioan. Viſc. de immun. Eccleſ. concluſ. 2. 3. Diaz. in prax. c. 115. ſcitè Farinac. queſt. 28. num. 7. & de immun. eccleſ. num. 34. Decian. lib. 6. crimin. cap. 26. num. 1. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 3. §. 1. Villalob. commun. opin. lit. I. num. 22. P. Gambacur. lib. 4. de immun. cap. 11. Couar. 2. reſol. cap. 20. num. 16. Suarez. de religioſ. lib. 3. c. 10. nu. 7. Azeued. l. 3. num. 17. tit. 2. lib. 1. recop. Monticul. in prax. reg. 12. num. 18. Ambroſ. de immun. eccleſ. c. 12. num. 3. Genuen. prax. Archiep. cap. 18. num. 11. magis comm. Guaz. defenſ. reor. 1. c. 37. num. 49. Magis commun. Ceual. comm. queſt. 689. Guttier. lib. 3. pract. queſt. 3. num. 1.* Qui omni in caſu clericis pro ſuis delictis immunitatem concedunt, excepto eo, qui degradatus, tradendus eſt Curiæ ſeculari, *P. Gambacur. lib. 4. de immun. eccleſ. c. 11. num. 7. Farinac. queſt. 28. num. 8. & de immunit. eccleſ. ſub num. 35. Germon. de Sacror. immun. lib. 3. cap. 16. num. 90. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 14.* Si quid vero alicubi, conſuetudo præſcripta cõtrarium habeat, illi ſtandum eſſe cenſuit, *P. Gambacur. d. c. 11. num. 8.*

2 Negatiua † fuit, *Abb.* opinio *in c. inter alia. num. 13. de immun. eccleſ.* Quam laudant, *Nauar. in manual. cap. 25. num. 22. Azor. inſtit. moral. p. 2. c. 9. q. 9. verſ. clerici vero. Diaz, prax. c. 3. Humad. l. 4. gloſ. 8. nu. 2. tit. 11. p. 1. Decian. lib. 6. crim. c. 28. nu. 14. ad fin. Villag. de extenſ. leg. c. fi. nu. 64. Boer. deciſ. 109. nu. 3. Ang. in ſum. verb. immunitas. verſ. 14. Silueſt. verb. immunitas. 3. nu. 2. Armill. verb. immunitas. nu. 10. Roſell. verb. immunitas. nu. 9. Tuſc. lit. E. concl. 11. nu. 26. Suarez. de religioſ. lib. 3. c. 10. nu. 5. Genuenſ. prax. Archiep. c. 22. nu. 11. Remig. de immun. eccleſ. fall. 21. nu. 1. Guttier. lib. 3. pract. q. 3. nu. 3. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 22. nu. 54. Ceual. d. q. 689. nu. 2. Guazz. defenſ. reor. 1. c. 37. nu. 49. Azeued. l. 3. n. 17. tit. 2. li. 1. recop. Clar. §. fin. q. 30.* & deciſum refert *Ricc. in prax. deciſ. 591.*

3 Tertia denique fuit † diſtinguentis, *Decian.* opinio, *d. c. 26. nu. 1.* Aut clericus venit in Eccleſiam, vel Monaſteriũ, ex alia tamen cauſa, quàm vt eius gaudeat immunitate; Tunc inuitus ab ea extrahitur, & puniri poteſt. Aut hac mente ad Eccleſiam confugerat, vt eius fruatur beneficio, Tunc tutus ipſe erit; Leges enim Canonum immunitatem hãc tribuentes, præcipiunt, ne fide, quam in veneratione Eccleſiæ quis habet, defraudetur, quod praxi admiſſum contra, *Abb.* eiuſque aſſeclas omnes, profitetur, *Ambroſ. d. c. 12. num. 4. Ricc. d. deciſ. 591. num. 3.* & exactius, *P. Gambacur. lib. 4. de immunit. eccleſ. cap. 11.*

Sed communis hæc Doct. reſolutio accipienda ſolum eſt, de Iudice Eccleſiaſtico non Seculari, is namq; clericum in minoribus etiam conſtitutum pro delicto ab Eccleſia extrahere minimè poteſt, *Guttier. d. q. 3. nu. 4.* & alij nuper citati.

4 Quid dicendum? Negantium † ſententiam alias Meſſanæ inſecutam vidi, & à Curia Archiepiſcopali deciſum, *Presbyterum non gaudere Eccleſiæ immunitate*, ad quam pro non leui furto ipſe confugerat, Anno MDCXXI. ſuperuenit exinde, *Farin. de immun. eccleſ.* Qui, *à ſacra congreg. T. C. interprete*, declaratum fuiſſe teſtatur, *num. 36. clericos eccleſiæ gaudere immunitate.* iuxta affirmantium ſententiã, ve in eadem Archiepiſcopali Curia, *Obtinui non ſemel*, & hoc iure vtimur. Hæc ad primam.

Secunda dubitatio eſt, abſcidens digitum, An Eccleſiæ priuandus ſit immunitate, cum mutilans membrum (iure Canonum inſpecto) ſi ad Eccleſiam confugerit, eius fruatur beneficio, *ex Oldrad. conſ. 154.* Adeo vt ſi violenter ab ea extrahatur, eccleſiæ reſtituẽdus ſit, *Bonacoſ. crim. queſt. lit. M. verb. membrum. ad fin. p. p.* Quod abrogatum hodie eſt, ex Greg. XIV. Bulla, ibi, *quivè homicidia, & mutilationes membrorum, in ipſis Eccleſijs, earumve Cimiterijs committere non verentur.*

Digitized by Google

Pro reſolutione (vt ad rē proprius accedamus) excutiendum prius eſt, digitus, an propriè ſit, hu-
5 mani corporis membrũ? Qua in re, hominis † corpus illud eſſe cenſui, quod vna ſpecie continetur, vt homo, lapis, lignum; Sed ad Gregorij Bullæ terminos, in qua conſtat Pontificem diſtinguere voluiſſe, corpus ipſum, à membris; fatemur vtique id de reliqua corporis parte accipiendum, quæ ſupereſt, detractis mēbris, vt ſi detrahas manus, brachia, caput, pedes, quod ſupereſt, nēpè, ab vnguibus ſupra, dicitur corpus, Becc. conſ. 193. nu. 8. Et corporis appellatione, comprehēditur pars poſterior à collo vſque ad Nates, & pars anterior à collo vſque ad vnguina; Proinde ſi ex aliqua percuſſione & lapide, vel baculo illata, aliquod os, in dorſo, ſeu humero ſit fractum, vel coſta in latere, cum os mēbri inciſum non ſit, nec pars membri læſa, Greg. XIV. bulla non procedit, quia humerus, vel latus non eſt membrum, Becc. d. conſil. 193. num. 13. Membrum
6 † vero eſt, quaſi corporis pars, Bart. l. 2. num. 13. ff. de publ. Iud. Becc. conſil. 193. num. 3. Caball. crim. reſol. caſ. 236. nu. 2. 3. Proinde quælibet corporis particula, membrum largè dici poſſit, ſicut quilibet lapis large dicitur pars domus, l. eum qui ædes. ff. de vſucap. Becc. d. nu. 3. Mari. Alter. de cenſur. lib. 5. cap. 4. diſput. 10. dub. 5. verſ. reliquum eſt. Farin. quæſt. 19. num. 23. Caball. d. caſ. 236. num. 4. 5. Guazz. defenſ. reor. 33. cap. 6. num. 1. Propriè autem diffinit, Bart. l. publicorum. num. 13. ff. de public. Iudic. Membrum dici illud, per quod corpus mouetur, ex proprio membri officio, comm. Clar. §. fin. quæſt. 69. num. 3. Tuſc. lit. M. concluſ. 185. num. 1. Suarez. de cenſur. diſput. 44. ſect. 2. num. 8. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 15. num. 11. 14. Caſſan. Burg. conſuet. rubr. 1. §. 5. num. 2. Monteleo, prax. arbitr. par. 4. fol. 97. Adeo vt ſeparatum habeat in corpore Officium, Bart. d. num. 13. Farinac. de immun. nu. 249. & quæſt. 19. num. 23. Mar. Alter. de cenſur. lib. 5. c. 4. diſput. 10. dub. 5. verſ. reliquum eſt. Bonacoſ. crim. q. p. p. lit. M. verb. membrum; vt pes ad ambulandum, oculus ad videndum, manus ad palpandum, & ſic de ſingulis, inſtar domus, Cuius partes ille ſunt, quæ per diuerſa officia diſtinguuntur, coquina nempè, camera, aula; in coquina coquitur, in aula commeditur, in camera dormitur, l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ibi, ſed ſi plures. ff. de damn. infect. l. 2. C. de edific. priuat. Bald. l. 3. nu. 5. C. de accuſ. in l. data opera. num. 50. ad fin. C. de his qui accuſ. poſſ. & in auth. Sed nouo iure. nu. 2. Ang. nu. 2. Fulgoſ. nu. 1. Caſtr. nu. 2. Cepol. nu. 43. Scholiaſt. ad Butric. & Salic. C. de ſeru. fugit. Abb. c. cum illorum. de ſent. excom. Ang. num. 8. Imol. nu. 6. d. l. publicorum. Ang. de malefic. verb. membrum. nu. 1. 2. & ibi, Auguſt. nu. 9. 19. num. 3. 4. P. Gambacur. lib. 5. de immunit. eccleſ. cap. 17. num. 7. Marius, Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 8. Caual. de Brach. reg. p. 4. nu. 152. Guazz. d. c. 6. num. 1. Caball. d. caſ. 236. num. 6. 7. 8. Naſus ad odorandum eſt membrum, Bart. d. l. 2. num. 13. Farin. de immun. eccleſ. num. 249. P. Gambacur. d. nu. 7. Lingua cum diſtinctam in corpore habeat operationem ad loquendum, membrum eſt, l. ſi cui linguæ. ff. de ædil. edic. Bart. d. l. 2. num. 13. Bald. l. ſi fugitiui. num. 1. C. de ſeru. fugit. l. 3. num. 5. C. de accuſ. Angel. d. l. 2. num. 8. & ibi, Imol. num. 6. Brunell. c. 1. concluſ. 15. de homicid. Caſtr. d. auth. ſed nouo iure. num. 2. Cepoll. d. num. 43. Caball. d. caſ. 236. num. 10. P. Gambacur. d. num. 7. 11. Mari. Ital. d. §. 3. num. 8. Guazz. d. c. 6. num. 2. Farin. de immun. eccleſ. num. 249. & q. 19. num. 23. quod verius licet negent, Cepoll. l. 2. num. 2. ff. de publ. Iud. Caſſan. Burg. conſuet. rub. 1. §. 5. Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 152. ſic oculus eſt membrum. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 69. nu. 6. Farin. d. num. 249. Guazz. d. c. 6. nu. 3. Arnon. epitom. 54. Mar. Ital. d. §. 3. c. 8. Caual. d. num. 152. lit. O.

7 His ſic poſitis, putat, † Caiet. 2. 2. quæſt. 65. art. 1. Omnes corporis partes, Coadiuuantes cætera mēbra ad ſua officia, inter membra connumerari debere, Cuiuſmodi ſunt digiti, qui manum adiuuant,
8 adeo vt ex abſciſſione † ſeu mutilatione huius mēbri diſtinctam non habentis operationem, Sed acceſſoriam, irregularitas contrahatur, Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 2. artic. 1. Suarez, de cenſur. diſput. 44. ſect. 8. Caietan. d. quæſt. 61. art. 1. Et rationem addit,
9 quod, Textes † qui ad generandum neceſſarij ſunt, ſicut pondera textricum, vt ait Philoſophus, inter membra reponi videntur, Quorum abſciſſio irregularem facit, c. ſi quis abſciderit. c. ſi quis per ægritudinem. diſt. 55. Licet proprium eorum Officium nō ſit generare, ſed ſolum ad id coadiuuare. Proinde mutilante in Eccleſia alterius digitum eius non gaudere immunitate, dixerunt alij.

Contrarium dixi Verius: Imo Eccleſiæ illum gaudere immunitate, ex Bart. l. 2. nu. 13. ff. de public.
10 Iudic. Qui digitum † propriè membrum non eſſe voluit, ſed Officium membri, cui deſeruit, Litem offilius. & ibi Cepoll. num. 3. ff. de ædilic. edict. l. non ſunt liberi. vbi Bart. & alij. ff. de ſtat. homi. Bald. de non. inueſt. fidclit. in princ. num. 5. Caball. crim. reſol. 236. nu. 5. 110. 118. Bonacoſſ. quæſt. crimin. lit. M. verb. membrum. Mari. Alter. de cenſur. lib. 5. cap. 4. diſput. 10. dub. 5. Foller. prax. crimin. verb. de ſor. capitul. in vulner. Caual. de Brach. reg. p. 4. num. 152. ad fin. & con-
11 ſtit. ſi quis aliquem. rubr. 12. lib. 1. Puniens † mutilantem membrum, locum non habet in abſcindente digitum, Socc. c. ad audientiam. num. 190. de homic. in 6. Bald. d. auth. ſed nouo iure. num. 3. & ibi Angel. num. 2. Fulg. num. 2. Caſtr. num. 3. Salic. in prin. Cagnol. l. imperium. num. 218. ff. de iuriſd. omn. Iudic. plenè Bart. conſ. 201. & ibi Scholiaſt. Angel. de maleſic. verb. membrum. num. 2. & ibi Auguſt. num. 9. Nauar. in manual. c. 27. nu. 206. Lopez. ad Diaz. in prax. c. 99. lit. D. ex comm. Clar. §. fin. quæſt. 96. num. 3. Mari. Alter. de cenſur. lib. 5. cap. 4. diſput. 10. verſ. reliquum eſt. Bonacoſſ. d. verb. membrum. Mazzol. conſ. 13. num. 8. Rube. Alexand. conſ. 83. Farinac. quæſt. 19. num. 24. Tuſc. lit. M. concluſ. 185. num. 2. Maſtrill. deciſ. 168. num. 5. 10. Caball. d. caſ. 236. num. 10. 110. Becc. conſ. 193. num. 5. Ball. tract. var. lib. 3. tit. de lit. diſpenſ. cap. 2. num. 14. Guazz. d. c. 6. nu. 6. ex comm. Couar. clem. ſi furioſus. p. 3. relict. num. 8. de homic. Campan. c. ſi iuſte. 146. num. 43. cap. ad peruerſorum. 252. num. 15. Quia digitus operationem per ſe diſtinctam non habet, Clar. §. fin. quæſt. 69. & ibi Baiard. nu. 4. 6. Rube. Alexand. conſ. 63. Farin. quæſt. 19. num. 23. Couar. d. clem. ſi furioſus. nu. 8. Plach. li. 1. delict. c. 25. nu. 7. Sed mediante manu, quam propriè membrum omnes ap-
12 pellant. Sic dens † non eſt membrũ corporis, cum operationē propriam, & diſtinctam nō habeat, ſed mediantibus alijs membris, l. cui dens. & ibi Cepoll. num. 2.

Digitized by Google

num.2.12.13.ff.de ædil. edict. Bart. l.2. num.13. Angel.num. 11. Imol.num.4. ff.de public. Indic. Bald.d. auth.ſed nouo iure.nu.4.Fulg.nu.2.Angel.in princ. & de malefic.verb.membrum.num.3.vbi Scholiaſt.num. 11.Socc.d.c.ad audientiam.num.200.P.Gambacur.d. cap.17.num.10.Mari.Alter. d. diſput.10. verſ.reliquum eſt.Guazz.d.c.6.num.9.Becc.conſ.193.num.6. Caball. d. caſ.236.num.12.13. Auriculam, hoc eſt
13 † prominentem circa aurem cartilaginem, ad externum aerem captandum ſonorum ad ſenſum auditus, membrum eſſe apertè negat, P.Gambacur.d. cap.11.num.13.Nauar.in Manual.cap.27.num.223. Couar.d.clem.ſi furioſus.p.3.in princ. relect.num.8. de homicid.ad Lopez.ad Diaz.prax.crim.c.49.lit.D. Farinac.pragm.par.2.num.590.591.592. Licet diſſentiant Mari.Alter.de cenſur.lib.5.c.4.diſput.10.verſ. tertio hic.Tolet.lib.1.Inſtruct.Sacerdot.cap.76.verſ. dubitabit aliquis. Maiol.lib.1. de irregul.c.25.nu.5.9.
14 Imo caput, nec † eſt membrum, cum in corpore, illud ſit Princeps, l.cum in diuerſis.ff.de relig.ſumpt. fun. Ei namque deſeruiunt omnia corporis mem-
15 bra, Becc.conſ.193.nu.7. Fateor † tamen digitum, partem membri eſſe, quia digito abſciſſo, pars membri dicitur abſciſſa, l.item Offilius. in princ.ff.de ædilit.edict.Bart.conſ.201.p.p.Tuſc.lit.M.concl.185. num.3.Vel membrum erit, cæteris membris, acceſſorium, Caual. de Brach.reg.par.4.num.152.verſic. nam hæc.

16 Secundo mutilatum † illum eſſe ſcripſit, Felin.c. 2.de probat. Cuius manus abſciſſa fuit, & debilitatum id eſſe, ait, Bald.l.ſi fugitiui.nu.9. C.de ſeru.fugit. Qui officio alicuius membri impeditur, l.nõ ſolum.& ibi Angel.ff.de rei vend.Abb.Dec.& alij in c. ſi pro debilitate.num.1.2. de Offic.deleg. Dec. d.l.ſi fugitiui.num 13. Farin.de immun. eccleſ.num.249. Menoch.de arbitr.caſ.68.num.15.16.Guazz.d.c 6.num. 8.Mari.Alter.de cenſur.lib.5.cap.4.diſput.10. dub.5. Sic mutilatio propriè eſt, ſi Officium membri impeditur, l.Item offilius. ibi, Si tamen ob eam rem, eo minus vti poſſit.ff.de ædil. edic. Bart.l.2.nu.16.ad fin. ff.de publ. Iud. Caball.d.caſ.236.num.123. Guazz.d. num.8.Cumia,rit.64.num.30. Truncatio eſt, ſi in totum abſcinditur, Abb.cap.cum illorum.de ſenten.excommun.Dec.l.Imperium.ff.de iuriſd.omn.iudic.Campan.Regn.Neap.cap.ſi iuſtè.146.nu.42. Cumia, d.rit. 64.num.32. Cumque Gregor. XIV. Bulla, de mutilante membrum loquatur, in debilitante non procedit, Farin.d.num.249. Mari. Alter. d. diſput.10. dub.5. Digito ergo abſciſſo, Etſi debilitetur manus, aut pes, non tamen membrum, abſciſſum, & mutilatum dicitur, ſi enim membrũ non eſt à reliquo corpore ſeparatum licet ſit aridum & inutile, eſt pars corporis ipſumq; corpus dicitur integrum ex omni ſui parte; abſciſſo autem membro corpus non erit integrum, & completum, Mari. Alter.d. diſput.10 dub.5. Rectè itaque notauit, Couar.clem.ſi furioſus.p.3.in init.nu.9.de homicid. Apud latinæ linguæ Authores, Mancus dicitur, Qui membrum habet debile, & aridum. Mutilus autem, cui membrum eſt abſciſſum.

Tertio, plures (hac in re) conſtituendos eſſe caſus dixerunt Alij, pro varijs Regni Legibus, diuerſiſque pœnis; à Statuto contra mutilantem, vel debilitatem impoſitis.

17 Primus eſt, Si inciſo digito † debilitata fuit manus, Tunc Statutariæ pœnæ, contra membrum mutilantem locus eſt, licet digitus membrum non ſit, ſed officium membri, quia debilitato digito tota manus (& ſic membrum) eſt debilitata, Imol.d.l.2. num.7.Angel. d.verb.membrum. num.4.8.Maſtrill. deciſ.168.num.10.Alber. de ſtatut. par.2. quæſt.25. num.1.Vital.& Rube. quos ſequutus eſt, Baiard.ad Clar.quæſt.69.num.101. Becc. conſ.193.nu.10. Oliui. d.c.9. num.7. Guazz.d.c.6.num.6. Caball. d.caſ.236. num.111.112.118. Et vbi pro membro debilitato imponitur pœna, Truncato digito, locus eſt pœna, Caual. de Brach. reg.p.4. num.152. Guazz. d.num.6. ad fin.& num.8.Capell.Tholoſ.deciſ.208.nu.3. Quod ex Statuentium mente deprehenditur, Mari. Alter.de cenſur.lib.5.c.4.diſput.10.verſ.verum. Fortius ſi inciſis duobus digitis manus operari non poſſet, ſuumque officium exercere, vt inutilis ferè ſit, Ca-
18 ball.d.caſ.236.num.115. Sic Pollex digitus † nec propriè, ſed largè dicitur membrum, Mazzol.conſ. 13.num.12. Guazz. defenſ.reor.33. c.6.num.7. Hinc aduertit, Angel.d.verb.membrum.nu.1. Quod ſi Pi-
19 ctori † vel Scriptori abſciſſus ſit Pollex, vel debilitatus, tota manus, reſpectu eius exercitij, debilitata erit, arg.l.inde Neratius. §.idem Iulianus verſ. & ideo.ff.ad leg. Aquil. Ang.d.verb.membrum. num. 7.8.Foller.in prax.p.6.de form. capitul. in vulner. nu. 23. Becc.conſil.193. num.10. Caball.d.caſ.236.num. 114.119.120.Guaz.d.num.7. In Aurifice, cuius debilitatus eſt digitus, quo ad ſuam illam artem vtebatur, Felin.c.ego enim.nu.6. de iureiur. Sed hoc verum ſatis cenſui, ſi de membri exſtimatione ad illatum damnum compenſandum loquimur, nõ quod membrum ipſum ex ſe exſtimetur, quia liberum corpus eiuſque membrum non recipit exſtimationem, Bal.l.non impoſſibile.nu.3.& ibi Caſtr.nu.7.ff.de pact. Bertaz.crim.conſ.16.nu.3.vol.1. Achill. deciſ. 365.nu.1.de iniur.p.p.Guaz.reor.defenſ.35. c.4.num. 14.Sic filij ad exſtimationem membrorum corporis, occiſi patris agere nec poſſunt, Crauet.conſ.116. num.9.Roland.coſ.39.num.3.vol.2. Ad priuationem vero immunitatis, ſi id in Eccleſia fiat; certum eſt ſub membri mutilatione non cõprehendi, P.Gambacur.lib.5.de immun.eccleſ.cap.18.num.8. Imo nec
20 † irregularitas incurritur ex mutilatione digitorum, quibus à Sacerdote, Euchariſtia contrectatur, prout eſt Pollex, aut Index, vel medius, Sayr. de cenſur.lib.6.c.15.num.16. Farin.fragm.p.2. num. 589. Etſi diſſentiat, Sylueſt.in ſum.verb.homicidium. 3.quæſt.3.Mayol.de irregul.lib.5.c.50.num.2.Tholet. de Inſtruct.Sacerd.lib.1.c.27. not.3.

21 Secundus caſus eſt, Si mutilato digito † Arida, & inutilis facta non fuerit manus, Tunc ſtatutariæ pœnæ locus non erit Foller. d.num.23. Alber. d.q. 25. num.1. latè Caball. d.caſ.236.num.112.117. Et ita accipiendus eſt, Farin.quæſt.19. num.24. Medicorum itaq; erit arbitrium, qui digitus ille ſit, qui debilitatus fuerat, & an ex eius debilitatione manus quoque ſit debilitata, Foller. d.num.23. Caball. d.caſ.236.num.113. Verum ſi abſciſſus non eſt digitus, ſed ſolum debilitatus, Quia extrema eius pars ab extremo nodo infra, abſcinditur, Tunc, nec Statuto illo comprehenditur, Mazzol. conſ.13.num.1.
22 Guazz.d.c.6.num.7. Nec ex † vulnere capiti illato,

culus os ſi læſum, vel fractum fuerit, graue licet ſit vulnus, caput tamen cum non ſit membrum ex eo vulnere os alicuius membri fractum aut læſum dici non poteſt, *Becc.d.conſ.193.num.11.* Hic caſus noſtro non conuenit.

23 Tertius caſus eſt, ſi Statutum † de mutilante loquatur, Nec in debilitante procedere notat, *Bart. conſ.202. vol.1. Maſtrill.deciſ.168.nu.9. Tuſc. lit.M. concluſ.185. num.4. Campan. Regn. Neap. c. ad peruerſorum.252.num.15. Mari. Alter. de cenſur.lib.5. cap.4. diſput.10. dub.5.* Etſi inutilis in totum non reddatur manus, ſi tamen abſciſſo digito aliqualiter impediretur, manum mutilatam fuiſſe ſcripſit, *Bart. l.2.quæſt.vlt. ff.de public. Iudic. Oliui. ad l.Sardin.c.9.nu.7.Maſtrill.d.deciſ.168.nu.11.* Qui hoc inre M.R.C. vti profitetur, & ex *Antiqua Apoſt. ad d.conſtit.ſi quis aliquem. rub.12.lib.1.* Cumque Gregor.XIV. Bulla, de mutilante membrum loquatur, eccleſiæ immunitare priuandus reus non eſt, & ſi mutilaro digito debilitata in Eccleſia ſit manus, quæ corporis membrum propriè eſt, *Ma.Ital.de immunit. eccleſ. lib.1.c.5.§.3. num.8. ad num. vſque 18. T.Gambacur.de immun.eccleſ.lib.5.c.17.num.4. Farin.de immun.eccleſ.num 249.*

Quartus caſus eſt, ſi quis totaliter membrum
24 † non ſecet, neque illud à reliquo corpore ſeparet, ſed ita grauiter lædat, ne poſſit amplius in corpore conſeruari, vt Medicorum conſilio abſcindatur, tantumdem eſt, ac ſi ipſe abſcidiſſet, is enim abſcidit, qui ita malè afficit, vt abſcindi neceſſe ſit. Tunc Eccleſiæ non gauderet immunitate, *T. Gambacur.*
25 *d.c.17.num.6.* At ſi, ex malo † ipſius regimine, vel aliundè oriretur poſtea ſecandi membri neceſſitas, nō ex illius percuſſione; Tunc nec eſt in ipſum percutientem infligenda mutilationis culpa, ſed percuſſionis tantum. Quare ſi id in Eccleſia commiſſerit, ab Eccleſia, adhuc defendendus eſt reus, *T.Gambacur.d.num.6.*

Non obſtat. *Caiet.2.2.quæſt.65.art.1.* Et alij ci-
26 tati, *num.8.* Quia verius eſt † mutilato, & abſciſſo digito, irregularitatem non cōtrahi, *Angelic.verb. homicidium.5.num.7.Nauar.in manual.c.27.nu.206. verſ.ſecundo dico. Farin.fragm.par.2.verb.irregularitas. num.587.588.Couar. c.ſi furioſus.p.3. in princ. num.8.de homic.Mari. Alter. de Cenſur.lib.5.c.4. diſput.10. verſ.reliquum eſt. Mayol. de irregular.lib.5. cap.50.num.2.Graff.lib.2.deciſ.c.62.num.4. Sayr.de cenſur.eccleſ.lib.6.cap.15.num.13. Auila, de cenſur. eccleſ.p.7.diſput.5.ſect.1.dub.1.* Neque enim irregularitas ex mutilatione, & abſciſſione membri incurritur, Quod ſolum ad corporis ornatum, & decorem pertinet. Cuiuſmodi ſunt dentes, mentum barba, & capilli capitis, *Mayol.d.c.50.num.3.Sayr. d.c.15.num.11.Farin.fragm.p.2.num.374.375.585.* Imo nec irregularitas contrahitur, ſi abſcindatur, vel mutiletur membrum, quod licet ad eiuſdem corporis ornatum, & integritatem ſpectet, non tamen propriam haber, & per ſe diſtinctam ab alijs operationem, ſed coniunctam, & acceſſoriam, cum aliqua participatione, vt eſt digitus, licet alter ex tribus digitis abſcindatur, quibus *(vt dixi num.20.)* à Sacerdote Euchariſtia contrectatur: In hac itaque eccleſiaſticæ immunitatis materia illa corporis pars propriè dicitur membrum, quæ ſuum proprium, & peculiarem actum habet ab alijs diſtinctum, vt ſunt manus ad palpandum, pedes ad ambulandum, oculi ad videndum aures ad audiendum, nares ad odorandum, & lingua ad loquendum; Reliqua vero membra non habentia hanc, ab alijs diſtinctam operationem, vt in digito dixi, ex eorum mutilatione, & abſciſſione, ſicut irregularitas non contrahitur, ſic nec Eccleſiæ priuatur immunitate.

27 Nec obſtat *Caiet.* fundamentum † quia vanum, deficitque in duobus, vt minimum. Primum, quod neque Teſtes *ex c.ſi quis abſciderit.c.ſi quis per ægritudinem.diſtin.55.* membra vocantur, neque ex eo, quod eorum abſciſſio irregularitatem inducit, Sequitur, eſſe membra. Irregularem enim facit eorum ſectio, propter nimiam crudelitatem, cum nō fiat ſine multa ſanguinis effuſione, nec ſine graui vitæ periculo. Secundo, quia licet ſint ſolum partes coadiuuantes, eorum tamen ſectio, eſt valde contraria naturæ intendenti conſeruationē ſpeciei, & indiuidi, quibus vtriſque repugnat; Cōſeruationi quidem ſpeciei, quia facit impotētem ad generandū; Conſeruationi vero indiuidui, propter probabile mortis periculum, cui exponit, quæ duo in ſectione aliarum partium coadiuuantium deſunt.

Verum, quod Gregor.XIV. Sua Bulla, de *Immun. Eccleſ.* ait, *In Eccleſijs, earumvè Cimiterijs.* Accipiendum quoque eſt, ſi prope Eccleſiam, vel alibi, ſpe tamen immunitatis eiuſdem. Iuxta diſtinctionem quam alibi recenſuimus.

Ex his in abſcindente, inimici ſui pollicem. Fuit Panormi in Curia Archiepiſcopali deciſum. *Gaudeat Eccleſia immunitate*, Anno MDCIX.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio de perſona ad perſonam non admittitur in pœnalibus. Declar.num.20.22.*

2 *Pragmatica, Proclama, vel Statutum, vltra perſonas, & caſus expreſſos non extenditur.*

3 *Pœna Statuti punientis facientem maleficium, An puniatur fieri faciens; cum fauor Reipublicæ ſit punire maleficia.*

4 *Simplex auxilium, pro Iudicis arbitrio, punitur.*

5 *Auxilium ſi pœna, qua principalis, ex Statuto puniendum ſit, de eo intelligi debet, quod cooperatiuum in delicto fuit.*

6 *Auxilium ferens delinquenti, per actum remotum mitius punitur, Niſi cauſam dederit homicidio, numero 24.*

7 *Auxilium præſtans delinquenti, qualitatis, delictum aggrauatis ignarus, non punitur pœna, pro qualitate delicti (ſi ſciuiſſet) imponenda.*

8 *Auxilium ad maleficium in dubio ignoranter præſtitum præſumitur, vt ſcientiam Fiſcus probare teneatur.*

9 *Aſſaſſinij qualitas prius probanda eſt, ad fundandam Secularis Iudicis iuriſdictionem contra Clericum. Declar.num.29.*

10 *Aſſaſſinium non committitur ſine promiſſione, aut datione pecuniæ.*

11 *Promiſſio pecuniæ in Aſſaſſinio ſatis eſt, etiam ſine ſcriptura, vel alia cautela, dummodo à mandatario fuerit acceptata.*

Auxilium

12 *Auxilium ſi dederit cauſam delicto, punitur pœna, qua Principalis.*

13 *Mutuans pecuniam cauſa inueniendi aſſaſſinum, pœna qua Principalis plecti debet.*

14 *Aſſaſſinio qui opem præſtat pari pœna plectitur qua Aſſaſſinus ſi delicti qualitatem, & pecuniæ interuentum non ignoret.*

15 *Mutuans ſcienter pecuniam pro emendis armis ad homicidium, eandem meretur pœnam, quam Principalis.*

16 *Arma commodans ſcienter ad vulnerandum, particeps eſt delicti, ſecus ſi bona fide.*

17 *Auxilium eſt, quomodocunque alicui ſuccurratur.*

18 *Auxilium nedum facto, ſed verbis præſtari ſolet, Sed raro abſque facto.*

19 *Nuntius literas, in quibus de delicto committendo tractatur, ſi ſciens defert, punitur.*

21 *Auxiliator in Aſſaſſinio non gaudet Eccleſiæ immunitate; ſicut nec Aſſaſſinus.*

23 *Auxilium ſimplex, quid ſit? diffinitur.*

25 *Scientia auxiliatoris, in Aſſaſſinio, probabilibus argumentis probari poteſt, ſicut & ipſum Aſſaſſinium; & quæ ſint.*

26 *Aſſaſſini etiam clerici, de foro ſeculari ſunt ipſo iure.*

27 *Aſaſſinus clericus degradandus non eſt, cum ſit degradatus à Lege.*

28 *Clericus prima Tonſuræ vt Fori ſui priuetur priuilegio trina non requiritur monitio, nec incorrigibilitas.*

30 *Teſtes de auditu, Imo & de auditu audiens, in Aſſaſſinio ſatis ſunt ad torturam.*

31 *Aſſaſſinium, & quoduis crimen, cui Eccleſia non patrocinatur, probatum ſatis dicimus per indicia, quæ ſufficiant ad torturam.*

32 *Aſſaſſinij qualitas à Iudice Eccleſiaſtico declaranda eſt, priuſquam à laico procedatur.*

ARGVMENTVM.

Depoſitarius conuentæ in Aſſaſſinio pecuniæ, qua pœna, pro Auxilio præſtito, puniendus ſit? Homicidio iam ſequuto.

CONSILIVM XLI.

VIdua mater nupſit Friderico, quod ægrè ferens filius, quia inferioris conditionis eſset Vitricus, patre ſuo Patricio Panormitano; Aſſaſſinio illum occidere deliberauit. Titius itaque Aſsaſſinus, vt commiſſo homicidio conuentam pecuniam vere aſsequeretur, illam Don Franciſco clerico tonſurato (vt fido homini) à Priuigno mãdante in depoſitum tradendam voluit, quo ſecurior ſit, neque eluderetur. Huius rei certior factus Don Franciſcus à mandante, & mandatario, conuentam illam pecuniam, aſſaſſinij precium in depoſitum recepiſse fatetur, Quam ſecuta Friderici nece, Titio ſe ſoluturum promiſit.

Occiſo Friderico pecuniam à Don Franciſco depoſitario conſequutus fuit Titius aſsaſſinus. Sed formata contra omnes Fiſci inquiſitione, & receptis à Magna Regia Curia teſtibus; Don Franciſcus depoſitarius ad D. Archiepiſcopum ſe remitti petijt. Dubitari idcirco contingit, Quæ ſit, in aſſaſsinio, depoſitarij pœna? Quodvè ſit eius delictum?

Permultæ ſunt rationes, & argumenta, quibus dicendum eſt, Nulla pœna depoſitarium teneri, cum in aſsaſſinio non deliquerit.

1 Primo, lex pœnalis † de perſona ad perſonam non extenditur, *Dec. l. factum. §. in pœnalibus. num. 5. ff. de regul. iur. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concluſ. 4. num. 87.* quod pro regula tradit, *Villag. de extenſ. leg. correct. & pœnal. in princ.* & alij à *Farin. conſ. 85.*
2 *num. 72.* Nec Statutum † loquens in perſonam, vltra perſonas, & caſus expreſsos extenditur, *Socc. conſ 74. num. 5. in 3. Dec. conſ. 211. num. 5. conſil. 218. num. 9. conſil. 377. num. 2. Crauet. conſil. 98. num. 13. Gabr. conſil. 83. num. 61. conſil. 197. num. 16. in 1. Decian. lib. 9. crim. cap. 32. num. 10. cap. 39. num. 5. ad fin. Maſcard. de gener. Stat. interpr. concluſ. 4. num. 54. Clar. §. fin. quæſt. 89. Rot. Bonon. deciſ. 30. nu. 93. in noniſſ. Rouit. rub. de aſſaſſin. pragm. 1. num. 21. Burſ. conſ. 402. num. 5. Neguſ. conſ. 306. num. 15. conſ. 450. num. 31. conſil. 147. num. 11. Rim. Iun. conſil. 19. num. 33. conſil. 23. num. 21.* Sicut nec Pragmatica, *Rouit. d. pragm. 1. num. 20.* Vel proclama, *Farin. d. conſil. 85.*
3 *num. 72.* Proinde Statutum † loquens in perſona delinquentis non comprehendit mandantem, ex propria verborũ ſignificatione, ſed ex interpretatione, *Bart. l. hac verba. ff. de adult. in l. ſi quis id quod. §. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. Afflict. deciſ. 404. num. 6.* Quod enim Statutum non dicit, velle non præſumitur, *arg. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. Neguſ. conſ. 87. nu. 17. Roland. conſ. 55. nu. 27. 28. in 1. Malnaſ. conſ. 74. nu. 6. Maſcard. de gener. Stat. interpr. concl. 4. num. 4. Caball. crim. reſol. caſ. 289. nu. 3.* Licet in fauorem Reipublicæ tenderet, cuius intereſt, ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Quia hoc tantum inſpecto, nec fauorabilis lex eſt, ex multis à *Sarmient. lib. 1. Select. interp. c. 12.* Nam ſi ratio hæc inſpicienda ſit, omnia ſtatuta pœnalia, quæ delicta coercent, fauorabilia iudicarentur, quia publicam concernunt vtilitatem, ac proinde extendenda, quod dicendum non eſt, *ex Farin. conſ. 27. nu. 7. Rouit. d. pragm. 1. nu. 54.* Odioſa enim, licet ſint, ſecundario fauorabilia; ſunt tamen ſtrictè intelligenda, *Cephal. conſ. 161. num. 6. 7. Maſcard. de gener. Statut. interpr. concluſ. 4. num. 139.*

Secundo, Conuentam Aſſaſſinij pecuniam in depoſitum recipiens, ſimplex præſtat auxilium, cũ
4 in eo cooperatus non fuerit. Sed ſimplex † auxilium pro arbitrio puniri voluit, *Ioan. Andr. c. felicis. § illud. de pœn. in 6. Aug. l. is qui opem. ff. de furt. Farin. q. 130. nu. 44. Teſſaur. lib. 1. Foren. q. 46. num. 3. Gram. conſ. 45. nu. 41. Iaſ. conſ. 136. ad fin. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 29. ad fin. Maſcard. de probat. concluſ. 159. num. 25. Laderch. conſil. 194. num. 5. Neguſ. conſil. 208. num. 3. 4. Muſcatell. titu. de homicid. median. mandat. rubr. de pœn. num. 25. Guazz. reor. defenſ. 33. cap. 10. num. 2.* Hinc reum excuſandum inquit, *Rimin. Iun. conſil. 59. num. 13.* Qui noctu hoſpitatus fuerat

rat homi cidas, vt delicto non dum commiſſo, promiſerat, conſtare enim non poterat promiſſionem hanc ipſius homicidij cauſam fuiſſe; ſed qui hoc allegaret, ſoli inniteretur præſumptioni, ex qua nemo ordinaria pœna damnatur, *l. abſentem. ff. de pœn. c. afferte. de præſump. Cepoll. conſ. 27. num. 12. Marſ. in prax. §. quoniam. num. 31. 32. 33. Neguſ. conſil. 499. num. 28. Boſſ. tit. de coniect. num. 40.* latè *Clar. §. fin. q.* 20. Poſſibile eſt, quod ſine auxilio feciſſet, poſſibi-
5 le quod non feciſſet. Nec Statutum puniens † auxiliantem pœna, qua puniendus eſt delinquens, de quolibet auxilio intelligi debet, ſed de eo, quod cauſa fuit homicidij; *Marſ. conſ. 30. Rvin. conſil. 82. num. 5. in 4. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 90. num. 28. Guazz. reor. defenſ. 33. c. 10. num. 4. Caual. de Brach. reg. p. 4. num. 178. Rim. Iun. conſ. 106. num. 12. conſil. 310. conſ. 349. num. 11.*

6 Tertio, Remotum † ſi quod ſcienter præſtitum eſt auxilium pœna; qua principalis, non punitur, Sed mitiori, *Angel. & Bald. in l. 1. C. de nili, aggerib. non rumpen. in l. 1. C. de crim. petul.* Idem & contra *Bart. & alter ſentientem in l. is qui opem. num. 5. & in l. in furti. §. ope. num. 2. ff. de furt.* teſtantur *Barbat. c. 1. num. 73. Felin. num. 13. Dec. nu. 12. Bero. num. 98. de off. deleg. Plach. lib. 1. delict. c. 16. num. 2. 4. Tuſc. lit. A. concluſ. 569. nu. 1. 22. Menoch. de Arbitr. caſ. 349. num. 9. Paz. l. Styl. 56. num. 6. Schrader. de feud. par. 9. c. 2. num. 29. Roſentall. de feud. c. 10. concluſ. 28. num. 53.* Ac proinde, Iniquum eſſe inquit *Salic. l. 1. num. 24. C. de rap. virg.* quod vbi minus auxilium eſt; Eadem ſit pœna, vt opinatur, & malè, *Bart. loc. iam citat.* Hinc hominem defendit, *Cepoll. conſ. 27.* Qui dixerat, ite ad occidendum, deferam enim inſtrumenta, quibus eum ſepelliemus; *Blanc. in prax. c. 120. Guazz. reor. defenſ. 33. c. 10. nu. 4. Ladereb. conſ. 194. num. 5.* Et pœnam ordinariam Auxiliatori non irrogandam ſcripſit, *Grat. conſ. 52. num. 15. volum. 2.* Qui perquiſito offenſo, denuntiauerat offendenti, domo exijſſe; & curauerat, vt ad locum veniret, in quo fuerat occiſus, *Iodoc. in prax. c. 134. Plach. d. c. 16. num. 5. Socc. Iun. conſ. 34. num. 16. in 2. Carrer. in prax. §. homicidium. num. 69. Pariſ. conſ. 152. nu. 37. conſ. 154. num. 2. in 4. Laderch. d. conſil. 194. num. 5. Teſſaur. lib. 1. forenſ. quæſt. 46. num. 3. Farinac. quæſt. 130. num. 47. Couar. clem. furioſus. p. 2. §. 2. num. 2.* Si pœna fuiſſet corporalis; At ſi pecuniaria, ſecus, *ex §. interdum quoque furti. ibi, Aut ſcalas feneſtris. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. nu. 6. Marſ. l. fin. num. 36. ff. de ſicar. Angel. de maleſic. gloſ. dicto maleficio. num. 17. Roſentall. d. num. 53.* Concludit & meritò, *Felin. cap. ſicut dignum. lim. 1. 5. de homicid.* Auxilium non puniri, niſi præſtitum, ſit per actum proximum, & ſcienter, *Marſ. in prax. §. conſtante. num. 50. 55. 61. Alba, conſ. 47. num. 7.*

7 Quarto, Auxiliator, ignorans † qualitatem delictum aggrauantem feriendus non eſt pœna, pro qualitate delicti, (ſi ſciuiſſet) imponenda, *Angel. l. 1. col. 2. C. de Nili, aggerib. non rumpen. Dec. d. c. 1. num. 12. de off. deleg. Clar. d. quæſt. 90. nu. 1. Schrader. d. p. 9. c. 2. nu. 31. Coſta, conſ. 33. nu. 2. Roſentall. d. concluſ. 28. nu. 58.* Quia in dubio, auxilium ignoranter
8 † præſtitum præſumitur. *Felin. c. ſicut dignum. limit. 1. 5. de homicid. Ruin. cõſ. 1. nu. 2. in 5. Carrer. §. homicidium. num. 54. Gram. deciſ. 25. num. 3. Farin. q. 130. num. 4. & infra, Tuſc. lit. A. concluſ. 570. num. 28. Boſſ. tit. de rapin. num. 17. Macerat. lib. 3. reſol. 8. nu. 7. Alba, conſ. 47. ad fin. Maſcard. de probat. concluſ. 1258. num. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 349. nu. 6. Honded. conſil. 96. num. 24. vol. 1. Guazz. reor. defenſ. 4. cap. 14. ſub num. 20. defenſ. 33. c. 10. nu. 6. Decian. lib. 7. crim. c. 34. nu. 7.* ſcite *Carpan. ad Nou. Mediol. conſtit. c. homicida. §. 1. num. 1478. 1187.* Vt niſi à Fiſco probetur ſcientia, abſoluendus ſit reus, *ex Bart. l. omnis. nu. 2. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Dec. d. c. 1. num. 12. Angel. d. l. 1. col. 2. Gomez, 3. delict. c. 3. nu. 50. Guazz. d. c. 14. num. 20. d. c. 10. nu. 6. Carrer. d. §. homicidium. nu. 61. Plach. lib. 1. delict. c. 16. nu. 10. Alba. conſ. 47. nu. 5. 6. 7. Schrader. d. c. 2. num. 33. Roſentall. de feud. c. 10. concluſ. 28. nu. 59.* Quæ nec præſumitur, niſi delictum fuerit notorium, *Paris. conſ. 152. nu. 37. 38. in 1. Horat. Luc. conſ. 168. num. 41. vol. 1. crimin. Fachin. conſ. 79. num. 10. lib. 3. Burſ. conſ. 146. nu. 20. Gomez, d. nu. 50. Guaz. d. nu. 6.* Nec animus trahitur ad ignota, *l. mater decedens. ff. de inoff. teſtam. Bald. l. ob hæc verba. ff. de inſ. vu. Doct. c. continentia. de cler. percuſ. Cornaz. deciſ. 124. num. 3.*

9 Quinto Aſſaſſinum conſtare † prius debet, ſi de firmanda iuriſdictione agatur, vt quia Iudex ſecularis Clericum, de Aſſaſſinio, punire cogitat (vt poteſt) *l. 2. §. ſi dubitetur. l. ſi quis ex aliena. ff. de Iudic. Gram. vot. 11. nu. 7. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 13. num. 12. Vant. de nullit. tit. defect. iuriſd. num. 53. Marta, de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 129. nu. 21. Felic. alleg. 3. nu. 40. p. p. Farin. quæſt. 8. num. 86. quæſt. 21. nu. 87. Schrader. de feud. p. p. q. 6. num. 23. Bim. conſil. 66. num. 15.* Imo Aſſaſſinij qualitas prius probanda eſt, ſi quid contra eum, ex legis permiſſu, agendum ſit, vt quia pœnas aliquas (ipſo iure) incurriſſe præſumatur, *Angel. conſ. 14. Graſſ. cleric. effect. 1. d. num. 710. Macerat. lib. 3. reſol. 48. num. 4. Maſtrill. deciſ. 228. nu. 10. Scac. de Iudic. lib. 1. c. 11. nu. 70.* Sed inter mandantem, & mandatarium Aſſaſſinij qualitas concludenter probata non eſt: Minus ergo & contra conuentæ pecuniæ depoſitarium, contra quem clericatus prætextu Aſſaſſinij qualitas plenius erat probanda; Nemo enim, clericali ſuo priuilegio priuandus eſt, niſi vera, & non præſumptiua, probatione conuictus ſit, *Gloſ. c. cum inter. de purg. c. non. Aret. c. cum non ab homine. de Iudic. Auendagn. de mandat. reg. p. p. c. 22. nu. 4. 7. Gam. deciſ. 279. nu. 2. Graſſ. d. effect. 1. num. 712.* Hæc non leuem mouebant dubitationem.

Cæterũ paulò diligentius re ipſa perpenſa; Contrarium (ni fallor) verius eſt, auxiliatorem nempe eũ eſse, vt naturalis mortis pœna plecti debeat. Præmiſso tamen vno, Quod Doct. verum eſse affirmãt,
10 in aſsaſſinio † precium potiſſimè requiri, vel in pecunia, vel alia in re, data, aut promiſſa, quæ vtilitatẽ afferat recipienti, *ad tex. c. 1. & ibi Doct. notãt, de homic. in 6. Bart. l. Cicero. ff. de pœn. in l. non ſolũ. §. ſi mandato meo. ff. de iniur. Marſ. l. vnius. §. cognituram. num. 64. ff. de quæſtion. in prax. §. examinanda. nu. 21. Cora. conſ. 202. nu. 2. conſ. 249. num. 2. in 1. Capic. deciſ. 155. nu. 12. Marcel. Calà, de mod. artic. & proban. §. 2. gl. 1. nu. 481. Grat. conſ. 52. nu. 45. in 2. Paris. conſ. 166. nu. 3. in 4. Viui. com. opin. 74. Rip. reſpon. 2. nu. 2. de requir. reis. fall. ing. raecem. 44. nu. 54. Bardell. conſ. 123. num. 36. Muſcatell. in prax. rub. de homicid. median. mand. num. 51.*

Digitized by Google

num.51. Conrad.de off.prætor. §.3.de aſſaſſ. num.1.2. Plach.lib.1.delict.c.19.Burſ.conſ.20. num.4. Caualc. de Brach.reg.p.p.num.76. Gabr.conſ.170.nu.7. in 1. Ambroſ.de immun.Eccleſ.c.7.nu.9.10.Rim.Iun.conſ. 685.num.4.5.10.22.Tuſc. lit.A. concluſ.531.nu.10. 12.Franc.deciſ.176.num.3.Guaz.reor.defenſ.4. cap. 13.nu.1.Decian.lib.9.crim.c.30.nu.1.41.conſ.88.nu. 18.in 3.conſ.82.nu.3.in 2. Rolan.conſ.14.num.3. in 4. Peguer.deciſ.5.nu.19.Honded.conſ.93.nu.66. vol.2. Farin.conſ.225.nu.3.Guttier.lib.3.pract. quæſt.7. nu. 5.Baiard.ad Clar.§.aſſaſſinium. num.7. Grilenz.conſ. 45.num.5.Caball.de omn.gen. homicid.nu.471.Graſſ. d.effect.1.num.699.Eugen.conſ.76.nu.135.Marta,d. caſ.129.num.1. Vbi enim non interuenit præmium, vel, certa ſaltim ſpes præmij, ibi, non cadit Aſſaſſinium, *Bald.conſ.256.in 2.Maſcard. de probat.concluſ.138.num.15.Caball.de omn.gener.homicid. num. 495.Tuſc.d. concluſ.531.num.52. Bardell. conſ.147. num.19.Ambroſ.d.nu.9.Decian.d.c.30.num.13.* Satiſque eſt ad excludendum aſſaſſinium, ſi manus ſuas quis excutiat à pecunia, vel re, quæ præſentem afferat vtilitatem, *Rim.Iun.conſ.685.num.22.* Nec refert an pecunia fieret homicidium, actu ſoluta,
11 † An promiſſa, *ex Salic.l.non ideo minus. num.36.C. de accuſat. Bald.conſ.383. in 5. Carrer. in prax.tit. de homicid. §. circa tertium. Viui. deciſ.467. num.102. Muſcatell.tit.de homic.median.mand.num.55. Farin. quæſt.123.num.36.Monterent. ad Stat.crimin.Bonon. rub.21.Gabr.tit.de maleſic.concluſ.1.nu.1. Capic.deciſ.155.num.6.7.17.18.Gram.vot.9.num.2. Bardell. conſ.147.num.1.Intrigl.deciſ.40.num.53.Campan.R. N.c.frequens.num.71.Tuſc.lit.A. concluſ.531.nu.2. Guazz.reor.defenſ.1.c.37.num.42.defenſ.4.c.13.nu. 4.Maſcard. de probat. concluſ.138. num.1.Graſſ. cleric.effect.1.nu.699.704. Pariſ.de confiden. quæſt.32. num.49.q.66.num.24.Decian.lib.9.crim.c.30.nu.17. P.Gambacur.de immunit.lib.5.c.34. num.11.* Etiam ſine ſcriptura, vel alia cautela, *Gram.d.nu.2.Iodoc. prax.c.83.rub.de aſſaſſin.nu.2.Bardell.conſ.147.num. 1.Guaz.reor. defenſ.4. c.13.num.4.Farin. quæſt.123. num.36.Maſcard.d.concluſ.138.num.1.* Dummodo promiſſio, & occidendi mandatum, à mandatario fuerint acceptata, *Alciat.conſil.11. num.17.lib.1. Gram.vot.11.nu.19.Baiard.ad Clar.§.aſſaſſinium.nu. 3.6.Merend.conſ.88.nu.15.17.vol.2.crim. Farin.cōſ. 4.num.6.& ibi Scholiaſt.conſ.10.nu.4.6.27.28.44.q. 123.nu.1.28.147. Plach.lib.1. delict.c.19. num.10. Guazz.reor.defenſ.4.c.13.nu.7.Brunor.à Sole, Legal. quæſt.34.num.13. Gabr.d.concluſ.1.nu.36. Felic.alleg.117.num.3.p.2.Intrigl.deciſ.40.num.52.Marcel. Cala, de mod.artic.& proban.§.2.gloſ.1.nu.481.Rim. iun.conſ.685.à num.12.Bardell.conſ.123.nu.37.conſ. 147.num.26.Molin. de iuſt. & iur. diſput.25.num.3. tom.4.Caball.de omn.gen.homic. nu.493.* Hoc itaque præmiſſo, Opinor rem claram, quod, vt dicam, me mouent plura.

12 Primo, Auxilium præſtans, ſi dedit † cauſam delicto, pœna. qua principalis puniendus eſt, *l.nihil intereſt.ff.de ſicar.c.ſicut.dignum.§.ille autem. & ibi Felin.nu.2.de homic.Marſil.l.ſi in rixa.nu.29. ff.de ſicar.& in prax.§.conſtante.num.50.Boſſ.tit.de homic. num.33.Soc.conſ.188.num.6.in 2.Grat.conſ.52.num. 3.in 2.Bozr.deciſ.167.Carrer. in prax.§.homicidium. num.59.Muſcatell.tit.de homic.median.mandat.rubr. de pœn. num.23.31. Farinac.quæſt.131.num.40. Menoch.de arbitr. caſ.349. num.3. Rim.Iun.conſil.349. num.10.Clar.§.fin.quæſt.90.num.2.Tuſc.lit.A. concluſ.569.num.16.34.35.Honded.conſ.98.num.6. in 1. Neguſ.conſ.208.num. 1.2.Rouit.rub.de Aſſaſſ.prag. 1.num.26.* Siue proximum illud ſit, ſiue remotum, *Boſſ.d.nu.33.Socc.d.conſ.188.num.7.* Ibique addit, ſiue ante delictum ſit, ſiue in delicto, ſi cauſa delicti fuit, *latè Tuſc.d.concluſ.569. nu 18.27.* Licet aliquod eius cōſilium principaliter, ad delictum, nec interuenerit, *l.ſi pignore.§.qui ferramenta.ff.de furt.* Vbi commodans ferramenta ad effringendum, ſcalam ad aſcendendum; cum fractura, & aſcenſio, Actus præcipui ſint ad furtum, & neceſſarij; tenetur furti, ſi nec aliter ſecum participauit conſilium, plenè *Bart.l.in furti.§.ope.num.2.ff.de furt.Soc.conſ. 188.num.3.in 2.Laderch.conſil.194.ſub num.5. Tuſc. lit.A.concluſ.570.num.2. Paz.l.ſtyl.56. num.2.* Paria enim ſunt, quem delinquere, vel delicto cauſam dare, *Bertaz.crim.conſil.35.num.17.Farin.quæſt.30. num.93.Gandin.de delict. tit.de furib. & latron.num. 15. Amat. deciſ.104. num.33.* Sed in Aſſaſſinio (vt dixi) pecunia requiritur, & promiſſæ quantitatis acceptatio, Cumq; ea ſub conditione homicidij mandatum ratum habuerit Aſſaſſinus, vt penes D. Franciſcum depoſitari debeat pecunia, Stipulati Aſſaſſinij precium, Nec aliter Fridericum ipſe erat occiſurus: Ex recepta ergo illa pecunia, Don Franciſcus mortis cauſam præbuit, vt eadem, qua mandans, & mandatarius puniendus ſit pœ-
13 na. Sic † mutuans pecuniam cauſa inueniendi Aſſaſſinum, auxilium ante delictum præſtitiſſe dicitur, *Bart.l.fin.ff.de parricid.Tuſc.lit.A.concluſ.570. num.34.* & vt principalis puniendus eſt, *Bart. d.§. ope.num.2.Villag.de extenſ.leg.tit. de extenſ.leg. corret.& pœnal. quæſt.6.nu.95.Rouit.rub.de aſſaſſ.prag. 1.nu.30.* Subminiſtrans quoque pecunias, pro parricidio committendo, parricidij pœna pro auxilio tenetur, *l.vtrum.ff.de parricid. Maſcard. de probat. concluſ.159.num.20. Tuſc.lit. A. concluſ.570. num. 62.* Præbens domum ad adulterium committendum (ſi ſcienter) perfecto flagitio, pœna capitis plecti debet, *l.qui domū. vbi Bart.& alij, ff.de adult. l.1.§.fin.ff.de extraord.crim. Natt.conſ.151. num.3. Paz.l.ſtyl.56.num.2.Tuſc.lit.A.concluſ.570. nu.33. Marcell. Calà, de mod. artic. & proban. §. 2. gloſ.1. num.1225.*

14 Secundo, præſtans auxilium † Aſſaſſinis, eadem pœna punitur, ſi aſſaſſinij qualitatem, & pecuniæ interuentum non ignoret, *Farin.quæſt.123.num.33. 34.Rouit.d.pragm.1.num.27.Muſcatell.in prax. rubr. de homicid.median.mand.tit.de pœn.nu.23.31.Gabr. tit.de crimin. concluſ.1.num.33.* Sic mutuans ſcien-
15 ter † pecuniam pro emēdis armis ad homicidium committendum pœna plectitur, qua principalis, ſecus ſi ignoranter, licet arma exindè ille emerit, & homicidium commiſerit, *Marſ.l.ſcienter. num.2. ff.de ſicar. Caual. de Brach. reg.p.4.num.186. ad fin. Marcell. Calà, de mod. artic. & proban. §. 2. gloſ. 1. num.1226.Tuſc.lit.A. concluſ.570. num.34. Guazz. reor.defenſ.33.cap.10.ſub num.4.latè Farinac.quæſt. 130.num.5.* Qui in dubio ignoranter mutuatam eſſe pecuniam inquit, *ex Menoch. de arbitr. caſ. 349.num.6. Guazz. dict. num.4.* Et arma commo-

Digitized by Google

16 dans † ad vulnerandum particeps ſit delicti, Blanc.
de indic.num.171.Maſcard. de probat. concluſ.1386.
num.16.Honded.conſ.93.num.7. in 2. Paz. l.ſtyl.56.
ſchol.5.num.2. Si ſcienter commodauerit, & ad ef-
fectum, delictum committendi, ex Bald.l.quicumq;
not.6.C.de ſeru.fugit.conſ.382.num.6. in 4.Socc.conſ.
188.num.2.3.in 2.Honded.d.conſil.93.num.60.Tuſc.
lit.A.concluſ.570.num.1.4.ſcitè Pancirol. conſ.175.
nu.3.17.Maſcard.d.num.16.& concluſ.159.num.24.
Aliàs mitiori pœna, Bald.conſil.492.in princ. vol.1.
Boer.deciſ.166.num.2. Clar.§.fin q.90. num.2. Ran-
den.conſ.18.num.54.55.in 2.Tuſc.lit.A.concluſ.569.
num.1.Imo ſi bona fide commodauit, nullam me-
retur pœnam, Bald.conſ.250.num.4.in 1.conſil.382.
num.6.in 5.Socc.conſ.188.num.2. in 2. Tuſc.d.concl.
569.num.2.& d.concluſ.70.num.1. Boer. Clar. & alij
nuper citati.

17 Tertio, Auxilium, nomen eſt † ſatis latum, &
generale, Aptum comprehendere quomodocum-
que alicui ſuccurramus, l.auxilium.in princ.ff.de mi-
nor.l.1.§.pœnas.ff.de rapt.virg. gloſ.clemen.1.§.1.de
pœn.Alex.conſ.7.num.12.in 7. Muſcatell.prax.rub. de
recept.malefact.nu.29.Tuſc.lit. A.concl.570.nu.55.
18 Neguſ.conſ.283.nu.12. Nedum facto † ſed verbis,
l.1.§.hoc reſcriptum.l.cum dominus.ff.ad Syllan.Nat.
conſ.240.nu.14.Muſcatell.rub.de homic. median.man
dat.nu.30.Guazz.reor. defenſ.33.c.10.nu.1. Cornaz.
deciſ.124.num.4.Tuſc.lit.A.concluſ.570.nu.39. Ma-
cerat.lib.3.reſol.10.nu.1.Baiard.ad Clar. §.fin.q.90.
num.25. Nec ſolis verbis propriè datum dicitur au-
xilium, niſi aliquod factum interueniat, Bertaz.
crim.conſ.62.num.1.Farin.conſ.225.nu.10.Sed nun-
19 cius † ſcienter literas deferens, in quibus de deli-
cto perpetrando tractatur, vel ambaſciatam de de-
licto quouis atroci, eo commiſſo punitur, Bart.l.
1.§.incidit. ff. ad Turpill. Petr. Cyn. & Salic.in l.non
ideo minus.nu.5.C.de accuſat. Angel. de malefic.gloſ.
Sempronium mandatorem.num.16. Bart. l.non ſolum.
§.ſi mandato.ff.de iniur.Marſ.l.1.§.præterea. num.4.
5.ff.de ſicar.Farinac.quæſt.130.num.41. Neguſ.con-
ſil.283.num.3. Schrader. de feud. p.9.cap.2. num.70.
Rouit.rub.de aſſaſſin.pragm.1.num.29. Roſentall. de
feud.c.10.concluſ.28.num.34.35.Caball.crim. reſolu.
caſ.243.num.4. Cumque non de Nuntio literas fe-
rente (hoc in caſu) actum fuerit, Sed de eo, qui pe-
cunias in depoſitum recepit ad Aſſaſſinium, non
aliter, quam pro depoſito illo committendum.
Auxilium ergo præſtitit ſcienter, ac præmio tracta-
tu, vt mortis naturalis pœna teneatur, Ex his reli-
quum eſt, vt contrarias diluamus rationes, & ar-
gumenta.

20 Non obſtat primum, Quia id verum † ſi lex lo-
quitur in perſonam puta ſi quis homicidium, vel
furtum fecerit, Tunc eadem pœna non punitur au-
xiliator, ſi vero lex loquatur in rem, videlicet pro
homicidio, vel furto, talis pœna imponatur: Tunc
eadem pœna tenetur præſtans auxilium, vt in l.aut
qui aliter. & ibi not. Bart. ff.quod vi aut clam. in l.hac
verba.& ibi, Bald.ff.de adult. Bart.l.is qui opem.ff.de
furt.l.ſed ſi vnius. §.ſeruus.2.ff.de iniur. conſ.101.nu.
1.lib.1. & ibi Scholiaſt. Butr.c.1. & ibi Dec. num.12.
de offic.deleg. Ang.de malefic.gloſ.dicto maleficio.nu.
8.9.Alex.conſil.15.num.10.in 1.conſ.140. in 2. Soc.
conſ.188.nu.6.vol.2.Tuſc. lit. A. concluſ.569.nu.20.
lit.S.concluſ.621.nu.1.lit.D.concl.184.nu.10. Schra-
der.de feud.p.9.c.2.nu.21.Cumque tex.c.1.de homi-
cid.in 6. In rem loquatur, Auxiliatorem compre-
hendit, Gabr.d.num.33. ſi aſſaſſinij qualitatem, &
pecuniæ interuentum non ignoret, ex Farin. quæſt.
123.num.33.34.Rouit.rub.de aſſaſſin.pragm.1. num.
21 27. Inde eſt, vt auxilium † Eccleſiæ non gaudeat
immunitate, Plach.lib.1.delict.c.19.num.25.Farin.
q.123.num.69.Guazz.reor.defenſ.1.c.38.ſub nu.42.
Caball.de omn.gener.homic.num.527. Sicut, nec Aſ-
ſaſſinium, Couar.2.reſol.c.20. num.10. Decian.lib.9.
crim.cap.30.num.12.lib.6.c.28.num.18. Farin.conſ.
211.num.18.Ambroſ. de immun. ecclesſ.c.7. Guazz.
d.c.38.nu.41.Muſcatell.tit. de homicid.median.man-
dat.num.88.

22 Reſpon. II. Quod ne Statuta † etiam pœnalia re-
maneant eluſoria, inductum quoq; eſt, vt quomo-
docunque concepta ſint eorum verba, ſiue in rem,
ſiue in perſonam; de perſona in perſonam extendi,
neceſſe ſit, vt pœnali Statuto comprehendantur
principales in delicto, & participes etiam, ac coo-
perantes, Villagut.de extenſ.leg. pœnal.quæſt.1. num.
81.82.Rouit.rub.de aſſaſſin.pragm.1.num.45.Decian.
conſil.33.num.19. vol.1. Maſcard. de Gener. ſtat. in-
terp.concluſ.4.num.185. & ne delicta remaneat im-
punita, lex pœnalis extendi, debet Bart.l.quemad-
modum. C.de agricol.lib.11.Rot.Bonon. deciſ.7. num.
18.in nouiſſ.

23 Non obſtat ſecūdum, Quia † ſimplex auxilium
eſt, Si maleficium ex eo non eſt auctum, vt ex Ioan.
Andr. diffinit, Angel.l.in furti. §.ope. & in l.is qui
opem.col.2.ff.de furt.Pacian.conſ.156.num.18.Rim.
Iun.conſ.349.nu.8. Neguſ.conſ.208.nu.3.Carpan.d.c.
homicida.nu.1171.Cumq; aſſaſſinij precium in de-
poſitū recipere, non ſimplex, ſed cooperatiuum ſit
auxilium: quia non aliter aſſaſſinus occidiſſet, niſi
facto prius pecuniæ depoſito, Morte ergo naturali
depoſitarius puniri debet, Gabr. de crimin. concluſ.
1.num.33.

24 Non obſtat tertium, Quia remotum, vel † pro-
ximum fuerit auxilium inſpiciendum non eſt, dum
mortis cauſam præbuit, Boſſ.tit.de homicid.num.33.
Socc.conſ.188.num.7.in 2.etſi ante delictum, præſti-
tum illud ſit, Tuſc.lit.A.concluſ.569.nu.18.27.ſicut
in parricidio indifferenter punitur is, qui auxilium
per actum, etiam remotum ſcienter præſtiterit,
Marſ.l.ſciente.ff.de parricid. Schrader. de feud.p.9.c.
2.nu.54.Roſentall.de feud.p.2.c.10. concluſ.28. num.
54.Maſcard.de probat.concl.159.nu.20.Muſcatel.tit.
de homic.median.mand.rub.de pœn.num.31.Tuſc.lit.
A.concluſ.570.num.62.

Non obſtat quartum, Quia reus Aſſaſſinij con-
25 ſcius, pecuniam in depoſitum recepit, Quā † ſcien
tiam, cum in Aſſaſſinio verſemur, probabilibus ar-
gumentis probauit Fiſcus, ex tex.c.1.de homic.in 6.
Et ſicut verè probatum dicitur Aſſaſſinium, quod
ſemiplene probatum ſit, ex Marſ.l.1.num.127.C.de
rapt.virg.Gram.vot.18.num.6.Marta, vot.238.num.
1.Decian.lib.9.crim.c.30.Maſcard.de proba. concluſ.
137.num.1. Farinac. quæſt. 86. num.41. quæſt.122.
nu.46. ad pœnam etiam ordinariam, Corrad.de off.
prætor.tit.de aſſaſſ.§.3.num.3. Gram.vot.18.num.6.
Boſſ.tit.de indict.nu.201.Plach.lib.1.delict.c.19.nu.
16.Ludouic.lib.com.opin.cōcl.45.ampl.1.Guaz. reor.
defenſ.

Digitized by Google

defenſ.4.cap.13.num.12. Farinac.conſil.196.num.8. P.Gambacur.de immun.eccleſ.lib.5.cap.34.num.15. comm.Clar.§.aſſaſſinium.num.6.§.fin.quæſt.20. Rota Auenion.deciſ.15.num.6.Marta,d.num.1. Decianus, lib.9.cap.30.num.22.Muſcatell. d.tit. de homicid.median.mand.num.74.75. Si indubitata ſint indicia, *Gram.Vot.11.num.22.Carrer. in prax. §.circa.num. 13.14.Brun.conſil.115.num.79. vol.2.crim. Intrigl. deciſ.42.num.41.Gabr.tit.de crim.concluſ.1.num.20. Farinac.quæſt.86.num.43.48.quæſt.123.num.47.66. conſil.196.num.9.Guazz.reor.defenſ.4.cap.13.num. 12.Felic.alleg.3.num.17.p.p.Rim.Iunior.conſil.685. num.4.Marta,de iuriſdict.p.4.cent.2.caſ.129.nu.16. Rolan.conſ.14.num.15.Vol.4.Grinell.Dolan.Senat.deciſ.93.num.3.*

26 Non obſtat Quintum, Quia etſi † Clericus aſſaſſinus, de foro ſeculari fieret, ipſo iure, *ad tex.cap.1. de homic.in 6.Gramm.vot.8. apic.deciſ.155.nu.26. deciſ.112.num.2.* & vtrobique *Maſull.Menoch.de arbitrar.caſ.415.num.28. Scacc.de Iudic.lib.1.cap.11. num.56.Farin.quæſt.8.num.82.Pedroc.conſ.40.num. 80.Rim.Iun.conſ.685.num.3.Franc.deciſ.176. Muſcatell.in prax.tit.de homic. median.mandat. num.86. Graſ.cleric.effect.1.num.668.Decian.conſil.82.num.*
27 *7.in 2.Couar.pract.quæſt.22.num.2.* Vt nec † degradatio requiratur, *Caſſan.Burgun.conſuet.tit.de ruſtic. rub.1.§.1.verſ.ſi autem n.2.fallent. Bouadill.lib.2.polit.cap.18.d num.54.Clar.§.fin.quæſt.36.n.29.Henya in curi.Philip.§.3.num.26.p.3.Rim.Iun.conſilio 685. num.3.Muſcatell.d.tit.num.85.Tuſc.li.D.concl.141. num.4. Couar.2.reſol.cap.20.num.10. Auendan. de mand.reg.p.p.cap.22.num.4.Troyſ.rit.235.num.12. Graſſ.d.effect.1.num.670. Franc.deciſ.571.nume.7. Diaz,& Salzed.prax.crim. cap.97.* Ipſo enim iure degradatus cenſetur, *Capic.deciſ.112.num.26. Arnon.ſing.22.Decian.conſil 82.num.7.vol.2.Rimmal. Iun.d.num.3.Muſcatell.d.num.85.Scacc.d.cap.11.nu. 56.Menoch.d.caſ.415.num.27.Pedroc.conſ.40.num. 81.Cartar.de exequut.ſenten.capt.bannit.cap.1.num. 258.Petr.Cened.iur.canonic. collect.37.num.10.p.p.* Imò ſcripſit, *Couar.pract.quæſt.32.num.4.* Clericum primæ tonſuræ poſſe à iudice laico plecti corporaliter, abſque alia degradatione, *Menoch. conſ.912.*
28 *num.20.* nec trina etiam † in eo exigitur monitio nec incorrigibilitas, vt ex T.C.notat, *Nauar.conſil. vlt.num.6.de priuileg. Graſſ.d.effect.1.num.690. Farin.quæſt.8.num.84* Nec quod enormitatibus ſe immiſcuerit, *Menoch.conſ.912.num.34.* Quia ſi de ijs agendum mihi eſſet, quæ maior conſiderari poteſt enormitas, quàm cauſam proximam aſſaſſinio eſſe, dum pecuniam ſcienter in depoſitum recepit? Tum maximè quod, *tex.cap.1.de homic.in 6.* & ea, quæ diximus, in eo etiam clerico procedunt, qui aſſaſſinos defendit, tutatur, occultat, *Aufrer.de poteſ.ſecul.reg.1.fallen.18.num.26.Decian.lib.4. crim. cap.9.num.72. copioſè Graſſ.cler. effec. 1.num.684.*
29 *702.* Dum † ergo teſtantur Doct. quod conſtare in primis debeat de qualitate aſſaſſinij, intelligere oportet, vt de ea conſtet, Secundum illam probationis ſpeciem, quæ ad illam ictam, qui explicandus eſt, de iure requiritur. Ad inquirendum, nempè, & carcerandum leuia ſufficient indicia, imò & leuiora: Speciale cum ſit in aſſaſſinio, vt leuioribus probetur coniecturis, *cap.1.de homicid.in 6. Monticell. prax.crim. reg.8. num.23.* Ad torturam vrgentiora requiruntur indicia; Neque enim ad hoc, vt torqueri is poſſit concludenter de qualitate aſſaſſinij conſtare debet, tanquam in crimine excepto, quia ſi plenè conſtaret iam non eſſet locus torturæ, ſed termino, & inde condemnationi: Neque ſufficiunt indicia de delicto ſimplici, ſine qualitate aſſaſſinij, Sed oportet quod adſint indicia de qualitate aſſaſſinij vrgentiora, quàm ad carcerandum, nec adeo vrgentia, vt in alijs criminibus, quia ſemper leuior
30 probatio ſufficit. Quin † & per teſtes de auditu torquetur aſſaſſinus, ex multis à *Monticul. in prax.d.regul.8.num.24.28.Gabr. tit.de crim. concluſ.1.nu.22. Brun.conſ.155.num.8.Carrer.in prax. §.circa. nu.29. Merend.conſ.50. num.6.* & de auditu auditus *Marſ. §.examinanda.num.26. Felic. allegat.3.num.18.p.p.* Pariter ad condemnandum plena in alijs requiritur probatio, ſed in aſſaſſinio illa ſatis erit, qua Lex contentatur, ex multis à *Farinac. quæſt. 37. num.5. Ameſc.de poteſt.in ſe ipſ.lib.1.quæſt.19.num.9. Felic. alleg.3.num.43.p.p.* Si enim aliter in hoc aſſaſſinij crimine dicemus, Melioris conditionis erit aſſaſſinus, quam cæteri delinquentes; Cumque aſſaſſiniũ
31 hoc cui † Eccleſia non patrocinatur, *ad tex.cap.1. de homic.in 6.* probatum hactenus ſit per indicia, quæ ſufficiant ad torturam, eaquè probatio ſatis ſit, plenè *Gamm.deciſ.179.num.2.deciſ.281. Guazz. reor.defenſ.1.cap.31.num.9.* Fori ſui priuilegio D. Franciſcum, non gaudere cenſui. Nec *gloſ.cap.cum inter.de purgat.canon.* hiſce in terminis procedit, ſed in diuerſa ſpecie, & *Abb.ibid.* eam reprobat, imo *Aret.* citatus ex aduerſo, nec contradicit. Proinde, *Auend.d.c.22.num.4.7* deferendum nec erit, ſicut nec, *Gamm.d.deciſ.279.num.2.* ſibi contrario *.deciſ. 179.deciſ.281.* inepte igitur loquitur *Graſſ.d.num. 712.* maximè, quod perfectum à principio fuit mandatum, cum pacti fuerint omnes, nihil mandatario ſoluendum, niſi facta prius occiſione, vt rectè conſiderat, *P.Gambacur.de immun.eccleſ. lib.5.cap. 34.num.11.*

Cauſa hæc à M.R.C. deciſa non fuit cum D.Franciſcum conuentæ in aſſaſſinio pecuniæ, depoſitarium ad ſe remitti petierit D. Archiepiſc. Panormitanus, clericatus prætextu, vt aſſaſſinij qualitatem
32 cognoſceret, Ad quem † ſpectat, *ex Clemen.VIII. Bulla, Dat.Romæ die 18. Decembris. 1595. De qua in Bullario, Bulla 37.tom.3.fol.mihi 52.* meminit, *Maſtrill.deciſ.288.* licet immemor fuerit, *P.Gambacur. d.cap.34.num.15.16.17.* Ego autem boni interea conſulendum exiſtimaui, quod hiſcè in medium dubitandi cauſis, quaſi per indicem collatis; De hac ipſa quæſtione à nemine hactenus excuſſa, diſſerendi occaſionem ſubminiſtrauerim.

SVMMARIVM.

1 *Auxiliator verè non eſt, vt pœna puniatur, qua principalis, ſi poſt commiſſum maleficium, opem præſtitit, num.4.Declar.num.20.*
2 *Aſſiſtentia poſt patratum delictum, auxilium delicto præſtitum non arguit.*
3 *Fictiones in pœnis non ſunt multiplicandæ.*
5 *Maleficatorem qui occultat, vel alit, pœnam meretur, Declar.num.21.22.*

Aſſo-

Digitized by Google

6 *Aſſocians homicidam, ſi delicto non interfuit, mitius puniter. Declar.num.23.*

7 *Auxiliator non poteſt moleſtari, niſi conſtet, de principali delinquente, cuius contumatia ſatis nec eſt.*

8 *Nemo in dubio torquendus eſt.*

9 *Auxilium præſtans poſt delictum, pœna, qua principalis plectitur, ſi ante delictum huius auxilij ſpem dederit.*

10 *Auxiliator poſt delictum, præſumitur quod ante delictum conſcius, & particeps fuerit delicti.*

11 *Præſens delicto, aut in loco vicino, ſuſpectus eſt de conſilio, vel tractatu, ſecus ſi in loco remoto.*

12 *Aſſociatio, vt commodius fugiat delinquens, tractatum arguit.*

13 *Auxiliator poſt delictum, probare cogitur, quod vel ante delictum, vel in ipſo delicto, particeps ſceleris non fuerit.*

14 *Auxiliator torturæ ſubijcitur, ſi commiſſi ſceleris ſe participem eſſe non probet.*

15 *Arbitraria ſunt indictia in quocunque Iudice.*

16 *Leniora ſufficiunt indictia ad torquendum in delictis, quæ difficilis ſunt probationis.*

17 *Iudex ad torquendum promptior eſſe debet in delictis, difficilis probationis.*

18 *Atrox eſt delictum, ſi quis alium interfecit ſclopo rotato, licet mors nec ſequatur.*

19 *Auxilium incontinenti præſtitum poſt delictum, indictium eſt, quod conſilium præſtiterit ante delictum.*

24 *Alimenta delinquenti præſtare, an ſit auxilium poſt delictum, vt pœnam mereatur.*

ARGVMENTVM.

Auxiliator, qui poſt perpetratum delictũ, opem præſtitit Homicidę, quo facilius, & commodius ipſe fugiat, ſeq; à Iuſtitiæ Miniſtris tutum reddat, An torturæ ſubijci poſſit?

CONSILIVM XXXXII.

COmitem Ragalmuti ſuo Curru Panormum diſpaciantem, ſcopettoni ictu, ex improuiſo occidit Don Petrus, qui auxilio, à Ioachino, præſtito, Officialium Iuſtitię manus euaſit, ne caperetur, tutumque in locum ſe recipiens à Regno fugit: cumq; hoc coniecturis probauerit Fiſcus, Don Petrum contumacem M.R.C banniuit. Ioachinum verò pro auxilio ad fugiendum, in carceres detruſit, eumque torturę ſubijciendum eſſe inſtat Fiſcus. Quod negandum videbatur, multis ſanè rationibus & argumentis.

1 Primo, Auxiliator verè non dicitur † qui poſt
commiſſum delictum, homicidę opem pręſtitit,
(vel quod eum receperit, aut fugiendi occaſionem
dederit,) vt pari pœna, qua principalis delinquens
plectendus ſit, ſed extra ordinem, *Bart.l.in furti.§.
ope.num.4.ff.de furt. in l.ſi quis in graui.§.ſi quiſquã.
ff.ad ſillan.Bart.num.16.Felin.num.13. Dec.num.66.
Bero.num.107.Mantua, num.44. in cap.1. de offic. delegat.Marſ.l.1.num.179.C.de rapt.virg.conſ.30.nu.
23.& in prax.§ conſtante.num.54.Clar.§.final.quæſt.
90.num.2.Pariſ.conſil.152.num.41.in 4.Coſta, conſil.
33.num.2.Horat.Luc.conſ.168.num.25.vol.1.crim.
Menoch.de arbitr.caſ.349.num.21. Farinac.conſilio
106.num.18.conſil.143.num.9.Plach.1.delict.c.16.
num.5.Surd.de alim.tit.8.priuil.78.num.1. ex comm.
Boſſ.tit.de homic.num.34. Carrer.in prax.§.homicidium.num.29.Gomez.3.delict.cap.3.num.50.Roſentall.de feud.p.2.cap.10.concluſ.28.num.66. Maſcard.
de probat.concluſ.159.num.23. Eugen.conſ.90.num.
9.27.28.Tuſc.lit.A. concluſ.569. num.32.47. concl.
570.num.14.17.Caball.crim.reſolut.caſ.273.num.3.
Schrader.de feud.p.9.cap.2.num.35. Guazz.reor.defenſ.33.cap.10.num.7.Rimin.Iun.conſ.758.num.20.
Burſ.conſil.216.num.85.conſil.402.n.2.3.* Imo aſſi-
2 ſtentia † patrato iam delicto, nec auxilium pręſti-
tum fuiſſe arguit, *Bart.l.non ſolum. §.ſi iuramento. ff.
de iniur.Felin.cap.ſicut dignum.num.4. de eccl.lib.Sfor.
conſ.15.num.14.* Et ab eo, qui delictum ignorabat,
impunibile quoque dixit *Farinac. conſil. 221. num.*
3 25. Ne ſimultaneus † plurium fictionum concur-
ſus, in pœnis admittatur, contra *tex. l.3.C.de dot.pro
miſſ.Decian.conſil.70.num.22.in 2. conſ.10.num.46.*
4 *in 3.Coſta, conſil.33.num.3.* Proinde Statutum † quo
pręſtans auxilium maleficio tali pœna puniatur,
accipiendum voluit, *Marſ.conſ.30.num.21.* Si maleficium eſt in fieri, ſecus eo iam conſumato, *Baiar.
ad Clar.§.fin.quæſt.90.num.27.Guaz.reor.defenſ.33.
cap.10.num.7.Canal.de brach.reg.p.4.nu.164.176.
Ponte, de poteſt.Proreg. tit.de prouiſ. fier.ſolit. nu.54.*
Sed vbi pœna vltra relegationem non erit, Tortura
inferri non poteſt, *Gram.conſil.35.num.4. conſil.37.
num.15.vot.15.num.12. Maſtrill.deciſ.295.num.23.
Burg.de mod.proced.ex arrupt.quæſt.23.nu.280. Intrigl.ſing.234.num.1.lib.1.conſil.15.ad fin. deciſ.19.
num.21.Foller.prax.crim.p.2.p.2.princ.gloſ.rei indurati.num.12.& p.3.p.3.princ.gloſ.& ſi confitebuntur
num.64.Peguer.deciſ.16.num.2. Granut.Theorem.3.
num.10.Rouit.pragm.2.num.59.64.de iuriſdict.innoc.
non turban.Marant.tit.de inquiſ.num.127.Becc.conſ.
67.num.29.Ball.tract.var.tit.de quæſtion. quæſt.5.nu.
12.Caball.crim.reſol.caſ.28.num.5.14.18.caſ.170.
num.14.Guazz.reor.defenſ.30.cap.3.per tot. Trentacinq.conſilio 21.num.21.26.in 2. Cartar.lib.4. de interrogan.reis. cap.1.num.24.* Maior enim eſſet torturę pœna, quam ea, quę pro delicto imponeretur, *Crauet.conſil.41.ad fin.conſil.237.num.11. Bertaz.crim.conſ.215.num.7. Aldoun.conſ.26.num.56.*
ergo, &c.

5 Secundo, Qui malefactorem † occultat ne capiatur, pœnam meretur, *Bart.& Angel. l.in furti.§.
ope.ff.de furt.Tuſc.lit.A.concluſ.570.nu.6.* Sed non
ordinariam, *Farinac.conſil.161.num.4.* nec corporalem, *num.5.* Et qui eum alit poſt delictum, opem
delicto præſtare non dicitur, *Bertaz.crim.conſil.98.
num.8.Surd.de alim.tit.8.priuil.78.num.5.Tuſc.dicta
concluſ.570.num.11.* Nec pœna occultationis, vel
fugæ, quis tenetur, niſi abſcondendi, vel aufugiendi cauſam præſtiterit, *ex l.1.§.quod autem.ff.de ſeru.
corrup.Bald.l.quicunque.C.de ſeru.fugit.Rom.l.in delictis.ff.de noxal.act. Neguſantius, conſil. 29. num.2.*
6 Sic aſſocians † homicidam, ſi delicto non interfuit,
extra ordinem tenetur, & pœna mitiori, *Bald.conſ.*

235.in 3.*Tuſc.d.concluſ.570.num.14.* Non enim culpabilis eſt aſſociatio abſque dolo, *Horat.Luc.d.conſil.168.num.25.26.Sfort.conſil.15.num.15.18. Bertazz.crim.conſil.439.num.2. Farinac. quæſt.133.nu.20.55. Aldouin.conſil.23.nu.28.* Ratio eſt, *ex Bart. l.in furti.§.ope.num.4.ff.de furt.* quod auxilium poſt delictum, non eſt punibile. Veriſimile enim eſt, illum potius aſſociaſſe, ne alia ei offenſa ab inimicis fieret; & ſic pro bono pacis, *gloſ.clem.1.de pæn.* quo in caſu, culpabilis non eſt aſſociatio, *Innoc.cap.petitio.ad fin.de homicid. Horat.Luc.d.conſil.168.nu.26. Thob.Non.conſ.96.num.10. Gram.conſil.58.num.22. Coſta de ſcien.& ignor.cent.1.diſtin.9.nu.4. Bertaz.crim.conſ.315.num.8.conſ.516. Eugen.conſil.76.nu.15.191.conſ.90.num.29.34.* Quæ eo animo, & non doloſè facta præſumitur, *Pariſ.conſ.52.num.32.33.35.in 4.latè Bertazz.crimin.conſ.439.num.1.Turret.conſ.66.num.18.in 1.Sfort.conſ.15.nu.17.18.Guazz.reor.defenſ.33.cap.10.num.11.* Actus enim eſt ad bonum, & ad malum, *l.1.ff.de iis qui latron.* quem tex. excutit *Rim.Iun.conſil.425.Coſta.d.diſtinc.9.num.9.* Cum probatum non ſit, Iuſtitiæ Miniſtros paratos tunc fuiſſe ad illum capiendum, *Horat.Luc.d.conſil.168.num.26. Rim.Iun.conſ.675.num.11. Turrett.d.conſ.66.num.20.Bertaz.crim.conſ.310.num.8. Guaz.d.cap.10.nu.12.* Mitius ergo cum eo agendum erit, propter opem ad fugam tantum præſtitam, *Rimin.Iun.conſil.310.* Imo ignoranter, vt præſumitur, *Alba, conſ.46.Thob.Non.conſ.96. Turret. conſ.12.num.34.in 2.Sfortia, conſil.15.num.9. Eugen. conſilio 90.num.4.5.16.17. Carpan.ad Nou.Mediolanenſ.Conſtitut.cap.homicida.numero 1450.1451.1478.Coſta, dicta diſtinct.9.num.4.6.* torturæ ergo ſubijci non debet.

7 Tertio, Principali delinquente † plenè non probato; De auxilio quis teneri non poteſt, *Bald.conſil.229.in 3.Alex.conſil.99.num.4.in 1.conſ.137.num.6.in 4.Boſſ.tit.de delict.num.34.40.Pariſ.conſilio 71.num.10.in 4.Carpan.ad Nou.Mediol.Conſtit.c.homicida.num.1295.Honded.conſ.96.num.13.in 1.Macerat.lib.3.reſol.10.num.29.Schrader.de feud.p.9.c.2.num.37.38.39.40.Cartar.de exeq.ſent.capt.banniť.c.1.num.349.Tuſc.d.concluſ.569.num.8. Menoc.de arbitr.caſ.349.num.13.Farin.quæſt.3.num.4.conſil.60.num.67.Coſta de ſcien.& ignoran.centur.1.diſtinct.9.num.13.Maſcard.de probat.concluſ.159.num.14.15.22.concluſ.1139.num.4. Guaz.reor.defenſ.33.c.10.num.16.Seſſe, deciſ.103.num.37. Clar.§.fin.quæſt.90.num.5.Bertaz.ad Patris crim.conſil.100.Surd.conſil.40.num.43.47.conſ.574.num.9. Aldouin. conſil.23.num.14.* Et hoc per teſtes, vel principalis confeſſionem, cuius nec ſatis eſt contumacia, *Bart.l.is qui rē.2.§.ſi in Titium.num.2.ff.de furt.& ibi Alex.in ſcholiis.Boſſ.tit.de delict.num.51. Clar.d.quæſt.90.num.6. Carpan.d.cap.homicida.num.1297.1298.Menoch.d.caſ.349.num.13.Farinac.conſil.60.num.123.Surdus, conſ.40.num.47.Tuſc.d.concluſ.569.num.9.lit.C.concluſ.1020.num.27.32.Thob.Non.conſil.101.num.7.Guazz.d.c.10.num.15.Burſ.conſ.146.num.10.conſil.216.num.6.Rot.Lucenſ.deciſ.37.verſ.nec obſtat.Maſcard.d.concluſ.159.num.15.* Monet & merito *Schrader.d.p.9.c.2.num.41.* ſententiam contra principalem latam, auxiliatori non nocere, nec è contra delinquentis abſolutoriam, vel mortem ei prodeſſe, *Roſentall.de feud.p.2.c.10.concluſ.28.num.65.Surd.d.num.47.Honded.d.conſil.98.num.18. Carpan.d.c.homicida.num.1300.1301.1302.1303.1325.Franciſc.Marc.deciſ.520.num.13.p.p.* Opus itaque erit, vt principale maleficium conſtet plenè, verè, & certè, non autem per præſumptiones, & indicia, *Boſſ.d.tit.de delict.num.38.& de mandat.ad homic.num.36.Menoch.de arbitr.caſ.349.num.13.caſ.352.num.15.Farinac.quæſt.3.num.5.* Cumque difficile hoc ſa-
8 tis ſit, Neminem † in dubio torquendum, inquit, *Angel.l.2.num.4.C.de quæſtion.Iaſ.conſil.175.in 2. Eugen.conſ.63.n.86.Honded.conſ.106.nu.58.vol.1.* Imò arbitrari in dubio debet iudex, indicia ad torturam ſatis nec eſſe, *Caball.crim.reſol.caſ.200.num.145.Oſaſc.deciſ.79.n.58.59.* Contra reum ergo, ad torturam procedi non poteſt.

Cæterum, re ipſa diligentius ſanè perpenſa, contraria ſententia verior, & probabilior viſa mihi eſt: Ioachinum nempè torturæ ſubijciendum eſſe. Quod vt dicam, mouent me rationes, & argumenta, quibus Fiſci intentionem, optimo iure, fundatam eſſe conſtat.

9 Primo, Qui auxilium præſtat † poſt delictum, pœna, qua delinquentem ipſum, puniendum eſſe voluit, *Rot.Auenion.deciſ.107.num.11.* Si ante delictum, ſpem, vel promiſſionem fortè fugiendi, aut aſſiſtendi ei fecerit, *Bart.l.in furti.§.ope.num.6.ff.de furt.in l.ſi quis in grau.§.ſi quiſquam.ff.ad Sillan.l.4.ff.ad l.Iul.maieſt.ibi, ſiue mutuetur pecunia, ei, qui iam deliquit, ſiue eum aſſociauerit ſiue aliud fecerit, quod ad eius vtilitatem pertineat.* Et ita iuris eſſe concludit, *Angel.de malefic.verb.& Andream.vbi, Scholiaſt.num.5.6.Dec.c.1.num.11.12.de off.deleg.Menoch.de arbitr.caſ.349.num.23.25.Surd.conſil.574.num.23.24.Clar.§.fin.quæſt.90.num.1.2.Plach.1.delict.c.16.num.5.Amat.deciſ.104.num.38.Gomez.3.delict.c.3.num.50.Roſentall.de feud.p.2.c.10.concl.28.num.67.Coſta, conſ.33.num.2.Farinac.conſil.106.num.18.conſil.113.num.6.conſ.143.num.9.Burſatus, conſ.402.num.1.Ponte, de poteſt.proreg.tit.de prouiſ.fier.ſolit.num.54.Carpan.ad Nou.Mediol.Conſtitut.§.homicida.num.1195.1456.* Quod ex indicijs à Fiſco deductis ſatis conſtat; Torturæ, ergo ſubijci debet Ioachinus.

10 Secundo, Qui poſt † commiſſum maleficium delinquentem comitatur, vel occultat, aut hoſpitio excipit, vel fugiendi occaſionem præbet, vel viam commonſtrat, aut alio modo auxilium illi præſtat: Facilis contra eum inſurgit præſumptio, Quod ante delictum particeps, & conſcius eius fuerit, imo ad delinquendum, conſilium quoq. opem, & auxilium illi præſtiterit, *Bald.l.non ideo minus.C.de accuſat.Felin.c.ſicut dignum.num.4.de homic.& in c.1.num.13.de offic.deleg.Marſ.l.fin.num.33.ff.de ſicar.in l.1.num.111.C.de rapt.virg.in prax.§.conſtante.num.55.conſ.30.Alberic.de Statut.quæſt.34.Gram.conſ.32.& vot.15.Griland.de pœn.omn.nefar.coit.quæſt.16.& de relaxat.carcer.rub.de abſolut.nu.2.Vulpell.conſil.115.ad fin.Cepoll.conſ.1.Curt.conſil.41.Plach.1.delict.c.16.num.6.Carrer.in prax.§.homicidium.num.28.Roſentall.de feud.p.2.c.10.concl.28.num.68.Maſcard.de probat.concluſ.159.num.26.concluſ.1385.num.15.Clar.§.fin.quæſt.90.numero 2.Mantua, conſ.67.vol.1.Thob.Non.conſ.96.num.7.8.*

Schrader.

Sebrader.de feud.p.9.c.2.num.36. Quia, vt inquit,
Bart.l.in furti.§.ope.ad fin.ff.de furt. Spes auxilij ad
euadendum, Auxilium dicitur ad maleficium com-
11 mittendum, & ſuſpectus de conſilio † & tractatu
dicitur ſi præſens in loco ſit, in quo commiſſum eſt
homicidium, aut in loco vicino, vt ſtatim eo patra-
to, homicidam receperit, & aſſociarit, vel potuiſ-
ſet etiam in caſu neceſſitatis auxilium præſtare de-
linquenti, ſecus verò ſi in loco erat remoto: Tunc
enim ceſſaret ſcientię, & tractatus pręſumptio, Bal-
dus.l.ob hæc verba.num.5.ff. de his qui notan. infam.
Alex.conſ.138.num.6. in 6. Clar. d.quæſt.90. num.9.
12 Farinac. conſil. 219. num.2. Imo ex aſſociatione †
poſt delictum (vt commodius fugiat delinquens)
tractatus ad maleficium pręſumitur interueniſſe,
Blanc.de indict.num.101. & in l.fin. num. 249. ff. de
quæſtion. Maſcard. de probat. concluſ.1386.num.14.
Bertazz.crim.conſ.474.num.22. Guazz. reor. defenſ.
4.c.14.num.19.Vulpell.conſil.115.ad fin.Eugen.conſ.
90.num.13.14.15.Farinac.conſ.55.num.52. Clar. d.
13 quæſt.90.num.3. Adeo vt, qui poſt delictum † opem
delinquenti pręſtitit, cogatur probare, quod vel
ante delictum, vel in ipſo delicto, particeps ſceleris
non fuerit, Felin.d.c.ſicut dignum.num.4. Marſil.d.§.
conſtante.num.55.& l.fin.num.33. ff.de ſicar. in l. 1.
num.111.C.de rapt.virg.Carrer.in prax.§.homicidiũ.
num.28.argum.l.fin.in princ. & ibi gloſ. ff. quod met.
cauſ.l.ſiue poſſideris.vbi, Gloſ.& Bald. C.de probation.
Schrader.d.p.9.c.2.num.36. Caual.de brach.reg.p.4.
num.186.ad fin.Maſcard. de probat. concl.159. num.
14 23. Qui ſi contrarium † probare non poſſet, eam
ob cauſam torturę ſubijci debet, Felin. c.1.num.13.
de offic.deleg.Carrer.d.§.homicidium.num.28.Sobra-
der.d.num.36.Maſcard.d. concluſ.159.num.26. Ar-
15 bitraria † enim ſunt indictia in quocunque iudi-
ce, Bart.l.fin.num.5.ff.de quæſtion. Dec.l.magiſtrati-
bus.num. 10. ff. de iuriſdict.omnium iudicum. l.nemo
videtur fraudare.num.10.ff.de reg. iur. Bald.conſ.73.
in 3.conſil.95.num.6.in 1.conſil.427. num.9.in 5. La-
rath.conſil.114.num.8.Gramm.conſil.17.ad fin. Boſſ.
tit.de indict.num.30. Alex.conſi.77.num.4.in 1. ra-
uetta.conſ.35.num.20. Clar.d.quæſt.20. quæſtion.64.
Farinac.quæſt.36.num.252.quæſt.37.num.192.quæſt.
38.num.33.86.Merlin.deciſ.100.num.14. Oſaſc. de-
ciſ.79.num.57.Eugen.conſ.63.num.14. Felic.allegat.
46.num.77.p.p.Caball.crim.reſol.caſ.200. num.143.
16 Menoch.de arbitr.caſ.370.num.3. Et in delictis † oc-
cultis, quę difficilis ſunt probationis, leuiora ſuffi-
ciunt ad torquendum Negnſ.conſ.32.num.7. mino-
ra etiam ijs, quę in alijs requiruntur, Bald.l.quicun-
que.num.25.C.de ſeru.fugit.Purpur.conſ.449.num.8.
Grammat.conſ.40.num.7.Merlin. deciſ.100.num.13.
Oſaſc.deciſ.72.num.1.Peregr. conſ.2.num.101.in 2.
Farinac.conſil.5.num.100.conſ.116.num.16.Honde-
dens.conſ.87.num.4.vol.2.& conſil.106.num.6.mo-
dò legitima ſint Fiſci indictia num.52. vol.1. etiam
in aſſaſſinio, Honded.conſil.93.num.68.in 2. Niſi ve-
ritas aliter haberi non poſſet, tunc enim ſufficient
quęcunquè indictia, Alba, conſ.72.num.16. vt ſatis
etiam ſint ad condemnandum, Farinac.conſil.175.
num.4.quæſt.86.num.77. Menoch. de præſumpt.lib.1.
quæſt.58.conſ.788.num.1. Peregr.conſil.2.num.101.
17 vol.2. Aldouin.conſ.24.num.22. Hinc † tradit Bald.
l.nemo.3.num.3.C.de epiſc.audien. In delictis diffici-
lis probationis, Iudex promptior eſſe debet ad tor-
quendum, Iaſ.l.4.§.ſi tibi.ff.de condict. ob turp. cauſ.
Marſ.conſil.61.ad fin.Boſſ.tit.de indict.num.200. Ma-
cerat.lib.3.reſol.20.caſ.5.ad fin. Clar.§.final. quæſt.1.
num.9.quæſt.64.num.6.Ferret.conſil.51.n.15.Gram.
vot.3.num.6.Dec.conſil.342.num.3. Felic. alleg.46.
num.76.p.p.Peregr.conſ.2.num.85.in 2. Farinacius,
quæſt.37.num.150.conſ.5.num.100.conſil.23.nu.20.
18 Tum maximè ſi atrox ſit delictum. Atrox † eſſe in-
quit, Rim.Iun.conſ.327.num.18. Siquis alium ſclo-
po rotato percutiat licet mors ſecuta non fuerit.
19 Verum particeps † ſceleris pręſumitur, qui incon-
tinenti poſt patratum maleficium, auxilium delin-
quenti pręſtiterit; Secus ſi ex interuallo, Bald. d.l.
non ideo minus.num.32.Blanch.l.fin.num.201.236.ff.
de quæſtion.Griland.de relaxat.carcer.rub.de abſolut.
innoc.quæſt.7.num.2. Carrer. in prax. §.homicidium.
num.27.Farinac.conſil.219.num.1.Horat.Luc.conſil.
168.num.3.vol.1.crim.Menoch.lib.1. de præſumpt. q.
89.num.110. Aldouin.conſil.23. num.24. Quod in-
ſequendum opinor; Etſi diſtinctionem hanc non
approbet Schrader.de feud.p.9.c.2.num.36.verſ.&
licet. Vniuerſim enim compertum eſt, temporis in-
teruallo excludi quamcunquè doli pręſumptio-
nem, Farinac. quæſt.89. num.72. Aldouin. conſilio
23.num.25. Conſtat itaque ex his, torturę locus eſ-
ſe debeat.

20 Non obſtat Primum, Quia id † verum ſi nulla
pręceſſit ſcientia, Guaz.reor.defenſ.33.c.10.num.7.
nullusquè tractatus, Coſta, conſ.33.num.2. Tunc ex-
tra ordinem puniendum eſt auxilium, cum hoc
propriè non dicatur auxilium, Carpan.ad Nou.Me-
diol.Conſtit.c.homicida.num.1194.1456. Menoch.de
arbitr.caſ.349.num.22. Cumque ſcientia, hoc in ca-
ſu, ſatis conſtet, & pręcedens tractatus, ex coniectu-
ris à Fiſco deductis, ergo &c.

21 Non obſtat Secundum, Quia id dixi verum † nul-
la pręcedente conuentione, l.1.2.C.de his qui latron.
Iodoc.in prax.c.133.num.2. Amat. deciſ.104.num.
22 38. Sed auxilium pręſtitum Don Petro † fuiſſe cõ-
ſtat, vt à manibus iuſtitię euaderet: Torturę ergo lo-
cus eſt, Bertaz.crim.conſil.125.num.9. conſ.323. nu.
5.conſil.143.num.19. Aldouin.conſ.23.num.29. Fa-
chin.conſ.79.num.2.lib.3. Eugen. conſ.90.num.9.27.
23 Satiſque punibilis eſt aſſociatio, † quę reum tutum
reddidit, ne caperetur, Blanc.in l.fin.num.201. ff.de
quæſtion.Thob.Noni.conſ.101.num.19.Bertaz.crim.
conſ.143.n.20.conſ.310.num.8.Turret.conſ.66.num.
20.in 1. Aldouin.conſ.23.num.30.

Reſpon.II. Occultans, aut præſtans malefactori
24 alimenta † an puniatur? Diſtinguit, Cordub.l.ſi quis
à liberis.§.ſed vtrum.ff.de liber.agnoſc. Aut agimus
de banito, tunc dubium non eſt, quin puniatur;
Videtur enim illum receptare, qui cauendus po-
tius erat, non recipiendus, & fouendus, Surd.de ali-
men.lib.8.priuil.78.num.8. præſertim ſi ad malum
finem, Neguſ.conſ.285.num.9. Aut agitur de inqui-
ſito, & accuſato, tunc ſi præſtentur alimenta, quò
facilius, & commodius is aufugiat, de auxilio tene-
retur: At ſi non ad hunc finem pręſtentur, qui præ-
ſtitit, non tenetur, Surd.d.num.8.

25 Non obſtat Tertium, Quia † receptum eſt à Si-
culis, contra auxiliatorem nedum ad inquirẽdum,
ſed ad torquendum, & condemnandum ſatis ſunt
indictia.

Digitized by Google

indictia, vel ſententia in eius contumaciam lata, ſi de principali delinquente non ita plenè, & certè conſtaret, vt Mediolani ſeruatum inquit, *Clarus*, *§. ſin. queſt. 90. num. 6. Tuſc. lit. A. concluſ. 569. n. 9. lit. C. concluſ. 1020. num. 33.* Quod licet impugnent, *Burſ. conſ. 146. num. 10. Cartar. de exeq. ſent. capt. bann. c. 2. nu. 349. Guazz. reor. defenſ. 33. c. 10. n. 15.* Defendit tamen, ac iuri conſonum eſſe probat, *Farin. queſt. 3. num. 5. conſ. 8. n. 27.*

Ex his, *Facta relatione*, decreuit M.R.C. *Procedatur ad torturam contra Ioachimum*, Fuitque ſic exequutum, Anno MDCIX.

SVMMARIVM.

1 *Nemo, vna, eademque die, duobus in locis eſſe poteſt, ſi diſtantes illi ſint. Alias ſecus num. 24.*

2 *Fuga dici non poteſt occaſione delicti, ſi de cauſa diſceſſus conſtet.*

3 *Fuga non facit indictium delicti, ſi iuſta ex cauſa fugiat, qui bonæ vitæ, & famæ eſt.*

4 *Teſtis de auditu probat, ſi non aliter, quam per ſenſus auditum percipi id poſſit, & num. 26.*

5 *Mulier in teſtem non admittitur. Declarat. num. 27.*

6 *Corpus delicti concludenter probandum eſt in primis.*

7 *Mortuus ſi quis reperiatur, non præſumitur occiſus.*

8 *Præſumptiones vrgentiſſimæ eſſe debent ad condemnandum non probabiles.*

9 *Tortura remouet indictia quæcunque Clauſula*, citra præiudicium probatorum, *non obſtante, num. 30. 31. 32.*

10 *Medicis, vt in arte peritis, de ſuffocatione cum iuramento deponentibus, ſtandum eſt.*

11 *Occiſus, iuxta hoſtium domus, ſi quis reperiatur, à commorantibus in domo præſumitur.*

12 *Occiſus in domo, à Domino domus præſumitur occiſus.*

13 *Occiſus in via, vel ſtrata, à quo præſumatur.*

14 *Vxor domi occiſa, an à viro præſumatur, & num. 17.*

15 *Furtum ab eo, qui domi moratur, commiſſum præſumitur.*

16 *Indictum ad torturam, ex eo quis habet, quod cum malæ conditionis, & famæ ſit, in domo conuerſetur, in qua commiſſum eſt furtum.*

18 *Fama facit indictium, & iunctis alijs adminiculis plenè probat, in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, num. 19.*

20 *Fama publica licet de ſe, non plenè probet, benè tamen alias probationes adminiculatur, & adiuuat.*

21 *Fuga, & contumatia, licet ſola, reus condemnatur.*

22 *Coniecturæ in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, ſatis ſunt etiam ad condemnandum.*

23 Ceual. comm. quæſt. 337. reijcitur.

25 *Fuga aggrauat fugientem, ſicut præſentia diſgrauat præſentem.*

28 *Minor criminali in cauſa teſtis eſſe non poteſt. & quando ſecus.*

29 *Corpus delicti ſola fama probatur.*

ARGVMENTVM.

Vxor, an à Viro occiſa præſumatur, nullis in domo exiſtentibus, niſi ipſo Viro, & maximè ſi male prius ab eo tractaretur.

CONSILIVM XXXXIII.

GAſpar Aiutus, ob grauiſſimas offenſas atquè odia, quibus Sororium proſequebatur, cum nō ſemel (ſed fruſtra) vxori necem machinatus eſſet; tandem adornato itinere Caſtellionum ſecedere ſe finxit; Occultè vero domum redijt, quam cum ſetiò ad hanc ipſam rem gerendam, in extrema Franceuillæ Tertæ parte, mercede conduxiſſet, ſeorſim à reliqua vicinia poſitam; Liuiam Vxorem ſuffocauit. Serò iam facto, vulgataque mulieris morte, cum neq. vulnus aliquod, toto corpore, appareret, neque ex ſua domo, præter eius Virum, quemquam egreſſum tunc fuiſſe conſtaret. Dum, alij improuiſa morte Liuiam obijſſe potius, quàm ab alio occiſam fuiſſe conqueruntur: Inſtat Fiſcus aduerſum Gaſparem Virum: Quem vxoricidij reum non eſſe, multis ſane rationibus, & argumentis ſuadere mihi poſſe videbatur.

1 Primo, Locorum diſtantia † neminem, vna, eademquè die, duobus in locis eſſe poſſe arguit, *ad tex. cap. ex tenore. de teſtib. l. optimam. C. de contrah. empt. §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtipul. Bart. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. num. 19. ff. de edend. Angel. conſil. 275. num. 5. Aretin. conſil. 105. num. 4. Dec conſil. 94. num. 6. Alexan. conſil. 65, num. 3. vol. 2. Herculan. de negat. num. 195. Gram. deciſ. 16. num. 4. deciſ. 56. num. 3. Boſſ. tit. de defenſ. reor. num. 24. 29. Amic. conſ. 52. col. 2. conſil. 82. col. 2. Boer. deciſ. 165. num. 6. Clar. §. fin. quæſt. 52. num. 4. Pacian. de probat. lib. 1. c. 36. num. 14. 15. c. 37. num. 24. Menoch. de arbitrar. caſ. 64. num. 13. caſ. 170. num. 8. Farinac. quæſt. 66. à num. 218. conſ. 200. num. 8. Tuſc. lit. N. concl. 30. Honded. conſil. 102. num. 11. vol. 1. Felic. alleg. 79. num. 8. p. 2. Rot. Auenion. deciſ. 91. Marcabr. conſ. 50. num. 125.* Niſi miraculoſe, *Bald. & Alberic. d. l. optimam. Boſſ. tit. de defenſ. reor. num. 25. Boer. deciſ. 165. num. 8. Marcabr. d. conſil. 50. num. 124. Menoch. d. caſ. 64. num. 14. Mura, deciſ. 38. num. 8.* Probata enim præſentia in vno loco, alterius loci diſtantis abſentia, probata ſatis dicitur ex *Guaz. reor. defenſ. 28. cap. 1. num. 12.* Indirectè ſaltim, *Specul. de probat. §. probare. n. 3.* vt vxoricidio nec reus ipſe interfuerit, *Ioan. Andr. cap. bonæ memoriæ. 1. num. 43. verſ. & indirectè. Abb. num. 23. de probat. Præpoſ. cap. accuſator. n. 4. 6. quæſt. 5. Socc. c. ſuper his. num. 100. de accuſat. Florian. l. 2. n. 5. Alber. num. 3. ff. de probat. Bald. l. pantonius. §. rei, num. 2. ff. de acquir. hæred. Rom. in l. in illa ſtipulatione. num. 23. ff. de verb. oblig. Crauetta. conſ. 1. num. 8. Boſſ. tit. de defenſ. reor. num. 24. Bertaz. crim. conſ. 233. num. 14. conſ. 462. num. 3. Marcell. Calà, de mod. artic. §. 2. gloſ. 1. num. 1260. Maſcard. de probat. concluſ. 1087. num.*

num.10.Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.64. num.58. Pa-
cian.de probat.lib.1.c.37.num.25. Imò coartata cen
ſetur negatiua, ſi teſtes dixerint ſimpliciter, reum il
la die, eo in loco fuiſſe, quia præſumptiuè proba-
tum dicitur de tota die, licet neque id dixiſſent: Te-
ſtes gloſ.d.l.optimam.verb.ipſo die. Ioann. Amic. de
conſ.52.num.6.conſ.82.num.2.Guazz.d.c.1.ſub num.
13.Quare in Caſtrileoni terra non fuit reus, ſi Fran
ceuillæ tota illa die fuerat, Ruin. conſ.200.num.16.
vol.2.Rim.Iun.conſ.17.num.13.Teſtai, alleg.4.num.
19. Quo iure ergo in Caſtrileoni terra deliquit? ſi
ea die illuc non acceſſit, cap.ex tenore.& ibi, Doct.de
teſtibus.Boſſ.tit.de defenſ.reor.num.24. Felic.allegat.
130.num.2.p.2.

2 Secundo. Fuga non eſt indicium delicti ſi † cau-
ſa ſui diſceſſus conſtet, Ambroſ. deciſ.50.num.28.
Decian.conſ.8.ſub num.199. vol.1. Felic. allegat.75.
num.3.p.2. Etenim omnis fugiens licet recedat, non
tamen omnis, qui recedit, fugire dicitur, quia aliud
eſt fuga, aliud eſt receſſus à loco, Natta.conſ.430.n.
21.Coſta,cap.1.num.243.de indic. Tuſc.lit.F.concluſ.
522.num.5. Cumque eccleſiam Sanctæ Mariæ An-
nunciatæ viſitandi cauſa, Drepanum iuiſſe atteſte-
3 tur reus, Fuga ergo non eſt: Nec † facit indicium,
ſi iuſta ex cauſa fugiſſe præſumatur, Archid.c.de-
cernimus.3.quæſt.9.Marſil.conſil.48.num.28.Eugen.
conſ.63.num.67.Decian.conſ.27.num.12.vol.4. Hon-
ded.conſil.87.num.152.in 2. Quin fuga non præſu-
mitur in viro integerrimo, famæ, & honoris ſui cu-
rioſo, Angel.l.ſi à bonæ fidei.ff.de rei vendic. Marſil.
conſil.69.num.38.Felin.c.cum con ingat.col.3.verſ.1.
concluſ.de reſcript.Decian.conſ.8.num.198.in 1. Ba-
iard.ad Clar.§.fin.quæſt.21.num.67. Bertazz.crimin.
conſ.560.

4 Tertio, Teſtes de auditu † probant, ſi quod depo
nunt, non aliter, quàm per ſenſum auditus poſſet
percipi, Specul.tit.de teſte.verſ.de auditu quoque. Cyn.
& alij in l.teſtium.C.de teſtib. Doct. in c.teſtimonium.
de teſtib.& in l.2.§.labeo.ff.de aqu.pluu.arcend. Rot.
deciſ.458.in antiq.Marſ.conſil.5.num.18. Sed depo-
nit pediſſequa, tumorem ſe audiuiſſe intus domũ,
in qua vir erat, & vxor; Cumq.per ſenſum viſus fa-
cilius agnoſci ab ea potuerit reus, ergo non probat
ex auditu deponens.

5 Quarto teſtes † omnes ſunt mulieres, quæ Iure
Canonum inſpecto, omni exceptione maiores cri-
minali in cauſa non ſunt, cap.mulierem. 30.quæſt.5.
Grat.conſ.93.num.15.in 2. Turrett. conſ.44. num.28.
conſ.58.num.18.in 2.conſ.41.num.8.in 3.Farin.quæſt.
59.num.1.359.ex comm. Maſcard.de probat. concluſ.
767.num.1.concluſ.1358.num.50. Felic. allegat.25.
num.16.p.p.Macerat.lib.3.reſol.10.num.15.reſol.20.
ſub num.3. At ſi communi, vel municipali alia Lege
attenta, ipſæ admitterentur, nec plenam fidem fa-
cerent, Roland.conſ.24.nu.63.86.vol.1. Caball.crim.
reſol.caſ.288.num.64.Farin.quæſt.59.num.26. Felic.
d.alleg.25.num.17.

6 Quinto, delicti corpus † probandum eſt in pri-
mis, vt nec aliàs procedi contra aliquem poſſet, ne-
dum ad condemnationem, ſed nec ad capturam,
torturam, ſeu alium actum, Bart.l.fin. in princ.ff.de
quæſtion.Marſ.l.1.num.3.ff.eodem. Bald.conſ.77.in 3.
Angel.de maleſic.verb.fama publica. num.108. In-
trigl.lib.2.ſing.180.num.1. Pariſ.conſil.153.num.8.
in 4.Boſſ.tit.de delict.num.14.24.26.53. Seſſe, deciſ.
111.num.1.Becc.conſ.85.num.2. Felic.alleg.156.nu.
1.p.2.Honded.conſ.106.num.15.conſ.107.nu.7.conſ.
108.num.25.in 1.conſ.88.num.9.conſ.92.nu.10.vol.
2.Monald.conſ.1.num.85.in 1. Cephal. conſ.627.num.
14.Bertaz.crim.conſ.39.num.5.Burſ.conſ.225.nu.74.
Alioquin proceſſus erit nullus, l.1.§.item illud.ff.ad
ſillan.Clar.§.fin.quæſt.4.in princ. Boſſ.tit.de delict.nu.
53.Farin.quæſt.1.num.6.quæſt.2.ſub num.2.Gabr.tit.
de crim.concluſ.17.num.1.Honded.conſil.106.nu.16.
conſ.107.num.8.in 1.conſ.92.num.10.in 2.Felic.alle-
gat.49.num.14.p.p.alleg.169.num.4.p.2. Quod nec
dubitatiuè, ſed plenè probandum erat, d.§.item il-
lud.& l.ſi quando.vbi, Bald.num.2.Iaſ.num.12.C.vn-
de.vi.Crauet.conſ.244.Boſſ.tit.de delict.num.53.Fa-
rinac.conſil.195.num.28. Felic.alleg.155.num.1.p.p.
Honded.conſ.108.num.25.vol.1. Sed ſuffocatam Li-
7 uiam fuiſſe negant Medici, eamquè † repentina
morte obijſſe teſtantur, vt præſumitur, ex Bald.l.
huic.ff.ad l.aquil.conſ.77.num.3.vol.3.Farinac.quæſt.
2.num.4.Baiard.ad Clarum.§.fin.quæſt.4. num. 9. Fe-
lic.alleg.155.num.5.p.2. Rationem addunt, quod
toto eius corpore inſpecto nullum ſuffocationis a-
gnouerint ſignum, cumque peritis ſtandum ſit, Al-
ba, conſ.20. ergo, &c.

8 Sexto extra ordinem † ex præſumptionibus pu-
nitur reus, ſi vrgentiſſime ille ſint, Bald.l.quæcunque.
num.28.C.de ſeru.fugit. Boſſ.titul.de conuict. num.23.
Maſcard.de probat. concluſ.1221.num.53. Ambroſ.
deciſ.47.num.23.Honded.conſ.98.num.7.in 2. Becc.
conſil.52.num.84.Menoch.lib.1.de præſum. quæſt.94.
ſecus ſi probabiles tantum ſint, Felic. allegat.89.nu.
9 10.p.p.Farinac. quæſt. 86. num.84. Sed tortura † ex-
tinguit omnia indicia, ſi reus neget, vt abſoluendus
ſit, Alber.rub. C.de quæſtion. num.9. & in l.edictum.
num.2.C.eodem.Bart.& Alex. l.vnius. §.1. ff.eodem.
Beluiſ.prax.crim.tit.de quæſtion.num.102.Cepoll.con-
ſil.32.Gramm.deciſ.8.num.1.conſ.64.num.10.Trini-
ſan.deciſ.45.num.4.lib.2. Boer. deciſ.163. nu.12.14.
Dec.conſil.362.ad fin.Polidor.Rip. obſer.237.num.1.
Caball.crim.reſolut.caſ.288. num.22.29.30. Peguer.
deciſ.70.num.2.Macerat.lib.3.reſol.7. num.15.reſol.
22.num.9.Farinac.conſil.10. num.18.conſil.11.num.
46.conſil.25.num.45.conſ.60.num.32.conſil.102.nu.
50.quæſt.4.num.26.quæſt.40.num.2.6. Intrigl. deciſ.
40.num.32.& d.ſing.180.num.4. Ball. tract.var.tit.
de quæſtion.quæſt.17.num.13.Boſſ.tit.de ſenten. num.
71.Cephal.conſ.621.num.1. Magon. Lucenſ. deciſ.89.
num.12.Burg.de mod.procedend. ex arrupt.quæſt.47.
num.21.ex comm.Clar.§.fin. quæſt.64.num.37. Viui.
deciſ.143.num.2.Bertaz. crim. conſ.266.num.1.conſ.
333.num.6.conſ.408.num.16.conſ.427.num.1.conſ.
528.num.1.Rimin.Iun.conſ.772.num.15. Decianus,
conſil.93.num.132.vol.2. Guazz.reor.defenſ.30.cap.
40.num.1.Franc.deciſ.577. Cartar.lib.4.interrogan.
reor.cap.1.num.133.& de execut.ſenten.capt.bannit.
c.2.n.60.Cum tortura ſpecies ſit probationis, Crau.
conſil.35.num.20.Burg.de mod. proceden. ex arrupt.
quæſt.4.num.27.Decian.lib.5.crim. c.36. num.1. Ca-
ball.crim.reſol.caſ.29. Ac loco teſtium ſuccedit, Boſſ.
tit.de confeſſ.num.56.Crauet.conſil.35.ad fin. Farin.
conſ.6.num.28.conſil.60.num.26. Baiard.ad Clarum.
§.fin.quæſt.60.num.55.Burg.de mod.proceden. ex ar-
rupt.quæſt.100.num.34. Inde eſt, vt fatuus ſit iudex,

qui

Digitized by Google

qui reum torqueat ſuper plenè probatis, Marſ.l.1.l.
edictum.ff.de quaſtion. Bald.l.ſi quis.C.ad l.iul.maieſt.
Caſtr.l.ſi quis hoc.C.de epiſcop.& cler. Carrer.in prax.
in princ.num.188.Caual.de brach. reg.p.3.numer.25.
Vulpell.conſ.4.num.13. Gramm.vot.2.num.6.Couarr.
pract.quaſt.23.num.5,Farin.quaſt.40.num.34.Coſta,
ſubſid.remed.26.num.2. Maſcard.de probat. concluſ.
1385.num.3. Maccrata. lib.3.reſol.44.num.5.ad fin.
Bertaz.crim.conſ.153.num.8. Intrigl.d.ſing.280.nu.
3. Nec clauſula ſine præiudicio probatorum, tanquam contraria facto, prodeſt Fiſco, Caual.de brac.
reg.p.3.num.271.ad fin. Boſs. tit. de confeſſ.num.29.
tit.de indic.num.30.Guaz.reor. defenſ.30.c.40.num.
6.Rim.Iun.conſil.704.num.20.Bertazz.crim.conſil.
266.num.2.Decian.conſ.93.num.74.vol.2. Farinac.
conſil.11.num.46.conſ.60.num.31. Tum maximè ſi
ſuper delicto interrogetur reus, Boſs.tit. de confeſſ.
num.29. Caball. crim.reſol.caſ.17.num.8. Bertaz.crimin.conſ.53.ad fin.Macer.lib.3.reſol.22.num.10.Vel
ſi nec conuictus, nec confeſſus, aut condemnatus
ſit, Boſſ.tit.de ſenten.num.70.Clar.§.fin. quaſt.64. numero8.Riminald.Iunior.crim.conſ.84.num.15.vol.2.
Farin.quaſt.40.num.28.Peguer.deciſ.5.num.29.Polidor.Rip.obſeru.237.num.3. Hæc me dubium reddebant.

Re tamen ipſa, diligenti ſtudio, ac cura peruigili
examinata; Contrariam opinionem veriorem eſſe
exiſtimo, Liuiam nempè vxorem à Gaſpare Viro
ſuffocatam, occiſamque fuiſſe. Quam ſententiam,
vt veram eſſe patefaciam, & dilucidius explicem;
10 Moneo prius præmittendum. Medicos † omnes
Terræ Caſtrileonis illam ſuffocatam cum iuramento atteſtatos eſſe, quibus ſtandum inquit, Bart.l.in
rixa.ad fin.ff.de ſicar. Anan.conſil.45.num.3, Alex.
conſil.115.num.1.in 3. Anchar. conſ.392. nu.5.Boſſ.
tit.de delict.num.7.Monald.conſil.150. num.51. in 1.
Honded.conſ.88.num.18.in 2. Rot. deciſ.107.num.6.
p.2.Gramm.crim.conſ.24. Azeued.conſil.28.nu.108.
Maſcard.de probat.concluſ.1034.num.2.Caſtill.deciſ.
178.num.9.10.Clar.§.homicidium.num.43. Gail.lib.
2.obſer.111.num.7.Eugen.conſil.64.num.23.24.25.
Ludouic.Peruſ.deciſ.28.num.18. Peritis in arte credimus, l.1.ff.de ventr.inſpic.l.ſemel. C.de re milit.lib.
10.c.ſignificaſti.2.de homic. Monald.conſil.21.nu.10.
in 2.Gail.d.obſer.111.num.8.19. Rim.Iun.conſ.792.
num.13.Becc.conſil.44.num.18.Surd.conſ.126.num.
16.Cephal.conſil.28.num.51.conſ.77. num.23. Coſta,
ſubſid.remed.70.illa.4.num.8. Afflict. deciſ.253.nu.
10.Alba,conſ.20. num.15.conſ.55.num.5.Tuſc.lit.P.
concluſ.286.Bertaz.crim.conſil.1. num.21. conſ.116.
num.15.conſ.208.num.22.Macerat.lib.1. reſolut.43.
num.3.Turret.conſ.23,num.3.vol.1.Eugen.conſil.28.
num.25.26,27.conſil.47. num.27. Pariſ.conſilio 56.
num.13.vol.2.Neguſ.conſ.472.num.1.Maſcardus,d.
concluſ.1034.num.1.concluſ.1169.à num.1. Decian.
conſ.20.num.31.conſ.29.num.22.vol.1., etſi cum iuramento per verbum, credo, deponant, Bart.& reliqui,d.l.1.Clar.§.fin.quaſt.4.num.4.& §.homicidiũ.
num.43.Maſcard.de probatio.concluſ.1034. num.37.
concluſ.1169.num.19.48.Tuſc.lit.P. concluſ.286.nu.
12.Monald.conſ.150.num.52. in 1. Decian.conſil.51.
num.81.in 2.Gabr.conſil.55.num. 2. vol. 1. Quo ſic
præmiſſo: Verè omnis huius conſultationis dubitatio, in eo eſt; Quod cum nullum videatur ſuffocationis ſignum, nulluſque ſit teſtis de viſu, an à viro
eam ſuffocatam dicemus? Vtquè hanc ſequar ſententiam mouent me multa.

11 Primo, Occiſus iuxta † hoſtium domus ſi quis
ſit, vel in ipſa domo, ab js, qui domum morantur,
occiſus præſumitur, l.1.§.hoc autem.& §.ſi quis in
villa.vbi Dyn.ff.ad Syllan. Abb.in c.cum non ab homine.num.19.de iudic.Iaſon.l.ſi quando.num.40.C.vnde
vi.Salic.l.fin.num.1.C.de ſicar.Blanc.de iudict.num.9.
10.299.& in l.fin.num.295.296.300.ff.de quaſtion.
Calcan.conſ.63.num.4.conſ.67.num.1.Gramm.crim.
conſ.53.num.2.& vot.23.num.2.Pute.de ſindic.gloſ.
tortura.c.2.num.1.Farin.quaſt.52.num.133.Foller.in
prax.verb.dent.capit. quod ſuffoc. vxor. num.10.12.
Menoch.de arbitr.caſ.270.num.22.caſ.294.num.53.
de præſumpt.lib.1.quaſt.89.num.100.iuncto, numero
134.Honded.conſ.96.num.7.vol.2.Caball.crim.reſol.
12 caſ.230.num.34. Imo ſi in domo † occiſus quis reperiatur præſumptio eſt contra Dominum, l.1. ff.
de off.præfec.vigil.l.cum merces.§.1.ff.locat.Bart.l.1.
ff.de edict.curril. Blanc.l.fin.num.298.ff.de quaſtion.
Foller.d.verb.dent.capit.num.11. Angel. de maleficio.
verb.fama publica.& ibi Scholiaſt.num.53. Pute. de
ſindic.verb.torturæ.§.mandauit rex.num.14. Carrer.
prax.in princ.num.117.Azeued.l.11.num.1.tit.23.
lib.8.recop.Bertaz.crim.conſil.448.num.1. Auend.
p.2.de mandat.reg.c.8.num.6.Vel à domina domus,
ſi abſens eſt dominus, Azeued.d.l.11.num.2. Si in
13 via † à vicinis occiſus præſumitur, Bart.l.ædiles.ff.
de via public.Bald.l.dominus horreorũ.ff.locat. Gram.
crim.conſ.53.num.2.Azeued.d.l.11.num.2.Caball.d.
caſ.230.num.33.Menoch.de arbitr.caſ.394.num.53.
Vel ab eo, qui viam frequentaret, Ang.l.iuſto.ff.de
vſucap.Alex.conſ.50.num.6.vol.1.Honded.conſ.97.
num.23.vol.2.Alba,conſ.72.num.3.conſil.56 nu.30.
Tuſc.lit.P.concluſ.617.num.11.Menoch.lib.1.de præſumpt.quaſt.89. Farinac. quaſt.53.num.138. Natta,
conſil.422.num.24. Si ſimilia conſueuit committe-
14 re, Alba,conſ.72.nu.7. & licet † traditionem hanc
veram ſimpliciter non eſſe dixerit, Decian.lib.8.crimin.cap.4.num.12. Sed ita demum, ſi ipſe vicinus,
vel dominus domus, malæ famæ ſint, & ſoliti talia
committere, vel alia cõtra eos vrgeat præſumptio,
aut ſuſpicio ſaltem, Roman.l.1.§.ſi quis.num.4.ff.ad
Sillan.Alex.ad Bart.d.l.ædiles. Iaſ. l.in actionibus.nu.
41.42.ff.de in lit.iuran. Blanc.l.fin.numero 298.ff.de
quaſt.Nouell.de defenſ.reor.tit.an indict.dand.ſit.nu.
146.Bertazz.d.conſ.448.num.2.Marſ.in prax.§.diligenter.num.97.107. Alias ſola illa occiſi hominis
coniectura, ſatis non erit: & licet, Bald.d.l.dominus
horreorum. Id ſimpliciter affirmaſſe videatur, & in
l.1.ff.locat.Bart.l.ædiles.ff.de via public. Antonius
Butr.c.ſignificaſti.de homic.Iaſ.d.l.ſi quando.num.39.
40.Gramm.conſ.53.num.3. & hoc receptius dixerit,
Menoch.de arbitr.in ſcholijs ad caſ.394.num.18. Tutius tamen cenſui, vt ad torquendum, alia concurrat coniectura, ex mala nempè illius fama, vel ex
inimicitia, non ad inquirendum, Bart.& Marſ.num.
4.in l.fin.ff.de quaſt.Menoch.d.nu.18.& de præſumpt.
lib.1.quaſt.89.num.92.copioſius,lib.5,præſumpt.15.
num.5.& d.caſ.270,num.22. Sed ea in domo ſolus
vir erat, ab eo igitur Liuiam occiſam, ait, Bald.conſ.
254.vol.2.Boer.deciſ.261. Decian. lib. 9. crim.c.14.
15 num.6. Hinc ſi te vnum † furti tempore domi fuiſſe
probetur,

Digitized by Google

probetur,ſuſpicio eſt te ſubtraxiſſe, *not. l.final.ff.de*
quæſtion.l.ſi ita.§.mulier.ff.de fund. inſtruc. Bald. l.1.
num.6.C.locat.Iaſ.l.ſi quando.num.39.C.vnde vi.Go-
mez,3.delict.cap.13. de tortur. num.13. Menoch. de
arbitr.caſ.270.num.21. Triniſan. deciſ.13.num.33.
16 *lib.2.* Imo ſi quis † malæ conditionis cum ſit, con-
uerſetur in domo, in qua commiſſum fuit furtum,
indictium eſt,quo torqueri poſſit, *Bart.l.final.ff.de*
quæſt..Alba,conſil.56.num.30.conſ.72.num.3.7. Fol-
ler.d.verb.dent.capit.quod ſuffoc.vxor.num.12.Nat-
*ta,conſ.422.num.23.*Vel ſi frequenter viam tranſie-
rit,in qua commiſſum fuit homicidium ſit, *Farin.*
quæſt.52.n.142.Coſta de ſcien. & ignor.cent.1.diſtin.
9. num.7.

17 Secundo,Vxor à viro † occiſa præſumitur, ſi aliæ
concurrant coniecturæ,*Bald.conſ.254.vol.2.Signo-*
rol.conſ.63.conſ.115.Boer.deciſ.261. Marſil.conſ.5.
Foller.d.verb.den.capit.num.9.10. Menoc.lib.5.præ-
*ſumpt.15.num.4.Decian.d.c.14.num.6.*Sed quæ ma-
ior allegari poteſt coniectura? quàm odio Liuiam
vxorem habuiſſe, *Intrigl.deciſ.40.num.80.* Hinc illa
iuris concluſio, occiſus in dubio ab eius inimico
quis præſumitur,*Imol.l.fin.num.20. ff. de hered.inſt.*
Angel.l.fin.C.de quæſtion. & de malefic. verbo.Quod
fama publica.num.50.Rom.l.1.§.ſi quis in villa. ff.ad
Sillan.& conſ.7.Dec.conſ.64.num.6.Calcan.conſil.65.
num.2.ſcitè,Grat.conſ.136.num.24.in 1.Gram.conſi.
22.num.8.Natta.conſ.422.num.20.Maluaſ.conſ.25.
num.17.Pacian.conſ.119.num.6. Ac ſæpius abſquè
cauſa, illam verberibus percutere conſueuerat vir,
Bald.d.conſ.254.Boer.deciſ.261.num.1.Menoch.dict.
*præſumpt.15.num.9.*Cum non niſi modicè,& ex cau
ſa,illam verberare permiſſum ſit viro, *l.ex conſenſu.*
auth.ſed nouo iure.C.de repud.Bald.l.ſi filius.C.de patr.
poteſ. Apoll.l.marcellus.ff.de verb.ſignif. Felin.c.cum
contingat.ad fin.de for.compet. Alex. conſ.96.conſilio
115.num.3.in 4.Marſ.in prax.§.aggredior. num.81.
Signorol.conſ.63.Alciat. regul.1.præſumpt.3. num.3.
Marot.conſil.41.Gabr.conſil.161.vol.1. Barboſ.rubr.
ff.ſoluto matrim.p.p.num.35. Foller. d.gloſs.dent.cap.
quod.num.65.Triniſan.deciſ.45.num.17.lib.1. Farin.
quæſt.143.num.197. Menoch.de arbitr.caſ.364.num.
8.Bertazz.crim.conſ.228.num.14. Paſqual.de virib.
patr.poteſ.p.3.c.4.nu.20. Sanchez. de matrim.lib.10.
diſput.18.num.2.Burſ.conſ.333.Peguer.deciſ.20.Ca-
nal.deciſ.18.num.27.p.2. Guazz. de caut.non offend.
§.3.quæſt.8.num.5.p.2.Tuſc.lit.M.concluſ.402. Rim.
Iun.conſil.174.num.28. Eamq.ter occidere tentauit
vir, & prima vice Tucciam pediſſequam auxilia-
tam ei fuiſſe, qua acclamante Capitaneum ſuper-
ueniſſe, qui viſis ſignis in gutture, & ſanguine in
ore,virum carcerauit, ipſiq. Liuiæ mulierem aliam
pro ſui defenſione reliquit. Item,& ſecundo in ter-
ra Francauillæ ſcopettæ ictu illam interfeciſſet no-
ctis tempore, niſi Millia Lumbardo nutrix, & Ca-
therina Cundari illius iram non temperaſſent.De-
nique,& tertio illam venenauit, ſed effectus non
fuit ſecutus. Cumque mortem Liuiæ ſæpius fuerit
adminatus vir, domum in finibus terræ Caſtrileo-
nis conduxit, & Tucciam pediſſequam magazenio
recluſit,ne opem Liuiæ vxori afferret, quam nec ab
alio habere poterat. Auditus etiam à Tuccia fuit
rumor in domo, & Liuiam aduerſus virum vociſe-
rantem,ipſoq. viro à domo recedente, Tuccia Ma-
gazenium egreſſa Liuiam in domo mortuam inue
nit,Quam cum ſolo viro tunc reliquerat. His acce-
dat quod nec vxorem iam vita functam ſepeliri cu
rauit vir, ne patriæ conſuetudinem obſeruauit, cir-
ca luctum,eamquè non luxit,*Foller.d.verb.dent.ca-*
pit.quod ſuffoc. vxor. num.40.41.42. 46.48. Intrigl.
deciſ.40.num.78.Menoch.d.præſum.15.num.8. Lugu
bri veſte,nec ſe induit, *Foller.ibid.num.44. Menoch.*
d.num.8.Intrigl.d.num.78. Quin maritum non vin-
dicantem occiſæ vxoris mortem, puniendum in-
quit,*Foller.d.verb.dent.capit. quod ſuffoc.vxor. num.*
64. Tum maximè, quod in ſubitionibus faſſus fue-
rat reus eam nimium dilexiſſe, ob eximiam eius
virtutem, ſi tamen nec eius mortem conquæſtus
fuit,ab eo occiſam ſuſpicatur, *Foller.in d.nu.40.41.*
Intrigl.d.num.78.

18 Tertio accedit † Fama, qua (ſi ceſſarent ſuffoca-
tionis ſigna) ſatis probat, quod ſuffocata illa fuerit,
Marſil.conſ.5.num.22. Foller.d.verb.dent.cap.nu.16.
Decian.d.num.6. Vel cum ex his ortum habuerit,
indictium facit,*Peguer.deciſ.17.d.num.12. Farinac.*
quæſt.47.num.36.Villar.conſ.9. num.13.p.2. Intrigl.
deciſ.38.num.22. & iunctis adminiculis plenè pro-
bat,*Bart.l.fin.ff.de quæſtion. Alex. conſ.24.conſ.69.*
vol.2.Rim.Iun.conſ.217.num.20. Petroc.conſil.40.
num.49.50. Maſcard. de probat. concluſ.753.num.2.
Decian.conſ.62.num.20.in 3.Neguſ.conſ.471.num.4.
19 *Honded.conſ.87.num.19. in 2.* In ijs præſertim † quæ
difficilis ſunt probationis,*Dec.c.1.num.41.de appel-*
lat.Rom.conſ.76.num.5.& ibi,Mandoſ.Gratian.regul.
187.num.8.Decian.conſil.29.num.39.in 1. conſil.83.
num.4.in 3.Boſſ.tit.de part.ſuppoſ.num.20.Cenal.com-
mun.quæſt.302.nu.1.2. Honded.conſ.87.num.19.20.
in 2.Verall.deciſ.78.num.4.p.2. deciſ.49.num.3.p.3.
Menoch.de arbitr.caſ.89.num.88. conſ.788.num.27.
Farinac.conſ.227.num.5. Vel & ſi dixerint alij,quod
20 de ſe † non plenè probat, Alias tamen probationes
adminiculatur,*l.3. & ibi,gloſ. verb. confirmat.ff.de*
teſtib.Bart.l.de minore.§.plurium. num.30. Marſ. nu.
64.ff.de quæſt.Boſſ.tit.de inquiſit.num.37. Farin.conſ.
227.num.6.Maſcard.de probat.lib.1. in præfac. quæſt.
11.num.6.& concluſio.748.num.9. concluſ. 753. nu-
mero 6. Si nec formiter probata ſit, *Baiard. ad Cla-*
rum. §.final. quæſt.6. num.9. etiam ad condemnan-
dum,*Gramm.deciſ.42.num.12. Honded. conſ.87.nu.*
20. in 2.

21 Quarto, Fuga mariti † ſtatim arrepta vehemen-
ter adminiculatur, quod ipſe vxorem interfecerit,
Cranet.conſ.6.num.37.Caball. crim.reſol.caſ.288. nu.
43.Decian.d.c.14.num.6. Imo tradit, *Socc.conſ.8.in*
1. Quod ſi quis reperiatur mortuus, & ab eo loco
vnus fugiat, homicidam eum eſſe, ſi ab alio com-
mitti non potuit, vt quia ex vna domo, habente
vnum exitum ſolus fugiat, *Marcabr.conſ.112.d.nu.*
14. Sed Liuiæ domus vnum exitum, vnam aulam,
vnamque cameram habebat, & in finibus terræ
erat, à Fugiente, ergo viro, occiſa cenſetur, vt con-
demnari,ex ſola hac fuga poſſit,*Paz.l.ſtyl.39.ſchol.*
2.num.8.Peguer.deciſ.17.d.num.29. Menoch.conſilio
788.num.28. Cum fuga, & abſentia, graue ſit deli-
ctum, qua probata ſtatim ſuccedit punitio delin-
quentis,*ex l.non omnis.§.deſerit.ff.de re milit.* Vbi ex
ſola fuga,& deſertione militiæ reus mortis, tranſfu
ga efficitur,*& in l.milites agrum. §.deſertores.ff.eod.*

Vbi

Digitized by Google

Vbi Patris oblatio, pœna mortis, deſertorem filiũ, non tamen alia extraordinaria liberat: & mitior pœna, quæ in eum irrogatur, eſt deportatio. Quibus ſtipulatur *tex. l. proditores. ff. eod.* Vbi ex ſola Fuga, quis proditor iudicatur. Addo, *l. Lege Cornelia. ff. ad ſyllan.* Vbi ſi dominus occiſus ſit, & mancipia aufugiant, ex ſola ſuga de ſicarijs in eos iudicium datur. Confert *tex. l. conſiliarios. ibi. pro confeſſo. C. de aſſeſſor.* Vbi ex ſola fuga, quis pro confeſſo habetur, & fugientem à domo ſua, vel iuriſdictione (anteꝗuã caperetur) poſſe torqueri probat, *tex. l. Diuus Adrianus. ff. de cuſtod. reor.* Niſi aliqua excuſationis cauſam allegaret reus, quam ex officio quærere etiam deberet Iudex, *l. 1. ff. de quæſtion. l. ſi non defendatur. ff. de pœn. Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 20. num. 11. Paz, d. l. ſtyl. 39. nu. 18. 19.* Contumacia, & bannum criminis veritatem arguit, *Clar. §. fin. qu. 64. Intrigl. deciſ. 40. n. 89.* ex fuga namque dolus arguitur, *l. impuberibus. §. præterea. & ibi, gloſ. verb. ſententia ſua. & §. item ſi quis. ff. de ſuſpect. tut. Maſcard. de probat. concluſ. 531. num. 23.*

22 Quinto in occultis. † & quæ difficilis ſunt probationis, coniecturæ ſufficiunt, *l. licet imperator. ff. de legat. 1. l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repud. l. ſi ij qui. C. de adult. c. præterea. de teſtib. Bart. Alex. & Iaſ. l. in illa. ff. de verb. oblig. Bald. l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. num. 1. & ibi, Doct. ff. de edend. Rebuff. l. diuus. not. 3. num. 67. ff. ad ſyllan. Guttier. l. nemo poteſt. num. 403. ff. de legat. 1. Aret. l. ſi is qui. in princip. ff. de acquir. hæred. Boſſ. tit. de delict. num. 20. Dec. conſil. 577. num. 3. 12. Gramm. conſil. 27. num. 14. Boer. conſil. 40. num. 101. Foller. in prax. verb. capiat. informationes. num. 78. Alex. conſ. 69. num. 1. 2. in 2. Soc. Iun. conſilio 32. num. 12. in 2. Pariſ. conſ. 29. num. 13. in 2. Neuiz. conſ. 25. num. 12. Marſ. conſil. 5. num. 2. conſil. 27. num. 10. Viui. deciſ. 157. num. 14. 15. Natt. conſi. 407. num. 13. Farin. queſt. 2. num. 12. Alba, conſ. 83. num. 11. Caball. crim. reſol. caſ. 288. num. 71. 73. Rim. Iun. conſilio 433. num. 7. Anchar. Iun. lib. 3. quæſt. 76. nu. 27. Surd. conſ. 1. num. 39. Valenzuel. conſil. 28. num. 2. Honded. conſ. 33. num. 3. conſ. 87. num. 2. conſil. 88. num. 1. in 2. Mantic. de coniect. vlt. volum. lib. 10. tit. 14. numero 9. Decian. conſ. 7. num. 40. conſ. 83. num. 3. in 3. Oſaſcus, deciſ. 72. in princ. Gregor. Lopez, l. 3. gloſs. 2. quæſt. 21. tit. 13. par. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 58. nu. 1. 2. de arbitr. quæſt. 58. num. 11.* Si ſint grauiſſimæ, *Abb. conſi. 113. num. 3. p. 2. Bald. conſ. 134. in 3. Alex. d. conſ. 69. num. 2. Valenzuel. conſil. 28. nu. 13. Menoc. conſ. 82. num. 193. Paſet. conſ. 182. num. 12. 13. Tuſc. lit. P. concluſ. 789.* Et vbi vera probatio haberi non poteſt, *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de milit. teſtam. Iaſ. l. cum ea. num. 5. C. de tranſact. Guid. Pap. conſ. 26. num. 1. Menoch. lib. 2. præſumpt. 33. num. 18. Calephat. crim. conſ. 86. n. 22. vol. 2. Bonacoſſ. comm. opin. tit. de probat. n. 301. Gram. conſ. 22. nu. 15. Valenzuel. conſ. 28. n. 3. 4.* Aut ſi nec aliter haberi poteſt, *Bald. & Salic. l. fin. C. de probat. Iaſ. & Doct. l. licet imperator. nu. 4. 5. ff. de legat. 1. Bald. l. quicunque. num. 28. C. de ſeru. fugit. Abb. conſ. 113. lib. 2. Alex. conſ. 15. nu. 13. vol. 1. conſ. 14. num. 2. in 3. Marſ. ſing. 19. in prax. §. diligenter. num. 21. & rub. C. de probat. num. 254. Afflic. deciſ. 44. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 58. num. 11. Caball. d. caſ. 288. n. 71. Maſcar. de probat. concl. 469. num. 4.* Quod enim præſumptiuè conſtat, probatum ſatis dicitur, *Abb. cap. ſcribam. num. 1. 2. de præſump. Bald. l. fin. n. 7. ff. de hæred. inſtit. Affl. deciſ. 13. num. 24. Crauet. conſ. 73. num. 19. conſ. 156. n. 15. Valenzuel. conſ. 28. num. 7. Ludouic. tit. de probat. concluſ. 1. Molin. lib. 3. de primog. cap. 4. n. 40. Tiraq. 1. retract. §. 4. gloſ. 1. n. 19. Tuſc. lit. P. concluſ. 611.* Ad extra ordinem condemnandum, *l. abſentem. ff. de pœn. l. qui ſententiam. C. eod. Cepoll. conſ. 32. n. 20. Marſ. in prax. §. principium. num. 7. 8. Gram. deciſ. 8. num. 8. deciſ. 56. num. 21. deciſ. 96. num. 7. vot. 23. num. 20. 21. conſ. 36. num. 23. Grat. conſ. 100. num. 10. in 2. Cephal. conſilio 621. num. 2. 3. 4. conſ. 652. num. 19. Boſſ. tit. de conuict. num. 34. tit. de confeſſ. num. 12. Burſ. conſ. 239. num. 1. Franc. Marc. deciſ. 819. n. 2. p. 2. Boer. deciſ. 164. nu. 6. Felic. alleg. 89. num. 10. p. 2. Becc. conſ. 67. nu. 6. Tuſc. lit. P. concluſ. 635. n. 7. 15. 21. Valenzuel. conſ. 28. nu. 12. Clar. §. fin. quæſt. 20. Oſaſc. deciſ. 72. n. 1. Neguſant. conſ. 499. n. 28. Maluaſ. conſ. 25. n. 29. Maſcard. de probat. concluſ. 1221. à n. 41. concluſ. 1223. num. 20. Turret. conſ. 9. num. 93. in 1. Ludouic. lib. comm. opin. concluſ. 45. Franc. deciſ. 372. Gabr. conſ. 180. nu. 20. in 1. conſ. 177. num. 5. in 2. Fachin. lib. 1. iur. controuerſ. 29. Farin. quæſt. 86. num. 84. Menoch. de arbitr. caſ. 279. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. Surd. conſ. 132. nu. 91.*

23 Et licet † *Ceual. comm. quæſt. 337.* Multos affirmaſſe dixerit, ex indictijs indubitatis reum condemnari ad mortem poſſe, eamque *Opin. eſſe comm.* & allegat, ad hoc *Crauet. Clar. Gabr. Menoch.* Et alios permultos, tàm Antiquos, quàm Modernos, quorum aliqui etſi hoc ex aliorum dictis referant; Nullus eſt tamen (& hoc omnino notandum) Qui hoc expreſſim teneat, aut affirmare auſus ſit, Quem huc vſque viderim, præter *Abb. in c. adferte. n. 6. de præſump. Bellamer. deciſ. 689. ad fin. Sarmien. lib. 1. Select. interpr. c. 1. n. 5. ad fin.* Et alios perpaucos, Quorum ſententiam, auſim dicere nec vnquam fuiſſe, *comm.* quicquid *Ceual.* dixerit *d. quæſt. 337.* & ita iuris eſſe concludo.

Non obſtat nunc adducta in contrarium, in quorum diſſolutione non paruus videtur eſſe labor.

24 Nam ad primum reſpondeo quod locorum † diſtantia talis non eſt, vt fieri nec poſſit, quin illic eſſet, & vxoricidium committeret, ſed locus in quo reus ſe fuiſſe aſſerit, parum diſtat, vt ire, ac redire potuerit, ſecus ergo eſt, *Boſſ. tit. de defenſ. reor. num. 24.* & in his terminis loquuntur *Doct.* ex aduerſo, ergo, &c.

Non obſtat Secundum, Quia Drepanum iuiſſe
25 non probauit reus, † Eius ergo fuga præſumptio
eſt delicti, *Gomez, l. Thaur. 76. num. 12. Crauet. conſ. 6. num. 39.* quæ fugientem aggrauat, ſicut præſentia eum diſgrauat, *ad text. c. nullus. de præſumpt. Apen. l. quicunque. col. 8. caſ. 33. C. de apoch. public. lib. 10. Caball. reſol. crim. caſ. 288. num. 47.* Creſcitque fuga ex mendacio quo dolus arguitur, *l. ſi quis affirmauerit. ff. de dol. Crauet. conſ. 2. n. 13. conſ. 282. n. 8. Caball. d. caſ. 288. nu. 55.* Vt non leue ſit commiſſi criminis indictium, *Crau. conſ. 178. n. 4. Socc. conſ. 40. nu. 5. vol. 3. Marſ. conſ. 15. Triuiſ. deciſ. 13. n. 37. lib. 2. Eugen. cõſil. 17. n. 17. 57. conſ. 63. n. 45. 58. 59. Alba. conſ. 56. n. 31. conſ. 72. n. 10.* Proinde ſuga mariti, vehementer adminiculatur, quod ipſe vxorem interfecerit, ex *Bald. conſ. 254. vol. 2. Crau. conſ. 6. n. 37. Caball. d. caſ. 288. n. 43. Decian. lib. 9. crim. c. 14. n. 6.*

26 Non obſtat Tertium, Quia teſtes † de auditu
non probant, ſi quod deponunt per auditum per-
cipi non poteſt, vt dixi, n.4. Sed rumor per ſenſũ au
ditus percipitur, ergo probant, Marſ.conſ.5.n.18. ac
ſi de viſu eſſent, Farin.quæſt.69.n.151.156.

27 Non obſtat Quartum, Quia id, ius † canonum
admiſit, iure autem ciuili indiſtinctim, criminali-
bus in cauſis, recipitur mulier, c.forus.de verb.ſigni-
fic.Clar.§.fin.quæſt.24.Borrell.conſ.66.nu.46. Caball.
crim.reſol.caſ.288.n.64. Decian.lib.3.crim.c.7.n.6.
lib.2.c.21.n.27. Et licet aliquantulum de fide eis
minuatur, ex Crauet.conſ.99.n.5. & alij ſupra, n.5. In
delictis tamen, quæ teſtibus omni exceptione ma-
ioribus probanda ſunt ſi occultim, & in domo com
miſſa fuerint ne ignoretur veritas; Teſtes, aliàs inha
biles ſatis eſſe voluit, tex.l.conſenſu.§.ſuper plagis.C.
de repud.c.veniens.2.de teſtib.c.tertio loco.de probat.
Abb.c.inſuper.n.2.c.in literis.num.2.de teſtib. Bald.
l.quando liberi.num.3.C.de teſtib.Gerar.ſing.24.Gril-
land.lib.2.de ſortileg. quæſt.6. num.4. Rebuff.de re-
probat.num.185.Surdus, conſil.513.num.40. Ferrett.
conſil.392.num.21.vol.2. Farinac. quæſt.62.à nu.50.
quæſt.54.num.76. Turrett.conſilio 23. num.16. vol.1.
conſil.41.num.10.in 3. Marſ.conſ.5.num.9.ſingul.73.
533.Gregor.Lopez, l.1.gloſ.6.tit.16 p.3. l.1. gloſſa 7.
quæſt.1.tit.9.p.7.l.10.gloſ.1.tit.17.par.7. Valenzuel.
conſil.28.num.15.Rim.Iun.conſil.113.num.31.conſil.
325.num.3.Gomez, 3.delict.c.12.num.21. Decianus,
conſ.93.num.15.in 2. Menoch. de arbitrar. quæſt.79.
num.32.Rot.Gen.deciſ.77.num.4. Burſ.conſilio 239.
num.29.& notat, Salicet.in l.ea quidem.C.de accuſa.
Quod ſi delicti ſit quæſtio, in quo teſtes omni exce-
ptione maiores haberi non poſſint, tunc teſtes non
omnino integri admittuntur, Marſ.conſ.5.num.10.
Et vbi probari non poteſt delictum niſi per mino-
28 res † tunc impuberes admittuntur, Alberic.l.in te-
ſtimonium.ff.de teſtib.Marſ.conſ.5.nu.11. Valenzuel.
conſil.28.num.30.Gram.conſ.45.n.21. Quia ad pro-
bandum, quæ difficilis ſunt probationis, teſtes etiã
inhabiles ſatis ſunt, Alex.conſ.89.num.4.vol.3. Cra-
uet.conſ.56.num.12.conſ.278.num.3.Farin.quæſt.24.
num.221.Viui.deciſ.122.num.12. deciſ.157.num.8.
13.Surd.conſ.371.num.91.Macerat.lib.3.reſolut.10.
n.11.Maluaſ.conſ.25.num.26. Honded.conſ.87.nu.3.
vol.2. Ac ſi omni exceptione maiores eſſent, Dec.
conſ.342.num.3.Viui.d.n.13. maximè ſi factum ſui
natura tale ſit, vt alijs teſtibus probari nec poſſit,
Abb.num.12.Bald.num.40.cap.cum dilecti.de elect.
Bertaz.crim.conſ.291.n.11. Borrell.conſ.69.nu.19.
Maluaſ.conſ.25.num.27. Proinde duos pueros ad
vxoricidij cõdemnationem ſatis aliàs fuiſſe inquit,
Marſ.l.infans.num.37.ff.de ſicar. Decian.lib.9.crim.
c.14.num.7.

Non obſtat Quintum, Quia delicti corpus ne
dum Medicis probatum eſt, qui pro Fiſco deponũt
ſuffocatam fuiſſe Liuiam, Imo eorum dictum reuo
carunt Priores Terræ Franceuillæ Medici à Poſte-
rioribus conuicti: Iuris enim eſſe inquit, Bald.l.ſi
ab hoſtibus.§.vir.ff.ſol.matr. Iudicium vnius Medi-
ci retractari ex interuallo poſſe propter Peritioris
medici Iudicium, Iaſ.l.admonendi.num.39.ff.de iu-
reiur.Caual.de brach.reg.p.4.num.152. verſ. vbi ad-
de, & diſcordantibus Peritis, licet nemini creden-
dum ſit, c.cum tu.de teſtib.l.qui falſo.ff.eod. Roman.
conſ.255.num.4.Neguſ.conſ.385.num.26. Cephalus,
conſ.204.n.11. ſi tamen plures ſint numero, qui pro
Fiſco deponerent, & peritia maiores, his ſtandum
dixit, Affl.deciſ.1. Cepoll.conſ.28.n.23. Azeued.conſ.
30.num.67. Alba.conſ.157.num.25. Bero.conſil.89.
num.9.in 1.Rim.Iun.conſ.30.num.33. plenius, conſil.
212.Maſcard.de probat.concluſ.1034.nu.46.concluſ.
1169.num.39.Tuſc.lit.P.concluſ.286.num.31.Polid.
Rip.obſer.48.n.6.Triuſ.deciſ.13.num.19.lib.2. Imo
vrget fama publica, quod à viro fuerit ſuffocata,
29 qua ſola delicti † corpus probari ſcripſit, Marſ.conſ.
8.Grat.conſ.94.n.16.ad fin.conſ.95.n.12.13.conſ.97.
num.4.vol.1.Gabr.tit.de crim.concluſ.17.nu.11. Fa-
rin.conſ.227.num.4.5.

30 Non obſtat Sextum, Quia ex violentis † & in-
dubitatis coniecturis ſequi poteſt condemnatio, in
pœnam ſaltim extraordinariam, etſi in tortura ne-
gaſſet reus, Carrer.ad l.obſeruare curabis.num.160.
C.quor.appell.non recip.Gramm.deciſ.8.num.7. deciſ.
69.Boer.deciſ.163.num.14. Gomez.3.delict.cap.13.
num.20.Rim.Iun.conſ.175.num.17.conſ.705.nu.28.
29.Scholiaſt.ad Magon.Lucen.deciſ.89.lit.A. Boſſ.tit.
de ſentent.num.70.Heuya, in curi.Philipp.par.3.§.16.
num.2.Farinac.quæſt.40.num.11. Gamm. deciſ.280.
num.1.2.latè, Sim.de Pret.conſ.104.num.34. Marta,
vot.238.num.10. Perſonal.de indic.& tortur.num.4.
Catar.de exeq.ſent.capt.b.nn.c.2.num.62. Clar. §.fin.
quæſt.64.num.37.& ibi, Baiard.num.120. Caball.cri-
min.reſol.caſ.288.num.78. Licet tertiò fuerit repe-
tita, Cartar.d.c.2.num.65. Eumq. in pœnam trire-
mium condemnari poſſe inquit, Gram.deciſ.8.num.
5.Franc.deciſ.577.Teſſaur.lib.1.forenſ. quæſt.45.nu.
7.10.Caball.d.caſ.288.num.38. Morla in empor. iur.
tit.12.quæſt.1.& quæſt.10. Guazz.reorum defenſ.30.
cap.40.num.2.18.Farinac.quæſt.40.num.13. Gomez,
3.delict.cap.13.num.28. Couarr.pract.quæſt.23.num.
5. Niſi grauatus cum ſit reus, indicijs etiam violen-
tis, & indubitatis negaſſet in tortura; Tunc pro eo-
rum qualitate, extra ordinem in pœnam corpora-
lem damnari, nec poſſet: Etenim ſi tortus non fuiſ-
ſet extra ordinem damnandus erat, grauis ergo tor
tura extinguit indicia, vt abſolui debeat Alba, con-
ſil.5.num.4. Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.63. de
arbitrar.caſ.273.num.17. Magon. d.deciſ.89.nu.12.
vel leuis exilij pœna plecti, Farinac.d.num.13.Burſ.
conſ.430.ad finem.Gamm.deciſ.280.num.1.Guazz.d.
num.2.Cenal.comm.quæſt.357. Caball. crimin.reſolut.
caſ.93.num.29.caſ.288.num.21.22.& ſubdit, num.
28. Quod ſi plenè conuictus, ita acriter ſit tortus, vt
ſublata ei ſit omnis defenſio, nec extra ordinem
puniendus erit, Caball. crim. reſolut. caſ.278.num.
25.Peguer.deciſ.70.num.2. Cumque non grauiter
reus iſte fuerit tortus, ſed præuia proteſtatione, Si-
ne præiudicio facti principalis. Damnandus ergo eſt,
ex comm.prax. quam enuntiat, Clar. §.fin.quæſt.64.
num.8.Polidor.Rip.obſer.237.num.2.Viui.deciſ.143.
num.1.

31 Reſpon.II. Quod ſi tortura † illata conuicto, qui
negando perſeuerat, non purgat delictum, nec tol
lit probationes, Caſtrenſ.l.ſi quis hoc genus.C.de epi-
ſcop.& cleric.Alber.rubr.C.de quæſt. Bald. in cap.ad
noſtram.in fin.de probat. Carrer. l.obſeruare.nu.160.
C.quor.appel.Marſ.ſing.108.Pute.de ſindic.verb.qui-
dam latro.Gram.conſ.crim.12.num.24. deciſ.1.nu.3.

47.

4.7.deciſ.96.ad fin. Baiardus ad Clar. §.fin.quæſt.64. num.116.Couarr.pract.quæſt.23.num.5. Caball.crim. reſol.288.num.20.25.Gomez.reſol.3.tit.13.de tortur. num.20.Foller.in prax.p.3.p.3.princip.gloſ. & ſi confitebuntur.num.110.Marta,vot.238.num.11. Eoque
32 magis ſi tortura ſit cum clauſula, † Quæ ad ſciendũ complices, tunc infertur, vbi reus eſt conuictus, Gomez,3.delict.cap.13.num.16.17. Ball.tit.de indict. quæſt.6.num.2. Rimin.Iunior,conſil.705.num.26.27. Heuya,in cur i.Philipp.p.3.§.16.num.12. Burg.de mod.proced.ex arrup.quæſt.4.num.14. quæſt.100. nu. 33. Farinac.quæſt.40.n.16.conſ.43.ad fin. Caſtill.deciſ.177.nu.3.Peguer.deciſ.5.n.29. Intrigl.lib.2.ſing. 180.num.5.6. Tuſc.lit.T. concluſ.334.num.1. Sed ſi fuerit immoderata, nec reum excuſat, Quin in ordinariam criminis pœnam damnari poſſit, ex comm. Farin.d.quæſt.40.num.19. Addit, & mitius, Facbin. lib.9.iur. controuerſ.6. Quandoquè abſolui reum, vel extra ordinem ſaltim damnari, Clar.d.quæſt.64. Gram.deciſ.8.num.4.deciſ.42.deciſ.96. & vot.12.ad fin.Ricc.archiepiſc.deciſ.73.num.7.8.9.p.p. Boſſ. tit. de inquiſ.num.30.Guazz.d.c.40.num.7.Marta,d.vot. 238.n.12.Anchar.Iun.quæſt.72.nu.18.p.2.Perſonal. de indic.n.4.Cartar.de exeq.ſent.c.2.n.62. qui & nu. 65. de reo loquitur non plenè conuicto, ſed valde inditiato, vt ad remigandum fuerit condemnatus, Gramm.deciſ.96.Gabr.tit.de probat.concluſ.1.nu.70. Viui.comm.opin.125.n.1. Ricc.d.n.9.Thor.compend. deciſ.lis.T.verb.tortus.3. Si vero pro habendis complicibus immoderatè fuit tortus, proderit ei tortura in negatio principali, ad effugiendam ſaltim pœnam ordinariam, Farin. cõſ.60.n.35.& ibi Scholiaſt. lit.M. ſi ſuper delicto in tortura, ipſe fuerit interrogatus, Gram.deciſ.96. Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.64. n.122. Imo non oſtenſa iudicis interrogatione, ſed ſola delicti principalis reſponſione, quia talis præſumitur interrogatio, vt ſecuta reſponſio fuit. Nec condemnari poſſet reus ſub negatiua perſiſtens, ex Boer.deciſ.163.n.13.Farin.quæſt.40.num.19.20.21. 22.23.Burſ.conſ.346.num.4.Intrigl.d.ſing.180.nu.5. Cartar.de execut.ſenten.capt.bann.c.2.n.58.Clar.d.q. 64.Foller.prax.p.3.gloſ.& ſi confitebuntur. caſ.20.n. 110.Sim.de Prat.conſ.104.n.39. Decian.conſ.93.nu. 20.in 2.& alij quos adduxi. Atque ita iuris eſſe cenſeo.

Cauſa hæc, diſcuſſa à me fuit Panormi, in Tribunali S.Officij, quia de eius foro erat reus, cumq. expleto proceſſu tortus, cum clauſula, Negaſſet omnia. Fuit ſumma (qua D.Inquiſitores vtuntur) Miſericordia, condemnatus, per annos quinque in Caſtrũ eligendum, & inde per annos ſeptem, ne accederet ad locum delicti, & ad ſoluendum omnes expenſas, & intereſſe accuſatori; Fuitquè S.Officij foro priuatus, Anno MDXCII.

SVMMARIVM.

1 Officio ſi quis ex delicto priuandus non eſt, non deberet ei adminiſtratio interdici. Declar.num.31.
2 Sententia eſt ſtricti iuris, nec ſubauditum patitur intellectum, maximè in pœnis.n.6.Declar.num.32.
3 Clauſ.inſolidum, in obligatione, & petitione repetita non cenſetur in ſententia, qua plures ſunt condẽnati.
4 Sententia expreſſim ferenda eſt, num.5.
7 Infamis ab honore, & dignitate eijcitur, & num.28.
8 Pœna delicti extraordinaria non irrogat infamiam, declar.num.33.34.35.
9 Idoneus ad officia, quiſquè præſumitur.
10 Interpretatio, ea in dubio ſumenda eſt, qua excluditur infamia.
11 Officio, nemo ipſo iure priuatur, ſed ſententia exigitur, Declar.num.36.37.
12 Pœna in ſententia venit, quæ pro delicto à iure imponitur, ſi illud à reo commiſſum Iudex pronuntiet, Declar.num.39.
13 Officio priuatur, qui delinquit in officio, effectu etiam nec ſecuto.num.19.22.
14 Officij adminiſtratio interdicitur illi, qui negligenter ſe geſſerit, num.15.
16 Officij in exercitio ſi quis delinquit, priuatur officio, & quando, num.24.
17 Iuſtitiæ miniſtris auxilium, ſeu conſilium, in ſcribendo bannitis, vel latronibus, ſeu ſcribi faciendo præſtare non licet.
18 Officialis, Iuſtitiæ explorationem ſignificans bannitis, vt fugiant, puniendus eſt.
20 Iuſtitiæ executores in officio delinquentes, puniuntur ſicut Iudices iuriſdictionem habentes.
21 Literæ, licet ad malum principaliter non ſint ſcriptæ; ſi tamen lex auxilium (non certi actus cõtemplatione) ſed reſpectu perſonæ puniat, prohibitæ cenſentur.
23 Actus ſcribendi licet reſpectu ſcribentis maleficium non ſit, reſpectu tamen perſonę, cuius fauore ſcriptum eſt, auxilium præſtare dicitur.
25 Officialis, ſi fuerit in locum primi ſubrogatus, primus priuatur officio.
26 Pœna non facit infamem, ſed cauſa.
27 Famoſum crimen parit infamiam, quæ pœna propriè non eſt, ſed criminis ſequela.
29 Sententia reum priuat officio, ſi in eo delinquerit, ſecus ſi extra officium, num.30.
38 Officialis proprietatem officij non habet, quæ ſolius Regis eſt.
40 Pœnæ ſunt Principi arbitrariæ, eaſquè pro velle remittit, ſine partis præiudicio.
41 Reſtitutio ſimpliciter facta reintegrat ſtatum, quoad famam & bona; Indulgentia verò ſolam remouet pœnam.
42 Reſtitutus ex Principis gratia, etiam ad officia reintegratus dicitur, & num.47.
43 Gratiatus à Principe diſſimilis ab eo, an ſit, qui ex iuſtitia fuerit reſtitutus.
44 Gratiæ natura eſt, vt quicquid abſtulit iniuſtitia, reſtituat Iuſtitia.
45 Reſtitutio officium à Principe alteri conceſſum reſtituit, & quando nu.50.52.58.
46 Princeps officia concedit, & tollit, nec tertio præiudicat.
48 Gratia non vltra extenditur, quam loquatur.
49 Princeps, An, motu proprio, gratiam feciſſe præſumatur.
51 Officium exercere nemo poteſt, in quo ſemel deliquit.
53 Reſtitutus à Principe, quæ rehabeat? & n.54.
55 Reſtitutio ex gratia, diſſimilis, an ſit ab ea, quæ fit ex iuſtitia; Quid vtraque reſtituat? & num.56.
57 Indulgentia Principis non tollit reo infamiam.

ARGVMENTVM.

Officialis, ſententia Iudicis, condemnatus, inſeruire Regijs Triremibus vt Miles, abſque ſtipendio; ſi à Prorege fuerit reſtitutus, an Officium rehabere poſſit? Quo expreſſim ſententia non fuerat priuatus.

Ad Intellect. Pragm. 3. §. 1. tit. 48. p. p.

CONSILIVM XXXXIV.

IOſeph Marſiglia cum in Ciuitate Iacis, Militum Surgentem ageret, quos aduerſus Bannitos conſtituerat Prorex: in ſuſpitionem venit, ipſum cum viarum Graſſatoribus conſuetudinem habere, eiſquè arma, ſubſidia, opemquè præſtare, & ad effugiendum ſuis literis conſilium ferre, furtis participem ſe præbentem: Tum illud etiam ferebatur, ſi quando Capitaneus Latrones perſecuturus Ciuitate eggredire tur, is licet Capitaneo Comitem ſe afferret, per internuntios eiſdem Graſſatoribus, Capitanei conſilia aperuiſſe, quo ſe in tutiora reciperent: Quarum rerum actione inſtituta, cum torturæ ſubiectus, ſe eorum factorum conſcium fuiſſe negaret: ad Triremus tamen damnatus eſt, non vt in ijs remigaret (quod plebeis imponitur) ſed per triennium (ſine ſtipendio) Militis perſonam ageret, *ad tex. l. milites. ff. de queſtion. Peguer. deciſ. 256.* Interim cum abrogatum illi (ob infamiam iuris) Surgentis munus, Prorex Fabritio Percolla contuliſſet: Marſiglia non multò poſteà Gratiam à Prorege impetrauit.

Tum deinde contendebat reſtitui ſibi debere Surgentis Officium, à quo deiectus iam fuerat; cum delinquens in officio, nec Lege cautum ſit, ipſo iure priuari officio: Niſi condemnatus ſit per ſententiam: Qua officio priuetur: Excutiendum itaque ex his eſt.

Primo. Officialis, condemnatus pro delicto in officio commiſſo, An officio priuatus ſit, ſi in ſententia, nec de illius priuatione dictum ſit?

Secundo. Reſtitutus Proregis gratia, An officium rehabere debeat, quod alteri interim collatum fuerat?

Circa Primum. Multæ ſunt rationes, & argumenta, quæ me propemodum in hanc trahebant opinionem, vt reſponderem Surgentis Officio priuatum non fuiſſe Marſiglia.

1 Primo Officialis ab officio † ſuſpendendus non eſt, Fiſco etiam inſtante, niſi cognitum prius ſit; ex delicto illo, futuræ priuationi locum fore, *Bartol. l. liberius. §. in queſtionibus. ff. de muner. & honor. in l. quod ſi fortè. §. ſunt quidam. ff. de ſolut. in l. eum. C. de ſuſpect. tutor. Fab. §. ſi quis autem. Inſtit. eod. Apenn. l. 1. ad fin. C. de rei poſtul. lib. 10. l. Iudices. C. de dignit. lib. 12. Caſtr. conſil. 168. num. 4. vol. 1. Pariſ. de ſindic. verb. accuſatus. Capiblan. de baron. pragm. 5. num. 37. 41. Ponte, deciſ. 7. num. 7. Georg. allegat. 42. num. 21. Franc. deciſ. 8. num. 45. Auendan. de mandat. reg. lib. 1. cap. 2. num. 10. 14. Cumi. de ſindic. cap. 17. nu. 9. Intrigl. lib. 1. ſing. 45. Ricc. deciſ. 22. num. 1. p. p. Clar. §. fin. queſt. 18. & ibi, Baiard. à num. 5. Petra, ad Capic. deciſ. 121.* Caball. *crim. reſol. caſ. 76. num. 3. 4. plenè, Azeued. l. 2. à num. 8. ad num. vſquè, 19. tit. 7. lib. 3. recop. Tiraq. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. num 412. C. de reuoc. donat.* Sed pœna priuationis, in ſententia condemnatoria non fuit expreſſa, ergo nec à principio ſuſpenſus dici potuit ab officio, illudq. ſemper retinuit, lite etiam pendente, *Bald. auth. ex teſtamento. num. 5. C. de ſecund. nupt. Abb. cap. ſæpe. num. 16. de appell. Bart. num. 17. Oroſc. num. 20. in l. barbarius. ff. de offic. prætor. Marſ. §. aggredior. num. 168. conſil. 52. num. 18. Tiraq. d. gloſ. reuertatur. num. 412. Azeued. l. 2. num. 8. tit. 7. lib. 3. recop. Seſſe, de inhibit. cap. 8. §. 4. num. 84.* Neque enim delinquens in officio, ipſo iure, illud amittit, *Capic. deciſ. 121. num. 17. 23. D. Tap. l. fin. p. 2. c. 7. num. 6. de conſtit. Princ.* Proinde à Triremium militia aggratiatus, Adminiſtrare illud

2 rectè poſſet: Stricti enim iuris † ſententia eſt, *l. 2. ff. de ordin. cognit. l. 1. C. eod. Alex. conſil. 108. num. 2. in 5. Pacian. conſ. 37. num. 33. Gratian. diſcept. 770. num. 5. diſcept. 705. n. 13. Menoch. conſil. 110. n. 17. Cephal. conſ. 317. n. 18.* Eiuſque verba ſtrictè ſunt accipienda, optimè *Dec. conſ. 43. Oſaſc. deciſ. 63. num. 1. Aldouin. conſ. 58. num. 4. Franc. deciſ. 172. nu. 8.* Cancer. 3. *reſol. c. 17. num. 411. Schrader. conſ. 13. num. 230. Peregr. conſ. 38. num. 8. vol. 4.* Vt ex ea plus inferri non poſſit, niſi quod eſt expreſſum, *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agnoſc. Pacian. conſil. 37. num. 36. Franc. deciſ. 228. Marilian. deciſ. 78. Ricc. collection. 2006.* Nec ſubauditum partitur intellectum, *ad tex. l. 1. C. ſi plur. vnic. ſent. fuer. condemn.* Vbi plures

3 vno inſtrumento inſolidum † obligati, ac vno eodemquè libello conuenti, ſi ſententia omnes inſolidum expeſſim non condemnentur, ſed ſimpliciter; pro rata condemnati intelliguntur; Nec per ſubauditum intellectum clauſula, *inſolidum*, ſuppleri poſſet; etſi in inſtrumento, & petitione fuiſſet expreſſa, *Aloyſ. Leo. d. l. 1. n. 1. 2. Afflic. deciſ. 215. Abb. conſ. 33. num. 8. in 2. Caſtr. conſ. 226. ad fin. in 2. Corn. conſ. 71. n. n. 1. vol. 1. Alba, conſ. 263. Canal. deciſ. 15. n. 31. deciſ. 30. n. 112. deciſ. 38. n. 3. p. 2. Gramm. deciſ. 68. n. 9. Coſta, de rat. portion. quæſt. 33. n. 9. quæſt. 138. nu. 1. Alex. conſ. 46. num. 6. vol. 1. conſ. 73. n. 10. vol. 2. Decian. conſ. 3. num. 9. in 3. Milan. deciſ. 14. nu. 86. p. p. Socc. conſ. 242. n. 9. in 2. Tuſc. lit. O. concl. 32. n. 15. 16. 17. Rouit. rub. de militib. pragm. 3. n. 43. Cartar. deciſ. 28. Crauet. conſ. 19. num. 51. conſ. 188. num. 6. Tepat. var. lib. 2. tit. de duob. reis. col. 3. Cancer. 3. reſol. c. 17. num. 292. Franc. deciſ. 228. deciſ. 680. & alij à me re-*

4 *lati deciſ. 46.* Ex ſubauditis † enim non oritur ſententia, quæ expreſſim ferri debet, Caball. *crimin. reſolut. caſ. 297. num. 19.* Cephal. *conſil. 377. nu. 68. Pa-*

5 *cian. conſ. 88. num. 52.* Nec ratio † ſententiæ decidit, quia tacite proferri non poteſt, *Bald. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. Menoch. conſ. 110. num. 27. 28. Maſtrill. deciſ. 241. num. 71.* Nec coniecturatam iudicis mentem admittit, *Montier. deciſ. 36. num. 49. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 17. num. 411.* Tum maximè quod pœ-

6 næ ſunt † reſtringēdæ, *l. cum quidam. & ibi Iaſ. num. 10. ff. de lib. & poſthum. l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. cap. in pœnis. eod. tit. in 6. Rom. conſ. 429. num. 7. Menoch. de arbitrar. caſ. 502. num. 74. Franc. deciſ.*

169.

Digitized by Google

169.num.4.Surd.de alim.tit.1.quæſt.51.n.12. Valen-
zuel.conſ.91.num.43. Seſſe, de inhibit.c.1.§.4. num.
82.Tuſc.lit.P. concluſ.213.216. Hinc notat Bald.l.
fin.col.1.C.de litig. In pęnis, vbi lex figit pedem,
non debemus nos vltra procedere, Bertazz.crimin.
conſ.409.num.11.conſ.465.Sfort.conſ.13.nu.17.Ma-
ſcard.de ſtatut.interpr.concluſ.4.nu.87. Vt in dubio
pęnæ locum non eſſe iudicandum ſit, Oſaſc.deciſ.
71.num.67.impiumquè eſt, quod maiorem vim ha
beat tacitum, quam expreſſum, contra text. l. cum
quid.ff.ſi cert.pet.l.ſi ſponſus. §.1.ff. de donat.int.vir.
Aut quod plus operetur fictio, quàm veritas, l.ado-
ptio.ff.de adopt.

7 Secundo, Infamis ab honore † & dignitate eij-
citur.l.1.C.de infamib.lib.11.l.2.C.de dignit. lib.12.
c.infamibus.de reg.iur.in 6.Caſtr.conſ.180.nu.1.conſ.
401.vol.1.Rom.ſing.74.Gamm. deciſ.139.n.2. Tuſc.
lit.I.concluſ.112.num.1.2. Garz. de benefic.p.7.c.8.
num.33.34.Aldouin.conſil.27.num.1.Rauden.conſil.
37.num.80.vol.1. Couarr.pract.quæſt.19.num.5.con-
cluſ.5.Guttier.lib.1.pract.quæſt.39.num.13. Sed ſen-
8 tentia in qua † pęna extraordinaria infertur, non ir-
rogat infamiam, Gloſ.l.1.C.de mod.mulct. Decianus,
conſ.34.num.30.in 4. Tuſc.lit.I.concluſ.111.num.1.
lit.C.concluſ.571.Clar.§.fin.quæſt.72.nu.3. Vbi enim
commiſſi criminis pęna cauſa cognita à iudice fue
tit minorata, ſuper infamia tranſactum videtur, l.
etſi ſeuerior.vbi Alex.Salic.& aly. & in l.poſſidonium
C.ex quib.cauſ.infam.irrog. gloſ.l.quid ergo. §.pœna
grauior.& ibi Bart.ff. de his qui not.infam. Gamma,
deciſ.139.num.6.Cephal.conſ.355.num.9.Rouit.rubr.
de militib.pragmat.3. num.31.32. Imo concludit in
term.Bald.d.l.& ſi ſeuerior.num.22.quod ſi cauſa co
gnita, condignè reus condemnatus non ſit, per mi-
norem pęnam purgatur delictum Rouit. d.num.32.
Ad Surgentis ergo officium admitti deberet Marli-
9 glia; Cum in dubio ſaltim quilibet† idoneus, & ha-
bilis ad officia etiam honorifica iudicandus ſit, cap.
2 † namq; bonis, debitor pro mortuo habetur, §. publicatione. inſtit. de ſociet. Ipſaque ciuilis, & criminalis obligatio extinguitur, l. ſi debitori, & ibi Bart. num. 1. & in l. vbicumque num. 5. ff. de fideiuſſ. l. fi. ff. de duob. reis iuncta l. fi. ad fin. C. de ſent. paſſ. Calcan. cõſ. 68. ſub num. 5. Gram. deciſ. 85. ad fi. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 53. Felic. allegat. 34. num. 5. p. p. Clar. §. fin.

§.*fin.quæſt.*78. Iniquum enim eſt, in eum actionem
dari, Cui ablata ſunt bona *l.fin.§.fin.ff.quæ in fraud.*
*credit.Hering.d.§.14.num.*5. Inde eſt, vt creditori-
3 bus † non a Reo amplius, ſed à Fiſco exoluendum
ſit, *l.cum fiſco.ff.ad ſillan.gloſ.l.non intelligitur.§.cum*
ex cauſa.ff.de iur.fiſc. Bart.in l.creditor.ff.de ſolut.in
l.inter eos .§.fin.ff.de fideiuſſ. in l.ſi verò pro condem-
nato.ff.qui ſatiſd.cogan.Iaſ.l.ex facto.§.Iulianus.num.
23.*ff.de vulg.Boſſ.tit.de publicat. bonor.num.*11.*Pe-*
*regr.d.tit.*1.*num.*53. *Decian.lib.*3.*crim.c.*35.*nu.*78.
*Cravet.conſ.*263.*num.*7.*Felic.d.allegat.*34.*nu.*6.*Rot.*
*Auenion. deciſ.*121.*num.*6. Nec contra reum libel-
lus eſt formandus, *Alber.in l.actione .§.publicatio-*
ne.ff.pro ſoc.Guglicl.Benedict.in cap.Ramutius. verb.
*vxorem.num.*850.*de teſtam. Peregr.d.tit.*1.*num.*54.
*Farin.quæſt.*25.*num.*169.177. *Felic. d.num.*6. Quia
confiſcatis eius bonis, in Fiſcum tranſeunt actio-
nes, *Gram.deciſ.*85.qui hæredis vices ſubſtinet, *l.fi-*
ſcus . ff.de iur. fiſc.l.cum quidam .§.fiſcus . ff. de vſur.
*Bart.l.capitis. ff.de fideiuſſ. Rot.Auenion.deciſ.*121.
*num.*6.*Benint. deciſ.*91.*Maſull. d.deciſ.*155.*num.*14.
licet propriè eius hæres non ſit *Gloſ.l. inter eos . ad*
fin.ff.de fideiuſſ.Bald.l.fin.ad fin. C.de contrah. empt.
*Bart.conſ.*166.*ad fin. Afflict.deciſ.*385.*num.*2.*Clar.*
§.*quæſt.*78.*num.*29. *Rot. Auenion.deciſ.*121.*num.*6.
Adeo vt ſi debitori pro parte tantum bona adem-
pta ſint (quæ particularis confiſcatio appellatur,
ex l.fin.C.ſi reus vel accuſ.mor.fuer.) tunc pro ea par-
te creditoribus tenetur, *l.*1. *C.de fideiuſſ.l.ſi marito.*
*ff.ſolut.matr.l.*2.*C.eod.l.fin. C.de ſenten. paſſ. Rip.l.ex*
*facto.§.ex facto. num.*7.*ff.ad Trebell. Abb.conſil.*29.
*num.*4.*p.p.conſ.*10.*num.*6.*p.*2.*Tuſc.lit. C. concl.*727.
*num.*1.*Hering.d.c.*20.§.14.*num.*16.*Rot. Auenion.d.*
*num.*6.*Baiard.ad Clar.d.quæſt.*78.*num.*167.*Peregr.*
*de iur.fiſc.lib.*4.*tit.*4.*num.*25.*lib.*5.*tit.*1.*nu.*64.*Guaz.*
*de confiſc.bonor. concluſ.*20. *num.*7. *Carpan. ad Nou.*
Mediol.conſtit.§.*omnium.num.*524.*Fachin.lib.*6.*Iur.*
*controuer.*21.

Non obſtat, quod Foriudicatus, Principis gra-
4 tia fuerit reſtitutus, Quia † dicitur nouus homo,
l.ſi ſeruus . ad fin.ff.de ædilic. edict. Fulgoſ. & alij, ab
*Alex.in l.ex facto.§.ex facto.nu.*5.*ff.ad Trebell. Bart.*
l.intercidit.ff.de condit. & demonſtr.l.ſi cognatis . nu.
1.*ff.de reb.dub.& ibi Socc. nu.*14. dicit comm. *Rol.*
*conſ.*4.*num.*9.*in* 3.*Surd.conſ.*90.*num.*41.*Honded.cõſ.*
67.*num.*24. *in* 1. *Turret.d.conſ.*14.*num.*5. Pro mor-
tuo enim habendus eſt, eum ex cõfiſcatione in eius
bonis ſucceſſerit Fiſcus, *Alber.l.actione .§.publica-*
*tione.ff.pro ſoc. Raudenſ. conſ.*37.*num.*70. *in* 1. Non
per repræſentationem, ſed per illius annihilationẽ,
*Caſſan.Burg.conſuet.rub.*2.§.1.*num.*9.*Afflict.tit.quę*
*ſint regal.gloſ.vacantia. num.*18.*Gig.de crim.læſ.ma-*
*ieſt.lib.*3.*rubr.de plurib. quæſtion.q.*19.*num.*5. *Thob.*
*Noni.conſ.*105.*num.*14. *Guazz.de confiſcat. concluſ.*
20.*num.*3.*Carpan.ad Nou. Mediol.conſtit.§.omnium,*
*num.*515. Ob id Anomulus eius hæres eſt, *Bart.l.in-*
*ter eos.§.fin.num.*3.*ff.de fideiuſſ. Bald.l.executorem.*
*num.*41.*C.de execut.rei iudic. Plot.conſ.*30. *num.*83.
*Boſſ.tit.de public.bonor.num.*13.*Carpan. d.§.omnium.*
*num.*516. *Peregrin. de fiſc. lib.* 5. *tit.*1. *num.*53.60.
*Surd.de alim.tit.*1.*quæſt.*31.*num.*7. *tit.*8.*priuileg.*59.
*num.*1.*Guazz.de confiſc. bonor. concluſ.*20. *num.*1.2.
3.4. Immo iudicium aduerſus reum criminis, in-
choatum expirat, Publicatis eius bonis, *Abb.*
conſil. 84. *lib.quarto, Maſull. dict. num.* 14.
5 Verum ſi plenè à Principe is † fuerit reſtitutus,
& publicata bona rehabuerit, creditoribus ipſe co-
gitus ſatisfacere, *Bald. Ang. & Alex.l.ſi marito . ff.*
*ſolut. matr. Rom.conſil.*247. *num.*4.*comm. Curt.Iun.*
*conſ.*108.*num.*35.*conſ.*110.*num.*22.*Gratian.diſcept.*
423.*num.*4.*Brun.Sole, quæſt.*19.*nu.*77.*reſol.iur.verb.*
*bannitus cum confiſcatione . Decian. lib.*3.*crim.c.*35.
*num.*78.*Honded.conſ.*67.*num.*26.*in* 1.*conſil.*38.*num.*
44.*in* 2. Qui *Rip.d.§.ex facto.num.*11. ſic intelligen-
dum, aſſerit. Quod enim diximus eſſe nouum ho-
minem, procedit ſolum, ſi ad libertatem à Princi-
pe fuerit reſtitutus, vt hic: ſecus ſi plenè reſtitua-
tur, *ex Bart.l.*1.*§.fin.ff.de bon.poſſ.contr.tab. Barb.c.*
*cum acceſſiſſent.num.*92.*de conſtitut.Surd.conſ.*90.*nu.*
44.*Raudenſ.conſ.*37.*num.*82.*in* 1.*Laderch.conſil.*96.
*num.*4. Hinc, ſi Principis gratia, confiſcatam ſub-
ſtantiam is receperit, vel totam, vel pro parte, tunc
ſceleris pœna, contra creditores ſe protegere (quo-
minus iure debitum ſoluat) improbè conatur, *l.*3.
*l.ſi deportationis . C.de ſent.paſſ.l.*2.3. *ff.eod. Gratian.*
*diſcept.*423. *à num.*20.*Hering. d.§.*14.*num.*18. Cri-
minis enim pœna non præſtat immunitatem, *Fe-*
*lin.in c.intelligimus.de Iudic.Hering.d.§.*14.*num.*19.
Ne quod in odium eſt inductum in fauorem retor-
queat. Proinde ſi confiſcata non ſunt bona omnia,
ſed pars eorum, tunc vltra vires hæreditarias non
teneretur Fiſcus, licet pro confiſcatione inuenta-
rium non confecerit, *Clar.d.§.fin.quæſt.*78.*num.*29.
*Peregr.de fiſc.lib.*4.*tit.*3.*num.*25. *lib.*5.*tit.*1.*nu.*57.
*Fachin.lib.*6.*iur.controuerſ.*21.*Carpan. ad Nou. Me-*
*diol.conſtit.§.omnium.num.*523.*Farin.quæſt.*25.*num.*
83.*Guaz.de confiſcat.concluſ.*20.*num.*23. & pro Bo-
nis non confiſcatis conueniri poteſt reus, *Farinac.*
*d.quæſt.*25.*num.*177.178.*Scacc.de iudic.lib.*2.*cap.*9.
*num.*1072.
6 Secundus caſus eſt, In † confiſcati debitoris Fi-
deiuſſore, cuius obligatio, An ſit penitus extincta,
publicatis eius bonis omnibus *Doct.* variant.

Prima, Affirmantium fuit opinio, quam *ex l.*1.
C.de fideiuſſ. Laudant, *Marſ.de fideiuſſ.nu.*346.*Guaz.*
*de confiſcat.concluſ.*13.*limit.*67.*num.*2.*Eugen.conſil.*
2.*num.*30.*Bellon.de ijs, quæ fiunt incontin. cap.*57.*ſub*
*num.*4.*Baiard.ad Clar.§.fin.q.*95.*nu.*2. *Menoch. conſ.*
673.*num.*20.*Caball.crim.reſol.caſ.*190.*num.*2. *Man-*
*tic.de tacit.& ambig.lib.*16.*tit.*20.*num.*27. Etſi bo-
na ad Fiſcum delata, Nec ſint ſoluendo, vel ſi tanti
valoris non fuerint, Quanti erat pęna illi promiſſa,
*Bart.l.capitis . ff.de fideiuſſ. Caſtr.conſ.*209. *volum.*2.
*Cuman. conſil.*32.*num.*2. *Marſ. rubr. de fideiuſſ. num.*
407. *Corn.conſil.*190.*num.*4.*vol.*1.*Menoch.conſ.*673.
*num.*24.

Secunda Negantium fuit ſententia, publicatis
debitoris bonis, Fideiuſſorem adhuc obligatum
eſſe, *l.*1.*C.de fideiuſſ.l.vbicumque . ff.eod. Mantic. de*
*tacit. & ambig. lib.*16.*tit.*20.*num.*27. *Bellon.d.c.*57.
*ſub num.*4.*Scacc.d.c.*9.*num.*1057.

Mihi autem nunquam eorum Opinio iure pro-
bari potuit, Siquidem ſemper compertum habui,
Diſtinctione potius vtendum eſſe, Quò facilior ſit
cauſæ exitus.
7 Aut debitor † capite diminutus non eſt, ſed bo-
na tantum illi adimuntur (puta ſi res debitoris, à
creditore poſſeſſæ, ex delicto diſtractæ ſint) Tunc
fideiuſ-

Digitized by Google

fideiuſſor liberatur, ſi creditori ſatisfactum ſit, l. defenſiones. C. de except. l. in fraudem. §. ſi principalis. ff. de iur. fiſc. l. hæres. §. quod ſtipulor. ibi. argumentum rei. ff. de fideiuſſ. l. ſi indebitum ad fin. C. eod. Hering. ad §. 14. num. 20.

Aut debitor ob delictum, capite minutus eſt, per deportationem nempè, vt bona ſimul publicentur, vel omnia, vel ſaltim eorum pars tunc fideiuſſor non liberatur, ſed iure priſtino conueniri poteſt, l. 1. l. ſententia. C. de fideiuſſ. l. ſi debitor. l. ſi deportationis. C. de ſent. paſſ. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 56. Anguiſol. crim. conſil. 11. nu. 8. Hering. d. §. 14. num. 22.

Aut relegatus eſt debitor, publicatis etiam bonis eius omnibus, vel eorum parte, Tunc ipſe, eiuſque Fideiuſſores obligati manent, Cuiat. obſeru. lib. 15. c. 35. Franc. de fideiuſſ. cap. 3. num. 26. Hering. d. §. 14. num. 26.

Aut denique fideiuſſor ſe principalem conſtituit, & inſolidum ſe obligauit vna obligatione extincta, Remanet tamen altera, Pariſ. conſil. 116. nu. 13. vol. 3. Coru. conſ. 214. num. 11. in 2. conſ. 249. num. 5. in 3. Mohedan. decis. 2. de fideiuſſ. Decian. conſil. 72. num. 5. in 2. Franc. de fideiuſſ. c. 5. num. 134. Hering. d. §. 14. num. 30. Macerat. lib 2. reſol. 25. num. 7. Mareſcot. lib. 2. reſol. 19. num. 11. reſol. 65. num. 7. Bellon. d.

8 c. 57. num. 4. Sfort. conſil. 41. num. 7. & notat, † Surd. conſ. 20. à num. 12. Nec poſſe eum opponere exceptiones reo competentes, pro quo promiſit ſoluere, Bellon. d. c. 57. num. 4. Licet alias in ciuilibus exceptiones principali competentes, fideiuſſori quoque competant, l. 2. ff. que res pignor. oblig. poſſ. Bald. l. tam mandatori. nu. 15. C. de non numer. pecun. Marſ. rub. de fideiuſſ. num. 268. Surd. conſ. 327. num. 10. 36. conſ. 359. num. 26. conſil. 271. num. 23. conſ. 20. num. 1. 36. decis. 301. num. 13. Rim. Iun. conſ. 378. nu. 26. Cartar. decis. 7. num. 2. Pariſ. conſil. 121. num. 9. 10. in 1. conſil. 96. num. 39. in 3. Macerat. lib. 3. reſol. 29. nu. 21. Craſſ. except. 16. num. 44. Mareſcot. lib. 2. reſol. 121. num. 118. Natt. conſ. 50. num. 23. 24. conſil. 51. nu. 13. conſ. 658. num. 6. Grat. conſ. 28. num. 1 in 2. Becc. conſ. 45. num. 46. Crot. conſ. 296. nu. 60. in 3. Inuito etiam principali, Bald. Pariſ. loc. cit. Alex. conſil. 66. num. 3. in 4. Bertaz. inſtrum. clauſ. 41. gloſ. 7. num. 4. Surd. conſil. 20. num. 1. Mareſcot. d. reſol. 121. num. 119. Secus in criminalibus, Farin. quæſt. 34. num. 27. Macerat. d. num. 21. Et vbi principalem, & inſolidum ſe

9 conſtituit fideiuſſor † excuſſionis beneficium obijcere nec poteſt, Marſ. rub. de fideiuſſ. num. 62. Alex. conſil. 29. num. 36. conſ. 33. num. 10. vol. 4. Gregor. Lopez. l. 57. gloſ. 1. tit. 18. p. 3. Craſſ. except. 10. num. 66. Anchar. Iun. famil. quæſt. 32. nu. 11. lib. 1. Siluan. conſ. 84. num. 3. Caual. decis. 31. num. 27. p. p. Rot. Gen. decis. 78. num. 2. Carot. de excuſſ. par. 2. quæſt. 3. Guttier. de iuram. confirm. p. p. c. 23. num. 8. Macerat. lib. 2. reſol. 25. num. 6. Hering. de fideiuſſ. c. 27. p. p. num. 140. 251. Tuſc. lit. F. concluſ. 309. Duen. regul. 335. lim. 5. 18. Muſcatell. de fideiuſſ. p. 2. quæſt. 10. num. 29. Natt. conſil. 345. num. 3. Lamberteng. de contract. gloſ. 16. nu. 15. Bertaz. inſtrum. clauſ. 40. gloſ. 4. num. 1. Carpan. Mediol. Stat. 189. num. 5. p. 2. Gail. lib. 2. obſeru. 28. num. 2. 6. Quo ſimplex fideiuſſor vti ſolet, Auth. præſente. C. de fideiuſſ. §. 1. auth. de fideiuſſ. Alex. conſ. 32. in 4. Gail. lib. 2. obſer. 28. Gabr. tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. num. 1. Griueli. Dolan. Senat. decis. 71. à nu. 1. Carpan. Mediol. ſtat. 189. Surd. conſ. 309. num. 1. Bellon. d. cap. 57. num. 8. Teſſaur. decis. 66. num. 1.

10 Tertius caſus eſt, Quis prius † conueniendus ſit fideiuſſor, vel fiſcus bonorum poſſeſſor? Qua in re voluit, Anchar. conſil. 294. conſ. 317. fideiuſſorem prius conueniendum Abb. conſ. 92. num. 12. p. 2. Soc. conſil. 46. à num. 21. in 4. Peregrin. de fiſc. lib. 5. titu. 1. num. 66. ad fin.

Contrar. Imo Fiſcum prius exequendum, Scacc. d. c. 9. num. 1057. Hering. d. §. 14. num. 8. 13. 14. magis comm. Farin. quæſt. 25. num. 171. in fin. Præſertim ſi bona in Fiſcum delata ſoluendo ſint, Bart. l. in fraudem. §. ſi principalis. ff. de iur. fiſc. Hering. d. §. 14. nu. 11. Arct. de fideiuſſ. p. 2. ſect. 10. §. 68. num. 1. 2. §. 19. num. 2. 3. 8. Quia fideiuſſor intelligitur liberatus, l. 1. §. an bona. vbi Dyn. & Bart. ff. de iur. fiſc. glo. l. 1. l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Cuman. conſ. 32. num. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 20. num. 27. Vt in eius præiudicium, nec retrotrahatur reſtitutio, Gram. decis. 103. num. 116. Minad. decis. 5. Urſill. decis. 331. num. 2. Paſqual. de virib. patr. poteſt. p. p. cap. 8. num. 205.

11 Non obſtat † Anchar. d. conſil. 294. conſil. 317. Quia ex veriori iam dixi excutienda prius contra Fiſcum eſſe debitoris bona, ex delicto condemnati, vt inde fideiuſſor exequi poſſit, gloſ. l. ſententia. verb. interceſſores. C. de fideiuſſ. Gail. lib. 2. de pac. public. obſer. 16. num. 19. Hering. d. §. 14. num. 32.

Reſpon. II. Anchar. Soc. & aliorum ſententiam procedere ſolum, ſi certa res confiſcaretur; Secus in confiſcatione vniuerſali, Tunc enim executiua actione conueniri poſſet Fiſcus, Ac proinde pro bonis ad eum peruentis excuti prius deberet, Crauet. conſ. 263. num. 7. comm. Peregr. de fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 66. Anchar. Iun. lib. 2. quæſt. 25. num. 4. Carpan. ad Nou. Mediol. conſtit. §. omnium. nu. 520. Surd. de alim. titu. 1. quæſt. 31. num. 2. Guazz. de confiſcat. concluſ. 20. num. 13.

12 Cæterum † ſi fideiuſſor excuſſionis beneficio renuntiauerit, Adeo vt neceſſitate compulſus ſoluerit, credit Hering. d. §. 14. num. 33. Eidem ceſſis à creditore actionibus, integrum eſſe à Fiſco ſolutum repetere, quod enim hoc in caſu aduerſus debitorem ei liceret, illud contra fiſcum, in debitoris locum ſuccedentem permittẽdum omnino eſt, quia bona in Fiſcum tranſeunt, actiuè, & paſſiuè, cum ſuo onere, l. marito. l. ſi maritus. ff. ſol. matrim. l. inter eos. §. fin. ff. de fideiuſſ. l. 2. §. 1. ff. de alim. & cibar. leg. l. res. ff. de iur fiſc. l. ſi tutor. §. pen. ff. de tutel. & ration. diſtrah. l. in facto. §. fin. ff. de condict. & demonſtr. l. ſi vt proponis. C. de bon. præſcrip. Gail. lib. 2. obſer. 86. nu. 6. Suarez. comm. opin. lit. F. num. 306. Arct. de fideiuſſ. p. 2. ſect. 10. §. 19. num. 6. Gratian. diſcep. 423. nu. 41. 42. Pereg. de fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 66. Menoch. de arbi. caſ. 137. num. 3.

13 Idem, ſi fideiuſſor † nondum confiſcatis Rei bonis, pœnam ſoluerit, Quæ ſi exinde ipſo iure publicentur, Fiſcus exolutam ab eo pœnam reſtituere cogitur, Baiard. ad Clar. d. q. 95. num. 5. Becc. conſ. 57. Guaz. de confiſcat. concluſ. 13. limit. 67.

14 Quartus caſus eſt, ſi ad meliorem † fortunam peruenerit Reus, à Principe reſtitutus, Tunc nec poterit conueniri. Quia ſic poſt condemnationem,

Reſtitu-

Digitized by Google

Reſtitut us, dicitur Nouus homo, *Honded.conſ.67. num.24. vol.1.Felic. alleg.34. num.7.p.p.Gratian.diſcept.423.nu.1.* & adeo in Fiſcum tranſeunt actiones, vt in Rei perſonam, nec redierint Principis reſtitutione non obſtante, *Sfort.de reſtitut. in integr. quæſt.97.num.13.Farin.quæſt.25.ſub num.179.Felic. d.alleg.34.num.8.* Moleſtari ergo non poteſt, ſi bona alia acquiſierit, Vt ad Meliorem fortunam peruenerit, *l.tutor filiorum. & ibi gloſ. verb. locupletior. Fulgoſ.l.in inſulam. Angel.l.ſi debitor.num.4. C. de ſent.paſſ.Boſſ.tit.de proclam.quo ſit.honor.public.num. 14.15.Farin.d.num.179.Gratian.diſcep.423.nu.40. Felic.d.alleg.34.num.9.Sfort.d.quæſt.97.num.11.13. Menoch.conſil.103.num.20. Peregr. de fiſc. lib.5.tit. 1.num.55.* Proindedeciſum refert *Gratian. diſcept. 423.num.60.* Liberatum debitorem, à ciuili, & naturali obligatione, neque poſſe contra eum agi actione perſonali, non obſtante iuramento, obligatione camerali, & alijs clauſulis, de quibus in inſtrumento, cum reſtitutio non ſit plena, ſed ſolum ad pœnam, quæ nec reſtituit bona, neq; obligationes contra reuerſum, etiam in poſtea quæſitis, vt nec teneatur prioribus creditoribus, neque agit contra debitores ſuos, omnia enim iura actiua, & paſſiua in fiſcum fuerant tranſlata, qui ad hæc debita cogendus erit, *l.2.l.tutor. C.de ſent.paſſ. Peregr.de fiſc.lib.5. tit.1. à num.53.* Niſi de creditis agatur poſt bannum contractis, pro quibus conueniendus ipſe erit, *Butr.c.intelleximus.num.14. de iudic.Bart.l.tutelas.§.item cum ciuitas. num.4.ff.de capit.dimin.Scacc. lib.2.de iudic.c.9.num.1074.* & ita iuris eſſe concludo.

Ex his fuit ſæpius in M. R. C. interloquutum, *Stent, Saluis iuribus contra Fiſcum.* Anno MDCX.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinus quis ſit? Declar.num.17.*
2 *Mandatum ad vulnerandum pecunia mediante, Aſſaſſinium eſt. Contr.num 9.*
3 *Mandans pecunia alium vulnerare, Eccleſiæ non gaudet immunitate.*
4 *Mandatum ad vulnerandum in capite, vel Baculo percutiendum, precio conuento eſt Aſſaſſinium.*
5 *Executio denotat, quale fuerit mandatum.*
6 *Mandans baculo alium vapulari in humeris, vel brachijs, ſi mandatarius in capite vulneret, An teneatur ipſe de exceſſu, & numero 31. Diſtingue, num.32.*
7 *Aſſaſſinium aliud improprium, aliud proprium eſt, & quid vtrumque ſit diffinitur.*
8 *Aſſaſſinij requiſita, quæ ſint?*
10 *Aſſaſſinus eccleſiæ immunitate non gaudet, eiuſq; auxiliatores, & ſocij, num.11.*
12 *Vulnerans, pecunia mediante, Eccleſiæ gaudet immunitate, Niſi ſequuta ſit Mors, ex baſtonatis, conuento precio, illatis.*
13 *Aſſaſſinus Regis indultu non gaudet, ſed vulnerans mediante pecunia, eo fruitur, & quando ſecus? num.14.*
15 *Clericus Aſſaſſinus non gaudet fori priuilegio; Secus ſi vulneret pecunia mediante, num.16.*
18 *Verbum,* Dagli, *percutiendi, non occidendi Mandatum ſignificat, & quæ inter* occidere, & percutere, *differentia ſit excutitur.*
19 *Peguer.deciſ.54.num.11.reijcitur.*
20 *Mandatum, ad* percutiendum. *non intelligitur ad vulnerandum, nec ad occidendum.*
21 *Alex.conſ.166. num.5.vol.7. eiuſque Aſſeclæ omnes reprobantur.*
22 Decian. *lib.9. crim.cap.30. num.22. Declaratur, & num.23.*
24 Fab. de Montel. *prax. arbitr. par.4. num. 551. declaratur.*
25 Muſcatell. *prax.crim.tit.de priuileg.homic. mediant. mand.num.5.8.reijcitur, & num.26.*
27 *Mandantis qualitas, occidendi animum arguit.*
28 *Cauſa magni momenti eſſe debet, non leuis, vt occidendi animus præſumatur.*
29 *Occidendi animum non arguit percuſſio, in loco facta, in quo multi poterant illum defendere.*
30 *Spontanea vulnerantis comparitio ad carceres, occidendi animum excludit.*
33 *Pœna, pro vulnere, mediante pecunia, illato, Grauior eſſe debet, Quàm ſi nulla data pecunia illatum illud ſit.*
34 *Locus auget delictum, & eo grauius eſt, quò in Digniorem perſonam committitur, & num.35.*
36 *Affectus non punitur, vt Effectus, etſi ad actum proximum fuerit deuentum, & num.37.*
38 *Pœna à lege indicta, delictum conſumatum expoſcit.*

ARGVMENTVM.

Vulnus ſine morte, Mediante pecunia illatum, An ſit Aſſaſſinium? & quæ ſit Mandantis pœna.

CONSILIVM XLVI.

CVm Rubeanus V.I.D. excellentiſſimi D. Feriæ Ducis, Siciliæ Proregis familiaris, Ethnam quæſiturus in T. plurium criminum Reum, veniſſet Armorum Capitaneus, & rogatus à Don Vincentio Rao, ab iniuncto munere, noluiſſet diſcedere, eius inimicitiam incurrit: Quare inquiſitione iam facta, Panormum reuerſus, cum per Regij Palatij fores obambularet Rubeanus, à Ioanne Iacobo Gemma, pecunia ad eam rem conducto, graue vulnus in Capite accepit: ſane mandatum data pecunia cum his, præter alia verba, conceptum à Don Vincentio fuiſſe conſtaret. *Quanto più vicino al Palazo eſſo è, tanto più li darrai forte, vno colpo in Teſta.* Et licet mors ex vulnere, Rubeano non euenerit, quæ tamen ſit Don Vincentij pro pecunia vulnerari mandantis pœna, me conſulis.

Plura efficiunt, vt paucis, quantum fieri poteſt, concludam, Quæ noſtris explicanda forent, Percelebris Iudicũ doctrina, cũ apud eruditiſſimos, atq; ampliſſimos Regios Conſiliarios cauſam hanc tractari acceperim, eorumque ſumma æquitas, & magna temporis anguſtia, quæ me ob publicum, aſſiduumque iudicandi munus, Meſſanæ occupatum, nunc vrgeant. Si quid ergo parum, vel doctè, vel

accura-

Digitized by Google

accurate, ſcriptis his mandauero, non iniquo iure mecum erit agendum; ſed omne æqui, ac boni conſulendum. Quis enim eſt (Illuſtriſs. Iuſtitiæ Præſes) qui tibi, & ingenij acumine, & rerum agendarum prudentia, ac forenſium cognitione, poſſit æquari? Quo facilius itaque ſit cauſæ exitus, Dum acutiſſimis excitatis Dubitationibus, pro viribus conabor ſatisfacere: Duos hoſcè Iuris Articulos diſcutiendos cenſui.

Artic. Primus, An mandatum ad vulnerandum data pecunia, verè ſit Aſſaſſinium?

Artic. Secundus, Quæ ſit in hoc crimine Mandantis pœna? Si mors ſecuta non fuerit.

1 Ad primum. Aſſaſſinum illū † eſſe voluit, *Prob. ad Monach.c.1.num.1.de homic.in 6.* Qui præmium, ſeu pecuniam dederit, vel acceperit ad percutiendum, ſeu maleficium ſimpliciter committendum, *Bart.l.Cicero.ff.de pœn. Ang.de malefic.gloſ.& Sempronium mandatorem.in princ. & ibi Auguſt. num.3. & in l.1.ff.de ſepulcr.viol.in l.1.§.heredi.num.1.ff.de eo per quem fact.erit, & ibi Caſtr. §.ſi plures. num.5. Socc.§.ſi reus.num.9. Alex.in §.& hæc actio num.3.4. & conſ.166.num.1.vol.7.Gramm.vot.9.num.1.Marta, de iuriſdict.p.4.cent.2.caſ.129.num.5.Putc.de ſindic.verb. inquiſitio. cap.3. num.14. Franciſ. à Platea de excomm.§.26.nu.1.tract.tom.14.Maſcard.de probat. concluſ.138.num.5. Farin. quæſt.123.num.142. Remig. de immunit.eccleſ.lim.15.num.2.5.Plac.de delict.lib.1.c.19.num.2.Boſſ.tit.de mandat.ad homicid. num.16.* Maxime ſi ad actum inſultus, vel vulnerum deuentum fuerit, *Muſcatell.prax.crimin.tit.de priuil. homic. median. mandat. num.8. & alij*, infra, *num.36.*

2 Secundo, Si data † fuerit pecunia non ad occidendum, ſed ad vulnerandum, animo tamen nec occidendi, Quod adhuc intret nomen, & pœna Aſſaſſinij reſoluit, *Alex.conſ.166.nu.5.vol.7.* Dum alternatiuè loquitur de mandato ad occidendum, vel ad vulnerandum, Idem repetit, *conſ.249.num.2.vol.1.Caual.de Brach.reg.p.p.num.79.Anton.Sola, ad decret. Sabaud.tit. de accuſat. gloſ.1.p.p. num.16. Farin.d.quæſt.123.num.143.Viui.lib.1.opin.74.num.1.Gram.conſ.1.num.60.poſt Deciſ.Germon.de ſacror. immunit.lib.3.c.16.num.68.Gomez.3.reſol.cap.3. de homicid. num.10.11.Decian.lib.9.crim.c.30. nu.22.*

3 Vt nec † Eccleſiæ immunitate in tutelam criminis gaudere poſſit, *Remig. de immunit.eccleſ.fallen.15. Couar.2.reſol. c.20. num.9.* & tradit, *Corn.conſ.249. num.2. in 1.* Quod ſi pecunia mediante quis aliquem vulnerauerit, is dicetur propriè inſidiator, & occiſor.

4 Tertio, & eo magis, Aſſaſſinium hoc eſſe † videtur, cum mandatum, mediante pecunia ſit ad vulnerandum in capite, *Fab.Montel.prax. arbitr.p.4. num.551.* vbi idem amplia̓t, ſi mandatum fuerit, quod percutiat in capite cum baculo: ex corporis enim parte occidendi animus præſumitur, *c. ſignificaſti. 2. in fin. & ibi Doct. de hom, Bart. l.1.§. Diuus.num.2.Marſ.num.26.ff.de ſicar.Menoch.de arbitr.caſ.361. num.5. & lib. 5.præſumpt.40.num.11. Pariſ.conſ.161.vol.4.Decian.lib.9.crim.c.34.nu.22. Peguer.deciſ.14.num.10.11.13. Blanc. de indict.nu. 189. Farinac. conſ.211. num.12.Maſcard.de probat. concluſ.864.num.8.Pacian.conſ.12.num.19.Reuſner. deciſ.14.num.38.p.2. Burſ.conſ.271.num.11. Caball. de omn.gen.homic.num.293.* Proinde diſtinguit *Muſcatell.prax.crim.tit.de priuileg.homic. median.aſſaſſin.num.5.8.* Aut vulnus in ea corporis parte fuit illatum, ex qua, de ſui natura, nec ſolet, nec poteſt ſequi mors; & cum vulnerans occidendi animū non habuerit, Aſſaſſinium nec dici poteſt. Aut vulnus in ea corporis parte illatum, mediante pecunia, in qua dubium ſaltim erat, An mors ſequi poterat, in capite nempè. Tunc quia occidendi animus non excluditur, commiſſum dicitur Aſſaſſinium. Hinc tradit *Boſſ.tit.de homic.num.40.* mandatum pecunia mediante ad percutiendum in cerebro eſſe Aſsaſſinium.

5 Ipſaque † exequutio denotat, quale fuerit mandatum, *Decian. conſ.4. num.48. in 3.* & à facti qualitate regulatur, *Honded. conſ.87.num.92.167. volum.2.*

6 Quarto mandatum † ſi quis dederit ad vulnerandum cum baculo in humeris, vel brachijs, Prohibens ne percutiat in capite, ſi mandatarius illum occidat, excuſari mandantem probat, *Pariſ. conſ. 161.num.14.vol.4.Decian.lib.9.crim.cap.36.num.8.* quia noluiſse eum interfici præſumitur; At ſi in capite illum vulnerandum eſse mandauerit, in dolo ſaltim præſumpto fuiſse mandantem dixit Fiſcus, cogitauit enim ipſe, aut cogitare debuit, facile ex læſione iſta, in ea præſertim corporis parte, quæ maximum habet vitæ periculum, euenire poſse homicidium, *l. aut facta. §.euentus. ff. de pœn. l. qui ſaccum.ff.de furt.c.qui ſaccum.diſt.50.Bart.l.1.§.Diuus.ff.de Sicar. Marſ.conſ.7.num.7. Cepoll. conſil.34. Reuſner.deciſ.14.num.36.37.p.2.Couar.cap.ſi furioſus.p.2.§.1.num.3.de homicid. Menoch.de arbitr. caſ. 352.num.2.*

Re tamen ipſa, Diligentius perpenſa; Contrariam ſententiam veriorem opinor; Ex vulnerandi mandato, pecunia etiam mediante, non committi Aſsaſſinium.

7 Primo, Aſsaſſinium dupliciter in † iure conſiderari, dicimus *Impropriè*, ſcilicet, ex vulgari loquendi vſu. *Propriè*, ex iuris interpretatione. *Impropriè*; Quoad illos, qui in ſtrata publica itinerantes aggrediuntur vulnerant, ſpoliant, *Rom.Sen.conſil. 61.num.3.vol.3. Cephal. conſ.57.num.20. Menoch.de arbitr.in Scholijs ad caſ.474.num.8. Rouit.rubr. de abolit.pragm.12.num.7.8. Farin. conſil.143.num.1. Muta, deciſ.50.num.4.* Etſi propriè Aſsaſſinum cum cenſeri, dixerit, *Monterent.ad Statut. Bonon.crimin. rub.21.* & minus rectè, *Tuſc.lit. A.concluſ.531.nu.6.*

8 *Propriè* † autem, ex tribus contrahitur; Mandato nempè ad occidendum Chriſtianum: Datione, ſeu promiſſione pecuniæ, aut alterius rei à mandante facta: & mandatarij acceptatione, ac eiuſdē mandati executione, *Bart.l.non ſolum.§.ſi mandato.num. 4.ff.de iniur. & in l.Cicero. ff.de pœn. Bald. & reliqui in l.non ideo minus. C.de accuſ.Gram.vot.9.nu.1.Grilenz.conſ.45.num.5.Felic.alleg.117.num.3.p.2.Carrer.§.circa igitur.num.3.Bardell.conſ.147. Burſ.conſ. 200. num.112. Macerat.lib.3.reſol.2. num.10. Ricc. deciſ.112.num.1.p.p.Farin.conſ.10.num.27.44.conſil.5.num.1.Caball.de omn.gener.homicid. à nu.471. 492.Capic.deciſ.155.num.12.Pariſ.conſil.176.nu.3. vol.4. Ambroſ.de immun. eccleſ.c.7.num.7.Honded. conſ.93.num.66.vol.2.Gratian. diſcept.598.Guazz.*

rcor.

reor.defenſ.1.c.37.num.42.& defenſ.4.cap.13.Viui.
deciſ.467.num.103.& comm.opin.verb.aſſaſſini.nu.
1.Clar.§.aſſaſſinium.in princ.Tuſc.lit.A.concluſ.531.
plenè, Menoch.conſ.360.num.42. Roland. conſ.14.nu.
13.vol.4.Canal.de Brach.reg.p.p.num.76.Decian.lib.
6.crim.c.28.ſub num.18.

9 Proinde ſi mandatum † ſit ad vulnerandum, pe-
cunia etiam mediante, aſſaſſinium non eſt, c.1.&
ibi Arclnd.num.1. Ioan.Andr.Franc.Gemin.& alij,
de homic.in 6.Brun.conſ.64.num.41.Boer.deciſ.109.
Bero.quæſt.10.Alciat.conſ.11.nu.17.lib.1.Grat.con-
ſil.21.num.22.in 1.Larath. conſ.105. à num.4.5.Ce-
nal.com.quæſt.901.Valpell.conſ.143.num.1.Brunor.
Sole,Legal.quæſt.34.num.37.& compend.reſol.verb.
mandans. Ball.de liter.diſpenſ.lib.3.quæſt.3.caſ.1.nu.
13.Rebuff.ad Reg.conſtit.tit.de immun.eccleſ.art.1.
gloſ.1.num.16.Caball.de omn.gener.homicid.nu.499.
Intrigl.deciſ.40.num.50.& conſcien.caſ.13.num.13.
14.Ambroſ.de immun.eccleſ.c.7.nu.11.Guazz.reor.
defenſ.1.cap.38.ſub num.46.verſ.ſecus erit.Freder.
Scot.reſponſ.8.num.21.lib.4.tom.2.Gabr.tit.de ma-
lefic.concluſ.1.num.29.30.Decian.d.cap.30.num.13.
14.41.conſ.80.num.18.in 3.Honded.conſ.93.nu.65.
in 2.Baiard.ad Clar.§.aſſaſſinium.num.2.& §.fin.q.
30.num.16.17.Craſſ.cleric.effect.1.num.691.Rimin.
Sen.conſ.55.num.14.15.ad fin.vol.1.Gratian.diſcept.
598.num.10.diſcept.619.num.1.2.Maſtrill.de indult.
cap.29.num.12.& deciſ.293.nu.26.Carot.deciſ.39.
num.8.9.10.Rouit.d.pragm.12.num.6.Guttier.lib.3.
pract.quæſt.7.num.59.Maſcar.de probat.concluſ.171.
num.10.concluſ.138.num.11.12.13.Campan.R.N.
c.7.frequens.num.68.Farin.de immun.eccleſ.nu.134.
conſ.99.num.52. vbi de veriori, licet quæſt.123.in-
ſpect.5.à num.139. Affirmantes fuerit inſequutus,
ſed minus rectè, ex iam dictis.

10 Secundo, Eccleſiæ † immunitate non gaudere
aſſaſſinos excipit Greg. XIV. Bulla, ſi in tutelam
criminis ad eam confugerint, c.1.de homic.in 6.c.
inter alia de immun.eccleſ.Remig.d.fallen.15.num.7.
8.9.Germon.de ſacror.immun.lib.3.cap.16.num.67.
Couar.d.c.20.num.7.9.10.Decian.d.c.30.num.12.&
lib.6.c.28.num.28.Tuſc.lit.A.concluſ.531.num.30.
38.Mari.Ital.de immu.eccleſ.§.5.cap.5.Paz.in Prax.
tom.1.p.5.c.3.§.3.à num.33.Guazz.reor.defenſ.1.c.
38.num.42.verſ.& non eſt.Borrell.ſumm.deciſ.tit.3.
num.78.79.Farin.quæſt.28.num.28.& de immun.nu.
118.P.Gambacur.de immun.eccleſ.lib.5.c.34.Gut-
tier.d.quæſt.7.num.51.Bouadill.in polit.lib.2.cap.14.
num.77.Muſcatell.prax.crim.tit.de homicid.median.
mand.num.88.Clar.§.aſſaſſinium.nu.5.D.Carol.Tapp.
de iur.Neap.lib.1.rubr.11.de his qui ad eccleſ.con-
fug.ad R.N.cap.95.num.39.Mant.lib.5.obſeruat.41.
ad fin.Ricc.collect.547.Catalan.de indult.c.32.num.
24.Plac.d.cap.19.num.24.Heuya in Curi.Philip.p.3.
11 §.Retraydos.12.num.34. Nec † fautores eorumque
auxiliatores, Remig.d.fallen.15.num.9.Plac.lib.1.
delict.c.19.num.25.Farin.quæſt.123.num.69.de im-
mun.num.124.Guazz.d.c.38.num.42.Caball.de omn.
gener.homic.num.527.etſi anceps ſit, P.Gambacur.
de immun.eccleſ.lib.5.c.34.nu.14. quia Tex.d.cap.1.
intelligit.Capic.deciſ.155.num.14.tam in mandan-
te, quam mandatario, Farinac.conſ.85.ſub 76.& in
auxiliante, Gabr.tit.de crim.concluſ.1.nu.32.Triniſ.
12 deciſ.18.nu.1.lib.2. At ſi pecunia † allectus, Animo
non occidendi alterũ quis vulneret; Eccleſiæ gau-
det immunitate, Gratian. diſcept.598.num.9. Am-
broſ.d.c.7.num.10.11.Farin.de immun.nu.134.Ricc.
deciſ.112.p.p.Guttier.d.quæſt.7. num.59.60. Niſi ſe-
cuta ſit mors, ex baſtonatis pecunia mediante per
ſicarios illatis, Farin.conſ.211.nu.16.& infra. Sic à
13 Regis † indultu excipitur aſſaſſinium, ibi, vel aſſaſ-
ſaſſinio mediante, Catalan.de indult.c.32. Maſtrill.de
indult. c.29.num.12.& deciſ.293.num.27.Rouit.d.
pragm.12.num.9. Generali namque criminum abo-
litione, atrocia non continentur, atroci vno exce-
pto, Marſ.§.diligenter.nu.161.Monticul.prax.reg.8.
nu.30.Farin.q.6.nu.61.Decian.lib.3.crim.c.35.num.
26.Gram.vot.3.num.10.Catalan.de indult.c.48.num.
8.11.Grat.conſ.40.num.10.vol.1.Ball.lib.4.q.10.de
indult.nu.27. At qui atrociſſimum crimen eſt aſſaſ-
ſinium, Gram.vot.9.num.12.Marſ.conſil.18.nu.18.
Tuſc.lit.A.concluſ.531.num.9.10.11.17.& concl.
550.num.1.2.Plac.d.cap.19.num.2.Bero.conſil.78.
nu.16.vol.1.conſ.175.num.11.vol.3.Pancirol.conſil.
115.num.8.Rim.Iun.conſ.685.num.5.Corrad.de offic.
prætor.tit.de aſſaſſin.num.1.2.Roger.conſ.21.nu.28.
Eugen.conſil.21.num.10. Generali ergo abolitione
non continetur, Tuſc.d.concluſ.531.nu.22.27.Cor-
14 rad.d.tit.de aſſaſſin.num 3. Vulnus verò † data pe-
cunia illatum, gaudet Regis indultu, Rouit.d.prag-
mat.12.num.6.Maſtrill.de indult.c.29.nu.12.& de-
ciſ.293. num.27. Niſi mandatum præceſſerit ad
mortem, quæ nec euenerit, Maſtrill. dict.cap.29.
num.12.

15 Tertio, Clericus † aſſaſſinus priuatur fori priui-
legio, etſi in habitu, & tonſura incedat, Gram.vot.
8.9.Capic.deciſ.112.Alex.de Neuo.conſ.59.num.9.
Clar.§.fin.q.26.Farinac.quæſt.8.num.47.Ricc.collect.
101.547.Scace.de iudic.lib.1.c.11.nu.56.Franc.de-
ciſ.176.Tuſc.d.concluſ.531.Ambroſ.de immun.eccl.
c.7.num.10.Guazz.reor.defenſ.1.c.38.num.42.verſ.
& non eſt, Craſſ.d.effect.1.nu.676.Gabr.tit.de crim.
concl.1.num.24.Muſcatell.prax.crim.tit.de homicid.
median.mand.aſſaſſin.nu.86.Decian.lib.6.crim.cap.
28.num.13.& conſil.82.in 2. Si eccleſiaſtici Iudicis
præceſſerit ſententia, Couar.Capic.& Plac.relati ab
Ambroſ.d.c.7.num.10.Salzed.ad Diaz.in prax.c.66.
Clar.quæſt.36.num.31.Viui.opin.406.num.2.Alex.
conſ.166.num.5.in 7.Alba, conſ.13.num.2.Gramm.
vot.11.Carrer.in prax.§.circa igitur tertium.ſub
num.15.Capic.deciſ.112.num.2.6.Canal.deciſ.10.
num.27.p.p. Atque ita in M. R. C. deciſum refert,
Maſtrill.deciſ.288. Etſi aliter ſenſerint, Soc.& alij à
Decian.conſ.82.in 2. Quos increpant, Ambroſ.d.c.
7.nu.9.10.Guazz.d.c.38.ſub num.42.verſ.& non eſt.
Siue in fortijs Curię Eccleſiaſticæ reus ſit, vt opina-
tur, Macerat.lib.3.reſol.2.num.9. Siue à Curia ſecu-
lari detineatur, ex Clemen. VIII. Bulla, Romæ die
18.Decembris, 1595.in Bullario, tom.3.Bulla, 37.fol.
16 mihi, 52. At ſi alium † vulnerari, conuento precio,
mandauerit clericus, fori ſui priuilegio non priua-
tur, Craſſ.d.effect.1.num.691. His conſtat ex man-
dato ad vulnerandum, pecunia etiam mediante,
aſſaſſinium non committi.

17 Non obſtat primum, Quia † negamus omne de-
lictum, conuento precio commiſſum, eſſe aſſaſſi-
nium, ſed accipiendos Doct.eſse dixi, ex Bart.in l.ci-
cero.ff.de pœn.& in l.non ſolum.§.ſi mandato.num.4.

ff.de iniur. Delicta precio commiſſa, Grauiora exiſtimari, *Ricc. deciſ.114.num.2.p.p.Muſcatell.tit.de priuil.homic. median. mand.num.8.* non tamen dicitur aſſaſſinium, cum ſit neceſſe, mandatum interueniat occidendi hominem precio conuento, *Alciat.conſ.11.num.17.lib.1. Baiard.ad Clar. §.aſſaſſinium.num.3.Pardell.conſ.123.num.37.*

Reſpon. II. Quod licet Don Vincentius his vſus
18 fuerit verbis, *Dagli*, ex eis † tamen non infertur, quod mandauerit occidi. Longa, eſt enim, differentia, inter *Occidere*, & *Percutere*, ſed ex communi loquendi vſu, Idem eſt, *Dare*, quod, *Percutere*, *Decian.conſ.4.nu.12.vol.3.* Occidere, inquam eſt, animam à corpore ſeparare, *l.qua actione.§.occiſum.ff.ad l.Aquil.Bart.in l.2.ff.ad Syllan. & in l.quod ait.ff.de adult.in l.1.§.Diuus.ff.de ſicar.* Adeo vt, ſtatutũ loquens de occidente, locum non habeat in vulnerante, *Bart.loc.nuper cit.Crauet.conſ.923.nu.5.Bardell.conſ.99.num.23.* Proinde dixi aliàs, minus rectè loquutum, *Peguer.deciſ.54.num.11.* Dum aſſerit, percutientem proditoriè alterum animo occidendi & ſi mors ſecuta non fuerit, Eccleſiæ immunitate non gaudere, Sed errat, quia ſtatuit Greg. XIV. ſua bulla, occidentem proditorie non gaudere ibi, *Aut qui proditoriè proximum ſuum occidarint.* Secus ergo in vulnerante; Imo *Percutere*, minus eſt, quã *Vulnerare*. Eſt enim, *Vulnerare*, carnem ſcindere cum ſanguinis effuſione, *l.ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe.& ibi Florian.ff.ad leg.Aquil.Ang.de maleſic.verb.& ipſum Titium percuſſit.num.1.2.Bart. conſ.109.nu.2.p.p.Reyger.Theſaur.Iur.lit.Vul.num.1.Tuſc.lit.V.concluſ.378.num.5. Boer.deciſ.323. Cepoll.conſil.41.* Sed, *Percutere*, eſt cum violentia carnem tangere ſine ſciſſura, *Bar.in l.prætor.§.qui atrocem.ff.de iniur.& in l.ſi gemina.ad fin.ff.arb.furt.caſ. Decian.d.num.12.Angel.de maleſic.& ibi Auguſt.gloſ.& ipſum Titium percuſſit & vulnerauit.* Vbi plura congerunt; Quibus vulnus, & percuſſionem differre conſtat,

19 Proindè ſi dixerit † mandans *Percutias*, mandatum dediſſe non intelligitur ad occidendum, nec ad vulnerandum, *Decian.d.conſil.4.num.13.Mazol.conſ.101.Cephal.conſ.424.Laderch. conſ.181.nu.27.* Maximè cum expreſſum nec ſit, quo armorum genere percutere is debuiſſet, in mitiorem ergo ſenſum accipiendum illud eſt, *Baiard. ad Clar. §.fin.q.89.num.23.Boſſ.tit.de mandat.nu.48.Maſcar.de probat.concluſ.866.nu.14.concluſ.1012.num.2.* & cum ſit obſcurum, ad occidendum non præſumitur, *Maſcard.d.nu.14. Laderch. conſ.181.nu.27. Bero.conſil.175.num.21.in 3.* maximè in aſſaſſinio, *Viui. deciſ.467.à num.78.103.*

20 Non obſtat ſecundum, *ex* † *Alex.conſ.166.num.5.vol.7.* Quia illum increpat, *Gabr.tit.de crim. concluſ.1.num.30.* & ſignanter *Honded. conſil.93.num.65.volum.2.Intrigl.d.caſ.13.num.13.Gratian.diſcep.619.num.3.*

21 Reſpon.II. Eo in caſu † loquutum, *Alex.d.conſ.166.num.5.* in quo ex vulnere ſequuta fuit mors, vt dilucidius *in fi.* declarauit. Tunc enim ſiue mandatum ſit ad occidendum, ſiue ad vulnerandum tantum, ſed mediante pecunia, & mors ex vulnere ſequatur, ſemper eſt aſſaſſinium, *Rouit.d.pragm.12.nu.11.* quia vulnera nõ dantur ad menſuram, & potuit, ac debuit mandans cogitare, quid euenire poterat, *Campan.R.N.c.frequens.7.num.68.ad fin.* cui conuenit, *Mozz.de contract.rubr.de mand.tit.de diuiſ.mand.nu.79.80.Alciat.conſ.23.nu.7.lib.7.Cepoll.crim.conſ.34.Boſſ.de mand.ad homicid.num.10.Clar.§.fin.queſt.89.* Mirum ergo eſſe non debet, ſi *Alex.d.conſ.166.num.5.* nullam conſtituat, differentiam inter mandatum ad occidendum, vel ad vulnerandum; Cum enim ſuo in caſu, ſequuta iam fuerat mors, Idem ius erat in vtroque mandato; Quod caſui noſtro non conuenit, in quo mandatarius mandati fines non exceſſit, nec ex vulnere ſequuta eſt mors.

22 Non obſtat *Decian.d.c.30.num.22.* Quia ſine lege, authoritate, & ratione, loquitur, ac contra tam apertam *comm. Doct.* opinionem, nulla eorum facta mentione.

23 Reſpon. II. Credẽdum non eſſe *Decian.* alioqui in peritiſſimum, ſic oſcitanter loquutum in re tam graui, vt exiſtimet, proprium eſſe aſſaſſiniũ, ſi mandatum interueniat ad vulnerandum tantum: ipſe namque *Decian.* fatetur, eo in caſu mortis pœnam non imponi, ſed id dixiſſe voluit, quod aduertit, *Gabr.de crim.concluſ.1.nu.30.* vt hoc caſu, licet mandatum ſit ad vulnerandum tãtum, grauiori tamen pœna puniatur, quam pro vulnere ſimplici ob interuentum pecuniæ, vt in ſpecie reſoluit, *Decian.d.c.30.nu.41.* quem ſic citat, *Honded.d.num.65. Ric.deciſ.112.nu.2.p.p.Carot.deciſ.39.nu.10.Gabr.tit.de crim.concluſ.1.nu.29.30.* Alias ſi admitteremus *Decian.* intellexiſſe, aſſaſſinium propriè eſſe ſi mandatum ſit ad vulnerandum tantum; Eius ſententia, vt eo nempè in caſu non puniatur pœna ordinaria, ſed mitiori, nullo modo poſſet ſubſiſtere, quia non datur medium, vt ſit Aſſaſſinium, & mortis pœnam non patiatur; Eo enim ipſo, quod declaratus quis eſt Aſſaſſinus, ſi in fortijs Curiæ eſt, debet morti tradi, & trucidari: At ſi extra carceres, poteſt à Quocumq; impune offendi, tamquam diffidatus, *ad tex.d.c.1.vbi Doct.* notant.

Non obſtat tertium, *ex Fab.de Montel.prax.arb.*
24 *p.4.nu.551.* Qua † reſolutio à principali concluſione proficiſcitur, quam ſex modis ipſe limitauit, *num.5.39.* vbi ponit verba, quæ mandatum denotent ad occidendum, & limitat niſi mandatum dediſſet, ad verberandum cum baculo in capite, quia tunc illæſa remanet prima probatio mandati ad occidendum, quæ orta fuerat, ex illis verbis, *in capite*, nec ſublata eſt per contrariam probationem, ex inſtrumenti genere productam, ſi ſecuta fuit mors, vt ipſe inquit, morte autem non ſecuta, vt hic, aliter dixiſſet, *Fab. de Montel. dict. num.551.*

25 Nec obſtat *Muſcatell. d.nu.5.8.* Qui ex † vulnere pecunia mediante illato, Aſſaſſinium committi aſſerens, præſumptum occidendi animum ſatis eſſe fatetur, Quem ex vulnerata corporis parte arguit; Sed hoc eſt falſum, Quia *tex.c.1.de homic.in 6.* explicitum occidendi mandatum requirit, *in tex.ibi, Interfici fecerit, vel etiã mandauerit*: Quod verum, etſi mors, ex eo vulnere nec ſequatur, ibi, *Quamquam mors ex hoc non ſequatur.* Hinc notat, *Marta. de Iuriſdict.par.4.cent.2.caſ.129.num.22.* Sine reciproco mandantis, & mandatarij conſenſu, Aſſaſſinium non committi, *ex Bald. conſil.383.*

alias,

alias, 98.num.3.in 1.Bardell.conſil.147.nu.25.Corn.
conſ.249.in 1.Gramm.vot.11.nu.19.Boſſ.tit.de man-
dat.ad homicid.num.35.Merend.conſ.88.num.15.17.
vol.2.crim.Brunor.Sole,queſt.34.num.13.Decian.lib.
9.crim.c.30.nu.17.Plac.lib.1.de delict.c.19.nu.10.
Rim.Iun.conſ.685.num.12.Gratian.diſcept.619.nu.
7.Farin.q.123.num.128.147.Gabr.tit.de crim.con-
cluſ.1.num.39.Baiard.ad Clar.§.aſſaſſinium.num.6.
Marcell.Calà.de mod.artic.§.2.gloſ.1.nu.481. Adeo
vt expreſſa requiratur acceptatio, nec taciturnitas
ſufficeret, licet ſequatur homicidium, Farin.d.num.
147.Gratian.d.diſcep.619.nu.8.Cum in hac Aſſaſſi-
nij materia, ſola vnius intentio ſatis non ſit, ſed
vtriuſque conſenſum adhibendum voluit, Gabr.
conſ.170.nu.16.in 1.

26 Reſpon.II. Quod ſi ex vulnerata † corporis par-
te, præſumptum occidendi animum arguat, Mu-
ſcatell.d.num.5.8. Plures tamen contrariæ ſunt con-
iecturæ, & ſanè fortiores, quibus ſtandum eſt, l.Di-
uus.ff.de in integr.reſtit.l.non ſolum.§.de vno.ff.rit.
nupt.l.cum de indebito.ff.de probat.l.non eſt veriſimi-
le.ff.quod met.cauſ. Cum ſit vulgare apud omnes;
vnum indictium tolli ab alio, Alex.conſ.180.num.
10.vol.2.Gram.conſ.21.nu.29.vot.3.nu.20.Bertaz.
crim.conſ.251.nu.93.Brunor.Sole, conſil.1.num.148.
Meren.conſ.89.nu.33.vol.2.crimin.Peguer.decis.14.
num.20.Ioan.de Amic.conſ.45.nu.21.Burſ.cõſ.311.
nu.101.Decian.conſ.24.num.31.34.vol.1.conſil.93.
num.89.in 2.Cephal.conſ.721.nu.13.Eugen.conſ.27.
nu.24.Turret.conſ.59.num.4.vol.3.Honded.conſ.55.
num.69.conſ.106.nu.78.vol.1. Licet plures contra-
rias coniecturas requiri cenſuerit, Aret.conſil.80.
num.5.6.Gribald.de omn.gener.homic.tit.de homi-
cid.doloſ.num.11.12.Caball.de omn.gener.homicid.
num.298.

27 Prima eſt, ex mandantis † perſonæ qualitate, an
bonæ ſit, vel malæ famæ, Caſon.de indit.c.1.2.Cabal.
de omn.gener.homic.num.295.Burſ.conſ.311.nu.60.
Gabr.conſ.169.num.8.17.in 1.Mant.conſ.294.num.
18.vol.1.conſ.173.nu.16.in 2.Port.cõſ.206.num.13.
Decian.conſ.24.num.14.vol.3.Felic.alleg.50.nu.20.
ad fin.p.1.Bertaz.crim.conſ.85.nu.12.Honded.conſil.
105.num.59.in 1.Alba.conſ.46.num.11. At de Rei
vita, bonaque fama, conſtat.

Secunda eſt coniectura. Quod nemo ſatis capi-
tis crederat, illum patremfam. ſatis diuitem vo-
luiſſe, leuiſſima ex cauſa mãdatum ad occidendum
pecunia mediante dare, cum periculo eius vitæ, &
omnium ſuorum bonorum amiſſione, Alba.d.conſ.
46.num.5.Bertaz.d.conſ.85.num.14. cum cauſa, ta-
lis nec fuerit, vt Rubeanum interfici mandaret, Si-
28 cut magna † cauſa occidendi animum arguit, ſic
leuis contrarium oſtendit, Caſon.de indit.tract.3.c.
9.Mant.conſ.152.nu.13.conſ.473.nu.14.vol.2.Felic.
alleg.168.nu.3.p.2.Larath.conſ.105.nu.12.13.Ber-
taz.d.conſil.85.num.17.18. Neque leuis inimicitia
deliberati animi eſt indictium, Pancirol.conſ.151.
num.3.4.Decian.conſil.67.num.9.10.vol.3.Bertaz.d.
conſ.85.num.19.

29 Tertia eſt coniectura reſpectu loci † in quo illum
vulnerare mandauerit, non enim veriſimile eſt,
quod in loco tam publico (prope palatium nem-
pè) vbi multi erant, qui ſubuenire ei potuiſſent, ac
intermediando impedire, ne occideretur, mandare
voluerit D.Vincentius, quod Rubeanum, ſicarius
ille occideret, Caſſon.de indit.tract.3.c.9.& tract.4.
c.2.Mant.d.conſil.152.num.8.Macerat.lib.3.reſol.3.
num.9.Bertaz.d.conſ.85.nu.16. Ratione loci, homi-
cidij præmeditatio includitur, & excluditur, plenè
Menoch.de arbitr.caſ.361.nu.38.Farin.cõſ.139.num.
23. Nec reiterauit percuſſiones, Boſſ.tit.de homicid.
num 37.55.Gratian.diſcept.619.num.14.Macerat.d.
reſol.3.ſub num.9.Farin.q.126.num.33.

30 Quarta eſt coniectura ex ſpontanea † eius com-
paritione, qui eum eſſet in libertate, intus carceres
ſe conſtituit, Mant.conſ.236.num.27.conſ.173.num.
15.vol.2.Felic.alleg.50.num.20.ad fin.p.p.Bertaz.d.
conſ.85.num.13.conſ.208.nu.21. Quod maximum
eſt innocentiæ indictium, Alb.conſ.94.num.7.No-
uell.in tract.ad defenſ.fol.70.num.10.Marſ.in prax.§.
diligenter.num.204.Foller.in prax.p.p.p.2.gloſ.& ſi
compareant à num.1.Gram.conſ.29.num.31.cõſ.61.
num.24.Cepoll.conſ.21.num.5.Noni.conſ.101.num.2.
Rolan.conſ.63.num.9.vol.3.Rim.Iun.conſ.302.num.
13.Burſ.conſ.146.num.8.conſ.275.num.18.cõſ.316.
num.44.Gabr.conſ.178.num.26.vol.1.Becc.conſ.44.
num.12.Cephal.conſ.721.num.12.Bertaz.crim.conſ.
333.num.5.conſ.473.nu.11.Turret.conſ.59.num.17.
Maſcard.de probat.concluſ.904.num.22.concl.1330.
num.1.Farin.conſ.10.num.52.

Non obſtat quartum, Quia mandatum nec fuit
31 ad vulnerandum, ſed ad percutiendum † argui er-
go ex eo occidendi animus non poteſt, Dec.conſil.
622.conſ.234.Bertaz.crim.cõſ.356.num.27.Reyger.
Theſaur.Iur.lit.Hom.102.Mozz.de contract.rubr.de
mand.tit.de diuiſ.mand.num.81.Randen.de analog.
c.32.nu.42.Rouit.d.pragm.12.nu.10.Menoch.de ar-
bitr.caſ.471.Clar.§.fin.q.89. licet ſequatur mors,
Bertaz.d.num.27.Mozz.d.num.81.

Reſpon.II. Quod ſi contentio ſit inter Doct. An
mandans teneatur de mandatarij exceſſu, Verior
32 † tamen illa fuit omnium diſtinctio.

Aut mandans id fieri iuſſerat, Quod ſui natura
mortem inferre nõ ſolet, vt alium ſfrixiare, vel ba-
culo percutere, Tunc ſi mandatarius percutiat in
capite, & illum occidat, pœna mortis non tenetur
mandans, c.ſignificauit.de penit.& remiſſ.Bald.l.cum
mandati.ad fin.C.mandat.in l.non ideo minus.num.29.
C.de accuſac.Iaſ.l.1.num.31.C.de ſeru.fugit.Boſſ.de
mandat.ad homic.num.10.Bero.q.10.nu.6.conſ.175.
num.40.in 3.Menoch.de arbitr.caſ.352.num.3.4.De-
cian.lib.9.crim.cap.36.num.5.7.Clar.§.fin.quaeſt.89.
num.5.Carrer.tract.3.de homicid.§.circa tertium.à
num.1.Plac.lib.1.delict.cap.15.num.1.Gram.conſil.
20.num.2.3.Farin.q.126.num.132. vbi ita practica-
tum inquit in vulnerante Curſorem, pluribus per-
cuſſionibus cum baculo in capite præmeditatè, qui
non fuit condemnatus pęna ordinaria delicti, Quã-
uis percuſſus obierit, Gram.vot.23.Maſcard.de pro-
bat.concluſ.864.num.9.Gratian.diſcept.619.num.
13. præſertim ſi mandans expreſſe inhibuit, ne ver-
berandus occidatur, Gram.d.conſ.20.per tot.Marſ.
conſ.77.per tot. Tum quia delictum, quod princi-
paliter fieri propoſuit mandans, ad aliam delicti
ſpeciem ſui natura tranſire non poterat, arg.l.ve-
rum.& ibi, Bart.ff.de furt.in l.Diuus.ad fin.ff.de
Sycar.Bald.l.cum mandati.ad fin.C.mand.& in
l.non ideo minus.C.de accuſat.Iaſ.l.1.C.de ſeru.

Digitized by Google

fugit.Felin.c.vniuerſitati.de ſent.excom.Pariſ.conſil.
161.in 4.Suarez,recept.ſentent.lit.M.49. Rimin.Iun.
conſ.420.nu.4.Moz.d.tit.de diuiſ.mand.num.80.De-
cian.conſ.4.num.18. vol.3. In poteſtate mandatarij
erat ſolum percutere, ac proinde periculum à re
mandata ſeparare, *Bald.l.non ideo minus. num.29.C.*
de accuſat.in l.ſi quis mihi bona.§.ſi coram.ff.de acqui.
hæred.Bart.l.Diuus.§.fin.ff.de ſicar. Marſ.conſ.67.nu.
27.ad num.33.Gram.conſil.20. num.1.Mozz. d.num.
80.ex comm.Decian.lib.9.crim.cap.36.num.6.Farin.
quæſt.135.num. 163.Menoch.de arbitr.caſ.352.num.
3.4.Bardell.conſil.147.num.30.Gratian.diſcept.619.
num.15.

Aut actus demandatus talis eſt, quo inſequi ſo-
let mors, vt *Vulnerare*, Tunc ſi ipſe exceſſit, & ſe-
quatur mors, de occiſo tenetur mandans, licet ita
mandet, vt diſertè occidi vetet, *Clar.§.fin.q.89. nu.*
5.Cepoll.conſil.34.Marſ.conſil.7.num.7.conſil.77.per
tot.Couar.c.ſi furioſus. p.2.§.1. nu.3.de homic. Gram.
conſil.20.per tot.latè Farin.conſ.211.Gomez,3.de de-
lict.c.3.num.18.Menoch.de arbit.caſ.352. num.2.lib.
5.præſump.40.num.11.Reuſner.deciſ.14. nu.36.37.
p.2.Reyger.Theſaur.Iur.lit.Hon.120.lit.Ma.nu.45.
etſi aliter ſenſerit, *Fachin. lib.1. controuerſ.36.Dec.*
conſ.482.conſ.622. ad fin. Tum quia in mandatarij
poteſtate non erat vulnerare tantum, & periculum
à mandato ſeparare, cum vulnera (vt dixi) non
dentur ad menſuram. Tum quia delictum princi-
paliter ipſe mandauit, quod in aliam delicti ſpe-
ciem facilius trãſire potuit, cum ex vulneribus ho-
mo facile moriatur, quod debuit cogitare, Maxi-
mè ſi percuſſiones fiant in capite: ex parte enim
corporis læſi occidendi animus præſumitur, *c.ſicut*
dignum. & ibi, Anchar.not.12. de homic. Angel.de
malefic.gloſ.ſcienter.& doloſè.nu.18.Menoch. de ar-
bitr.caſ.361. num.5. Sic de baſtonatis in capite da-
tis, etiam quod plus eſt cum leui ligno, ſeu bacu-
lo, ſcripſit, *Bart.l.1.§.Diuus.ad fin.& ibi, Marſ.num.*
27.ff.de ſicar. Boſſ.tit. de homic. num.38. Menoch.lib.
5.præſump.40.num.11. de arbit.caſ.352.nu.2. Farin.
conſ.211.num.12.Couar.c.ſi furioſus.p.2.§.1. nu.3.de
homic. & quod minus eſt, de percuſſione facta in
ſpatula, *Burſ.conſ.271.num.11.Bonacoſſ.comm.opin.*
p.2.verb.Animus occidendi. Adeo vt mandantis in-
hibito, nec excuſaret, *Bald.l.non ideo minus.num.29.*
C.de accuſ.Salic.l.cum mandati.num.2.C.mand.An-
gel.de malefic.gloſ.& Sempronium mandatorem.num.
39.Gram.conſ.20.nu.2.ad fin. Baiard. ad Clar. quæſt.
89.num.15.Menoch.de arbit.caſ.352.num.2. Decian.
lib.9.crim.cap.36.num.6.Farinac.conſ.211.ſub num.
14. Sed non exceſſit mandatarius, qui ſolum per-
cuſſit, etſi in capite, non tamen ſecuta fuit mors,
nec difformis cicatrix remanſit, ergo, &c. Hæc ad
Artic. Prim. ſint ſatis.

Artic. Secundus, Quæ ſit in hoc crimine man-
dantis pœna? Longior hac de re inſtituendus non
eſt ſermo, cum concors illa ſit, & communis om-
33 nium opinio: Grauiorem † illi irrogandam eſſe
pœnam, & extra ordinem, ob conuentam pecuniã,
quàm pro vulnere ſine pecunia illato, fuiſſet infli-
genda, *Bart.l.non ſolum. §.ſi mandato. num.14.ff.de*
iniur.Cardin.c.ſicut.2.de homic.Felin.& Anan.cap.ſi
aliquis.eod.tit.Alciat. conſ.11.num.17.lib.1. Gabr.
tit.de crim.concluſ.1.num.29. Gutier.lib.3.pract.q.
7.num.60.Guazz.reor.defenſ.1.c.38.ſub nu.46. verſ.
ſecus erit. Caball. de omn.gener.homic. num.500. De-
cian. d.c.30.nu.41.Vulpell.conſ.131.num.1.Freder.
Scot. conſ.8.num.21.lib.4.tom.2. Rouit. d.pragm.12.
num.13.Gratian.diſcept.619.num.5.Caual.de Brach.
reg.p.p.num.79.Intrigl.conſcien.caſ.13.num.15.Ric.
deciſ.112.p.p. & eo grauiori, quò magis atrox fuit
iniuria, pecunia mediante illata, *Muſcatell.d.tit.de*
priuil. & pœn.num.8. pecunia facit delictum atrox,
l.cicero. ff.de pœn.Farin. conſ.115. num.11. Ideo au-
geri poteſt pœna, *Peguer.deciſ.5.num.19.* ipſumque
34 crimen † augetur loco, *l.aut facta.§.locus. ff.de pœn.*
Blanc.l.fin.num.198.ff.de quæſt.Pariſ.conſ.147.num.
6.in 4.Bim. conſ.11. num.21. Macerat. variar.lib.3.
reſol.39.num.18.Bertaz. crimin.conſil.116. num.14.
grauius quoque eſt delictum in Ciuitate commiſ-
ſum, quàm extra, *Dec.conſ.65.Caball.crim.reſol.caſ.*
97.num.12. & perſonæ qualitate cum illud dicatur
maius, vel minus, inſpecta perſonæ conditione, in
quam committitur, *d.l.aut facta.§.perſona, Crauet.*
conſ.9.num.2.Foller.prax.crim.canon.c.16.verb.om-
nibus diligenter penſatis. num.20. Peguer. deciſ.24.
num.21. optimè *Farinac. quæſt.18.num.81.82. Ca-*
ball.reſolut.crim.caſ.97.num.11. Eoque grauius eſt,
35 † quò in digniorem committitur, *Bart.auth.de non*
alien.aut permut.§.ſi vero num.2.Purpurat.conſ.321.
num.15. vol.1. Macerat. d. num.18. Atrox enim eſt
iniuria facta Magiſtratui, & punitur Iudicis arbi-
trio, *l.prætor edixit.§.ſi ff.de iniur.Menoch. de arbitr.*
caſ.263.num.5.conſ.230. num.91.conſ.244.num.40.
Ipſumque Superiorem affixit, cuius vices gerit, *Ce-*
poll.de Imper.milit.§.pro Imperatore. nu.11. Rebuff.
de priuil.Schol.priuil.166.num.6.Menoch. d.cõſ.144.
num.41. Proindè maior, vel minor debet eſſe pœna
in vno, quam in alio, *Gloſ.c.non afferamus.24.quæſt.*
1.cap.ea quæ.de Stat.Monach.Marſ.l.fin.num.22.ff.de
ſicar. Rolan. conſ.86. num.24.vol.2.Macerat.d.reſol.
39.num.20. & cum nimis graue, ac pernicioſi ſit
exempli, alium data pecunia vulnerare, ſeuerior ir-
roganda erit pœna, *ad tex.l.aut facta.§.fin.ff.de pœn.*
Bimi. conſ.11.num.21. Non ordinaria, *Aloyſ.Leo l.*
non ideo minus.nu.13.C.de accuſ.Marſ.conſ.105.num.
6.Gram.deciſ.2.num.25.deciſ.74 num.14.& vot.8.
ad fin. Craſſ. d.effect.1. num.682. Corrad. d.tit. de aſ-
ſaſſ.num.5.6.Gail.de pac.publ.lib.1.c.14.nu.3.4. Ry-
ger.conſ.21.num.29. conſ.31.num.15.Camp.in. R.N.
c.7.frequens.num.66.Farinac.conſ.36.num.1. & licet
in atrociſſimis, pœnam ordinariam imponendam
36 † exiſtimẽt alij effectu non ſecuto, ſi ad actum pro-
ximum deuentum ſit, *ad tex. l.ſi quis non dicam ra-*
pere.C.de epiſc.& cler.l.is qui cum telo.C.de ſicar.glo.
l.1.§.beſtias. verb.ſiue non. ff.de poſtul. gloſ.l.qui au-
tem.verb.puniri.ff.de his qui not.infam. Angel.conſil.
14.Gramm.vot.8.vot.9. num.10.22. deciſ.38.à num.
1.2. Carrer. in prax. §.circa igitur. num.7.6. §.circa
tertium.num.25.Boſſ.tit.de mand. ad homic. num.13.
Decian.lib.9. crim. cap.3. num.38. & conſ.115.num.
14.vol.3. Guazz.reor.defenſ.1. c.38.ſub nu.46. verſ.
& circa.Caſſan.Burg.conſuet.rub.1.§.5.num.50. Bru-
nor. Sole, Legal. quæſt.34.num.32. & compend.reſol.
iuris.verb.aſſaſſinus quando. Intrigl.conſcien. caſ.13.
num.15.Rot.Auenion.deciſ.15.num.6.Bertaz.crim.
conſ.123.nu.7.Tiraq.de pœn.cauſ.37.nu.9. Corn.conſ.
249.volum.1.Felic.alleg.45.nu.13.alleg.46.nu.113.

p.p.

Digitized by Google

p.p.Clar.§.aſſaſſinium.num.6.7. & ibi Baiard.nu.24. Caual. de Brach.reg.par.p.num.78. Vill.ig.de extenſ. leg. tit. de extenſ. leg. pœnam inſligen. aſſaſſ. num.11. 18.19. Plac.lib.1.delict.c.19.num.9.c.21.nu.4. Afflict.ad Reg.conſt.lib.1.rubr.12. de percuſſ. illic.cum arm.nu.16.Caball.de omn.gener.homic.à nu.501.magis comm.Gabr.d.concluſ.1.nu.7.10.11. Bellon. de ijs quæ fiunt incontin.c.78.num.2.3. veriorem, *Maſcard. de probat. concluſ.138. num.2.5. Tuſc. lit. D. concluſ. 167.num.10.Farin.conſ.5.nu.7.vbi Schol. lit.L.& q. 3.nu.7.* alios citat, *q.124.nu.8.* Actus proximus eſt offenſio, *Gram.vot.9.num.10. Guazz.reor. defenſ.1. c.38.ſub nu.46.verſ.& maximè.Muſcatell.in prax.tit. de priuileg.homicid.median. mandat. num.8.Gabr.d. concluſ.1.num.12.Farin.q.28.num.25. Honded. conſ. 63.nu.71.in 2. Maſcard.de probat. concluſ.138.num. 10.Decian.lib.9.crim.c.30. num.13.41.*

37 Æquius tamen eſt ex totius † Italiæ conſuetudine, affectum non puniri, vt effectum, etſi ad actum proximum fuerit deuentum, *Gram.decis.2.nu.8.12. Oſaſc.decis.19.ad fin. Royaſ.ſing.17.153.Muta,decis. 50.nu.25.Panorm.conſuet.60.num.16.& ad Reg.Iacob.c.18.nu.8.c.53.nu.18.Reg.Martin.c.48.n.31.32. c.50.nu.11.Gomez.delict.p.3.c.3. de homic.num.11. Maluaſ.conſ.113.nu.30.Burſ.conſ.94.num.31. Marta vot.238.num.14.Tuſc.lit.C.concluſ.544.late,Teſſaur. decis.243.nu.2.3.& lib.2.forenſ.q.24.Rim.Iun.conſ. 360.nu.72.conſ.761.nu.12. Farin. conſ.36.num.1.q. 124.num.8.Honded.conſ.108.à num.51.* plenius *cōſ. 98.vol.1.Ludouic.Lucen.decis.15.Ricc.in prax.decis. 589.num.2.collect.766.Maſtrill.decis.155.Brun.Sole, compend.reſol.iur.verb.affectus ſolus. & Legal.quæſt. 34. num.30.* Quod toto ferè orbe approbatum inquit, *Boſſ.tit.de homic.num.4.Clar. §.fin.quæſt.92. in princ.Rim.Iun.conſ.761.num.13.14.conſ.758.nu.18. Neguſ. conſ.397. num.4.Honded. d.conſ.98. num.18.* Statuto aliter etiam diſponente, *Bald.conſ.356.vol. 1.Marſ.conſil.51.nu.6. Farin.q.17. num.49.Ludouic. Peruſ.decis.8.num.3.Ricc.d.decis.589.num.2.* Plures caſus, ex *Couar.* conſtituit, *Guttier. lib.3.pract.q.7. num.34.* Pœna enim à lege indicta, delictum conſumatum expoſcit, *Afflict.decis.21.Gramm.decis.2. nu.13.15.18. decis.74.nu.5. Gabr.tit.de crim. concl. 12.nu.19.Farin.conſ.28.nu.2.conſ.36.num.1. Clar.§.*
38 *fin. quæſt.92.* Sic ſtatutum † contra criminoſos, de criminibus conſumatis intelligit *Bald.l.1. ff. de ſicar.Imol.c.1.de præſump.Nauar.c.ſi quis non dicam. nu.17.de pœn.diſt.1.Boer.decis.316.nu.2. Mari.Ital. de immun.eccleſ.c.5.§.1.nu.117.*& vbi ſtatutum expreſſim puniret conatum, locum nec haberet, effectu non ſequuto, *Bald.conſ.356.vol.1.Gram.decis.2. nu.19.Boer.decis.316. nu.1.Neguſ.conſ.29. nu.5.Siluan.conſ.4.nu.22.Farin.conſ.184.nu.9.*& de conſuetudine eſt, vt delictum attentatum non puniatur, niſi ſit conſumatum, *Fulgoſ.conſ.149.nu.4. Tuſc.lit. C.concluſ.848.num.6.*

Hæc tibi viro eruditiſſimo ſcribere conſtitui, quia huius criminis materiam tui ingenij præſtantia, mirum in modum exornaueris; Vt tuo ſolido iudicio adeo excutiantur, vt vel probata cōſiſtant, atque recipiantur, vel improbata ruant; ſilentio, ac tenebris digna iudicentur.

Ex his deciſum à M.R.C. fuit *Facto verbo*, Condemnetur reus, in Inſulam Pantellariæ, Toto tempore vitæ ſuæ, Anno M DC VII. Inde vero, ſuperuenit Generalis D. Regis Indultus, & fuit dictum *Gaudeat*.

SVMMARIVM.

1 *Recedens à loco exilij, vel ad illud debito tempore non accedens, pœnam meretur.*

2 *Exilij fines frangenti, mortis pœna irroganda eſt, ſi locum, à quo exulatus eſt, ingrediatur, & quando? Diſtingue, num.21.22.23.24.*

3 *Relegati contumacia cumulat pœnam.*

4 *Delinquendi conſuetudo auget contemptum.*

5 *Geminatio delicti veniam ſperare non debet.*

6 *Teſtes, ſi dato termino, reprobati non ſunt, omni exceptione maiores cenſentur.*

7 *Teſtes reprobati fidem non faciunt.*

8 *Amoris furore, correpto parcendum eſt, cum mentis ſuæ compos non ſit. Nec abſoluendus eſt penitus, ſed mitius cum eo agendum, num.35.*

9 *Furioſus dicitur, qui libidinis, & amoris cauſa prohibitum, quid egerit, & num.10.11.*

12 *Puella, meretrix dici non poteſt, quæ ſuo Amaſio, ex Amore, tantum ſui copiam fecerit.*

13 *Pacem non violat, qui libidinis ſacianda cauſa vxorem eius adulterat, Quo cum pacem inierat.*

14 *Amor excuſat in crimine raptus, & famoſi libelli.*

15 *Domum pro tuto carcere aſſignatam libidinis explendæ cauſa exiens, & ſtatim rediens in ſtipulata fideiuſſionis pœnam non incidit.*

16 *Oſculanti puellam publica in via, præ Amore, parcendum eſt, aut milius puniendus erit.*

17 *Furtum ab amaſio factum, ſi propter amorem mulier occultat, excuſatur.*

18 *Amor, furoris ſpecies eſt.*

19 *Amans in alieno corpore viuit.*

20 *Contractus libidinis cauſa, & Amoris furore initus, nullus eſt.*

25 *Talionis pœnam euadit, qui teſtem etiam ſingularem produxit, & à calumniæ pœna excuſatur, ſed non ab expenſis, num.26.*

27 *Teſtis ſingularis ſatis eſt, ſi impoſſibile ſit plures habere.*

28 *Pœnam non meretur, quod lege permittente fit.*

29 *Iudex reo exulato terminum dare cogitur pro componendis ſarcinulis, & num.33.34.*

30 *Verbum* Poteſt, *potentiam denotat, ſed directum Iudici, neceſſitatem imponit, & num.31.*

32 *Verbum* Solet, *neceſſitatem eius denotat, quod fieri conſueuit.*

36 *Carcer diuturnus pœnam minuit, ſed non in atrocibus.*

ARGVMENTVM.

Amoris furore Correptus, ſi fractis exilij finibus ad Locum à quo exulatus fuerat, Reus venerit, Quam pœnam pati debeat, vel Amoris gratia, excuſandus ſit?

CONSILIVM XLVII.

TItius, Meuium multorum criminum reum detulit, eaq; ſe teſtibus comprobatum ſpopondit, ac niſi fidem dictis faceret, cuius pœnæ, à Prorege indicendæ ſponte ſe obnoxium obtulit. Igitur cũ Delegatus ei fuerit conceſſus, & ne vnius quidẽ teſtis iuramento, Meuius obiectorum criminum reus eſſet compertus. Titius delator in carcerẽ eſt coniectus; Cumq; triennium tibi egiſſet, Tandem pronunciauit M. R. C. exulet à Regno per Biennium, A carcere dimiſſus, Panormum diſpatiatur petito, non tamen adhuc conceſſo menſe ad componendas ſarcinulas. Verum eum in exilio aliquandiu egiſſet, amoris impotentia, Panormum ad Amaſiam regreſſus, à Bitroarijs comprehenditur: Inſtat itaque Fiſcus, pœna capitis eum plectendum, qui exilij legem ruperit.

1 Primo, puniendus eſt is, qui ad confinia † debito tempore non acceſſit, vel eo nondum finito
receſſit, ex l. relegati. ff. de pœn. vbi Gloſ. verb. exceſſerit. & Bart. num. 2. Bald. conſ. 271. nu. 1. in 2. Cumi. de ſindic. c. 24. num. 53. Caball. crim. reſol. caſ. 8. num. 66.
2 Quin † dixit, Clar. §. fin. q. 71. nu. 13. Frangenti perperui exilij fines, mortis pœnam irrogandam, ſi locum à quo exulatus eſt ingrediatur, Gomez. 3. variar. c. 8. de exil. nu. 1. Menoch. de arbit. caſ. 530. num. 28. caſ. 3. Turamin. de iur. fiſc. c. 4. num. 74. Caball. d. caſ. 8. num. 47. 48. 49. 50. Cumque exilij fines fregerit reus, & ad locum venerit, à quo fuerat exulatus, mortis pœnam pati debet.
3 Secundo, Relegati contumacia † cumulat pœnam, l. relegati. ff. de pœn. Pacian. conſ. 115. num. 24. 32. Quæ augetur ex iteratione delicti, l. 1. C. de ſuper exequat. lib. 10. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. l. capitalium. §. ſolent. §. graſſatores. ff. eod. Gomez. variar. 3. c. 3. de homic. num. 60. ad fin. & c. 5. de furt. nu. 5. Bonacoſ. com. concluſ. verb. furtum. ad fin. Siluan. conſ. 50. Farin. q. 23. conſil. 41. num. 4. Tuſc. lit. D. concluſ. 163. nu. 13. Felic. alleg. 41. num. 11. p. p. Maſcard. de probat. concluſ. 838. nu. 2. Bero. conſ. 195. in 3. Clar. §. furtum.
4 à num. 10. Delinquendi † conſuetudo auget contemptum, & ex contemptu quod erat veniale, fit mortale, c. vnum. §. criminis. & ibi, gloſ. diſt. 25. Pacian. conſil. 115. num. 3. notat, & meritò, Bald. l. 3. num. 4. & ibi, Caſtr. ad fin. C. de epiſcop. audien. qui
5 † geminat delictum, veniam ſperare non debet, Iaſ. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. num. 6. ff. de nou. oper. nunt. Maſcard. d. concl. 838. num. 5. & ex pluribus concurrentibus qualitatibus fit capitale, quod alias non eſſet, Rim. Iun. conſ. 743. num. 19. Sed deliquit Titius, dum è carcere in exilium dimiſſus, Panormi moram traxerit, & vbi diſceſſit, rupit fines exilij, Panormum à quo exulatus fuerat ingrediens, vt Bitroarij eum comprehendentes, atteſtati ſunt
6 cum iuramento: Qui cum reprobati † nec fuerint in termino, exceptione maiores cenſentur, Gargiar. crim. conſ. 123. num. 12. vol 1. Diuerſ. Barz. de-
7 ciſ. 146. num. 4. Nullamque fidem † facerent, ſi reprobati fuiſſent, Iſern. in conſtit. vſurariorum. rub. 6. lib. 1. ſequitur, Afflict. in conſtit. proſequentes. not. 2. rubric. 31. lib. 2. Merend. conſil. 90. num. 7. volum. 2. crim. Diuerſ.

Cæterum, tanta eſt Veneris authoritas, tantaq;
8 eſt Cupidinis vis, vt vtriuſque furore † correptus adoleſcens iſte, Panormum venerit, ignoſcendum ergo ipſi eſt, quia ex nimia amoris vehementia, mentis ſuæ compos non erat, cum amor priuet à deliberatione, Lopez. rub. de donat. §. 28. nu. 6. Ricc. in prax. deciſ. 682. num. 7. Oter. quæſt. 30. nu. 2. Eum-
9 que furioſum † quaſi, & dementem appellat, Clar. §. fin. quæſt. 60. num. 7. qui libidinis, & amoris cauſa prohibitum quid egerit, Peguer. deciſ. 7. num. 18. Menoch. de arbitr. caſ. 328. num. 1. Burſ. conſ. 445. nu. 13. Farinac. quæſt. 98. num. 80. Suarez, commun. opin. verb. pœna. num. 159. Monald. conſ. 101. à nu. 1. vol. 1. Hinc notat, Oldrad. conſil. 210. num. 4. Excuſari
10 † eum, qui magicam artem amoris gratia exercuit, Tiraq. de pœn. cauſ. 4. Clar. d. num. 7. Gemin. conſil. 54. Farinac. quæſt. 98. num. 81. Caball. crim. reſol. caſ. 223.
11 num. 28. & in crimine † hæreſeos excuſat amor à tanto, Clar. §. hæreſis. nu. 25. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 17. rub. de defenſ. reor. num. 42. Farinac. quæſt. 98. num. 83. Ricc. in prax. deciſ. 672. Coſta. de ſcient. & ignor. cent. 1. diſtin. 8. in reſpon. num. 44. Monald. conſ. 101. num. 11. vol. 1. Gomez. Var. 2. c. 14. num. 28. ad
12 fin. Nec meretricem eam † dicei lepida enarratione, probat Menoch. de arbit. caſ. 328. nu. 3. quæ amoris cauſa, amatori ſui copiam fecerit, ex Fabr. §. ſoror. Inſtit. de inoff. teſtam. Farinac. q. 98. num. 86. & in Scholijs ad conſ. 33. lit. L. Carot. deciſ. 124. nu. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1063. nu. 7. Ric. d. deciſ. 672. num. 8. Tunc enim coacte, vi, & potentia amoris ſe proſtituiſſe dicitur, ob id nec infamis, nec meretrix cenſetur, l. fœdiſſimam. & ibi Bald. C. de adult. Nec in
13 violatæ † pacis pœnam incidit, qui adulterium admittit cum vxore eius, quo cũ pacem inierat, quia libidinis potius ſatiandæ gratia id egiſſe videtur, quàm vt iniuriam inferret, l. verum. ff. de furt. Angel. de malefic. gloſ. che mi hai adulterata. nu. 60. Rom. conſ. 258. conſ. 183. & ibi, comm. Mandoſ. Corn. conſil. 57. vol. 1. conſil. 41. in 2. Guazz. de pac. p. p. quæſt. 56. à num. 1. Vulpell. de pac. quæſt. 43. à num. 1. Clar. num. 12. Baiard. num. 65. in §. fin. quæſt. 47. & §. adulterium 74. Viui. opin. 566. num. 5. Farin. quæſt. 107. num. 227. Maſcard. de probat. concluſ. 1162. num. 132. Laderch. conſil. 200. Tuſc. lit. P. concluſ. 182. num. 34. Amor
14 † excuſat in crimine raptus, Burſ. conſil. 445. num. 13. Farinac. quæſt. 98. num. 87. ſibi contrarius, conſil. 33. num. 19. & Famoſi libelli, Clar. dict. quæſt. 60. num. 7. Farinac. quæſt. 98. num. 88. & in Scholijs ad conſil. 33. lit. L. Ricc. collect. 1843. imo à ſtipulatæ
15 † fideiuſſionis pœna, adoleſcentem excuſandum voluit, Laderch. conſil. 197. num. 3. qui libidinis explendæ cauſa domum pro tuto carcere aſſignatam exijt, eaque expleta ſtatim redijt. Sic illi aliquatc-
16 nus † parcendũ ſuademur, qui publica in via puellæ propter amorem oſculum dedit, Piſiſtrati Athenienſium Tyranni exemplo, cuius virginem filiam, cum quidam adoleſcens amore accenſus in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet: Hortante vxore, vt ab eo capitale ſupplicium ſumeret; Reſpondit, Si eos qui nos amant interficiamus, Quid ijs faciemus, quibus odio ſumus? ſcripſit Valer. Maxim. lib. 5. rer. memorab. cap. 1. Tiraquel. d. cauſ. 4. num. 5.

Farin.

Digitized by Google

*Farin. ad conſ.*33. *lit.L.* Hinc exilio, & pecuniaria pœna eum puniendum ait, *Afflict.* 276. *& ibi Vrſill. Peguer. deciſ.*7. *Farin. quæſt.*98. *nu.*84. *Clar. §. fin. quæſt.*83. *num.*6. *Vulpell. conſ.*31. *num.*8. *Gram. conſil.* 48. *Menoch. de arbitr. caſ.*287. *num.*1.2. *Decian. lib.* 8. *crim. c.*15. *num.*8. *Franc. deciſ.*333. *num.*4. *Caball.*

17 *crim. reſol. caſ.*96. *num.*1. Sic quoque † excuſatam fuiſſe mulierem refert, *Caſſan. Burg. conſuet. rubr.*1. §.5. *num.*13. quæ res ab Amaſio ſuo furatas, propter amorem receptauerat, *Farin. q.*98. *num.*85. *Clar. §. fin. quæſt.*60. *num.*7. *Otcr. quæſt.*30. *num.*1. *p.*2. *Ricc. collect.* 1843. etſi alias occultans furtum arbitrio puniendus ſit, *ex Marſ. conſ.*30. *conſil.*47. *Farinac. q.* 132. *num.*18. *quæſt.*133. *num.*101. *Menoch. de arbitr. caſ.*348. *Teſſaur. lib.*4. *forenſ. quæſt.*11. *nu.*2. *Peguer. in Scholijs ad deciſ.*25. Licet pœna corporali vti furem puniendum eum eſſe, aliàs iudicatum illic teſtetur, *num.*13. *Craſſ. de amicit. nu.*172.

18 Amor etenim † furoris ſpecies eſt, *cap. cum in iuuentute. de præſump. Carot. deciſ.*124. *nu.*4. *Tuſc. lit. A. concluſ.*327. *num.*2. *Monald. conſ.*92. *nu.*14. *vol.*2. *Ric. in prax. deciſ.*672. *num.*6.9. *Tiraq. de pœn. cauſ.*4. *Bocr. deciſ.*23. *num.*75.76. *Farin. quæſt.*98. *num.*77.78. *Neguſ. conſ.*370. *num.*28. Quæ adeo neſcit habere modum, vt regulariter dici ſoleat, furore amoris nihil eſt vehementius, *Auth. quib. mod. natur. effic. legitim. §. illud coll.*6. *gloſ. §.*1. *verb. bacchata. inſtitut. de ſucceſſ. ſublat. Bald. l. & poſt. ff. de tranſact. Salic. l.*1. *ad fin. C. de Senat. conſul. claud. toll. Bocr. d. num.*75.76. *Coſt. d. diſtin.*8. *in reſponſ. nu.*43. *Menoch. d. caſ.*328. *num.*6. *Monald. nu.*14. Vnde illud, *Virgil.*4. *Æneid. Eſt mollis flamma medullas.* & ſequitur ibid. *Vritur infelix Dido, Totaque vagatur vrbe furens.* Quin vt vinum, amor inebriat, *Eccleſiaſt.*19. *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt Sapientes,* exornat, *Gomez, var.*2. *c.*14. *num.*28. *ad fin.*

19 Hinc amans † in alieno corpore viuit, *Coſta,* nuper citatus, *num.*41.42. *Monald. d. conſ.*92. *num.*15. *Tiraq. l. connub.*13. *num.*46. & addit, quod quiſquis vehementer amat, ſe ipſe ſibi aufert, & dat amato. Imo Platonem dixiſſe refert, *Amorem eſſe ardorem Animi, in proprio corpore mortui, in alieno viuentis,* & ex Pythagoricorum ſententia inquit, *Amici animam eſſe in Amico,* Qui amat, ſubdit, *Tiraq. d. l.* 13. *num.*47. Figuram, imaginem, & faciem eius, quem amat, ſuo imprimit, atque inſculpit animo, vt amantis animus fiat, tamquam ſpeculum quoddam, in quo amati relucet imago; Coguntur idcirco amati, ad amandum amantem, ſummoque deſiderio (vt dicitur) velis, remiſque illi omnino deditum inhærere, in quo quaſi ſe habitare intelligit, ſicut infantes, ſuas imagines in ſpeculis deoſculantur.

20 Proinde, contractum † libidinis cauſa initum, & amoris furore, nullum eſſe reſpondit, *Neguſ. conſ.* 370. *num.*27. *ex l.*2. *§. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur.* vbi notat *Bald.* Amore puellarum, rectum ſubuerti iudicium.

Non obſtat primum, Quia etſi vera ſit *Gomez. Clar. & aliorum* ſententia, Dura nimis tamen videretur, Adeo vt plures caſus diſtinguendos duxerim.

21 Primus caſus eſt, ſi exulatus † à Ciuitate ad tempus minus decennio, eam tamen ingrediatur, Tunc exilij tempus, quod ſupereſt duplicatur, *l. aut damnum. §. quiſquis. ff. de pœn. Clar. d. quæſt.*71. *Gomez. d. cap.*8. *num.*1. *Peguer. deciſ.*41. *num.*9. *Menoch. d. caſ.* 530. *num.* 28. Hic caſus non eſt, de quo contendimus.

22 Secundus caſus eſt, ſi Reus † exulatus fuit per ſex, vel ſeptem annos, aut vltra, ita quod ſi exilium non ſeruet, temporis duplicatio decennium excederet, Tunc ex *d. §. quiſquis.* perpetuo exilio puniri is poſſet, *l. relegati. ff. de pœn. Menoch. d. caſ.*530. *num.* 28. *Pacian. conſ.*115. *num.*32. Licet duplicandum eſſe exilij tempus abſolutè dixerint, *Gomez, Clar. & Peguer.* nuper citati. Hic caſus non eſt is, qui in diſputationem nunc venit.

23 Tertius caſus eſt, ſi in perpetuum † exulatus, fines exceſſerit in Vrbem rediens, Tunc ſi certa impoſita non ſit pœna, Morte naturali puniendum eum eſſe exiſtimat, *Cumi. de ſindic. cap.*24. *num.*53. *Caball. crim. reſol. caſ.*8. *num.*47.48.49.50. *Menoch. d. caſ.*530. *num.*28. *Turamin. d. c.*4. *num.*74. Quod nimis durum opinatur, *Franc. deciſ.*140. *num.*9. 10. Cum illa ſit iuris concluſio; pœna à iure non indicta, pro Iudicis arbitrio puniri quis debet, *l.*1. *§. expilatores. ff. de effractor. l. hodie. ff. de pœn. Bero. cap. de canſis. num.*16.17.18. *de off. deleg. Ponte, conſ.*96. *nu.* 17. *vol.*2. Niſi mortis pœnam in exilij ſententia comminatus fuerit Iudex, & hoc verius, etſi nec caſus iſte, nunc veniat in controuerſiam.

24 Quartus caſus eſt, ſi reus † perpetuò, vel ad multum temporis fuerit exulatus adiecta certa pœna, ſicut frequentius ſceleſti homines banniri ſolent, Tunc captus infra fines puniri ea pœna poteſt, & debet, *Alber. l. relegati in princ. ff. de pœn. Salic. l. ſeruos. num.*4. *ff. de vi, publ. Menoch. d. caſ.*530. *num.*28. *Pacian. conſ.*155. *num.*27. non enim locus eſt Iudicis arbitrio; Si arbitrata *Lex* eſt, *l.*1. *C. de iur. delib. c. ex literis. de conſtit. e. in ijs. diſtin.*4. *Maſuer. tit. de Iudic. num.*10. *Bellon. conſ.*60. *num.*10. *Honded. conſil.* 100. *num.*59. *volum.*2. *Barz. deciſ.*77. *num.*15. *Bece. conſil.*85. *num.*21. *Gabr. conſil.*99. *num.*30. *in* 2. *Marta. vot.*161. *num.*10. *Monald. conſil.*6. *num.*41. *in* 2. *Valenzuel. conſil.*92. *num.*89. *Tuſc. lit. A. concluſ.*471. *num.*4.44. *lit. P. concluſ.*236. *Bardell. conſil.*58. *num.* 75. *Menoch. de arbitr. quæſt.*14. *num.*6. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*44. *num.*2. *recup. poſſ. remed.*9. *num.*388. Nihil enim contra legis poteſtatem facere poteſt Magiſtratus, *l.*1. *§. ſin autem. ff. ad Turpill.* nec aliam pœnam addere, *Sacca, conſ.* 88. *num.*22. Hic caſus eſt de quo contendimus. Sed cum ſub pœna triremium exulatus is ſit, mortis pœna contraueniendo affici non debet, imò parcendum illi dixi, dum amoris furore correptus deliquit.

Reſpon. II. Iniuſtum fuiſſe M. R. C. decretum, quo exulatus fuit Reus iſte, Quia ad euitandum
25 † Talionis pœnam, Teſtis ſingularis eum excuſat, *Marſ. ſing.*47. *§. conſtante, num.*97. *Arnon. problem.* 59. *Tuſc. lit. T. concluſ.*280. *num.*11. *Honded. conſ.*96. *num.*30. *in* 1. *Scace. de Iudic. lib.*1. *cap.* 51. *num.*16. Proinde iudicatum refert, *Guazz.* Liberatum fuiſſe Equirem, qui plures contra Aſſiſij Gubernatorem propoſuerat exceſſus, cum obligatione eos iuſtificandi, ſed vno teſte probauit, *Guazz. reor. defenſ.*33. *cap.*14. *num. decimo.* Sic à
26 pœna † calumniæ excuſatur accuſator, qui vnum

teſtem produxit, licet ad pęnam talionis ſe ſubſcri-
pſerit, Marſ. in prax. §. conſtante. num. 97. & ſing. 47.
Pegna in direct. inquiſ. Comment. 14. §. tandem accu-
ſatori. Scacc. d. c. 51. num. 16. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 254. num. 11. 16. Menoch. de arbit. caſ. 321. num.
33. Tuſc. lit. P. concl. 231. num. 11. Farinac. quæſt. 16.
nu. 51. 61. conſ. 87. nu. 9. Benint. deciſ. 46. nu. 1. Barz.
deciſ. 146. nu. 5. Honded. conſ. 96. nu. 30. in 1. Bertaz.
crim. conſ. 212. nu. 5. 10. Etſi de extraiudiciali illius
confeſſione, Teſtis deponeret, Iaſ. conſ. 2. nu. 6. vol. 1.
Guaz. reor. defenſ. 3. c. 13. nu. 14. Sed ad expenſas te-
neretur, Gram. deciſ. 34. num. 3. Triuiſ. deciſ. 45. lib. 2.
Farin. q. 16. nu. 55. & reliqui iam citati. Tum maxime
27 † vbi difficile, aut impoſſibile eſt, plures habere te-
ſtes, vnus ſufficiet, Doct. l. 1. §. fi. ff. de ver. oblig. Gabr.
tit. de teſtib. concl. 1. nu. 27. 42. Galuan. conſ. 20. nu. 16.
Culpa caret qui facit, quantum in ſe eſt, c. imputa-
ri. de reg. iur. in 6. Crauet. cõſ. 319. n. 19. Ant. Monach.
Bonon. deciſ. 35. nu. 21. Menoch. conſ. 145. num. 31.

Non obſtat ſecundum, Quia petito termino ad
componendas ſarcinulas, Panormum potuit di-
28 ſpatiari, nec pœnam meretur † quod lege permit-
tente fit, l. Gracchus. C. de adult. Macerat. lib. 3. reſol.
42. nu. 2. Eugen. conſ. 9. nu. 19. conſ. 76. nu. 146. Farin.
conſ. 44. nu. 20. conſ. 49. num. 2. Nec in dolo eſt, Felic.
alleg. 15. nu. 34. p. p. Honded. conſ. 105. num. 60. vol. 1.
Non enim omnia alias illicita & contra bonos mo-
res acta, punienda ſunt, ſed illud, quod lex ſtatuit eſ-
ſe delictum, Bald. conſ. 15. ad fin. vol. 1. Caball. crim.
reſol. caſ. 1. Felic. alleg. 66. nu. 6. p. 2. Farin. conſ. 60. nu.
8. q. 18. num. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 276. Surd. conſil.
301. nu. 41. Natt. conſ. 535. nu. 9. 10. conſ. 597. nu. 10.
29 Cum verius † ſit, ex Franc. deciſ. 487. num. 1. 5. cogi
Iudicem ad dandum reo terminum pro ſarcinulis
componendis, qui vel menſis eſt, ex l. ab hoſtibus. §.
fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Guaz. reor. defenſ. 12. cap. 9.
ſub num. 58. Vel dierum viginti, l. 2. C. de exhib. reis,
Lanar. conſ. 38. num. 3.

Et licet dixerint alij, dare terminum relegatis
ad componendas ſarcinulas, liberum eſſe Iudici,
nec ad illum cogi, ex l. relegatorum. §. his qui. vbi gl.
& Alber. ff. de interd. & releg. Quæ vtitur verbo, Po
30 teſt, quod † inducit potentiam non neceſſitatem,
l. non quidquid. ff. de Iudic. l. nepos proculo. ff. de verb.
ſign. l. ſæpe audiui. ff. de off. præſid. gloſ. c. 1. de reg. iur.
in 6. Bart. & alij in l. Gallus. ff. de lib. & poſth. Bertaz.
inſtrum. clauſ. 27. gloſ. 13. nu. 5. Ludouiſ. deciſ. 85. nu. 7.
Triuiſ. deciſ. 15. nu. 26. lib. 1. Barboſ. dict. 226. num. 1.
Gratian. diſcept. 146. num. 15. diſcept. 506. num. 12.
13. Rim. Iun. conſil. 215. num. 115. Aldouin. conſ. 20.
num. 119. Seraph. Iuramen. priuileg. 33. num. 69. Surd.
conſ. 98. num. 1. conſ. 523. num. 9. Natt. conſ. 504. num.
2. Cephal. conſ. 725. num. 21. Tuſc. lit. P. concluſ. 464.
num. 1. Quæ enim poteſtati alterius ſubijciuntur,
31 neceſſitatem non indicant, Quia † verbum Poteſt,
neceſſitatem quandoque denotat, & idem ſignifi-
cat quod debeo, Iaſ. l. 1. num. 3. ff. de iuriſd. omn. Iud.
Corſet. ſing. verb. poteſt. Caldas. denominat. emphit.
lib. 2. quæſt. 13. num. 60. Maximè ſi directum ſit Iu-
dici, gloſ. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Bart. num. 1.
Dec. num. 13. Purpur. num. 16. Bolognet. nu. 21. Garz.
d. l. Gallus. in princ. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ.
10. p. p. num. 23. Corn. conſil. 175. num. 8. in 3. Mace-
rat. lib. 3. reſol. 25. num. 13. Seraph. Iuramen. priuileg.
33. num. 71. Morla, in empor. iur. tit. 2. in præmiſſ. num.
18. Franc. deciſ. 487. num. 2. Cum in Iudice poteſtas
non ſit ſine neceſſitate, Montier, deciſ. 29. num. 14.
& in reſcripto, vel conſtitutione aliqua, neceſſita-
tem denotat cauſatiuam, Bart. num. 4. Galiaul. num.
13. Alex. num. 8. Iaſ. num. 25. & in repet. num. 19. Soc.
Iun. num. 30. & alij, in d. l. Gallus. Carot. de oblat. q. 10.
32 p. 2. Corn. d. conſ. 175. nu. 8. His addit † etiam, Franc.
d. deciſ. 487. num. 4. verbum, Solet, quo vtitur, tex. d.
§. his qui. ſui natura conſuetudinem deſignat; Sed
quod fieri conſueuit, neceſſarium eſt, l. ſæcularij. ff.
de extraordin. crimin. Bald. l. quicumque. C. de ſer. fu-
33 git. Franc. deciſ. 240. num. 11. Imo † ipſo iure datum
fuiſſe terminum Relegato ad componendas ſarci-
nulas, licet nec à Iudice, ipſe petierit, tradit Thor.
compend. deciſ. lit. C. verb. condemnatus. Guazz. reor.
34 defenſ. 12. c. 9. num. 58. Data † enim Iudicis neceſſi-
tate dandi terminum, Quo relegati poſſint exce-
dere, Eſt ac ſi illum dediſſet Iudex, ad tex. l. nouiſſi-
mè. ff. quod falſ. tut. auth. Verius tamen eſt, datum
intelligi, ſi petatur, cum abnegare illum non poſſet
Iudex, Franc. deciſ. 487. ex l. non quicquid. ff. de iudic.
Omnemque pœnam euadit, ſi gerens actum putat
non delinquere, l. item apud Labeonem. §. ſi quis vir-
gines. ff. de iniur. Bart. l. Diuus. num. 2. ff. de ſicar. Gabr.
conſ. 167. num. 8. in 2. Surd. conſ. 182. num. 14. conſil.
365. num. 20. Cum nemo velit delinquere, l. merito.
ff. pro ſoc. Barz. deciſ. 50. num. 15. Honded. conſil. 105.
num. 56. vol. 1. conſ. 100. num. 41. in 2.

Cæterum, ne delinquendi detur occaſio; Abſol-
uendo penitus eum, qui amore obcæcatus, Libidi-
nis cauſa exilium fregiſſe voluit, in eam ſententiam
35 venio, vt † mitius cum eo agendum ſit, ex Tuſc.
lit. A. concluſ. 327. num. 2. lit. D. concluſ. 188. num. 6.
& pœna Iudicis arbitrio imponenda ſit, Menoch. de
arbitr. caſ. 328. Oter. q. 30. num. 8. Qui inſpecta ado-
leſcentis qualitate, iudicare rectè poterit, An amo-
ris furore id actum fuerit; Tum maximè, quod di-
36 uitius in carcere detentus fuerit, Clementius † er-
go puniendus eſt, detractio diuturni carceris tem-
pore, quod pœnam minuit, l. omnes. C. de pœn. quam
ſic, ibid. intellexere, Odofr. Cyn. Alber. & Ang. gloſ.
l. ſi diuturno. verb. ſi in reatu. ff. de pœn. Gram. crim. cõſ.
63. num. 4. 5. Marant. in prax. par. 7. num. 101. Franc.
deciſ. 317. num. 4. Monald. conſ. 2. num. 61. conſil. 92.
num. 31. vol. 2. Tiraq. de pœn. cauſ. 42. num. 3. Caball.
crim. reſol. caſ. 142. num. 1. 8. Honded. conſ. 96. nu. 39.
conſ. 98. num. 35. conſ. 102. num. 57. vol. 1. Peguer. de-
ciſ. 41. num. 2. Præterquam in atrocibus, Farinac. q.
33. num. 22. 26. Hinc vidimus ſæpè interloquutum,
carceres cedant in pœnam, & abſoluatur reus,
Franc. deciſ. 317. num. 5. Caball. d. caſ. 142. num. 1. Ti-
raq. de pœn. caſ. 42. num. 3. ne duplex irrogetur pœ-
na, ad tex. l. licet. §. fin. l. & ita. §. fin. ff. naut. cauſ. ſtab.
Monald. conſ. 137. nu. 8. vol. 2. Macerat. lib. 3. reſol. 45.
nu. 8. 9. 10. Tuſc. lit. P. concluſ. 210. Farin. vot. 61. num.
22. ad 2. vol. conſ.

Ex his, Facto prius verbo, Pronunciauit M. R. C.
Exulet à Regno pro reſiduo temporis, quod tunc ſuper-
erat, ad complendum exilium, Fuitque ſic executum.
Anno MDXCIV.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Milites Hyeroſolimitani, veri ſunt Religioſi.*
2 *Bannum Iudicis carentis in reum iuriſdictione, remitti ad competentem debet, & quando? n.19.20.21.*
3 *Banni ſententia à Sdculari Iudiec in Militem Hyeroſo-limitanum prolata, iuriſdictionis defectu nulla eſt.*
4 *Miles Hyeroſolimitanus à Seculari Iudice, vt morti na-turali, verè adiudicari non poteſt, ita nec ſictè.*
5 *Accuſator ſi ex pluribus Iudicibus vnum præuenit, cæ:cros recuſaſſe præſumitur.*
6 *Filij necem accuſandi ius, matri competit.*
7 *Accuſator mutare forum, coram alio Iudice, non poteſt.*
8 *Vidua Iudicij variandi facultatem habet, ſiue pauper, vel diues ſit.*
9 *Fori electio non datur viduis ad eligendum incompeten tem, num.23.*
10 *Forum declinare non poteſt contumax.*
11 *Superior vaſallum coram alio Iudice contumacem ad ſe remitti petit, ſi in crimine Iuriſdictionem habet, num.24.*
12 *Contumax in Superioris ſui præiudicium, nec tacitè, nec expreſſè, alterius incompetentis Iudicis proro-gat Iuriſdictionem.*
13 *Baroni non nocet, iurata fori renuntiatio, à vaſſallo facta.*
14 *Incendiarius etſi Clericus non gaudet foro, nec Eccle-ſiæ immunitate.*
15 *Eccleſia ſi condignam non habet pœnam Clericum ſecu lari Iudici remittit.*
16 *Incendiarij, quæ ſit pœna?*
17 *Iudex laicus Clericum aſſaſſinum cognoſcit.*
18 *Clerici degradatio non requiritur in aſſaſſinio.*
22 *Memoriale, quo ſupplicatur Iudici pro parte talis, non probat talem ſupplicaſſe.*
25 *Aſſaſſinij crimen non committitur à mandante, qui in eo interuenit. Contrar. num.26.*
27 *Gabr. conſ.170. num.11. vol.1. Declaratur.*
28 *Præuentioni locus eſt in delicto mix:i fori. Declar. num. 44.45.46.47.*
29 *Præuentio alia verbalis, alia realis.*
30 *Iuriſdictio rei captura præuenta dicitur.*
31 *Iuriſdictio priuilegio conceſſa, priuatiua, præſumitur,*
32 *Præuentio in cum:latiua tantum Iuriſdictione locum habet. Declar. num.48.*
33 *Præueniens Iudex ſemper præfertur.*
34 *Præuen:io licet aliorum Iudicum non tollat Iuriſdictio nem, elidit tamen omnem.*
35 *Præuentio ex actu nullo non inducitur. Declar. num.43.*
36 *Præuentio ab eo iudice facta, qui nullam in delicto ha-bet iuriſdictionem, nullum ius tribuit præuenienti.*
37 *Præuentioni vt locus ſit, habilitas iuriſdictionis requi-ritur.*
38 *Præuentio non fit per inquiſitionem, & num.43.*
39 *Præuentum dicitur à Iudice, ex teſtibus contra reum receptis.*
40 Franc. deciſ.505. *reijcitur.*
41 *Præueniens Iudex, alterius Iuriſdictionem ſilere facit, etſi minor ſit Iudex.*
42 *Præueniens coram vno alterius Iuriſdictionem decli-nat, vt audiri non poſſit.*

ARGVMENTVM.

Miles Hyeroſolimitanus, qui in inimici ſui domum ignem per aſſaſſinium immitti curauit, morte ſequuta, An Religionis ſuę foro gaudeat? Secularis Iudicis præuentione, non obſtante.

Mandans conuenta mercede, ſi in homicidio interuenit, An aſſaſſinium commiſiſſe dicatur.

Verbalis præuentio, An pręferatur reali, & qui ſit vtriuſque præuentionis effectus.

CONSILIVM XLVIII.

FAcinus ad vos refero Sapientiſſimi M.R.C. Iudices, & feritate ſatis horrendum, audacia nimis deteſtabile, exemplo pernicioſum, adeoque digniſſimum, quod omnium ſcriptis exagitetur; Præiudicijs condemnetur; veſtris ſententijs puniatur: vt maximè admirer aliquem eſſe, qui tam proiectę audaciæ ſcelus, ſuo patrocinio dignum cenſeat, & Sacræ, ac pijſſimæ Hyeroſolimitanæ Religionis perfugio impiũ hominem iuuandum eſſe contendat.

Facti ſpecies ea eſt, vt (vel me tacente) iuſtiſſimã omnium iram mouere ſane debeat. Contracta, grauiſſimis ex cauſis, capitalis inimicitia inter Catinẽſes Patritios, Quorum Hyeroſolimitanus Eques iniuriæ vltionem cupiens, inimicum ipſum, eiuſq; vxorem, ac filios, è medio tollere animo cogitauit. Primum igitor, Fæminæ cuiuſdam opera vſus, iuſſit eam pacto precio, conducere inferiorem quandam inimici ſui ædium partem, qoas ille id temporis cum familia tota inhabitabat; Cuius ſitus is erat, vt cum ex publica via aditus ad eam pateret, supernè eam ipſam cameram contineret, ad quam Equitis inimicus nocte cubandi gratia ſe recipere conſueuerat: Tum deinde compoſtatis eò non nullis ſulphurei puluetis cadis, trium ſceleratorum hominum opera ad patrandum facinus mercede conducta, nocte media, ignem pulueri inferri iuſſit, eum ipſe interim Eqoes non longe abeſſet, eoque ſtruendo ſceleri diligenter inſtaret. Enimuerò, dicto citius, concepto igne, crepuere totæ ædes, diſiectiſq; furentis incendij vi parietibus, ac diſſoluta, cum prima ędium contignatione, in qua tunc inimicus dormiebat; mox etiam ſecunda, quę ſupernè hanc tegebat; tignis, taboletiſque, atque alijs domus impedimentis, huc, illuc, per aer diſcurrentibus miſerandum ac ſemiuiuum eiuſdem cadauer eodem impetu elatum, vix tandem longè ab ædibus ſpacio tueſ conquieuit. Facinus ſanè audaciſſimum, ac vix in vlla Barbariè, quod ſciam, vnquam auditum; Tantum abeſt, vt inter Chriſtianæ pietatis homines, à Religioſiſſimæ militiæ æquite, animo concipi potuiſſe videatur. Hoc ſolo minus vniuerſi hominum generis, odijs excipiendum, quod ita caſus tulit (niſi potius Diuinæ mentis Conſilium fuerit) Vt

neque

neque vxor, neq. parua filiorum manus, ea nocte ſe
dormiendi cauſa, in ædes illas, recepere.

Hæc cum ita ſe haberent, & Fiſcus, & occiſi ma-
ter grauiſſimè conquærerentur; Oliuarenſis Comes
Siciliæ Prorex M.R.C. Iudicem Catinam ablega-
uit, qui in commiſſi ſceleris Authorem inquireret:
Is cum ex contumacia Equitem Hyeroſolimitanũ
bannitum declaraſſet: ipſeque interim *Sereniſſimo
Hyeroſolimitanæ militiæ Magno Magiſtro*, ſe reum ſti-
tiſſet; Ad eum eiuſdem ordinis receptor, iudicium
remittendum eſſe petijt; Tum plurimis, & Roma-
ni Pontificis reſcriptis in Siciliæ Regno hactenus
receptis, atque exequutis, ac multis etiam Regum
priuilegijs, *cum abdicatiua clauſula* conceſſis, qui-
bus prohibentur Eccleſiaſtici, & Secularis Fori Iu-
dices, Hyeroſolimitanos Equites quoquo modo
ciuili, aut criminali in cauſa cognoſcere. Aduerſum
hęc, Fiſcus, & mater receptorem audiendum ne-
gant: Quæritur itaquè.

Primo, Incendiarius, An fori ſui priuilegio gau-
deat, ſi Bannitus cum ſit ad ſuum Iudicem remitti
petat.

Secundo, Aſſaſſinus an ſit, qui per alium con-
uento precio inimicum occidit, ſi ipſe homicidio
interueniat.

Tertio, Verbalis ne, an realis præferatur præuen-
tio, inter Eccleſiaſticum, & Secularem Iudicem, ſi
mixti fori ſit delictum.

Circa Primum, Reſpondendum videtur incen-
diarium fori ſui priuilegio gaudere; Quod vt di-
cam, mouent me multa.

1 Primo, Miles Hyeroſolimitanus † verus eſt reli-
gioſus, *Nauar. conſil. 12. num. 1. de regular. lib. 3. Mo-
hed. deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Azor, lib. 12.
inſtit. moral. cap. 12. quæſt. 5. Oſaſc. deciſ. 27. num. 18.
Molfeſ. conſil. 33. Caball. crim. reſol. caſ. 64. n. 2. Vaſq.
Illuſtr. controuerſ. lib. 3. cap. 105. num. 49. 50. Ponte.
conſil. 14. vol. 1. Decian. lib. 4. crim. cap. 9. n. 36. Ricc.
collect. 216. Farin. conſ. 197. num. 1. 10. Villagut. deciſ.
34. num. 1. 5. Rim. Iun. conſil. 527. num. 23. 24. 27. No-
uar. de elect. for. ſect. 1. quæſt. 37. num. 1. D. Carol. Tap.
auth. ingreſſi. gloſ. ſua. cap. 13. num. 19. Tuſc. lit. H. con-
cluſ. 107. num. 1. Anna, ſing. 207. Roderich. reg. quæſt.
1. art. 6. tom. 1. Menoch. conſ. 54. num. 17.* Adeo vt di-
xerit, *Nauar. d. num. 1.* qui contrarium aſſerunt, non
ſatis agnoſcunt, & venerantur Religionis naturam,
vt *à Magno Magiſtro*, pro quouis crimine cognoſci
2 ſolum poſſit, Ad illum ergo, vt competentem † Iu-
dicem, ſententia banni à M.R.C. delegato emiſſa,
remitti debet, *Abb. c. fin. de for. compet. Franc. deciſ.
37. num. 2. Decian. lib. 4. crim. cap. 19. num. 2. Couarr.
3 pract. quæſt. 11. num. 6.* Imo nullum eſt bannum † iu-
riſdictionis defectu, *tot. tit. C. ſi à non compet. Iudic.
Foller. in prax. p. 3. gloſ. ſi conſitebuntur. §. 3. num. 10.
Vant. de nullit. defect. iuriſd. num. 1. Aldouin. conſ. 20.
num. 17. Turrett. conſ. 59. nu. 19. vol. 2. Triuiſan. deciſ.
68. num. 5. lib. 1. Azeued. conſ. 25. num. 37.* Craß. ex-
*cept. 18. Cartar. de exeq. ſent. capt. bann. c. fin. nu. 196.
Peregr. conſ. 73. num. 14. vol. 1. Montier. deciſ. 23. n. 3.*
Cum iudicatum dici nequeat ab eo, qui iuriſdictio-
nem non habet, *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq.
iur. l. 2. ad fin. ff. de pœn. l. 1. §. fin. ff. ad tertull. Menoch.
recup. poſſ. remed. 8. num. 13. Aldouin. conſ. 20. nu. 19.
Peregr. conſ. 23. num. 28. vol. 4.* Spoliatus enim vide-
tur iudex competens, ſi incompetens (ſeruato etiã
iudicij ordine) proceſſerit, vt nullum quoque ſit,
quod ab eo fieret *Azeued. conſil. 25. num. 39.* Tum
4 quia à Seculari Magiſtratu † præuentus Hyeroſoli-
mitanus Miles, vt ad mortem naturalem verè con-
demnari non poteſt, ita nec fictè, banno nempè ex
contumacia, *Franc. deciſ. 463. num. 2.* Ne plus ope-
retur fictio, quam veritas, *l. filio quem pater. ff. de li-
ber. & poſthum.* Eſt enim *Magna Regia Curia*, in
Melitenſes Equites prorſus incompetens, cum ſint
ab ea ex priuilegio exempti, *Farin. conſ. 197. num. 3.*
qui ſi in regno delinquant, nec exemptionem amit-
terent. Etenim locus delicti ſi potentior eſt alijs, in
criminibus puniendis, *cap. 1. de priuil. in 6. auth. qua
in prouintia. & ibi Bald. C. vbi de crim. agi oport. Abb.
c. fin. num. 11. Felin. num. 6. de for. compet. Iaſ. l. fin. nu.
52. ff. de conſtit. princ. Decian. lib. 4. crim. c. 17. nu. 30.
Oſaſc. deciſ. 9. num. 33. Farinac. quæſt. 7. num. 1.* Id ta-
men verum in priuilegio exemptionis, reſpectu lo-
ci, non autem in priuilegio perſonis dato, præſer-
tim in vniuerſali, vt *Militibus Hyeroſolimitanis*, Tũc
enim vbicumquè commiſſum fuerit crimen; Secu-
laris nec poteſt intromitti, cum perſona ſit eadem,
*Abb. c. fin. n. 11. de for. compet. in c. tuarum. in c. cum
capella. de priuileg. Roderich. regul. quæſt. 60. artic. 7.
tom. 1. Macerat. lib. 3. reſol. 4. num. 4.*

Secundo Iuris ordo expoſcit quod ſi criminalis
5 cauſę, diuerſi ſint Iudices, accuſator † vnum eligen-
te, vt poteſt, *ex l. plerumque. ff. de iur. dot. l. illud. ff. de
conſtit. pecun. Nouar. de elect. for. ſect. 2. quæſt. 31. n. 3.*
Alterum eadem in cauſa ab eo adiri non poſſit, *Soc.
c. pen. num. 38. de for. compet. Decian. conſ. 51. num. 6.
vol. 5.* Sunt enim cæteri ab eo ſeculari, *l. 1. ff. de offic.
proconſul. Iaſ. l. etſi. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Aze-
ued. l. 10. num 86. tit. 13. lib. 8. recop. Decian. lib. 4. cri-
min. cap. 22. num. 7. & d. conſ. 51. num. 7.* Præuentio-
nis namque ea eſt vis, ne cauſa à præueniente Iudi-
ce remoueatur, *Feder. de Sen. conſ. 93. ad fin. Tuſc. lit.
P. concluſ. 646. num. 2. Marta, de iuriſdict. p. 2. cap. 3.
num. 14.* & ne præuentum quod eſt iudicium, ludi-
brio ſit, ac in litigantis poteſtate, cum ſit proprio
conſenſu electum, & ad procẽſſus vſque expeditio-
nem detentum, ſubuertere, *Bald. l. 1. quæſt. 10. C. de
ſeruit. & aqua. l. 1. num. 2. C. de exeq. rei iudic. Decian.
conſil. 51. num. 5. vol. 5. Marcabr. conſil. 69.* Sed mater
6 † eiuſ filij, necem accuſandi ius eſt, *Plac. lib. 1. de-
lict. cap. 40. à num. 2. cap. 45. num. 2. Carauit. 191. n. 8.
Farin. quæſt. 13. num. 3. Tuſc. lit. A. concluſ. 160. num.
8. Clar. §. fin. quæſt. 14. Gomez. 3. delict. cap. 1.* Reum
coram *Magno Magiſtro* prius accuſauit. Eius ergo
7 iudicium mutare † ipſa non potuit, & in *M.R.C.* de-
nuo accuſare, *Clem. fin. vt lit. pend. l. cum quædam puel
la. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Bart. l. vbi ceptum.
ff. de iudic. l. ſenatuſconſulto. in fin. C. qui accuſ. non poſſ.
c. propoſuiſti. vbi, Socc. num. 38. & reliqui. de for. com-
pet. Reuſner. deciſ. 21. num. 28. lib. 4. Surd. conſil. 222.
num. 11. Marta, deciſ. 235. num. 2. 3. Farin. reſol. 4. n. 3.
Neguſ. conſil. 329. num. 2. Decian. lib. 4. crim. cap. 22.
n. 5. conſ. 18. n. 319. in 1. Gram. deciſ. 28. num. 12. Gail.
lib. 1. obſer. 29. Montier. deciſ. 23. num. 9. 18. Azeued.
d. l. 10. num. 8.*

8 Tertio, Vidua etſi iudicij † variandi facultatem
habeat, *ex l. 1. C. quand. imp. inter pupill. & vid. Iſern.
Afflict. Foller. Balzeran. num. 13. 14. in conſtit. Statui-*

mus

Digitized by Google

mus rub.37.lib.1.Randen.deciſ.46.num.2. Franc.deciſ.257.Maſtrill.deciſ.127.Cabell.Milleloq.697.Nouar.de elect.for.ſect.1.quæſt.7.num.1. Siue pauper, vel diues ſit, Abb.in c.ex parte. de for.compet. Alex. l.vitiatextores.num.7.ff.de legat.1.Peregr.deciſ.129.num.2.Natt.conſ.590.Couar.practic.quæſt.6.num.2. Teſſaur.deciſ.177.num.2.Viui.deciſ.521.ſub.num.8. Rolan.conſil.76.num.38.39.40.vol.1. Milanen.deciſ.5.num.2.lib.2.Franc.deciſ.100.num.19.Marta, de iuriſdict.p.2.cap.21.nu.6.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.11.num.84.Menoc.de arbitr.caſ.66.& in Scol.num.6.8.Fuſc.lit.V.ſing.29.Nouar.d.quæſt.7.num.2, Muſcatell.prax.ciuil.par.2.gloſ.competentes.num.73. Calà de mod.artic.§.1.gloſ.1.num.85. Iudicis tamen
9 † aduerſario ſuo incompetentis forum eligere prohibetur, ex Afflict.& Vrſill. deciſ.257.num.3.4. & in conſtit.Statuimus.num.13.Caranit.rit.233.num.7. Menoch.in Schol.dict.caſ.66.num.50. Nouar.de elect.for.ſect.2.quæſt.30.num.1.Muſcatell.d.gloſ.competentes.num.77.Marcheſan.de commiſſ.tit.de auocat.cauſ.par.2.§.2.num.153.Siue agat, vel accuſetur, Menoc. in Schol.d.caſ.66.num.33.42.Viui.deciſ.65.à num.1. Capiblan.de baron.pragm.8.nu.165. Sed M.R.C. Melitenſi Militi eſt prorſus incompetens, cum ſubiectus tantum ille ſit, foro eccleſiaſtico, Farinac.conſi.197.num.3.26.à Magno Magiſtro ergo declinare ad M.R.C. vidua non potuit.
10 Quarto citatus † etſi contumax remiſſionem ad ſuum Iudicem petere non poſſit, Abb.num.12.Soc.num.31.in c.propoſuiſti.de for.compet.Bart.l.vbi cœpit.ff.de iud.l.ſepulcri.nu.2.ff.de ſepulcr.viol. Caſtr. l.ſi quis in hoc genus. num.5.ff.de epiſc.& cler. Alex. in l.quamuis,ff.de in ius vocand.in l.2. ff. de re iudic. Rip.c.cum M.num.25.de conſtit.Gram.deciſ.26.Franciſc.Marc.deciſ.100.p.2.deciſ.15.p.p.Marant.de iud.p.6.tit.de contum.num.26.45. Boſſ.tit.de for.compet.num.79.82.Veſtr.in prax.lib.3.c.2.num.24. Lancell. de attent.p.2.c.4.limit.18.num.1. Neuiz.conſilio 18.num.15.Borrel.ſumm.deciſ.tit.43.num.67.68.69.70, tit.46.à num.7. Afflict.deciſ.181.deciſ.133.num.5. & ibi Vrſill.Maſcard.de probat.concluſ.1226.nu.13. Macerat.lib.3.reſol.38.num.3.Tuſc.lit.P.concl.646.num.5.concluſ.647.num.12. Farinac.quæſt.7.nu.55. conſil.208.num.7.Fab.Ann.conſil.107.num.11.14. Gabr.tit.de iudic.concluſ.1.num.21.Baiard.ad Iulium Clar.§.fin.quæſt.57.num.24.Guazz.reor.defenſ.1.c.17.num.58. Calà de mod.artic.§.1.gloſ.1.num.104. Foller.in prax.verb.banniantur.num.51.Verall.deciſ.58.num.10.p.3.Teſſaur.deciſ.265.num.2.Caball.crimin.reſol.caſ.162.num.2.8.12.Viui.deciſ.11.num.5. Carpan.Mediol.Statut.10.num.137.p.p. Franc.deciſ.417.num.1 Surd.conſi.300.num.13.Anna,ſing.120. Marſil.ſing.239.Reuſner.deciſ.15.num.17.p.3. Coſta,conſ.46.nu.4.13.Marta,deciſ.164.Bellect.diſquiſ.cleric.tit.de fauor.cleric.§.4.num.7.par.p. Rebuff.ad Reg.conſtit.tit.de contum.artic.10. Caualc.de brach.reg.p.4.num.250. Nec eius præuentionem, l.ſancimus.C.de iudic.Bart.d.l.ſepulcri.num.2. Vulpell. conſ.46.num.72.Baiard.ad Clar.§.final.quæſt.39.num.14. Tuſc.lit.P.concl.646.num.5.concl.647.num.13. Borrell d.tit.46.num.71.& alij nuper citati, Quin contumacia, iudici alias incompetenti, in ſui præiudiciũ, tribuit iuriſditionem, Ang.& Imol.in l.ſi finita. §. item videamus.ff.de damn.infec. Alex.l.quidam conſulebat.in fin.ff.de re iudic. & in l.ſi quis ex aliena. ff. de iudic.Burſ.conſil.74.num.48. Borrell. d.tit.46.nu.93.Coſta,conſil.46.num.5.Neuiz.conſ.18.numero 14.
11 Non in Superioris † ſui damnum, à quo contumacis rei remiſſio peti poteſt, Bart.l.1.§.& poſt operis. ff.de non.oper.nunt.Capic.deciſ.9.Bellug.Specul.Princip.rub.15.§.ſed quod dices.num.6. Gail,lib.1.obſeru.1.num.6.Capiblan.de baron.pragm.8.num.227.Ponte, de poteſt. Proreg. tit.3.de elect. offic.§.1.num.22. Boer.deciſ.114.Fab.Ann.conſil.107.n.11.12. Franc.
12 deciſ.417.num.2. Quia rei contumacia † illius iuriſditioni non præiudicat, Caranit.rit.205.rit.231.num.2.Borrel.ſumm.deciſ.tit.43.num.70. Anna,ſing.120. Nec alterius iuriſditionem protogat, Licet in eum conſentiat, Innoc.in cap.innotuit.circa med.de eo qui furt.ordin.ſuſcep.Bald.in cap.1.de iudic.Dec.in cap.ſi duobus.num.30.ad fin.de appellat. Franc.Marc.deciſ.129.par.2.Muſcatell.prax.ciuil.par.2.gloſ.gradum.num.14.15. Coſta,conſil.46.num.2. Cartar. de exeq.ſent.cap.fin.num.198. Si prorſus incompetens is iudex ſit, Bald.l.ſi quis ex conſenſu.nu.7.C.de epiſc.audien.& in auth.qua in prouintia. C.vbi de crim. agi oport.Afflict.deciſ.185.Coſta,conſil.46.num.8. Surd.conſil.405.num.19.optimè Lap. alleg.112. In quem nec expreſsè poteſt, Præpoſ.cap.duobus. num.18.19. de appellat.Padill.l.1.num.31.C.de iur.& fact.ignor. Carot.deciſ.52.num.23. Rolan.conſil.4.num.10. vol.1.Gomez.variar.3.cap.12.nu.8.ad fin. Calà. de mod.artic.§.1.gloſ.1.num.107. Azeued.conſil.25.nu.37. Mexia in leg.de Toledo, in reſpon.ad fundam.1.par.2.num.11.& fundam.15.par.2.num.1.2.Couarr.pract.quæſt.25.num.4.Capic.deciſ.9.Vrſill.deciſ.205.num.
13 37.Neque enim † iurata fori renuntiatio à vaſſallo emiſſa Baroni nocet, l.ſi conuenerit.& ibi Doct.ff.de iuriſd.omn.iud.Capic.inueſt.feudal.gloſ.cum cognitione cauſarum.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa atque diſcuſſa, contraria ſententia viſa eſt verior, & probabilior; Imo fori ſui priuilegio non gaudere Militem Hyeroſolimitanum, qui in Reipublicę Catinenſis damnum à ſicarijs ignem pecunia mediante immitti curauit.

14 Primo, Adeo peſſimum † eſt incendij crimen, ex cap.peſſimam.23.quæſt.8. & atrociſſimum, Decian.lib.6.crim.cap.28.num.24. Bouadill.lib.2.polit.cap.14.num.79. Vt ſi malo ſtudio, quis pro odio, vel vindicta ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter dederit, clericali non gaudet foro, d.cap.peſſimam. Ibi, ſanè Regibus, & Principibus facienda Iuſtitiæ facultatem, Conſultis Epiſcopis. & Archiepiſcopis non negamus. Imo Eccleſiæ nec fruitur immunitate, c.ſi quis membrorum.ibi, ab eccleſia ſe priuatum agnoſcat.23.quæſt.8.Caſſan.Burg.conſuet.rub.1.§.5.num.111.Decian.d.cap.28.num.24. Polid.Rip.de noct.temp.c.27.num.4.Bouadill.d.cap.14.num.79. Præſertim ſi domo combuſta, mortuus in ea quis fuerit, Gram.vot.19.num.18.Fuſc.lit.P.ſing.39. Menoch.de arbitrar.caſ.390.num.36. Maximum enim ex hoc crimine infertur damnum, nedum ei, cui incendiarius nocere cogitat, ſed vicinis etiam omnibus, totique ciuitati, vel maiori eius parti, ne concrematur, Afflict.in conſt.qui doloſè.nu.1.rub.51.de incend.lib.3.Polidor, Rip.d.c.27.num.4.

Secundo,

Digitized by Google

15 Secundo,edocuit,† *Abb.c.cum non ab homine.de*
*Iud.*Quod ſi Eccleſia condignam de iure, vel de fa-
cto imponere non poſſit pœnam, quia ſcelus eſt gra
uiſſimum, relinquitur clericus Seculari Iudici pu-
niendus, *arg. c.1.de homic.in6.Franc.decif.571.nu.*
6. Cumq; proditorum, & viliſſimorum hominum
ſit,incendium facere, *Bald. conſil.78.num.3.vol.3.*
16 Qui ex inimicitia † intra oppidum illud commit-
tet,plerumque viuus exuritur ſi vilis eſt,*l.ædes.ff.de*
incēd.ruin.nauſr.l.ſacculary.ff.de extraord.crim.l.ca-
pitalium.§.incendiarij.ff.de pœn.Luc.à Penn.l.1.num.
61.C.de publ.latit.vel conſul.lib.12. Bald.l.data ope-
ra.C.de his qui accuſ.non poſſ.Aret.de malefic.gloſ.in-
cendiario.num.4. Balzar. ad conſtit.rapinas. num.34.
de ſurrip.aliq.de nauſr.vel incend.Nouell.reg.18.n.2.
Iodoc.in prax.c.103.num.4. Menoch. de arbitrar.caſ.
390.num.25.Ludouic.Peruſ.deciſ.25.num.5. Cumq;
dixerint alij, incendiarios non igne, ſed capite pu-
niri,*ex tex.iuncta gloſ.verb.poteſtatis,in d.l.data ope-*
ra. Alij dilaceratione beſtiarum eos puniendos, *l.*
fin.ff.de incend.ruin.nauſr. Ideo iudicis erit arbitriū
iuxta delicti,& perſonæ qualitatem,qui ſi vilis non
erit, ſed aliqua dignitate decoratus non combure-
tur; decapitabitur tamen, ad *tex. d.§.incendiarij.*
Quem ſic accipiendum voluit, *Bald.d.l.data ope-*
*ra.*Si domo combuſta,in ea homo moriretur,*Gram*
mat.vot.19.num.5.Ball.lib.3. de liter. diſpenſ.caſ.16.
num.2.
17 Tertio, Clericale priuilegium † amittit aſſaſſi-
nus, contra quem cognoſcet iudex laicus. *c.1.vbi,*
Gemin.& reliqui,de homic.in6. Capic. d.deciſ.155.n.
27.Rimin.Iun.conſil.685.num.3. Carrer.in prax.§.5.
num.10.Couar.2.reſol.cap.20.num.9. Brunor.Sole,qu.
34.num.5.Decian.lib.9.crim.cap.30. num.21.36.lib.
4.cap.9.num.77.conſil.82.num.7.in2. Farin.quæſt.8.
num.82.Clar.§.aſſaſſinium.in princ.& §.fin.quæſt.36.
& ibi,Baiard.num.34.37.Scacc.de iudic.lib.1.c.11.
num.55.Franc.deciſ.176. Gabr.tit.de crim.concluſ.1.
*num.24.*Proinde refert,*Franc.deciſ.571.num.7.*Cle-
18 ricum † aſſaſſinum ab Epiſcopo,nec actu degrada-
tum,ad mortem naturalem damnatum fuiſſe,*Ab-*
bas.cap.2 ſi clerici.de indic.Couarr.practic.quæſt.32.
num.4. Troyſ.ad Rit.235.num.12. Capic. deciſ.155.
num.26.deciſ.112.num.2.Gram.Vot.8.Aueudan.de
mandat.reg.p.p.c.22.num.4. Menoch.conſ.912.num.
20.Craſſ.cleric.effect.1.à num.670.ad num.718. Ba-
iard.ad Clar.quæſt.36.num.34. Quia in crimine aſ-
ſaſſinij non requiritur degradatio, *Caſſan.Burg.con-*
ſuet.rub.1.§.5.num.50.66. Clar.§.fin.quæſt.36.num.
29.30.31.Couar.2.reſol.cap.20.num.10. Capic.deciſ.
112.num.3.Rim.Iun.conſil.685.num.3. Franc.deciſ.
176.Muſcatell.in prax.tit.de homic.mediant. mandat.
num.86.Decian.conſil.82.num.7.in2. Curia,Philip.§.
3.fuero ſecular.num.26.part.3.Diaz,& Salced.prax.
crim.cap.97.Bouadill.lib.2.polit.c.18.à nu.54. Tuſc.
lit.D.concluſ.141.num.4. Farin.quæſt.8.num.57. Ba-
*iard.d.quæſt.36.num.33.*Nec declaratoria Eccleſia-
ſtici iudicis, *Gram.vot.8.9. Decian.lib.9.crim.c.30.*
*num.21.*Nec trina requiritur monitio,etiam in cle-
rico primæ tonſuræ,aut incorrigibilitas, vt *ex T.C.*
reſpondit *Nauarr.conſil.vlt. num.6. de priuileg.*Nec
quod enormitatibus ſe alias immiſcuerit, *Menoch.*
conſ.912.num.34. Sed reus iſte incendium, data pe-
cunia,fieri mandans,in inimici ſui domum, vt mo-
riatur (morte iam ſecuta) aſſaſſinium commiſit,
cap.1.de homic.in6. Bart.in *l.eicero.ff.de pœn.Gram.*
vot.9.num.1.vot.11.Capic.deciſ.155.deciſ.112. Ga-
briel.tit.de crim.concluſ.1. Grilenz. conſil.45.num.5.
Roland.conſil.14.num.13.vol.4.Maſcard. de probat.
concluſ.138.Vim.deciſ.467.num.103.Alciat.conſil.
11.num.19.tom.1.lib.1. Guaz.reor.defenſ.1.cap.37.
num.42.defenſ.4.c.13. Pariſ.conſil.166.conſil.176.
num.3.in4.Burſ.conſil.192.num.6.conſil.200.numero
112.Clar.§.aſſaſſinium. in princ. & ibi Baiard. Cam-
pan.R.N.c.7.Frequens.num.72. Vulpell.conſil.143.
num.5.6.7.Menoch.de arbitr.caſ.360.num.42.Farin.
conſ.5.à num.1.quæſt.123.num.36. Caualc. de brach.
reg.p.p.num.76.Decian.lib.6.crim.cap.28. num.18.
Muſcatell.prax.de homic.median.mand. num.51.55.
Caball.de omn.gen.homic.num.471.492.Marcell.Ca-
là,de mod.artic.& proban.§.2.gloſ.1.num.481. Hon-
ded.conſil.93.num.66.68.vol.2. Couarr. 3.reſol.c.20.
num.9.10.Guttier.lib.3.quæſt.7.num.20. Rimin.Iun.
conſil.685.Franc.deciſ.176.num.8.Bertaz.crim.conſ.
306.num.14.Eugen.conſil.76.num.138. Gabr.conſil.
170.num.7.vol.1.Rouit.pragm.1.num.16. rub.de aſ-
ſaſin.Molin.de iuſtit.commutat.diſput.25.n.2.tract.3.
num.4.Gomez,3.delict.c.3.n.10. P.Gambacur.de im-
munit.eccleſ.lib.5.c.34.n.11. Pariſ.de confiden.q.32.
num.49.quæſt.66.num.24.Magni Magiſtri ergo foro,
non gaudet.
19 Non obſtat Primum, Quia id verum † in deli-
ctis de iure non exceptis, ſed pro incendio, vel aſ-
ſaſſinio, ſicut clericus Seculari etiam ſubiacet Ma-
giſtratui,*c.1.de homic.in 6.Franc.deciſ.176.n.2.*nec
requiritur degradatio,ex iam dictis, *n.18.* Ita & E-
ques Hyeroſolimitanus, incendiarius, vel aſſaſſi-
nus,ne ad imparia iudicentur ad *Magni Magiſtri* er
go forum remittendus non eſt.
20 Reſpon.II. Quod iudex † ſecularis reum ad Ec-
cleſiaſticum non remittit, ſi calumnioſa eſt, quæ
petitur remiſſio, *Felin.cap.ſicut.num.16.de foro com*
pet.Decianus,lib.4.crimin.cap.19.nu.24. Hæc, cum
talis ſit,ergo.
21 Reſpon.III. Quod ſi iudex † à quo remitti peti-
tur reus, ſuſpicetur, quod iudex cui remittitur, il-
lum non puniet,remiſſionem abnegare poteſt,*Cal-*
der.in cap.1.de rapt. Socc.in cap.propoſuiſti. num.15.
Abb.cap.fin.de foro compet.Decian.d.num.24. Guaz.
reor.defenſ.1.c.17.num.69. Marſ.in prax.§.opportu-
nè.num.33.
Non obſtat Secundum, quia occiſi mater Meli-
tenſem forum elegiſſe negat, Nec accuſatorio libel
22 lo † quem eius nomine exhibitum affirmat Meli-
tenſis religionis Fiſcus, ſtandum eſt. Quia ſuppli-
cantis,& confitentis manu, vel eius inſtructi Procu-
ratoris ſcriptum, aut ſubſcriptum illum fuiſſe opor
tet, Alias ſecus,*ad tex.l.cum precum.vbi Bart.Baldus,*
& aly,C.de liberal.cauſ. Aut illius mandato porre-
ctum eſſe Principi, *ex Neuiz.Soc. & alys, d Gabr.tit.*
de confeſſ.concluſ.4.num.30. Maſcard.de probat.con-
*cluſ.368.num.91.Menoch.conſ.80.*latius,ex *Alexan.*
*Socc.Port.& Rip.*excutit, *Burſat.conſil.105.num.23.*
& ita deciſum teſtatur, *Frec. de ſubfeud.lib.2.quæſt.*
*24.*Alioquin facilè poſſet, quis ſub alieno nomine
preces Principi offerre, vt inde ex ijs ſuam compro-
bet intentionem, eſſet enim viam fraudibus a-
perire, quod vtique ferendum non eſt, *ex Ma-*
ſcard.

Digitized by Google

ſcard. Menoch. Frece. & alij iam citatis.

Non obſtat Tertium, Quia M.R.C. iudicium, ab initio commiſſi ſceleris, ſemper adijt mater vti competens, ad incendiarium Militenſem Equitem puniendum, etiam pro aſſaſſinio, vt conſtat.

23 Reſpon. II. Quod ſi † ex variandi facultate, *iuxta tex. l. 1. C. quand. imper. int. pupil. & vid.* ad M.R.C. iudicium redijſſet mater vidua, incompetentem reo forum nec elegiſſet, quia ſi incendiarius, vel aſſaſſinus eſt Eques, non ab alio, quam à ſeculari iudice puniri debet, imo cum incompetens (hoc in caſu) ſit, *Magnus Magiſter*, illius forum nec eligere ipſa potuit, *ex Afflict. & alijs iam citatis, num. 9.*

24 Non obſtat Quartum, Quia † etſi vera ſit diſtinctio illa, an à Contumace ipſo, vel à Barone remiſſio petatur, ſeruat tamen inoleta Regni praxis, vt purgata prius contumacia coram iudice banniente, *iuxta tex. l. ſi pupillus. §. defendere. ff. de priuil. credit. & l. ſancimus. C. de iudic. Maſtrill. decis. 289. Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 15. numero 16.* Baroni remittatur reus, *Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 17. num. 87. Capiblan. de Baron. pragm. 8. num. 229.* Stante etiam clauſula, quod remitti debeant contumaces, niſi delictum ſit de caſibus ſuo in priuilegio exceptis, *Carauit. rit. 205. num. 4. 5. 6. Capiblanc. d. pragm. 8. num. 228.*

Reſpond. II. Quod cum Eccleſiaſticus iudex in aſſaſſinio, & incendio competens iudex non ſit. *ex cap. 1. de homic. in 6.* inſtante etiam *Magno Magiſtro*, ad cum remitti non poteſt reus, *Are in col. 4. Felin. num. 17. in c. fin. de for. compet. Soc. c. propoſuiſti. num. 14. tit. eodem. Farin. quæſt. 7. num. 27. Boſſ. tit. de foro compet. num. 52. Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 17. num. 3. Decian. lib. 4. crim. c. 19. num. 2. Fachin. lib. 9. iur. controuer. 22.*

25 Artic. Secund. Aſſaſſinum † non eſſe eum reſpondit, *Gabr. conſil. 170. à num. 11. vol. 1.* qui alium, mercede conducta, inimicum occidit, ſi ipſe homicidio interueniat, copioſè, *Farin. quæſt. 123. n. 148. Guazz. defenſ. reor. 4. cap. 13. num. 3. Bertaz. crim. conſil. 143. num. 13. conſil. 356. num. 26. conſil. 357. nu. 26. Couar. 2. reſol. cap. 20. num. 9. 10. Rouit. ad pragm. 1. num. 17. rub. de aſſaſſin. Thor. compend. deciſ. verb. proditoriū. col. 2. ad fin. Gratian. diſcept. 619. num. 25. Viui. lib. 1. opin. 64. Caball. de omn. gen. homic. num. 496. Baiard. ad Clar. §. aſſaſſinium. num. 5. Fachin. conſil. 83. nu. 10. lib. 3.* Ratio eſt quod aſſaſſinium dicitur, ſi ab illis inferatur mors, qui nulla ab occiſo affecti fuerint iniuria, vt veriſimiliter, nec potuerit præcaueri, eiuſque greſſus obſeruare, *Decian. lib. 9. crim. c. 30. num. 18. Gratian. diſcept. 619. num. 26.* Sed ex inimici ſui interuentu præcauere ſibi ſatis poterat, ne occidatur, *Decian. d. num. 18.* Ergo non eſt aſſaſſinium: Poteſt enim quis precio homines conducere ad interficiendum eius inimicum, nec tamen erit aſſaſſinus, *Boſſ. tit. de mand. ad homic. num. 34. Maſull. ad apic. deciſ. 112. ad fin. Gomez. tom. 3. reſol. c. 3. num. 6. Gabr. d. conſ. 170.*

26 Contrariam verò amplectimur † Sententiam, imo verum eſſe aſſaſſinium, ſi conuentum pecunia mediante homicidium, mandatarius exequatur mandantis interuentu, *Felic. alleg. 117. num. 3. p. 2. Rouit. d. num. 17. Bertaz. d. conſ. 143. num. 13.*

Non obſtant *Gabr. d. conſ. 170. num. 11.* eiuſque
27 † aſſeclæ omnes, Quia accipiendos eos cenſui, ſi conuentum fuerit à principio, quod in ſcelere perpetrando interueniret mandans. At ſi omni prætermiſſa conuentione, præceſſerit mandatum de occidendo, data pecunia, illudque fuerit à mandatario acceptatum, tunc ex hoc tantum, delictum conſumatum dicetur quoad mandantem, vt puniatur de aſſaſſinio, *Gloſ. cap. 1. de homic. P. Gambacur. lib. 5. de immun. eccleſ. c. 34. ſub num. 2.* licet madans ipſe voluerit poſtea interuenire in mandati homicidij exequutione, *Rouit. d. num. 17. Felic. d. num. 3.* & ex preſſim, *Gabr. d. conſil. 170. num. 12.* Ex his conſtat aſſaſſinium à Melitenſi Equite commiſſum fuiſſe ex incendio, ſceleratorum trium hominum opera, in D. Laurentij domum immiſſo, tum ex pecunia, quam ab eo ſicarios habuiſſe conſtat, tum ex mandato iam acceptato, tum ex ipſius D. Laurentij nihil tale cogitantis, morte ſequuta.

Artic. Tertius, Quæ potentior ſit, verbalis nè, vel realis præuentio, ſi mixti fori ſit delictum? Qua in re, plures ſunt rationes, & argumenta, quibus realem præferri exiſtiment alij.

28 Primo, Præuentio locum † habet in pari iuriſdictione, ſiue iudices omnes, Eccleſiaſtici ſint, ſiue Seculares, ſiue Eccleſiaſtici & Seculares, ipſumque crimen mixti fori, vt ſolus ipſe iudex præueniens procedere debeat, *l. ſi pluribus. vbi Bart. & Iaſ. num. 33. ff. de legat. 1. l. cum quadam puella. ff. de iuriſd. omn. iud. Abb. & alij, in c. cum ſit generale, c. ſignificaſti. de for. compet. Socc. c. propoſuiſti. num. 8. eod. tit. Boſſ. tit. de for. compet. num. 159. Tuſc. lit. P. concl. 646. num. 3. Marta, de iuriſdict. p. 3. c. 9. num. 38. Grilenz. conſ. 140. num. 9. 10. Burſ. conſil. 90. num. 29. Anton. de Mat hæ. de prorog. & for. comp. num. 32. Decian. lib. 4. crimin. c. 20. num. 4. lib. 6. c. 36. nu. 7. Ceual. comm. quæſt. 897. num. 979. Triuiſan. deciſ. 48. num. 9. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1226. num. 6. Tepat. variar. lib. 1. tit. de cauſ. mixt. col. 1. 2. Surd. conſil. 498. num. 20. Farinac. conſil. 134. num. 1. conſil. 208. num. 2. Oſaſc. deciſ. 103, Guazz. defenſ. reor. 1. c. 10. num. 2. Gram. deciſ. 30. nu. 7. Azeued. l. 10. num. 18. tit. 13. lib. 8. recop. Cabal. reſolut. crim. caſ. 162. num. 8. caſ. 194. num. 7. 8. 11. Gonzalez, ad reg cancell. §. 3. procm. num. 12 Scacc. de iudic. lib. 1. c. 12. num. 57.* Sed aſſaſſinium mixti fori eſt, *c. 1. de homic. in 6.* vbi notant omnes, *Decian. lib. 4. crim. c. 27. num. 17. Guazz. defenſ. reor. 1. c. 11. nu. 23. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 37.* Certique iuris eſt, in criminibus mixti fori, ſententiam à laico iudice latam, rem iudicatam parere, coram Eccleſiaſtico, *c. fin. de excep. in 6. Marta, deciſ. 235. num.*
29 8. Cumque † præuentio, aut realis, aut verbalis ſit, *Capiblanc. de baron. pragm. 8. num. 254. Azeued. d. l. 10. num. 6.* & realis ipſa, per capturam perſonæ præferatur, anteriori verbali, *Ioan. Andr. in c. 1. de obligat. ad ratioc. Bart. l. 3. ff. de cuſtod. reor. l. 1. ff. de pœn. Bald. l. 1. vbi de crim. agi oport. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugi. conſ. 418. in 2. Carauit. tit. 189. Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de mari. c. 26. nu. 21. Maſtrill. deciſ. 210. num. 8. Azeued. d. l. 10. num. 8. Gram. deciſ. 26. Boſſ. tit. de for. compet. num. 97. Hyeron. de Monte de finib. regund. c. 25. num. 13. Marta, deciſ. 235. num. 7. Ceual. comm. quæſt. 678. num. 20. Capiblan. d. pragm. 8. num. 222. Maſcard. de probat. concluſ. 1226. num. 9. Farin. quæſt. 7. num. 53. reſol. 4. num. 2. Tuſc. lit. P. concluſ. 646. num. 7. Cancer. 2. reſol. c. 2. de iuriſdict. num. 204.*

204. Franc. deciſ.505. Ergo Magnus Magiſter, qui
reum carceratum detinet, etſi præuentus ſit, poteſt
illum punire, Cabal.crim.reſol.caſ.117.num.5. Licet
Magna Regia Curia facinoroſum prius citaſſet, ac
monuiſſet, vel in contumaciam, ſuo banno cōdem-
naſſet, Marſil.l.fin. num.206.ff.de iuriſdic. omn.indic.
Cepoll.d.c.26.de mari.num.21. Angel.de maleſic.gloſ.
iudex commiſit.num.14.Iodoc.in prax.crim.c.33.n.6.
Foller.in prax.gloſ.audiantur excuſatores.nn.76.159.
Hyeron.à Monte.de fin.regun.c.25.num.13.Decianus,
lib.4.crim.c.21.Maſtrill.deciſ.210.num.8. Farinac.
30 quæſt.7.num.53. Cum certi † iuris ſit per capturam
præueniri iuriſdictionem, l. ſi quis poſteaquam. vbi
Caſtr.& alij,ff.de iudic.l.3.vbi Bartol. & alij,ff.de cu-
ſtod.reor.& in l.1.ff.de pœn. Bald. in l.ſi quis.ff.de iu-
riſdict.omnium iudic. & in l.Senatus, ad fin. C.qui ac-
cuſ.non poſſ.in l.officiales, ad med. C.de indic. latè De-
cian.lib.4.crim.c.21.num.8. Montier. deciſ.23.num.
8.9.Farin.d.quæſt.7.num.53. & reſol. 4. num.2. Ma-
ſcard.de probat.concluſ.1226.num.8.Clar.§.fin.q.38.
ad fin.Neguſ.conſil.379.n.5. Azeued. d.l.10.num.7.
Tuſc.lit.P.concl.647.n.10. & præfertur iudici inqui
renti ex allegatis, num.43.

Secundo, Iuriſdictio Magno Magiſtro competit
32 ex priuilegio, ergo priuatiuè † ad Magiſtratum
quemcumque, Paul.Eleaz. & Cardin.in clem.1. de
celebr.miſſar.Felin.in c.irreſragabili.num.2. de offic.
ordin.Gramm.deciſ.30.num.12. Decian.lib.4.crimin.
cap.20.num.23.Guazz.deſenſ.reor.1. c.10. num.17.
Azeued.l.10.num.45.tit.13.lib.8.recop.Menoch.lib.
2.præſumpt.18.num.23.Crauetta.conſil.411.num.31.
32 33.Sed præuentio † inter eos vendicat, qui cumu-
latiuam habent iuriſdictionem, l.ſi quis poſteaquam.
ff.de iudic.Caſtr.l.teſtamenta.num.6.C.de teſtam. Soc-
cin.cap.propoſuiſti.num.9.de ſor.compet. Boſſ.titul.de
ſor.compe .num.79. Gramm. deciſ.30.num.12.deciſ.
32.num.12.Surd.conſil.56.num.20.Decian.d.cap.20.
num.8. Anton.de Matth.de prorog. iuriſdict. num.32.
Clar.§.fin.quæſt.38.& ibi Baiard.num.90.Guazz.d.c.
10.num.17.Bero.conſil.22.num.26.in 1. Azeued.d.l.
10.num.28.Marta de præuen.cap.1.num.7. Plot.conſ.
133.num.30.vol.2.crimin. Tepat.lib.1.variar.tit.de
33 cauſ.mixt.col.2. Proinde is præfertur † qui præue-
nit, l.ſi plurib.ff. de leg.1. & d.l.ſi quis poſteaquam. l.
neganda.& ibi Bald.C.qui accuſ.non poſſ.Caſtren.l.te-
ſtamenta.C.de teſtam.c.pen. de ſor.compet. Schenard.
conſil.34.num.5.p.2.Re' ſacr.deciſ.18.num.21.deciſ.
21.num.28.p.4.Neguſ.conſil.379. Bero conſ.22.num.
26.vol.1.Boſſ.tit.de ſor.compet.num.69. Capiblan.de
Baron.pragm.8.num.222. Azeued. d.l.10.num.12.
41.Maſcard.d.concluſ.1226. num.1.2. Clar.§.final.
quæſt.38.Caball.d.caſ.117.num.6.Sola ad Decret.Sa-
baud.tit.de edit.Ann.gloſs.fin.nu.6. Franc.deciſ.505.
num.3.quia vbi cæptum, finiri debet iudicium l.vbi
captum.l.ſi quis poſteaquam.ff.de iudic. Montier.deciſ.
34 23.num.9.18. Adeo vt † ſi præuentio, aliorum iu-
dicum, qui poterant de cauſa cognoſcere, non auſe
rat iuriſdictionem, elidit tamen omnem aliam, ex
Pariſ.conſ.109.num.5.in 4. Decian. conſ.51.num.7.
vol.5.
35 Tertio, Actus nullus † qui de iure effectum ſorti-
ri non poteſt præuentionem non inducit, Gloſs.l.1.
verb.per nuntiationē.& verb.eatenus. ff. de nou.oper.
nunt. Amorin.l.ſi quis poſteaquam. num.11.ff.de iud.
Oldr.conſil.313.Borrell.ſumm. deciſ.tit.41.num.147.
Tepat.variar.lib.1.tit.de cauſ.mixt.col.2. Farinac.d.
quæſt.7.num.61.Balb.deciſ.71. Azeued.l.10.nu.52.
tit.13.lib.8.recop.Gabr.tit.de indic. concluſ.1.nu.34.
Nec citatio ſi nulla ſit, Farin.d.num.61. Maſcad.de
probat.concl.1226.num.17. Decian. lib.4.crim.c.21.
36 num.4.19. & coram eo facta præuentio, qui † nullā
in delicto haberet iuriſdictionem, nec eam tribuit
non habenti, l.non videtur. l.vbi ceptum. ff.de iudic.
Azeued.d.l.10. num.53. Maſcard. de probat.concluſ.
37 1226.num.16.17.Decian.d.num.4. Quia † vt præ-
uentioni locus ſit, habilitas requiritur iuriſdictio-
nis, clem.fin.vt lit.penden.l.1.2.C.ſi à non compet.iud.
c.ea quæ.de reg.iur.in 6.Socc.in c.propoſuiſti.num.14.
de ſor.compet.Decian.lib.4.crimin.c.20.num.12.19.
Guazz.deſenſ.reor.1.c.10. n.12.23. Sed Magna Re-
gia Curia, quæ præueniſſe allegat, incapax iuriſdi-
ctionis eſt in Militem Hieroſolimitanum, ideo re-
quiſita à Magno Magiſtro, remittere illum cogitur,
Bellamer.conſil.11.num.6.Tuſc.lit.R.concluſ.152.nu.
25.Guaz.reor.deſenſ.1.c.17.num.29. Marta, de iuriſ-
dict.p.4.cent.2.caſ.119.num.9. & contra Petr.Greg.
firmat, Roderic.regul. quæſt.62.art.13. ad fin. tom.2.
vt nec clericum retinere poſſet Azor. moral.lib.5.c.
13.14.Gabr.de præſcript.concl.1.num.17. Rot.deciſ.
840.in antiq.Turret.conſil.36.à num.11.in 2. Clar.§.
fin.quæſt.38.num.27.& ibi Baiard.num.3.Tuſc.lit.R.
concl.152.num.50. Canal.de teſtib.p.4.nu.220.Guaz.
reor.deſenſ.1.c.17.num.36. Macerat.lib.1.reſol.18.
num.7. & vbi ſubiectum iuriſdictionis non eſt, ibi,
nec cadit prædicamentum prorogationis, Coſta, de
ſcien.& ignor.cent.2.diſtinct.66.num.16. Aldouin.
conſil.20.num.160. Non entis enim, nullæ ſunt qua-
litates, §.1.Inſtit.de vſufr.l.eius qui.ff.ſi cert.pet.

Cæterum, re ipſa diligentius diſcuſſa; Contra-
rium cenſui, imo verbalem anteriorem, reali præ-
uentione, potiorem eſſe. Præmiſſo tamen vno, quod
Doct.verum affirmant: Aut iudex præuenit per in-
38 quiſitionem, Tunc iuris eſt † non præferri illi, qui
in reali præuenerat, Non enim præuentio dici po-
teſt, Bald.l.1.C.de confeſſ. Boſſ. tit.de ſor.compet.num.
103.Gram.conſil.28.num.10. Farin.quæſt.7.num.57.
conſil.208.num.3.conſil.160. num.14.27. Azeued.
d.l.10.num.60.Decian.lib.4.crim.c.20.num.22.c.21.
num.1. Sed præuentio incipit ab exercitio iuriſdi-
ctionis, Specul.tit.de compet.iud.§.ſequitur videre.tit.
de reſcript.præſen. §.ratione autem. quod prouenit à
citatione, ex l.libertus.2.vbi Bart.Bald. & alij. ff.de
in ius.vocan.c.fin.de ſor.compet. Amorin.l.ſi quis po-
ſteaquam.num.6.ff.de iudic. Bart.l.ſi pluribus. & ibi
Iaſ.num.24.ff.de legat.1. Afflict. deciſ.219.num.3.
Franc.Marc.deciſ.100.p.2. Barboſ.l. hæres abſens.nu.
27.ff.de indic.Grilenz.conſil.140.nu.14.15.17. Boſſ.
tit.de ſor.compet.num.99.103.105.Tuſc.lit.P.concl.
645.num.4. concluſ.646.num.1. concluſ.647.num.1.
Burſ.conſil.74.num.41.Reuſner.deciſ.18.num.21.p.
4.Gail.lib.1.obſer.11.num.1.obſer.74.nu.18. Caball.
d.caſ.117.num.7.Marcabr.conſil.69.num.27.conſil.
70.num.28.Marta, de iuriſd.p.2.c.3.num.1. & deciſ.
235.num.4.Maſcard.d.concluſ.1226.num.6.7. Quæ
ad domum facta ſatis eſt, Maſtrill.deciſ.210.num.2.
Marta, deciſ.235.num.5. Nec conſiderandum eſt
tempus, quo in actis redacta fuerit citatio, vt præ-
uentū ſit, ſed ſatis eſt inſpici tempus, quo fuit emiſ-
ſa,

Digitized by Google

ſa, licet interim alter iudex ceſſaſſet cum effectu, *Bald.rub.C.de in ius,vocan.Marta,d.c.3.num.11. Farinac.d.conſil.208.num.4. Tuſc.lit.P. concl.647.n.8.* Eſt enim iuriſdictionis actus,aliquem citare, *Guid. Pap.deciſ.275.num.2. Pacian.conſil.164. Marcabr. conſil.69.num.25.num.84. Triuiſan.deciſ.10.num.5.*
39 *lib.1.Borrell.ſumm.deciſ.tit.41.num.159.* Sed per † teſtes ad informationem receptos præuentum eſt in cauſa, *Bald.l.1.C.de confeſſ.Bart.& alij à Farinac. quæſt.7.num.56.Ferret.conſil.208.num.3.4.5. Reuſner.deciſ.18.num.20.p.4.Scacc.de iudic.c.12.nu.61. 65.75.Decian.d.cap.21.num.1.3.22. Montier.deciſ. 23.num.9.Surd.conſil.111.num.8. Gram.conſilio 28. num.10.Cabed.deciſ.142.lib.1. Rouit.pragm.1.num. 75.rub.vbi de delict.quis deb. conuen. Maſtrill. deciſ. 210.num.1.* Imo inquiſitionem ſuper vulnere,equiparari inquiſitioni,ſuper homicidio ſequuto ex vulnere,poſt *Decian.& Rube. Alexan.* concludit *Farinac.conſil.208.num.6.* etſi neget, *Barboſ.in l.ſi quis poſteaquam.num.51.ff.de iudic.* Quę verbalis pręuentio pręfertur reali,per capturam exinde factę,*Socin. c.propoſuiſti.num.21.de for.compet.latè Marta,de iuriſdict.p.2.c.3.num.19.20. Decian.lib.4.crimin.cap. 21.num.2.13.Farin.quæſt.7.num.58 ad fin. Maſcard. de probat.concluſ.1226.num.8. Franc.deciſ.505.nu. 5.Scac.d.c.12.num.79.Rouit.d.pragm.1.nu.74. Tuſc. lit.P.concl.646.n.7.* licet diſſentiat, *Azeued. d.l.10. num.61.*

40 Proinde minus † rectè loquutum intelligo, *Franc. deciſ.505.* Affirmantem preferri iudicem loci originis,ſi realem alleget pręuentionem,quaſi in poſſeſſione ſit delinquentis, vt eo iure vincat, quo poſſeſſores vincere ſolent. Sed errat, *Franc.* quia verius eſt verbalem ex teſtium receptione,reali preferri, *Rouit.d.pragm.1.num.74. Decian.d.num.2.Farin.conſil. 208.num.3.4.5. Reuſner.deciſ.18.num.20.p.4.* Quod abnegare nec potuit, *Franc.d.deciſ.505.num.16.* citans,*Soce.* quem euadere ipſe conatur per verbum, *forte*, imo ſuo in caſu nullam captam fuiſſe informationem teſtatur,*ibid.Franc.num.11.* & quod de poſſeſſione dicitur, tunc procedere declarat, *Azeued.l.1.num.14.15.tit.16.lib.8.recop.* quando forte delinquens in alieno territorio, poſtmodum in loco originis, iterum deliquiſſet, quo in caſu iudex loci originis,& loci, vltimi delicti, vt rei perſonam capiens,ſicq.vt illius poſſeſſor vincet, quaſi in pari crimine,vel pœna imponenda, iudex carceratum detinens ſit preferendus,cum poſſidentis ſit melior conditio,ita *Rouit.d.pragm.1.num.74.* Hoc itaq. ſic premiſſo ad controuerſię reſolutionem venio.

Primo, Inter plures iudices, qui de eodem deli-
41 cto inquirere poſſunt,† locus eſt pręuentioni, *Franc. deciſ.274.num.5.deciſ.505.num.5.deciſ.582.num.4. Marta,de iuriſd.p.2.c.2.num.7.& omnes.* vt vnius iudicis proceſſus,alterius iuriſdictioni ſilentium imponat,ne pluribus iudicijs,quis vexetur, *d.c.propoſuiſti.c.ut dobi us. de appell.c.cum plures. de offic.delegat.in6.l.1.ff.de offic. proconſul. l. ſi quis poſteaquam. ff.de iudic. Abb.c.prudentiam.de off.delegat. gloſ.& Bart.l.ſi vni.ff.de iudic.Iaſ.l.ſi plurib.num.21.ff.de legat.1.Rom.conſil.412.num.2. Afflict.deciſ.354.nu. 15.Tuſc.lit.P.concluſ.646.num.1. Menoch.lib.2.præſumpt.18.num.37.Burſ.conſil.274. num.13. Gramm. deciſ.30.num.12.Tepat.lib.1.variar.tit.de cauſ.mixt. col.2.Cancer.2.reſol.c.2. de iuriſd.num.204. Decian. conſil.51.num.4.5.6.7.in 5. Schenard. conſil.34.num. 5.lib.1.Reuſner.d.deciſ.18.num.21. Farinac.quæſt.7. num.52.* vbi ampliat,etſi præueniens iudex ſit inferior pręuento,*& conſilio 51.num.10. Boſſ. tit. de foro compet.num.39.Maſtrill.deciſ.210.num.5.Guazz.reor. defenſ.1.c.10.num.1. Tuſc.lit.P.concluſ.646.num.4. Decian.lib.4.crim.c.20.num.7. Scacc.de iudic.c.12. num.57.Marta,de iuriſd.p.2.c.2.num.5.Reuſner.d.n. 21.* Aut ſi competentem ſe eſſe pronuntiauerit, & non fuerit appellatum, *Afflict. deciſ.354.num.18. Schenard.d.conſ.34.num.5.* Hinc dicimus, quod iudex parem habens iuriſdictionem inhibere poteſt iudici etiam pari, preſertim ſi pręuenerat, *Caual.deciſ.4.num.37.42.p.2.Lancell.de attent.p.2.cap.20.in præfat.n.100.Bero.conſ.117.nu.4.in 3. Maerat.lib. 1.reſol.17.num.3.4.Farin.quæſt.7.num.52.* Generale enim eſt, vt pręuenientis melior ſit conditio, *cap.ſi duo.de procur.c.ſi quis iuſto.de elect.in 6.l.qui prior.ff. de iud.l.ſi pluribus.ff.de leg.1. l.ſi is qui ſtichum. ff.de procur.Bald.l.neganda.not.1.C.qui accuſ.non poſſ.Decian.d.c.20.num.3.Tuſc.lit.P.concl.645.Caball.crim. reſol.caſ.117.num.6. Guazz.defenſ.reor.1.c.10.nu.1. Franc.deciſ.167.deciſ.260.deciſ.505.n.3.deciſ.582.*
42 *num.4.* Audiri ergo † non poteſt reus, ſi cum ſit in M. R. C. contumax Melitenſem adierit iudicem, *Bald.auth.ſed nouo iure.num.9. C. de ſeru.fugit. Montier.deciſ.23.n.2.Marant.conſ.39.n.26. Azeued. l.1. num.3.tit.5.lib.4. recop.*

43 Secundo, Iudex † per inquiſitionem procedens, non præfertur iudici procedenti per accuſationem exinde porrectam, *Innoc.in c.ſuper li eris.de reſcrip. Bart.l.3.ff.de adult.Bald.l.ea quidem.C.de bon.vacan. lib.10.Gram.deciſ.30.num.6.Barboſ.l.ſi quis poſteaquam.num.52.ff.de iudic. Decian.d.cap.20.num.22. Tepat.variar.lib.1. tit.de cauſ. mixt. col. 2. Marta de præuen.c.1.num.34.ad fin.Guazz.defenſ.reor.1.c.10. num.16.Farin.conſil.208.num.3.* Licet in actis inquiſitio fuerit deſcripta, *Barboſ. d.l.ſi quis poſteaquam. num.49.50.* Quia accuſatio ſuperueniens,vt remedium ordinarium, facit ceſſare inquiſitionem, quæ eſt extraordinarium, *Bart.l.ſi maritus. §.ſi ante.ff.de adult.& in l.poſt finitum.num.2.ff.de ſuſpect.tut. Dyn. c.factum.num.7.de reg.iur.in 6. Barboſ.d.l.ſi quis poſteaquam.num.84.Gram.conſil.28.num.11.Burſ.conſil.34.num.32.Clar.§.fin.quæſt.3.num.4.* Ac proinde nedum reſoluta, ſed extincta pręuentio eſt ex inquiſitione proueniens, *Barboſ.d.l.ſi quis poſteaquam num.85.* quia electio iudicum actoris eſt, *Angel.l.ſi vacantia.num.2.21.C.de bon.vacan.lib.10. Bart.l.ſi per errorem.num.3.ad fin.ff.de iuriſd.omn.iudic. Iaſ.l. non vtique.nu.5.ff.de eo quod cert.loc.Baiard.ad Clar. §.fin.quæſt.3.num.51.Neguſ.conſ.379.n.1. Marcabr. conſ.69. num.22.*

44 Non obſtat primum, Quia realem † poſteriorem verbali anteriori non preferri probat, *Aug.ad Ang.de maleſic.glo.iudex commiſit.Franc.deciſ.505. Bald.au h.ſed nouo iure.C.de ſeru.fugit. Foller.in prax. gloſ.audiantur excuſatores.num.159. Decian.d.c.21. num.9.ad fin.Marta,de iuriſd.p.2.c.3.num.19.20.Capiblanc.de baron.pragm.8.num.253.* cum iuris ſit, citatione iuriſdictionem pręuentam dici, *l.ſi quis poſteaquam.c.propoſuiſti.de for.compet.Marcab.conſil.70.num.32.Marta,vot.235.n.4.& d.c.3.n.7.Balzeran.*

zeran.

Digitized by Google

zerãn.ad conſtit.ſtatuimus. num. 22. de off. Magiſtr. inſtit. Reuſner.deciſ.18.num.21.lib.4. Adeo vt ſi à præuento iudice citatus exinde ſit reus, nec comparere teneatur, licet præueniens minor ſit altero, l. pen.ff.de iuriſd.omn.iud. Marſ.l.fin. num.204.ff.eod. Boſſ.tit.de for.compet.num.79.99.Decian.lib.4.crim. c.22.Marta,deciſ.235.num.2.Reuſner.deciſ.18.n.21. lib.4.præſertim in delictis mixti fori, Tuſc.lit.P.concluſ.646.n.10.

45 Reſpon.II. Regulam † procedere reſpectu citationis verbalis factæ à iudice inquirente, & formante proceſſum, ſiquidem reo per alterum iudicem verè capto, & carcere retento, fruſtra alter proceſſum ex inquiſitione conſtruere conatur, Marta,deciſ.235.num.7.Gram.deciſ.30.num.6. Tepat. d.tit.de cauſ.mixt. col.2. Tum maximè ſi ſponte coram eo compareat Boſſ.tit.de foro compet.num.96.98. Tuſc. lit.P.concluſ.646.num.5.Farinac.d.quæſt.7.num.53. 64.conſil.134.num.2.Clar.§.final.quæſt.34. Maſtrill. deciſ.210.num.9.Guaz.reor.defenſ.1.c.8.nu.22.c.9. num.15.Becc.conſ.69.num.7.8. Scacc. d.c.12.nu.63. Macerat.lib.3.reſol.38.nu.5. Sed reus coram Magno Magiſtro ſponte ſe præſentauit dum à M.R.C. fuerat citatus, ergo, &c.

46 Reſpon.III. Quod affectata † præuentio nullam tribuit iuriſdictionem, Angel.l.ſi ſeruus plurium. §. pen.ff.de legat.1. Iaſ.l.ſi vero.num.8.ff.qui ſatiſd.cog. Guid.Pap.conſil.153.nu.2. Scacc.de iudic.lib.1.c.12. n.63.Tuſc.lit.P.concluſ.646.num.7. concl.647.n.12. concluſ.649.num.3.Boer.deciſ.289.nu.10. ad fin. Rouit.rub.vbi de delict. quis conuen.deb.pragm.1.nu.79. Becc.conſ.69.num.7.8.Boſſ.tit.de for. compet. nu.79. 97.Farin.d.quæſt.7.num.64. Cancer.2.reſolut.c.2.de iuriſd.num.209.Guaz.defenſ.reor.1.c.8.num.21.cap. 10.num.18.Maſcard.de probat. concl.1226.num.20. Decian.lib.4.crim.c.20.num.24. Macerat. d.reſol.38. num.6.Baiard.ad Clar.fin. quæſt.38. num.84. & vbi

47 ab eo iudice † malitioſè præueniri curat reus, vt mitior ſibi irrogetur pœna, Nec ſubſiſtit præuentio, Iaſ.in l.ſi vero.num.8.ff.qui ſatiſd.cog.Cepoll.caut.19. Boer.deciſ.28.num.10.in fin. Maſcard. de probat.concluſ.1226.num.20.Baiar.ad Clar. §.fin.quæſt.3.n.84. Becc.conſ.69.n.7.Guaz.d.n.18.& d.c.8.n.22. Rouit. d.pragm.1.n.68.69.Azeued.l.10.n.46.tit.13.lib.8. recop. Imò ſi ſecundus iudex cum grauiori qualitate, contra reum procedit, primus qui præuenit ſilere debet, l.2.§.fin.ff.de adult. Afflic.deciſ.219. Tuſc.lit. P.concluſ.646.n.7.Guaz.reor.defenſ.1.c.8. nu.23.c. 17.n.53.Farin.quæſt.7.n.65. Clar. §.fin.quæſt.38. ad fin.Macerat.lib.3.reſol.38.n.7.Boſſ.tit.de for.compet. num.97.Scacc.d.c.12.num.77. Vel ſi eo in loco procurauit accuſari, in quo plenè delictum probari non poterat, Barboſ.l.ſi quis poſtea quam. nu.89. ff.de iudic.Farin.conſ.134.n.2.Becc.conſ.96.nu.7.8.Carauit.rit.246.num.15.16.

48 Non obſtat Secundum, Quia † regula illa non procedit, vbi iuriſdictio priuatiuè ad alterum acquiſita eſt, Gram.deciſ.30.Marta,deciſ.235.num.7. Nec vbi iuriſdictio competit ex priuilegio, Gram. deciſ.30.num.12. Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.38.num. 90.91.Sed incendiarius, vel aſſaſſinus Magni Magiſtri foro non gaudet (vt dixi) eius ergo iuriſdictio, hoc in caſu, priuatiua non eſt ad M.R.C.Craſſ.effect. cleric.1.nu.717. etſi ad Eccleſiaſticos, & ſeculares Magiſtratus priuatiua aliàs ſit: Ideo præuenientis M.R.C. iuriſdictio, quæ cumulatiua prius erat in delicto mixti fori, priuatiua euaſit.

Reſpon. II. Quod poſt præuentionem, etſi præuentus iudex ſe intromittere amplius in cauſa non poſſit, propter dolum tamen ſiue præuenientis iudicis negligentiam, poteſt alter etſi laicus iudex ſit procedere, & punire, non enim præueniſſe dicetur, qui dolo, vel negligentia exinde procedere prætermittit, c.cum plures.de offic.delegat.in 6.Angel.de malefic.gloſ.hac eſt quædam.num.63.Anchar.conſilio 196.n.7.8.Farin.quæſt.7.n.23. Guaz.reor.defenſ.1.c. 17.num.21.Baiar.ad Clar.§.fin.quæſt.37.nu.4. Montier.deciſ.23.num.10.Thob.Noni.conſil.98.n.4. Tuſc. lit.R.concluſ.152.num.72.Decian.lib.4.crim.cap.19. num.27.

49 Non obſtat Tertium, Quia valida † eſt citatio, & ſententia banni in Hyeroſolimitanum Militem à Magna Regia Curia emiſſa cum competens iudex ſit, in aſſaſſinio, vel incendio, morte iam ſequuta, vt dixi.

Quid deciſum, Hac in cauſa fuerit, habes lector, Conſ.49.

S V M M A R I V M.

1 Militi Hyeroſolimitano totus terrarum Orbis eſt Monaſterium, & vbicumquè maneat, de Superioris licentia, in Clauſtro manere cenſetur.

2 Principis poteſtas in controuerſiam venire non poteſt.

3 Principi, eiuſque Proregi, confinandi facultas competit, eiſdemque confinatis indulgendi non iudici inferiori, num.5.

4 Populorum quies, & recta viuendi ratio, ad Principem ſpectat.

6 Principi reſeruata nemo exercet, niſi ſpecialiter ab eo conceſſum ſit.

7 Subditos malæ vitæ, aliaſque perſonas iuſta ex cauſa, ad confinia ponere poteſt Prorex, & à Regno expellere.

8 Subditi licet bonæ vitæ, ſi bannitorum cõſanguinei ſint, illis in diſcurſu graſſantibus, pro præſumpto auxilio expelluntur à Regno, Marc. Anton. Columnæ Pragm. Anno 1578. pro vero puniuntur. num. 11.

9 Prorex pro præſumpto auxilio ſtatuere poteſt in commune bonum, & pœnam imponere. num. 10.

12 Exfractationis pœna vltra vitam, & contumaciam delinquentium non durat.

13 Forenſes à Regno expellit Princeps, ſi timor ſit, quod ſubditorum animos inficient.

14 Forenſis inutilis Ciuitati expelli ab ea poteſt, ſi eius mora damnoſa quoque eſt.

15 Negotiatores vitæ neceſſaria ementes ad conſeruandum, vt alio tempore vendant relegandi ſunt.

16 Hyeroſolimitani Milites, & Clerici, Reipublicæ turbatores, Politica, & œconomica, non contentioſa coertione à Regno expelli poſſunt, licet alij improbent.

17 Hyeroſolimitano Militi pro ſcelere in Melitam fugicati, regreſſus ad patriam interdici poteſt.

18 Aſſaſſinum Clericum, laicus Iudex punit criminaliter.

19 Clericus incorrigibilis, crimen committens à laico iudice cognoſcendus eſt.

20 Princeps ex ſola criminis ſuſpicione reum ad confinia

ponere

ponere non poteſt, iudiciali cognitione non habita, & cauſa, num. 22. Contrar. num. 24.

21 *Confinatio quid ſit, & an grauis cenſeatur pœna.*

23 *Reipublicæ intereſt, ne is damnetur, qui non deliquit.*

25 *Reipublicæ intereſt, ne dum delicta puniri, ſed quod delinquendi remoueatur occaſio.*

26 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*

27 *Publica vtilitas, quot modis conſiderari poſſit.*

28 *Publicam vtilitatem, quod principaliter reſpicit, dupliciter conſideratur.*

29 *Sententia alias nulla, ob non adhibitam cauſæ cognitionem, publicæ vtilitatis ratione valet.*

30 *Confinationis cauſa non eſt teſtibus manifeſte probanda, ſed ſecretò.*

31 *Confinationis cauſa diſſimulari à Principe poteſt, & alia, non vera exprimi.*

ARGVMENTVM.

Princeps, & Inferiores ab eo, An poſſint Subditos, vel Alios, ex ſola criminis ſuſpicione, Certo in loco ad confinia ponere, Aut à Regno expellere; Ne ingrediantur, Iudiciali cognitione non habita.

CONSILIVM XLIX.

IAm mali exempli, tamq. audax, temerarium, & Reipublicæ perniciosum viſum eſt facinus, à Melitenſi hoc Equite commiſſum, vt, vel ſi nullę alię ſuppeterent rationes; Debeat, ac veluti cogatur Prorex, illum à Regni ingreſſu prohibere; eum alio qui ſi eiuſmodi audacię homines in eo reperirentur, multum Reipublicę intereſſet, eos exilio, aut relegatione mulctari. Quęritur itaque; An cum occiſi D. Laurentij mater, a D. Prorege petat, homicidę reditum in patriam interdici; poſſit id Prorex, ſuo iure, facere in Melitenſi Equite, Alijſquè iſtiuſmodi perſonis, à Seculari iuriſdictione exemptis:
1 Quorum † vt, *Nauar.* cenſuit. *conſil. 41. num. 2. 3. de*
Regular. lib. 3. Totus pœnè Orbis terrarum, Monaſterij loco eſt, & vbicumque maneat, ſua Superioris obedientia, cenſetur manere in Clauſtro, cumque Sacrilegium ſit diſputare de Principis poteſtate, ipſe enim ſuo in Regno omnia poteſt, *l. diſputare. C. de crim. ſacrileg. Crauet. conſ. 241. num. 2. Coſta.*
2 *conſ. 19. num. 24.* Eius ergo poteſtas † controuerti
non poteſt, *Berret. conſ. 134. num. 36. Bardell. conſil. 136. num. 2. Menoch. conſil. 156. num. 12. Coſta conſil. 19. num. 4. Petr. de princ. poteſt. cap. 1.* Proinde dicere Principi nemo poteſt, *Cur ita facis?* exornat, *Boſſ. de Princip. num. 70. Natt. conſil. 625. num. 2. Bardel. conſil. 136. num. 3.* Quo facilior itaque ſit cauſę mixtus: Quatuor conſtitui diſcutiendos eſſe Articulos quorum inſpectione agnoſcamus, quę, quantaq. Proregis & inferioris ab eo, in facinoroſos hoſce homines, Reipublicę turbatores, ſit iuriſdictio? Licet Hyeroſolimitanę Militię ſint aſcripti.

Primus eſt, Cuius ſit confinandi facultas? eiſdemque confinatis indulgendi?

Secundus eſt, Quos ad confinia ponere ſub pęna poſſit Prorex?

Tertius eſt, Princeps An ex ſola criminis ſuſpicione confinare aliquem poſſit, nulla iudicij forma adbibita.

3 Circa Primum, Soli † Principi etſi confinandi, &
à Regno eijciendi facultatem competere dixerint, *Ang. §. fin. Auth. de reſtit. & ea quæ parit. Natt. conſ. 625. num. 1.* Cum de regalibus Principi reſeruatis ſit, *l. 1. §. deportatos autem. ff. de legat. 3. Cin. l. 1. C. de hered. inſtit. Pacian. conſil. 61. num. 49.* Sicut redeundi facultatem relegato concedere ſolus Princeps poteſt, *Afflict. decis. 4. Tepat. lib. 1. var. tit. de bann. bannit. relegat. in princ.* Proregi tamen ſuo, id nec vetitum inquit, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 227. lib. 5. c. 6. nu. 217.* Quia Vicarius Principis cum ſit, poteſt omnia, quę Princeps, *l. 1. ff. de off. eius. Oliban. de fiſc. c. 4. à num. 58. Felic. allegat. 3. num. 33. p. p. Franc. Marc. decis. 628. p. p. Georg. de feud. c. 10. n. 15. Campan. R. N. c. 272. num. 31. Milan. decis. 8. num. 71. lib. 1. Surd. conſ. 281. num. 1. conſ. 514. num. 18. conſil. 540. num. 18. Cancer, 3. reſolut. c. 3. de priuil. num. 329. Maſull. ad Capic. decis. 121. num. 10. ad fin. Canalc. de brach. reg. p. p. n. 167. Franc. decis. 165. num. 2. & ibi Amend. num. 1. Menoch. conſ. 1201. à num. 19. Ponte, de poteſt. proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 5. num. 3. Burg. de mod. proced. ex arrup. quæſt. 51. num. 3. Craſſ. except. 1. num. 44.* Cui pro bono regni regimine, exorbitantia quęcumque conueniunt, *Maſtrill. d. c. 6. num. 217.* Hinc legatus à latere relegare & (vt vulgo dicitur) ad confinia ponere poteſt, *ex Bald. l. 1. C. de poſtul. Natt. conſ. 625. num. 1.* Et Pręſes prouintię, *Bouadill.*
4 *in polit. li. 2. c. 13. à nu. 46.* Principis † enim eſt con-
ſulere, ne ciues veniant ad arma, *l. æquiſſimum. & ibi gloſ. ff. de vſufruct.* ac quietè viuant. *l. congruit. & ibi Bart. n. 4. ff. de off. præſid. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet. c. placuit. diſtin. 90. Cardin. clem. 2. de re iud. c. monuit. de iudic. Ferret. de Feri. nu. 4. Guaz. de treug. & pac. p. p. q. 7. num. 11. Bellin. de re milit. lib. 10. tit. 2. num. 21. Baiar d. ad Clar. §. fin. quæſt. 58. num. 75. Farin. quæſt. 107. num. 10. Vulpell. de pac. quæſt. 3. num. 11.* Quies enim, & tranquillitas populorum ad Magiſtratus ſpectat, *l. 1. §. quies. ff. de offic. præfec. vrb. Teſſaur. lib. 4. forenſ. quæſt. 26. n. 2.* Fugienda enim eſt improborum, & malorum hominum conuerſatio ex multis, *à Borrell. ad Bellug. de Princip. rub. 11. in princ. lit. C. Iodoc. Damhoud. prax. crim. c. 10. à num. 4.*
5 *Petr. Cened. collect. 15. num. 1. ad fin. p. 2.* Iudici † verò
inferiori relegandi, ſeu confinandi ius non competit niſi Princeps conceſſerit, *Ponte, de poteſt. proreg. tit. 1. de prouiſ. fier. ſolit. §. 5.* Atque ita accipiendi ſunt, *Bald. & Salic. l. 1. C. de poſtul.* Qui, id iudici
6 indiſtinctim permiſſum affirmant; regalia namq. †
Principi reſeruata nemo exercet, *Afflic. quæ ſint regal. verb. & committentium. num. 18. 46. Farin. quæſt. 118. §. 4. num. 14.* Niſi ſpecialiter ſibi a Principe id conceſſum oſtendat, *l. 2. ff. de conſti. princip. l. 1. §. qui mandatam. ff. de iuriſd. omnium iud. Peregr. conſil. 2. num. 1. 2. conſi. 84. num. 17. vol. 1. Aldouin. conſ. 51. num. 17.* Adeo vt ſi quis citra Principis priuilegium exerceat, in pęnam maieſtatis, vel falſi incidit, *l. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt. l. 1. §. fin. & ibi, Bart. ff. de falſ. Peregr. d. conſ. 84. num. 17. Aldouin. d. n. 17.* Cum nec

generali Regalium priuilegio contineantur, Princi
pi reſeruata, *Apenn.l. contra publicam. C.de re milit.
lib.12.* Bammacar.*cap.ſi vaſallus culpam. n.181.ſi de
feud.defunc.content.Boſſ.tit.de regal.n.29.Gram.con-
ſil.6.n.9.Roſental.de feud.c.5.concl.14.n.4.p.p.Silua-
nus.conſ.45.n.46.Pariſ.conſ.8.n.7.conſ.9.n.11.vol.1.
Ruin.conſ.104.n.13.in 3.Rolan.conſil.75.n.20.in 3.
Burg.de mod.proced.ex arrupt.quaſt.53.num.4.Oſaſc.
deciſ.101.n.2.11.Franc.deciſ.275.num.5.8.Menoch.
lib.3.præſum.98.num.35.Iannet.de citat.real.lib.1.c.
1.num.58.*Catalan.*de indult.c.9.num.40. Maſtrill.de
indult.cap.2.num.16.20.c.26.num.5.Anna,allegat.
130.num.24.Sixtin.de regalib.lib.1.c.5.à nu.74.75.
ad fin.vſquè.*

Artic Secundus, Differendum nunc eſt *Quos ad
confinia ponere, ſub pœna poſſit Prorex?* Cumq. Doct.
varient. Pro reſolutione, plures caſus conſtituendos
cenſui.

7 Primus eſt; in † ſubditis malę vitæ, quos iuſtis ex
cauſis Reipublicæ neceſſarijs, poteſt Prorex à Re-
gno eijcere, & ad confinia ponere, ſub pœna etiam
corporali, *l.certa forma.& ibi, Rebuff. C.de iur.fiſci,
lib.10.Marc.Anton.Surgent.de Neapol.illuſtr.c.18.
num.19.verſ.poteſt tamen.Ponte,de poteſt.Proreg.tit.
de prouiſ.fier.ſolit.in princ.num.11. Caſtill.deciſ.185.
nu.5.7.* Vt de perſonis rixoſis, notat, *Maſtrill.de Ma-
giſtr.lib.5.c.6.num.218.* Licet Proregis, aut alterius
Magiſtratus authoritate, pacem adhuc feciſſent, *ad
not.per Iſern.cap.1.§.inſuper.num.56.de probib.feud.
alien.per Frider.Ponte,de feud. tit.de ijs qui feud.dar.
poſſ.lect.9.num.16.Maſtrill.d.c.6. num.219.* & de ſe-
ditioſis, aut ſcandaloſis, *Auedan.lib.2.de mand.reg.
c.6.num.13.* Hinc mulieres inhoneſtas, quæ iuuenes
perdere ſolent, iure, à Ciuitate expellit Prorex, *A-
uendan.d.c.6.num.3.Petr.Greg.de Republ.lib.13.c.1.
n.5.Bouadill.lib.2.polit.c.13.n.47. Ponte, d.tit.1.de
prouiſ.fier.ſolit.nu.16.* Et lenones, qui mulieres ad lu
xuriam allicere conantur, ſuntque caſtitatis cor-
ruptores. *Auth.de lenon.§.ſancimus.coll.2. Aſin. de
exequut.§.3.c.281. Auendan. de mandat.reg.p.2.c.
6.num.1.Petr.Gregor.de Republ. lib.14.c.1.num.5.*
Idemque eſt in muliere lęna, *Plate.l.cum.ſupra.C.
de re milit.lib.12.Auendan.d.n.1.Petr.Greg.d.nu.5.*
Honeſtatem magis expedit Reipublicæ ſeruari,
quàm populi multiplicationem ex corruptis mo-
ribus procedentem, *Oſaſc.deciſ.77.nu.18.* Eademq.
ex cauſa poſſet expellere homines exercentes vſu-
ras, *c.1.de vſur.in 6.Iſern. tit.quæ ſint,regal. Ripa.de
peſt.p.2.§.aggredior.n.469.Auend.de mand.reg.p.2.
c.6.n.9.* Imo poteſt iudex alteri iubere, ne ante alte-
rius domum tranſeat rixæ, vel ſcandali euitandi
cauſa, *gloſ.Alex.& Doct.l.quod iuſſit.ff.de re iud.Pon
te,d.tit.1.de prouiſ.fier.ſolit.n.13.*

Secundus caſus, eſt in perſonis ſubditis bonæ vi-
tæ, quas ex alterius delicto, Regni *Pragm.à Marc.
Ant. Colunna, olim Prorege. edita Anno* 1578. ab
8 earum patria † in alia loca eijcit, & confinat, quia
bannitis coniunctę ſint, ex pręſumpto auxilio, quod
parentes, filij, cęterique conſanguinei malefactori-
bus pręſtare ſolent, *Auguſt.ad Ang.de maleſ.verb.
dictum ſempronium.num.16.17.Anchar.c.canonum
ſtatuta.nu.136.de conſtit.Bald.l.cos.Apen.& Plate.l.
iure prouiſum.C.de fabricens.lib.11. Iaſon.l.ſi quis in
ſuo.C.de inoff.teſtam.§.actiones.n.73.Inſtit.de action.
comm.Iaſ.& Doct.l.lex cornelia.ff.de vulgar. Iſern.in
conſtit.pacis cultum.Ang.conſ.63.Alex.conſ.190.nu.
13.in 2.Farin.q.24.n.150.Tuſc.lit.P.concluſ.960.nu.
27.Couar.2.reſol.c.8.Clar.§.fin.quaſt.86. Aponte, d.
tit.1.de prouiſ.fier.ſolit.§.5.* Et licet hoc in fœminis
neget, *Natt.conſ.291.num.3.* quia in eis minor eſt
audacia; Contrarium tamen ſeruatum in Regno
vidimus, & teſtatur, *Ball.lib.3.de lit.diſpenſ.caſ.9.n.
14.* Ne remiſſi, ac negligentes ipſi ſint, in cohiben-
dis, ac reprehendendis eorum violentijs, *ex Bart.d.
l.iure prouiſum. Menoch.de arbitr. caſ.551.num.8.9.*
9 Cum ſuper præſumpto auxilio † ſtatuere poſſit Pro
rex, ratione communis boni, *Ponte,d.§.5.* Siquidē
abſonum nec eſt, quod lex, vel ſtatutum ob bonum
publicum, & rationabili ex cauſa in particularium
perſonarum præiudicium poſſit fieri, *l. toties. §.ſi
cui.ff.de pollic.l.ſi priuatus.ff.qui & à quib.l.non debe-
re.l.lucius.§.fin.ff.ad municip.l.ſi.ff.ad l.iul.de annon.
l.decuriones.ff.de admin.rer.ad ciuit. pertin. l.vendi-
tor.§.ſi conſtat.ff.comm.præd.l.antiochenſium.ff.de pri
uileg.credit.l.1.§.ſolent.ff.quand.appell.ſit.l.qui gra-
uatos.C.de cenſib.lib.11.l.certa forma.C.de iure.fiſci.
lib.10.gloſ.l.1.§.fin.ff.de dol.except.gloſ.l.2.C.quæ ſit
long.conſuet.Iaſ.l.ciuitas.num.2.7.10.ff.ſi cert.petat.
Bald.conſ.466.ad fin.in 2.Ang.conſ.63.n.3.Roman,
conſ.310.Roland.conſ.99.num.11.12.13.40.41.42.
vol.2.Tuſc.lit.P.concl.960.num.5.Bardell.conſ.38.n.
83.Loſæus,de iur.vniuerſ.p.3.c.15.nu.13.* Sub pœna
10 tamen † pecuniaria, non autem corporali, *Baldus,
rub.C.res inter,alios acta.Iaſ.d.l.ſi quis in ſuo.Ang.&
Auguſt.de maleſic. verb. dictum ſempronium. Rom.
conſ.15.Felin.c.cognoſcentes.de conſtit.Farin.d.q.24.
à n.150.Ponte.d.§.5.nu.14.* & addit *nu.16.17.* quod
11 carcerare eos etiam poſſet. Pro auxilio † autem ve-
rè præſtito à bannitorum conſanguineis, pęna cor-
porali iuxta *Pragm. 25.tit.48.p.p.* puniendos eos
eſſe dixit *Ponte, d.§.5.n.22.*

12 Cęterum ex fractationis † pœna, vltra vitam &
contumaciam deliquentium protrahi non poterit,
quibus mortuis liberum eſt eorum conſanguineis,
& affinibus in patriam redire, *ex Bald.l.cum acutiſſi-
mi.n.10.C.de fideicom. Socc.l.eius qui.nu.2.ff.ſi cert.
pet.& conſ.262.nu.5.vol.2.Gigas, ad Dec.in c.qua in
eccleſiarum.n.92.de conſtit.Rouit.ad R.N.pragmat.
rub.de exulib.num.19.*

Tertius caſus eſt, in perſonis non ſubditis ratio-
13 ne originis, ſeu domicilij, vt ſi Prorex timet † ne fo-
rēſes, & exteri aliqui homines, ſubditorum animos
inficient; Poteſt ipſos eijcere à Regno ſuo. *Auend.
de mand.reg.p.2.c.6.num.9.* Sic & forenſis inutilis à
14 ciuitate expellendus eſt, cuius mora † damnoſa
potius ei ſit, & periculoſa, vt quia aufert, vel dimi-
nuit victum inualidis & infirmis, maximè penurię,
& famis tempore, *Plate.l.centum.verſ.ſed num quid
Officialis.C.de annon.ciuil.& in l.1.num.2.C.de men-
dic.valid.lib.11.Pegner.deciſ.4.ſub num.10.* Intereſt
enim noſtra, ne pauperes moriantur, Non enim ſi-
ne pauperibus perfecta eſt Ciuitas, *ex l.2. ff.de nun-
din.Rolan.conſil.80.num.19.in 3.Pegner. d.n.10.Sur
dus.de alimen.tit.1.quæſt.77.num.5.* Sic negotiato-
15 res † ementes frumentum, vinum, oleum, vel ſimi-
lia, populari vſui neceſſaria; Vt alio tempore ven-
dant, expellendi à regno ſunt, *Tolet.de inſtruct.Sa-
cerd.lib.8.cap.53.de negotiat. verſic.ſexta eſt illicita,*

Seacc.

Scacc.de camb.§.1.quæſt.7.p.3.limit.10.nu.14. Perniitioſa Reipublicæ negotiatio eſt,quæ inopiam pariat, *ad tex.l.ſed ſi pupillus.§.item ſi cum plures.ff.de inſtit.action.c.quod olim.de Iudæ. Veſembr.rubr.C.commun.diuid.num.11. Gregor.Lopez.l.22.gloſ.3.tit.5.p.5. Auendan.l.4.tit.de las except.verb.enemigos.ad finem.Valenzuel.conſil.39.num.2. Stracc. de mercat.p.2.num.35.Mattien.l.1.gloſſa 1.ad fin. titul.12.lib.5.recop.*

16 Quartus caſus eſt, in perſonis † non ſubditis ratione iuriſdictionis, vt ſunt Clerici, & Milites Hyeroſolimitani,qui ratione originis,ſeu habitationis, ſubditi ſunt Proregi, tanquam Capiti Politico, ita vt ſi Magiſtratibus honorem debitum non ſeruauerint,eius iuriſdictionem , ſeu pacem publicam turbantes,coertione œconomica plecti, & à Regno cũ honore expelli poſſent,donec reſipuerint, *l.quicumque.C.de epiſc.& cleric. Caſtr.l.addictos.num.6.C.de epiſc.audien.Caſtan.conſuet.Burg.rub.1.§.5.num.49. & Cathal.glor.mund.par.5.conſider.24.caſ.138. Humad.ad Greg.Lopez.l.65.gloſ.8.num.7.tit.5.p.p. Guglielm.Benedict.c.rainutius. verb.vxorem nomine Adelaſiam.deciſ.2.num.155.161.449.ad num.458. Aniles.Prætor.l.3.gloſ.iuriſdiction.num.3.l.20.verb.vſurpan.Segur.in director.iudic.p.2.c.13.num.53. Mexia. ad l.reg.de Toledo,11.fundam.p.2. num.47.ad finem. Salzed.ad Diaz.in prax.c.102. Cancer.3.reſol.c.10. num.37.Craſſ.cleric.effect.1.num.1011. Ramirez.de leg.reg.§.27.num.11.12.Bouadill.lib.2.polit.cap.18. num.62.Enriquez.2.p.ſumm.lib.4.de irregular.c.12. num.6.Peguer.in prax.c.24. Roderich. de ann.redit. quæſt.17.num.67.Petr.Cened.collect.37.num.9.collect. 51.num.3.p.p.Ceual.comm.quæſt.p.4.in diſcurſ.ad D. Regem.n.46.ibi,haſta echarlos de ſus reynos. & com. quæſt.899.nu.173.Couar.pract.quæſt.35. nu.3.Garz. de nobilit.gloſ.9.num.31.32.Auendan.de mand.reg. p.2.c.6.num.12.* Tum maximè ſi ſuus iudex , vel deſes eſt, vel deeſt,*c.Princeps.& ibi,gloſ.23. quæſt.5. c. filijs.vbi,gloſ.verb.Regis.16.quæſt.7.c.nec licuit. 17. diſtin.Oſaſc.deciſ.180.n.14. Clar.§.fin.quæſt.36.n.20. 24.Craſſ.d.effect.1.n.1011.* Clericorum namque crimina,aliquam non includunt ſpiritualitatem, *Oſaſcus.deciſ.180.num.17.*

Sed licet praxim hanc in clerico improbet, *Seſſe de inhibit.c.8.§.3.num.104.Azeued.l.3.num.3.tit.1. lib.4.recop.Fontanell.de pact. dotalib. gloſſ.1. clauſ.4. gloſ.13.p.3.num.10.Nauar.in manual.c.27.n.67.* Ac periculoſam dixerit, *gloſ.2.l.57.tit.6.p.1. Azeued. l.4.num.12.tit.1.lib.4. recop.* Ego tamen coercionem politicam, œconomicæ ſimilitudinis , à contentioſa diſtinguerem , vt illa , Secularis Princeps , eccleſiaſticos quoſcumque ac Milites Hyeroſolimitanos punire poſſit,contentioſa verò ſolus eccleſiaſticus, *Carol.de Graſſal.lib.2.regal.Franc.c.16. Bouadill.d.num.62.* Non enim in foro contentioſo, Regum, vel Principum ditioni,illi ſub ſunt,Sed ſoli Eccleſiæ,*c.2.de for.compet.l.ſtatuimus.C.de epiſc.& cleric.*Certiq.iuris eſt in foro,ſiue ditione œconomica, aut politica, vnumquodq.ſubeſt capiti etiam ſeculari; Nam ſicut paterfamilias poteſtatem habet œconomicam,etiam in clericum de ſua familia, per quam poteſt illum coercere ab offenſis multipliciter,& inter cętera,quia poteſt illum à ſua familia,& corpore œconomico procul pellere, vt membrum diſſolutum, & inobediens,ac reprobum; Sic quicumq. Rex poteſt Hyeroſolimitanum Militem, quamcumq.eccleſiaſticam perſonam , propter læſam maieſtatem depellere,tanquam membrum putridum in corpore Regni,cuius idem Rex caput eſt myſticum,iuxta illud *D.Hieron.* dictum, *Reſecandæ ſunt carnes putridæ, & ouis ſcabioſa ab alijs repellenda,nè tota domus maſſa,pecus,& corpora,ardeant,corrumpantur,intereant, c.reſecandæ. c.ecce. 24.quæſt.3.* Ad hæc enim, & alias corruptiones domeſticas, & politicas,non eſt dubium, ditionem capitibus politicis competere, non tamen cum contentioſa poteſtate,*ad tex.l.1.C.de emendat.propinq.* confert tex. *l.ex facto.ff.de hæred.inſtit.l.quicumque. C.de epiſc.& cleric.*in ratione ſui, *c.ſicut.7.quæſt.1.& notat text.l. 1.C.de priuat. carcer.* dum ibi notatum legimus , quemlibet poſſe habere carcerẽ œconomicum pro punitione familiæ, ſed non publicum , fori nempè contentioſi,concludit itaq.*Carol.de Graſſ.d.cap.16.* Eccleſiaſtica perſona punita ſub ditione politica , punienda quoque erit in foro contentioſo à Diœceſano,aut alio competenti iudice,non enim punitio ditionis politicæ,in tanto crimine ſatis erit.

Si politica ergo,& œconomica coertione in commune bonum expelli ipſi poſſunt. Quæ ratio eſt ?
17 ne Hyeroſolimitano huic Militi † regreſſus in patriam interdicatur, dum ex banno contumax,à Regno in Melitam fugit, *ad text. l.diuus.ff.de ſeruit.ruſtic.prædior.l.hæres.ff.de vſufr.l.ſicut.§.ariſto.ff.ſi ſeruit.vendic.Ponte.de poteſt.Proreg.tit.10. §.de exter. habit.num.1.2.Valenzuel.conſil.39.num.3. latè Molin.de iuſt.& iur.diſput.105.Anna,ſing.54. Franciſc. Marc.deciſ.356.num.2.3.deciſ.365.à num.39.p.p.* Si
18 clericum † aſſaſſinum , abſq. degradatione,ſecularis iudex criminaliter puniet,*c.1.de homic.in 6.Clarus.§.fin.q.36.à num.29.Maran.p.4.diſtin.11.nu.76. Bouadill.lib.2.polit.c.18.n.54.Ceual.de vi,& violent. q.102.num.1.Tuſc.lit.D.concl.141.n.4.Craſſ.Cleric. effect.1.num.670.Diaz.& Salzed.in prax.c.97.nu.4. Scap.de iur.non ſcrip.lib.5.c.140.num.10.Menoch.de arbitr.caſ.415.n.27.Muſcatel.prax.tit.de homic.median.mand.nu.85.Petroc.conſ.40.nu.81. Gabr.tit.de crim.concl.1.num.24.Petr. Cened. collect.37. nu.11. p.p.Couar.pract.quæſt.32.n.2.lib.2.reſol.c.20. nu.10.*
19 & vbi incorrigibilis † cum ſit , crimen committit, Reipublicæ grauiſſimũ à ſeculari punitur, *Humad. ad Lopez.l.65.gloſ.8.n.7.tit.5.p.2. Menoch.conſ.912. n.34.Couar.d.c.32.num.2. Clar.d.quæſt.36.num.33. Petr.Cened.d.collect.37.num.12. confert. text.& ibi notat.c.cum non ab homine. de iud.* Fortius ergo, & à Regno expelli,aut patriæ ingreſſus ei prohiberi iure poterit.

Articulus Tertius. Non leuis,eſt contentio,num *ex ſola ſuſpicione , poſſit Princeps reum ad confinia po-*
20 *nere,iudiciali cognitione non habita?* Qua † in re tradit,*Bald.l.fin.num.17. C. de probat.* Ex ſola criminis ſuſpicione,reum nullatenus condemnandum, *Iſer. ad Conſtit.qui coram ſe.num.2. rubr.42.lib.3. Clar.§. fin.quæſt.62.num.1. Alex.conſ.89.num.6.vol.3. Bonacoſſ.lib.2.comm.opin.tit.de queſtion.num.9.Monald. conſ.2.num.22.conſ.92.num.30. conſ.99. nu.29.in 2.*
21 Sed confinatio , † qua certo in loco habitare quis cogitur, vt nec inde recedat,in pœnam delicti inuenta fuit,*Iacob.Gall.conſ.2.num.71.* Cum exilij nomi-

Q 2 ne

ne contineatur, ex *Caball.crim.reſol.caſ.146.à n.13.*
inter capitales pœnas connumeratur, *l.2.ff.de publ.*
iudic.gloſ.l.exilium.ff.de interd.& releg. Marſ.in pra-
xis.§.oportunè.num.39. Clar.§.fin.quæſt.67.num.7.8.
Menoch.de arbitr.quæſt.80.num.94. Guazz. reor.de-
fenſ.33.c.27.num.26. Monald.conſ.75.nu.13.vol.2.
Non tamen corporis afflictiua, ſed media eſt inter
corporales,& pecuniarias, *Menoch.d.quæſt.80.num.*
*87.*Vt grauis pœna ſit *l.relegatorum.ff.de interd.&*
releg.Gerar.ſing.59.num.1. Qua reus patria, paren-
tibus,coniunctis, & amicis priuetur,penes incogni
tos miserè vitam trahens,*Caball.d.caſ.146.num.16.*
*Guazz.d.num.26.*Patriam namque amittere grauis
eſt pęna,ſicut patriam ſeruare,& colere pietatis eſt
officium. Nimirum antiqua iuris prudentia, in par
ticularium affectione,poſt Deum, &.parentes, pa-
triam ſtatuit,*l.2.ff.de iuſt.& iur.ibi,veluti erga Deũ*
religio,vt parentibus,& patriæ pareamus. Quare dul
ciſſima nobis patria eſt, *l. qui habebat. ff.de legat.3.*
exornat,*Iacob.Gall.conſ.2.n.89.* Quo confinationis
tempore pendente, ad honores eligi nec poſſet,
Franc.Marc.deciſ.360.nu.1.p.p. Tepat.lib.1.variar.
tit.de bann.bannit.relegat.col.1.

22 Secundo,poteſt Præſes † ex cauſa relegare, *Bart.*
in Extrauag.tit.qui ſint rebell. verb. rebellando.in fin.
Tuſc.lit.R.concluſ.130.num.10. Adeo vt, ſi non ſu-
beſt cauſa,negari non poteſt,quin Princeps peccet,
Natt.conſ.625.num.6. Nec conſulendum eſt Prin-
cipi,aliàs ſic factum, ceſſante cauſa *Ponte, de poteſt.*
proreg.tit.1.de diuerſ. prouiſ. fier.ſolit.num.15. Sem-
per enim cum cauſa inquit,*Petr.Greg.de Republ.lib.*
4.c.4.num.24. Expulſio eſſe debet, *l.relegatorum.ff.*
de interdict.& relegat. Franc. Marc.deciſ.356.nu.2.
p.p. Eaque legitima, ne barbarico potius more vi-
23 uant homines: Intereſt enim Reipublicæ † ne is
damnetur,qui non deliquit, *gloſ.l.de pupillo.§.nun-*
tiationem.verb.ſit factum.ff.de non.oper.nunt.l.abſen-
tem.ff.de pœn. Pacian.conſ.120.num.34.

24 Contrar.verius eſſe cenſui: Imo ſola ſuſpitione †
poſſe à Principe ſubditum relegari, vel (vt vulgo
dicitur)ad confinia poni, *ex Angel. in §.fin.Auth.*
de reſtit.Et ea quæ parit. vbi firmat text.illum facere
contra confinatos vt legitimè confinentur ratione
ſuſpicionis.Idemque eſt ex mente *Bald.l.1.C.de po-*
ſtul. Aſſerentis, quod ſi Legatus à Latere ex mera
authoritate ponit aliquem ad confinia,non cogni-
tionaliter,pro modo diffinitiuè,ſtatim quod eſt re-
uocatus,expirãt cõfinia,ſentit ergo, ibi, *Bald.*quod
Legatus à Latere poſſit ad confinia ponere, nulla
iudiciali habita cognitione,*Bald.*ſequuntur,*ibidem*
Caſtr.Salic.& alij,à Natt.conſ.625.n.1.& infra. Ca-
piblan.de baron.pragm.7.nu.18. Tepat.lib.1.variar.
tit.de bann.bannit.releg.col.1. Caſtill.deciſ.185.num.
5.6.Apetr.de Princ.poteſt.c.3.de inferior. à Princip.
& cor.poteſt.num.28.fol.mihi,66. Idem poteſt Præ-
ſes prouinciæ,latè *Bouadill.lib.2.polit.c.13.à nu.48.*
& Prorex,Ponte,de poteſt.proreg.tit.1. de prouiſ.fier.
25 *ſolit.n.11.* Intereſt † enim Reipublicæ,nedum deli
cta puniri,*l.ſtichum. §.tametſi.ff.de ſolut. l.ita vulne-*
ratus.& ibi Bald.ff.ad l.aquil. l.ſi longus.§.1. ff.de iu-
dic.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn.l.ſi operis.C.eod.
l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de public.& vectig. cap.vt
fame.de ſent.excomm. Plac.lib.1.delict.c.21. Barz.
deciſ.145.nu.4. Lancell.de attent. in præſact.num.90.
Farin.conſ.27.num.3.& ibi Scholiaſt.conſ.65.nu.75.
Reuſuer.deciſ.20.n.7.p.p. Pacian.conſ.120.num.33.
Menoch.de arbitr.caſ.328.Caball.crim.reſol.caſ.230.
num.7.caſ.271.num.4.caſ.288.num.35. caſ.294.nu.
*71.*Sed quod delinquendi remoueatur occaſio,*Pa-*
ram.de orig.inquiſit.lib.3.quæſt.6. num.104. Burg.de
mod.proced.ex arrupt.quæſt.10.nu.2. Iallong.racem.
6.num.3.Sfort.de in integr.reſtit.quæſt.1. num.89. Vt
quietè viuant, *Maſcard. de general.Statut.interpret.*
concluſ.4. num.149. Ball.tit.de quæſtion. quæſtion 10.
num.18.

26 Non obſtat Primum,Quia fauor † publicus,pri-
uatæ vtilitati præfertur, *c.Imperiali. de prohib.feud.*
alien.per Lothar.l.ſi quis graue.§. vtrum. ff.ad Sillan.
Bart.l.quemadmodum.num.4. C.de agricol. & cenſit.
lib.11.Iaſ.l.cætera.§.& ſi quis.num.2.ff.de leg.1.Ma-
ſcard.de gener.Statut.interpr.concluſ.8.num.62.Car-
*pan.Mediol.ſtatut.377.num.4.p.p.*Cuius gratia mul-
ta permittuntur, quæ prohibita aliàs ſunt *ad tex. d.*
l.ita vulneratus.c.abbate.§.fin.de re iudic.in 6. Bald.
conſil.489.num.2.in 3.Gail.lib.2.obſeruat.56.num.8.
Tuſc.lit.P.concluſ.960.num.13.24.25.Maſcard.d.n.
27 62.Sed publica † vtilitas, *Principaliter,& Secunda-*
*rio,*conſideratur,*à Sfort.de in integr.reſt.quæſt.1.nu.*
88. *Principaliter,* Dum ſolam Reipublicæ vtilita-
tem reſpicit, *Secundario,* dum priuatam concernit
vtilitatem; Cumque vt Ciuitas malis hominibus
careat,principaliter reſpicit vtilitatem publicam,
Tum quia conſeruat ſtatum, & quietem Reipubli-
cæ,*§.huius.Inſtit.de iur.natur.gen.& ciuil.*tum quia
ſine quiete Ciuitas ſtare non poſſet, *l.congruit. ff.de*
offic.præſid. Continet etiam in conſequentiam pri-
uatam vtilitatem, quia maximum quilibet priua-
tus ſentit commodum, ac proinde, *Secundario,* in
hoc conſiderari dicitur: Nec primaria hæc Legiſla-
28 toris fuit intentio. Rurſus † etiam,illud,quod Prin
cipaliter propter publicam vtilitatem conſtituitur
dupliciter conſideratur, *ex Sfort.d.quæſt.1.num.89.*
Vno modo, quia præcisè ita neceſſarium eſt, alias
enim neceſſe eſſet bonum ſtatum Ciuitatis perire,
vt in præfato exemplo, alio modo,quia occaſiona-
liter ita neceſſarium eſt,alias enim daretur manife-
ſta occaſio illius inconuenientis, licet eſſe poſſit,
quod homines amore virtutis ab huiuſmodi incon
uenienti auerterentur,& hoc modo dicuntur publi
cam concernere vtilitatem, *Principaliter,* ea, quæ
conſtituta ſunt, ne detur occaſio delinquendi, quæ
infinita plenè ſunt in iure noſtro, & in ſpecie pęna-
rum conſtitutio, vel aggrauatio Statutis facta, &
bannis *Petr.Gregor. de republ. lib.24. c.8.nu.11.12.*
Cauagnol.Montisferr.Decret.73.§.1.n.37.

29 Reſpon.II. Quod ſententia † quæ non valet, iu-
diciali cognitione non adhibita, publicæ vtilitatis
ratione valida eſt, ſi partes ad rixas paratæ ſint, &
arma,quibus iudex aliter obuiare nec poterat. *Bal-*
dus.conſil.142.num.2.vol.1.Tuſc.lit.P.concluſ.960.
num.1.

Non obſtat Secundum, Quia de cauſa propter
quam Hyeroſolimitano huic militi regreſſus in pa
triam concedẽdus non,eſt, in proceſſu ſatis liquet,
& Regis intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam, vel
intollerabilem iniuriam denegetur his, qui iu-
30 ſtè deprecantur: Nec manifeſtè † probanda eſt cau
ſa, ſed teſtibus ſecretò receptis, & ſine citatione,

Bouadill.

Digitized by Google

Bouadill.lib.2.polit.c.13.num.46.47.48. Aut alia iudiciali cognitione, *Natt.Ponte,Tepat.Capiblanc.Caſtill.& alij relati,n.24.* Tum maximè ſi cauſa ſine ſcādalo, & periculo expreſſim probari non poſſit, ex ijs,quę ad recuſandum iudicem poſt, *Aufrer.de recuſat.num.67.Caualc.de brach.reg.p.3.num.340.D.Carol.Tapp.de iur.Neapol.lib.3.rub.33.de ſuſpect.offic.ad rit.265.ſub num.10.* edocui *deciſ.48.num.6.*
31 Imo ſi neceſſe quoque erit, † diſſimulari poterit cauſa,aliam exprimendo,quę non infamet, *Bouad.d.num.47.* Nec crimen conſumatum requiritur, *ad tex.l.ſi quis filio.§.hi autem omnes* ibi,*praeueniendi periculi cauſa.ff.de iniuſt.teſtamen. Auiles,Prator.l.22.gloſ.elacion.l.6.gloſ.notifiquen. Bellug.de princip.rub.27.num.46.Bouadill.d.c.13.nu.36.* Cum non ad criminis improbitatem caſtigandam, ſed ad potentiā quandoq. moderandam relegari quis poſſit, *Petr.de Greg.de Republ.lib.13.c.12.n.10.*

Cauſa hęc ſępius diſcuſſa,non fuit deciſa,Sed *Facto verbo D.Proregi*,deliberauit *M.R.C.* Anno 1594. De ea D.Regem conſulere,& interim regreſſum in patriam reo non concedere, niſi prius in *M.R.C.* ſe pręſentet. Verum quod elapſis exinde non nullis annis mater aliorum precibus victa, Accuſationi ſub quibuſdam pactis ceſſit, & tranſegit. Demum moriens pacta omnia remiſſit. Tunc verò edita non erat, *Clement. VIII. Bulla*, quam *Romæ* datam legimus *die 18. Decembris,* 1595. *in Bullario, Bulla,37.tom.3. fol.mihi,52.* Vbi expreſſim ſancitum conſtat, iudices ſeculares manum non extendant in crimine aſſaſſinij contra Perſonas Eccleſiaſticas, & pręſertim Milites Hyeroſolimitanos, ipſaque aſſaſſinij declaratio ad Iudicem Eccleſiaſticum omnino ſpectet. Qua de re monitum te volui.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui Iudicis ſecularis.* Contrar.*num.2.*
3 Riccius,collect.1792.ad fin.*reijcitur.& n.12.*
4 *Secularis Fiſci teſtes ſi ſuſpecti ſint, Quid ab Eccleſiaſtico Iudice agendum ſit, Ne immunitate eccleſiæ priuetur Reus.*
5 P.Gambacur.de immunit.eccleſ.lib.6.c.16.*num.9. Declaratur.*
6 *Delictum, quo eccleſiæ immunitate gaudere non debet reus,an,plenè,& certè probandum ſit.n.8.9.10.*
7 *Teſtes in criminibus exceptis, citata parte non repetiti probant.*
11 Gregor.XIV.verba,in Bulla,ibi, An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint. *explicantur.*
13 *Extractio rei,ab Eccleſia delicto nondum probato,teſtibus exinde receptis,an reconualidetur,& n.15.*
14 *Conſuetudinem omnem*, immunitati, *repugnantem ſubſtulit* Gregor.XIV.Bulla.
16 *Accuſatio,vel delicti titulus non facit quem eſſe reum.*
17 *Aſſaſſinij ſpecialia locum non habent niſi eo prius probato.*
18 *Aſſaſſinij qualitas,non ex ficta,ſed ex vera rei confeſſione probatur.*
19 *Indicijs, quibus ad torturam procedi poſſit probatur aſſaſſinium.*
20 *Inferior à Principe non poteſt facere delictum, quod permiſſum de iure eſt.*
21 *Princeps facit delictum,quod ex ſe non eſt delictum.*
22 *Homicidium ſimplex,licet poſſit Princeps, ſua Lege,aſſaſſinium declarare,non tamen adtollendam reo,eccleſiæ immunitatem,n.23. Ratio.n.26.*
24 *Differentia ſuperueniens generi, conſtituit ſpeciem.*
25 *Qualitas adiecta enti, efficit ens alterius naturæ.*
27 *Graſſatores viarum in mari, aut in terra qui ſint?*
28 *Graſſatores viarum non gaudent eccleſiæ immunitate, & quando? num.37.*
29 *Graſſatores,in mari,ad ſecularem illum Iudicem remitti debent, cuius eſt territorium cohærens mari.*
30 *Criminis in mari commiſſi pœna, ab eo imponenda eſt, cuius territorio cohæret mare.*
31 Pragm.2.5.tit.48.p.p. *contra latrones in ſtratis publicis, comprehendit etiam latrones in mari.*
32 *Baro nullam habet in mari,eiuſque littore, iuriſdictionem ſi conceſſa illi non ſit.*
33 *Derobatio,quæ ſit?deffinitur.*
34 *Graſſatores ſi attentatum ſæpius delictum non perfecerint, diſrobatores in vijs publicis dici non poſſunt, nec eccleſiæ priuantur immunitate,num.36.*
35 *Graſſatores ob delicti iterationem debent capite puniri,licet non perfecerint.*
38 Rouit.R.N.pragm.3.n.1.rubr. vbi de delict. quis deb.conuen.*Declaratur.*
39 *Teſtis derobatus, de iure,nullam fidem facit contra derobantem.*
40 *Teſtis niſi proprium renuntiet intereſſe non probat.*
41 *Latro famoſus,ex ſola fama, non damnatur.*
42 *Socij criminis,ſi tres ſint, contra alterum criminis ſocium probant,& ad condemnandum, niſi tortus ille fuerit & negatiuus pro dicto vnius ex tribus illis ſocijs.*
43 P.Gambacur.de immunit. eccleſ.lib.5.c.34. *num.14.reijcitur.*
44 *Auxiliatores in aſſaſſinio, eiuſdemque criminis complices,eccleſiæ non gaudent immunitate, vt nec aſſaſſinus ipſe.*
45 *Immunitas Eccleſiæ non conceditur ei, qui acceptauit mandatum ad occidendum & pactus eſt pecuniam, licet nil aliud poſtea commiſerit.*
46 Farin.de immun.eccleſ.c.8.n.123.*reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Miſcellanea Conſultatio, in qua, Notabiles aliquæ reſoluuntur Dubitationes *De immunitate Eccleſiaſtica* Specialiter expoſitæ.

Ad Intellect. Gregor.XIV.Bullæ.

CONSILIVM L.

HAec iuris Conſultatio, non parum ſanè perplexa, quę mihi diſcutienda proponitur, *An eccleſiæ immunitate gaudeant* Ioan. Vicentius Florio Iacobus Trimarchi, Io.Baptiſta Ferraro, Ioan. Hyeronimus de Naro, propter enormia plura ab eis cōmiſſa crimina;Multorū exercuit ingenia; Adeo vt,quod diluci

Digitized by Google

dius iure dici poterat, multis obſcuraretur. Experiar ego quantũ pro mea virili licebit, veritatẽ è tenebris in lucem prouehere. Sed quò facilius hæc explicentur, & clara ſatis videantur omnibus, qui de rebus grauibus Iudicium ferre ſolent; Totam diſceptationem, Hiſcè Octo propoſitis dubijs abſoluam.

Prima dubitatio eſt. *Epiſcopus, cui à Gregor. XIV. Bulla cognoſci demandatum eſt ſuper delinquentium remiſſione, ad Curiam Secularem, An probationes de delicto debeat etiam recipere? Vel Secularis Iudicis proceſſui ſtare poſſit?* Qua in re omnium primus, *Farin. conſ. 76. num. 1.* copioſius, *conſ. 168. à n. 21. ad nu.*
1 *vſque 39.* Probationes ab † eo recipiendas, nec Secularis Curiæ proceſſui ſtandum eſſe reſpondit, adſtipulantur, *Ambroſ. de immun. eccleſ. c. 11. n. 3. Ball. tit. de inſult. in eccleſ. n. 5. & alij.*

2 Contrar. Praxi † receptum vidimus, ex publicis *Clemen. VIII.* literis, in forma Breuis, pro illa Panormitana *immunitatis Eccleſiaſtica*, ad Panormitanũ Archiepiſcopum datis, 6 Februarij, Anno Domini 1597. Pontificatus ſui, Anno, V. quas tranſcripſit, *Mar. Anton. Genuen. prax. Archiep. c. 94.* Vt ſuper commiſſi criminis qualitatibus, Eccleſiaſticam immunitatem excludentibus, ſe informaret ſummatiè ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere ſibi viſum fuerit, atque ita, in ſacra conſulta, deciſum teſtatur, *Farin. d. conſil. 168. in addit. lit. A. Caſtill. deciſ. 156. in princ.*

3 Proinde † cauendum eſt à *Ricc. collect. 1792. ad fin.* Qui cum multæ lectiones ſit, Pontificis mentem in dictis verbis non accipiens opinatur, ſeculari proceſſui nullatenus ſtandum, ſed labitur ex his, quæ not. *P. Gambacur. de immun. eccleſ. lib. 6. c. 16. n. 8. 9.* Neque enim veroſimile eſt intendiſſe, *Rom. Pontif.* committere Epiſcopis ſpiritualibus negotijs, ac rebus occupatis, vt ſecularem Curiam anteuertant, *P. Gambacur. d. lib. 6. c. 15. n. 6.*

4 Verum ſi quæ contra † ſecularis Fiſci teſtes vrgeret ſuſpicio: Aut aliter dubius eſt Epiſcopus, vel perſona, cui id (iuxta Gregor. XIV. præceptũ) commiſit, verè ſit dubia, non ſuper crimine, ſed criminis ſaltim qualitate, qua, *Ab immunitate*, excluderetur reus; Tunc informatio Secularis Iudicis proceſſui ſtandum non erit, ſed maiorem aliquam diligentiam adhibere ipſe debet, ſeu examinari faciendo plures teſtes, vel eoſdem diligentius, ſi quid aliud fortè explicent, quod aliquam veritati lucem afferat, vel Fiſcum, aut partem moneat de inſufficienti eius probatione, quæ contra reum non niſi dubiam
5 faciat fidem † expectetque per tempus aliquod illi aſſignatum ſi forte plenius probet, *P. Gambacur. de immun. eccleſ. lib. 6. c. 16. nu. 9.* Quod conſilij eſſe cenſui, non præcepti, cum ſeculari curię dandus non ſit terminus ad probandum *Mari. Ital. de immun. eccleſ. c. 6. §. 2. nu. 23.* Etenim reus omnimodam ſuam innocentiam, quod non deliquerit, probare plerumquè non poteſt, cum ſit conuictus teſtibus: probare autem poſſet non eſſe eam criminis qualitatem, quam obijcit Fiſcus, Non occidiſſe nempè, *Mediante pecunia*; Qui ſi in dubio *ad eccleſ. immunitatem* admitteretur, omnem euaderet pœnam. Sed vbi ab Epiſcopo, ſeu de eius mandato Curiæ Seculari fuerit traditus. Probato tamen homicidio, licet non probetur qualitas, vel ab eo ſufficienter reprobetur, ſuſpendetur tanquam homicida, quę cum nimis grauia damna ſint, videntur etiam (quantum fieri poteſt) pręcauenda; Hęc ad Primam.

6 Secunda dubitatio eſt. *Satis nè ſit, ſi de eodem † delicto per indicia, & præſumptiones? cõſtet, vel debeat id concludenter probari?* Dubitandi cauſam augent Gregorianę Bullę verba, ibi. *An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Qua in re.

Prima fuit, *Farin.* opinio, *conſ. 76. à num. 3. 21.* Nõ poſſe Epiſcopum, delinquentes Curię ſeculari tradere, niſi conſtito prius de delicto, plenè, certè, & concludenter, *Gregor. Lopez l. 4. gloſ. 3. ad fin. tit. 11. par. 1. Mari. Ital. de immun. eccleſ. cap. 6. §. 1. num. 81. Gam. deciſ. 279. num. 1. 2. Curi. Philipp. §. retraydos. 12. num. 54. p. 3. Caſtill. deciſ. 156. à num. 5. Ricc. collect. 1792. ad fin. Ambroſ. de immun. eccleſ. c. 21. n. 4. Paz. in prax. 1. tom. p. 5. c. 3. §. 3. num. 218. Bonadil. lib. 2. polit. c. 14. num. 94. Guazz. reor. defenſ. 1. c. 31. num. 9.* Cum rei geſtę veritas, non niſi pleno proceſſu cognoſci poſſit: Neque enim poteſt dici, *Verè*, de eo conſtare, quod pręſumtionibus conſtat, *ad tex. l. Lucius. vbi Bart. & Rom. not. ff. de condict. & demoſtr. Roman. l. 1. C. de teſtam. milit. Pariſ. conſ. 104. num. 9. vol. 4. Ruin. conſ. 128. num. 2. vol. 4. Ambroſ. de immunit. eccleſ. c. 11. num. 4. ad fin. Natt. conſ. 29. num. 3. conſil. 581. num. 9. Gail, de pace public. cap. 13. num. 2. lib. 1. Farin. conſ. 76. num. 21.* Quia coniecturę, & indicia, probationem de iure non efficiunt, niſi in caſibus expreſſis. *Alex. num. 4. Iaſ. num. 13. in l. licet Imperator. ff. de lega. 1. Gamm. deciſ. 363. nu. 3.* Quod, *Guaz. d. c. 31. num. 9.* Intelligit, *plenè*, per teſtes deponentes ſuper delicto ex proceſſu ipſo informatiuo, vt neceſſe nec ſit, eos repeti citata parte, in illis enim
7 criminibus † exceptis, teſtes non repetiti probant, *Marſil. l. 1. num. 104. C. de rapt. virg. l. de vno quoque, num. 72. ff. de re iudic. Capic. deciſ. 155. num. 25. Honded. conſil. 107. num. 13. vol. 1. Gabr. tit. de crim. concluſ. 1. num. 21. Maſcard. de probat. concluſ. 137. num. 2. Felic. alleg. 3. num. 19. p. p. Baiard. ad Clarum. quæſt. 45. num. 19. Farinac. quæſt. 12. num. 123. Muſcatell. in prax. rub. de homic. mediante mandat. tit. de priuil. aſſaſſ. num. 76.*

8 Secunda fuit, † *Remig.* opinio, *de immun. eccleſ. quæſt. 2. n. 12.* Quod ſummaria ſufficit iudicis cognitio, an immunitate gaudere debeat reus, nec plena requiritur.

9 Tertia fuit diſtinguentis † *Gam.* ſententia. Aut de criminoſi remiſſione agitur, de vno ad aliud Regnum, & plena requiritur delicti probatio; Vt nec ſatis ſint indicia, & coniecturę, *Gam. deciſ. 279. n. 1. 2. deciſ. 363. num. 3. 4. ex Auendan. de exeq. mandat. c. 7. Grat. conſ. 92. nu. 24. vol. 2.* Aut de vno ad alium eiuſdem Regni Iudicem, remitti petitur reus, tunc indicia & coniecturę ſufficiunt, *Gamm. deciſ. 363. num. 3. 4. Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 17. num. 66. ex Auendan. & Grat. d. num. 24.* Aut de eccleſię immunitate eſt quęſtio in delicto; cui eccleſia non patrocinatur, tunc ſi non plenè, ſed per indicia probatum ſit crimen, quę ſufficiant ad torturam ſatis erit, ne fruatur immunitate, *Gamm. deciſ. 179. num. 2. deciſ. 281. Guaz. reor. defenſ. 1. c. 31. num. 9.* & fatetur, *Caſtill. deciſ. 156. num. 9.*

Quid

Digitized by Google

10 Quid dicendum? Amplectendam † cenſui, *Gam.*
ſententiam *d.deciſ.*179.*num.*2.*& deciſ.*281. Tradit
& meritò, *Farin.conſil.*211.*nu.*19. Præſumptiuè de
caſu excepto conſtare ſufficit, ne quis eccleſiæ gau-
deat immunitate aduerſus ea, quę, *conſ.76.num.*3.
21.prius dixerat, atque ita in illa Panormitana de-
clarauit *Clemens VIII.* aſſerens, ſatis in hoc eſſe ſum
mariam, ſimplicem & extraiudicialem informatio
nem pro conſcientia ipſius Archiepiſcopi. Quod
ad tollendam dubitationem omnem, a Sacra Con-
ſulta, apertiſſimis verbis ſancitum legimus, *ibi, Si ti-
bi ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quan-
tum pro tuæ conſcientiæ informatione ſufficere tibi vide
bitur.* Exornat copioſius, *P.Gambacur.de immun.ec-
cleſ.lib.6.c.15.& infra.*

11 Non obſtat verba † illa Gregor. bullę, ibi, *An ipſi
verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Quę ac-
cipienda ſunt, vt eam veritatem aſſequi ſtudeat E-
piſcopus, quam ſummariè, atque extraiudicialiter
ipſe poteſt, ita vt conſcientiam ſuam formet, illum
vere commiſiſſe, vel non commiſiſſe delictum, aut
non ſub ea qualitate, qua ad immunitatem, nō ad-
mitteretur, & ſecundum conſcientiam ita forma-
tam pronuntiet, Ratio eſt, quia huiuſmodi articu-
lus *De immunitate Reorum*, non maior eſt articulo,
qui vulgo vocari ſolet, de competētia Iudicis. Pro-
nūtiare enim in cauſa immunitatis, nihil aliud eſt,
quam pronuntiare, an iudex laicus ſit, iudex com-
petens, ad procedendum criminaliter cōtra reum,
qui ad eccleſiam confugit; At iſte articulus, de com
petentia Iudicis, non hanc requirit de iure proceſ-
ſus ſollennitatem. Etenim ſi tantam adhibere dili-
gentiam huic formando proceſſui Epiſcopus tene-
retur, ex hoc ipſo Epiſcopi proceſſu, atq. ex ſenten-
tia data per Epiſcopum ſeu perſonam ab eo depu-
tatam, qua pronuntiatur reo non deberi immunita
tem, poſſet ſecularis iudex procedere ad ipſius rei
condemnationem, niteretur enim legitimo ſollem-
nique proceſſui. Demum ſi ad id Epiſcopus tenere-
tur, in longum protraherentur cauſa immunitatis,
& in plures non modò menſes, ſed ad annos, inter-
dum, vt in cauſis criminalibus accidere non rarò ſo
let, quod nimis grauate ferrent iudices ſeculares,
nimis grauarentur rei, ſi tam longis carceribus de-
tinerentur, qui tandem ad immunitatem admitte-
rētur, nec parum de ipſa immunitate eccleſiarum,
cum his ipſis, detraheretur, qui, cum immunitas il-
lis competeret, tam longis carceribus vexarentur.
12 Hac itaque clara † & aperta ipſius Apoſtolicę Se-
dis declaratione conſtat, Qua veritate debeat Epi-
ſcopus cognoſcere delicta *Gregoriana Conſtitutione*
expreſſa, verè eſſe commiſſa, vt Reum ſeculari cu-
riæ tradi, & conſignari faciat: allucinatum ergo
cenſui in illius intellectu eſſe, *Ric.collect.*1792.*ad
finem.*

Tertia dubitatio eſt, *Iniuſta Rei extractio ab eccle
ſia, an iuſtificari poſſit ex teſtibus, facta iam extractio-
ne receptis?* Qua in re, duo ſunt caſus.

13 Primus eſt, ſi ſecularis † iudex iniuſtè reum ex-
traxerit ab Eccleſia, quia qualitas immunitatis ex-
cluſiua, probata non ſit; eo cognito illum eccleſię
reſtituere cogitur; vt nec ſuperuenienti probatione
reconualeſcat extractio, *ex Bellug.* notat, *Remig.de
immun.eccleſ.quæſt.*17.*Paz, in prax.*1.*tom.p.*5.*cap.*3.
*§.*3.*n.*15.16.*Bouadil.lib.*2.*polit.c.*14.*n.*94.*Villadieg.
in polit.c.*3.*n.*236. Tum quia reſtituenda eſt eccleſia
iam ſpoliata, *c.conquerente.c.item cum quis.de reſtit.
ſpoliat.* Tum quia actum à principio nullum, nec
reconualidat habilitas ſuperueniens, *c.ſi eo tempo-
re.de reſcrip.in 6. Remig. d.quæſt.*17. *à num.*2. *ad fin.
vſque.* Tum quia Gregor. XIV. Bulla, expreſſim ca-
uetur, quod imo ſeculares non poſſint, ſine Epiſco-
pi licentia, aliquem ab eccleſia extrahere, etiam in
caſu alias permiſſo, niſi Epiſcopus licentiam darē
recuſauerit, & tunc ſic extractum non niſi ad carce-
res eccleſiaſticos conducere debeant, *Farin.q.*28.*n.*
76. Donec per ipſum epiſcopum, aut ab eo deputa-
tum, fuerit cognitum ſuper crimine, an tale ſit, vt
14 gaudeat, vel non, Eccleſię immunitate. Quauis †
conſuetudine non obſtante, cui à Greg. Bulla dero-
gatum eſt, *Macerat.lib.*3.*reſol.*15.*nu.*5. *Farin.quæſt.*
28.*num.*74.*& Omnes.*

15 Secundus caſus eſt, ſi Epiſcopus † reum ab eccle-
ſia extraxerit, quem ad immunitatem admitti non
poſſe, inquit ſecularis iudex, tunc ſi delicti qualitas
immunitatis excluſiua ab eo probata non eſt, viſis
ab Epiſcopo Curię Secularis teſtibus, ad immuni-
tatem reum admittit, neque enim Curię Seculari
dandus eſt terminus ad probandum, *Mar. Ital.de*
16 *immun.eccleſ.c.*6.*§.*2.*num.*23. Nec ſolus † delicti ti-
tulus, facit quem eſſe reum, *l. quod ad ſtatum. ff.de
pœn. Angel.l.athletas.§.calumniator.in princ. ff.de iis
qui not.infam. Fran.deciſ.*330.*num.*7. *Maſtrill. de in-
dult.c.*29.*num.*20. *Rouit.tit.de cuſtod. reor. pragm.*1.
*num.*4. Nec eo ipſo, quod quis potuit accuſari, cen-
ſendus eſt reus, *l.fin.C.de accuſ.c.a nobis.qui matrim.
accuſ.non poſſ.* nec ſi accuſaretur, *c.ſciſcitantibus.*15.
*quæſt.*8.*cap.non ne.*8. *quęſt.*4. *& ibi, gloſ.verb.non ne.*
Inquit, ſola accuſatio non conſtituit aliquem reū,
vel criminoſum, *l.fin.C.de quæſtion. l. Diuus Adria-
nus.ff.de cuſtod.reor.gloſ.c.fin. verb.donec.*3.*quæſt.*2.
*gloſ.c.qualiter & quādo.verb.forma.de accuſat. Tuſc.
lit.D.concluſ.*141.*num.*8. *Roland. conſil.*24.*num.*61.
*vol.*1.*Maſtrill.de indult.cap.*29.*ſub num.*19. *Placent.
conſ.*25.*crim.Petr. Anton. Anguiſol. conſil.*25.*lib.*1.
*Param.de orig.S.inquiſ.lib.*3.*quæſt.*9. *num.*31. Idque
deffinitum in Regno eſt, *ex Ferdin. Reg.c.*23.119.
17 Neque enim aſſaſſinij † ſpecialia locum habent,
niſi de eius qualitate prius conſter, *Gramm.vot.*11.
*num.*7. *Aug.conſ.*14.*Cephal.conſ.*621.*num.*28. *Felic.
alleg.*3.*num.*40.41.*p.p.* Adeo vt ſatis non ſit ſola aſ-
ſaſſinij imputatio, *Io. Andr. c.*1.*de homic.in* 6.*Bart.
l.non ſolum.§.ſi mandato.num.*2.*ff.de iniur. Alexan.
conſ.*166.*num.*5.*in* 7.*Pariſ.conſ.*166.*num.*4.5.*vol.*4.
*Plac.lib.*1.*delict.c.*19.*n.*27.*Monticell.reg.crim.*8.*nu.*
18.19.*Farin.quæſt.*7.*num.*11.*quæſt.*8.*nu.*85.86.*Gra-
tian.diſcept.*619.*n.*17. *Roland.d.conſ.*24.*num.*62. ex
18 † ficta etiam rei confeſſione, *Foller.in prax.*4.*p.* 3.*p.
gloſ.& ſi confitebuntur, num.*9.62. *Gratianus. diſcept.*
619.*num.*19. Sed ex vera, *Gram.vot.*11.*num.*3.*Felic.
alleg.*3.*num.*42.*p.p.* Concludendum ergo eſt, quod
delicti qualitas, excludens eccleſiæ immunitatem
19 ex proceſſu informatiuo conſtare ſatis eſt † per in-
dicia indubitata, *c.*1.*de homicid.in* 6.*c.nouit.de iud.
Aloyſ.Leo.l.non ideo minus.num.*11.*C.de accuſ. Felin.
c.afferte.num.*9.*de præſump.Plac.lib.*1.*delict.cap.*19.
*num.*16.*Clar.§.aſſaſſinium.num.*6.*Bouadil.lib.*2.*polit.
c.*18.*num.*56.*Anguiſ.conſ.*25.*num.*5.*lib.*1.*D. Carol.*

Tap.lib.1.Iur.Neap.in conſtitut. de perſonis. num.18.
Rim.Iun.conſ.685.num.10. Maſcard. de probat.con-
cluſ.1223.num.13.Guttier.lib.3.quæſt.7.num.21.Fa-
rinac.quæſt.8.n.85.Maſtrill.de indult.c.29.n.21.De-
cian.lib.9.crim.c.30.n.22. Craſſ.cleric.effect.1.num.
711.Quibus torturæ locus ſit, Gam.deciſ.179.nu.2.
deciſ.281.Maſtrill.d.c.29.n.22.Caſtill.deciſ.156.nu.
9.Guaz.reor.defenſ.1.c.31.n.9.

Quarta dubitatio eſt, *Quæ iure canonum ad Eccle
ſiæ immunitatem pertinent, poſſint nè particulari Secu-
laris Principis lege, mutari, reſtringi, aut limitari?*
20 Hac de re reſpondendum cenſui, quod ſi inferior †
à Principe non poſſit facere delictum, quod permiſ
ſum ſit, Pute.de ſindic. verb. præceptum. §.reſtat. nu.
1.Bertaz.crim.conſ.340.num.1. Nec reus ſua confeſ
ſione, Rom.conſ.390. Crauet.conſil.29.num.2.conſil.
48.num.6.conſ.262.num.4.conſ.595.num.9.Farinac.
quæſt.2.num.7.Bertazz.crim.conſ.11.nu.2.conſ.166.
num.55.Surd.conſ.425.num.42. Felic.alleg.8.num.7.
alleg.15.num.47.p.p.Menoch.conſ.670.num.5. Prin-
21 ceps tamen † ipſe rectè poteſt facere delictum ſub
pœna, quod alias non erat delictum, Apetr.de Prin
cip.poteſt.c.10.num.8.Ponte, de poteſt.proreg.tit.1.§.
3.à num.29.Caual.de brach.reg.p.4. num.459.460.p.
6.num.659.Franc.deciſ.434. & homicidio ſimplici
22 † aſſaſſinij. vel alterius cuiuſquè criminis qualita-
tem poteſt adijcere, quæ illud transformet, & in
aliam ſpeciem vertat, Bart.l.denunciaſſe. §.quid ta-
men.ſub num.5.ff.de adulter. Felin.c.ex parte.1.num.
27.de reſcript. Clar.§.final. quæſt.66.Gratian.diſcept.
619.num.18.Farin.conſ.10.num.17.23. Bardell.conſ.
147.num.6.

23 Cæterum ad excludendam Eccleſiæ immunita-
tem, hoc non poteſt Princeps Secularis, Peguer.de-
ciſ.40.num.7.Ambroſ.de immunit.eccleſ.c.3.num.6.
Guazz.reor.defenſ.1.cap.38.num.36. verſ.nec obſtat.
Quod enim Ad immunitatem ſpectat, ius commu-
ne retuandum eſt, & propria criminis natura, cum
nec quicquam poſſit Princeps in præiudicium im-
munitatis Eccleſiarum, Petra, de Princ.poteſt.c.29.
n.41.iuris enim diuini eſt, ex veteri teſtamento, Ca-
pell.Tholoſ.deciſ.422.Rebuff.ad Gall.conſtit.tit.de im
mun.eccleſ.art.1.gloſ.1.n.1.5.Decian.lib.6.crim.cap.
25.n.2. Ambroſ.de immun.c.1.n.3.copioſè Tuſc.lit.
24 I.concl.59.à n.1. Proinde † differentia adueniens
generi, ſpeciem conſtituit, l.1.ff. de adopt. Bald.l.1.
C.de ſucceſſ.edict. Affl.deciſ.265.n.19. Schrader. de
feud.p.10.ſect.20.nu.170. Et legibus cautũ eſt quod
25 qualitas † adiecta enti, efficit ens alterius naturæ,
Bar.l.ſi quis poſthumo.§.ſi filium.in fin.& ibi, Iaſ.nu.
51.ff.de liber.& poſth.Bart.& alij, l.ius ciuile.ff.de iu-
ſtit.& iur. Crot.l.1.§.ſi quis ſimpliciter.n.13.14.ff.de
verb.oblig.Beuncaſ.§.ſupereſt. num.189. inſtit. de a-
ction.Marſ.ſing.520.Natt.conſ.362.n.18. Burſ.conſ.
20.n.12.Pariſ.conſ.68.num.327.in 4. Menoch.conſil.
35.n.13.Bardell.conſ.24.n.28.conſ.99.n.29. Bertaz.
crim.conſ.50.n.5.6.conſ.196.n.2. Caball.de omn.gen.
homic.num.408.Schrader.d.ſect.20. num.172. Surd.
conſ.33.num.3.conſ.131.num.25.conſ.179. num.40.
conſ.366.n.23.& Subiectum, cui inhæret informat,
Pariſ.conſ.85.num.59.conſ.60.num.6.in 4. Schrader.
d.ſect.20.num.171. Hoc tamen ad pœnam obligat
laicos, in ijs, quæ iuris ciuilis ſunt, & à ſeculari Prin-
cipe proueniunt. Cumque excepti criminis quali-
tas, Eccleſiæ deroget immunitati, qua gauderet
reus, ſi crimen à ſe commiſſum laicali lege qualifi-
catum non fuiſſet, id ergo in eccleſiæ præiudicium
26 ſtatuere non potuit Princeps: Tum quia ſtatuere †
iuriſdictionis eſt, Bartol.l.imperium.ff.de iuriſd.omn.
iud.in l.omnes populi.num.3.ff.de iuſt.& iur. Roman.
conſ.218.num.2.Peregr.conſ.4.num.7.in 3.Surd.conſ.
301.n.15. Laici autem nullam in eccleſiæ immuni-
tatem habent iuriſdictionem, l.decernimus.C.de epi
ſcop.& cler.c.2.vbi gloſ.de for.compet.Oldr. conſ.83.
Grilenz.conſil.53.nu.48.Surd.conſil.301.n.62. Tum
quia poteſtas Secularis derogare non poteſt legi-
bus ad Religionis fauorem conſtitutis, Marta, de
iuriſdict.p.2.cent.2.caſ.171.num.9. Decian. conſ.51.
in 3.Grilenzon.conſil.136.num.16. etiam indirectè,
Felin.c.nouerint.col.2.de ſen.excomm. Tuſc.lit.P.con-
cluſ.900.num.17.Grilenz.conſil.71. num.1. Petra, de
Princip.poteſt.c.29.nu.42. Ne quod vna via eſt pro-
hibitum, alia videretur permiſſum, l.quod dictum.ff.
de pact.l.cum hi.§.ſi cum ijs. ff. de tranſact. l.athletas.
§.ait prætor.ff.de infam.c.cum quid. de regul.iur. in 6.
Schrader.de feud.p.10.ſect.4.num.81.Surd.conſ.301.
num.75. Crauett. conſ.973. num.27. etiam per obli-
quum, l.fin.ad fin.C.de vſur.rei iudic. Feder.de Senis,
conſil.242.ad fin.latè Petra, de Princ.poteſt.cap.32.
quæſt.2.num.51.Tuſc.lit.P. concluſ.900.nu.41. Tum
quia curandum nobis eſt, quod eccleſiæ immuni-
tas non tollatur, aut modaretur indirectè potius,
vel directè, quia quoquo modo lædatur, ſat eſt, lai-
corum ſtatuta non ſubſtineri, ad tex.c.quanto.de pri-
uileg.c.ſtatutũ.de hæret.in 6. Siue expreſſis, ſiue vela-
tis (vt aiunt) verbis actum id ſit, c.clericis.§.fin.§.nos
igitur.de immun.eccleſ.in 6. Doct.c.eccleſia S.Mariæ.
de conſtitut.Vaſq.lib.1.de ſucceſſ.creat.§.10. numero
658.Alba, conſ.8.num.3.Burſ.conſ.42.num.17. Surd.
conſ.301.num.77. Ne prohibitus facere expreſſe, ta-
cite poſſit, l.qui ad certum.ff.locat. Schrader.de feud.
p.10.ſect.5.num.192. Tiraqu.ad ll.connubial.gloſſa 5.
num.60.

Quinta dubitatio eſt, Graſſator, id eſt qui prædę
cauſa ad ſtratam, vel nemus ſe poſuit, animo ſpo-
liandi tranſeuntes, *Si ſemel delictum illud perfecerit,
An Eccleſiæ, ad quam confugit, gaudeat immunitate?
Et à quo Seculari Iudice vendicari poſſit?* Graſſato-
27 rem † propriè diffiniunt Omnes, qui publica, & fre
quentata itinera ſæpius obſident, viatores diſpo-
lians, non qui ſemel, aut bis graſſatur, l.capitalium.
§.graſſatores.ff.de pœn.Decian.lib 9.crim. c.29.num.
7.P.Gambacur.de immunit.eccleſ. lib.5.c.11.12. Pe-
guer.deciſ.40.num.3.Farin.de immun.eccleſ. nu.163.
Ricc.collect.1792.in princ. Ambroſ.de immun.eccleſ.
c.3.num.3.4.5.Muſcatell.in prax. tit.de furt. num.55.
etiam in mari, Alciat.conſ.11.lib.1. Ball.de liter.de-
ſpenſ.caſ.9.num.2.Peguer.deciſ.40.num.4.Franc.de-
ciſ.142.num.2.4.Decian.lib.9.crim.cap.29. num.10.
28 Graſſatores itaque † viarum eccleſię immunitate
non gaudent, c.inter alia.de immun.eccleſ.Tuſc.lit.L.
concluſ.10.num.18.concluſ.11.num.1.54.lit.L. concl.
14.num.8.Mar.Ital. de immun.eccleſ.quæſt.9. Clar.§.
fin.quæſt.30.Boniſac.de furt.§.fin.num.67.Remig.de
immun.eccleſ.reg.2.fallen.3.Guaz. reor.defenſ.1.cap.
38.n.35.Farin.de immunit.eccleſ.num.161. Ambroſ.
de immun.c.3.Bouadill.lib.2.polit.c.14. nu.24. Ricc.
deciſ.63.num.3.Peguer.deciſ.40. Decian. lib.6.c.29.

Couar.

Couar.2.reſol.c.9.num.7.Franc. Marc. deciſ.267.nu. 2.3.p.2.Gram. conſ.37.num.14. conſil.59.num.4.P. Gambacur.d.c.12.num.4.Gomez,var.3.c.10.num.1. 2.Macerat.lib.3.reſol.33.num.4.

Verum ad ſecularem illum Iudicem remitti de-
29 bet reus, cuius † iuriſdictionis eſt territorium cohærens mari, l.1.vbi Bart.Angel.Apen.Plate.& Rebuff.C.de Claſſic.lib.11.l.inſulæ Italiæ, ff.de iudic.c.licet.vbi gloſ.& Bald.num.2.ff.de ferijs gloſ.c.vbi periculum.§.porro.& ibi; Archid. Domin. Ioan.Monach. num.12.de elect.in 6.l.inter eos.ff.de acquir. rer.dom. l.notionem.§.1.ff.de verb.ſignif.l.Cæſar.& ibi Caſtr. num.5.ff.de publican. & vectig.Felin. c.Rodulfus. de reſcrip.c.ad liberandum.de Iudæ.Bart.de Tyberiad.p. 2.tit.de Inſul.Bald.conſ.51.num.2. in 4.Caleſat. l.imperium.num.147.ff.de iuriſd. omn.Iud. Gomez. deciſ. 12.Suar.alleg.17.à num.1.Petr.Greg.ſintag. iur.lib. 1.c.3.num.5.Lopez, l.8.gloſ.2. ad fin. tit.20.p.2.Gerard.ſing.15.num.1.Guid.Pap.deciſ.577.nu.1.Ponte de poteſt.proreg.tit.11.de trirem.num.42.Auendan. de mand.reg.p.p.c.4.nu.4.Caucer,3.reſol.c.13. de Iurib.Caſtr.nu.297.Oſaſc.deciſ.155.nu.2.Frecc. de ſubfeud.tit.quis dic.march.nu.6. Aſin.in prax. c.7.§.1. nu.5.Bellug.de Princip.rub.30.§.pari ratione.num.1. Reyger.Theſaur. Iur. lit. Iu.49.Pedam.deciſ.feud.8. num.2.Fontanell.de pact.nup.clauſ.4.gloſ.11.num.91. Valenzuel.conſ.100.num.55.Borrell.Summ.deciſ.tit. 41.de iuriſd.& imper.num.125. & de Reg.præſtan.c. 46.num.234.Mattheæ de via, vniuer.iur.lib.1.c.36. Tuſc.lit.M.concluſ.86.num.1.Decian.lib.4. crim.cap. 17.num.29.conſ.123.num.26. vol.3. Bouadill.lib.4. polit.c.2.num.69.c.5.num.6.Garz. de expenſ.cap.21. num.34.Marſ.de bannit.verb.ciuitate.num.150.& in l.fin.num.183. vbi Cagnol. num.2.3.ff.de iuriſd.omn. Iud. Ex eo infert, bannitum à territorio, bannitum quoque eſſe à Mari, quod per locum illum diſtinguitur, Felin.c.Rodulfus.nu.12.de reſcript. Sic bannitus de vno loco, ab adiacenti loco bannitus,cenſetur, Foller.in prax.gloſ.bannitus. nu.29.Thob.compend.deciſ.lit.G. verb. Guidaticus. 1.col.4. ad fin. Si enim Rex debet Regnum ſuum à malis hominibus expurgare, l.congruit. ff.de off.præſid. Ita & mare ei vicinum, Ponte,d.tit.11.de trirem. nu.1. Valenzuel. conſ.100.num.55. Principis eſt viarum cura, Borrell. de reg. præſtan.c.7.num.15. Earumque protectio in Mari, Intrigl.de feud.cent.2.art.82.num.77. Vt libera & ſecura cuique ſit nauigatio, Apenn. Rebuff. Ponte, loc.nuper citat. De regalibus enim eſt mare, Oſaſc.deciſ.155.num.81.Sextin.de regalib. lib.2. c.3. num.98. Licet vſus omnibus ſit communis, l.2.ff.de rer.diuiſ.§.& quidem. Inſtit.eod. Caball. de omn.gen, homicid.num.485. & alij iam cit. Criminis ergo vi-
30 cino † in Mari commiſſi punitio, ad Regios ſpectat Officiales iuriſdictionem viciniori in terra habentes, Bart.d.l.congruit.Marſ.l.fin.num.180.ff.de Iuriſdict.omn.iud.c.Franc.deciſ.142.num.6. Decian.lib.4. crim.17.num.29. Guaz. reor.defenſ.1.c.25.num.12.
31 Ideoque Pragm. 1. tit.47. p.p. contra † latrones in ſtratis publicis, afficit etiam latrones in Mari, Franc. deciſ.142.Rouit.pragm.5.num.5.rubr. vbi de delict. quis debet conueni.D.Carol.Tapp.de iur. Neapol. lib.2. rub.31.de Offic.magn.admir. num.3.& lib.3. rubr.6. vbi de crimin.agi oport.ad pragm.5.num.1.Ricc.collect.48.Capibl.in.de Baron.pragm.6.nu.39. pragm.8. nu.233. Mare, enim, portus, & inſulæ, populi pragmaticis reguntur, & lege, cui inhæret, Bald. c.licet. de ferijs, l.ſi quis ita. ff.de aur. & arg.leg. Valenzuel. conſ.100.num.55.Valaſc.deciſ.182. num. 16. Deciſum ex his alias vidi, Graſſatorem in Littore maris Baroni remiſſum non fuiſſe, licet eius territo-
32 rium † adhæreat mari, quia per ictum baliſtæ à mari, ceſſat Baronis iuriſdictio, vt nullum in eo habeat merum, mixtumque Imperium; Nec pro delictis in mari, vel Littore maris, legitimus erit Iudex, Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.8.q.12. Frecc. de ſubfeud.tit.quis dicat.march.nu.4.Capiblanc. d.pragmat.8. num.146. Niſi conceſſum à Rege ei fuerit mare, Tunc enim intra mare, ad centum vſque miliaria, eius extenderetur iuriſdictio, Oſaſc.deciſ.155. Hierony.de Monte, de finib.regund.c.7. Frecc. de ſubfeud.tit.de off.magn.admir. Petr. Greg. d.q.12.nu.2. Capiblan.d.pragm.8. num.146. Littus maris dicitur eatenus, quatenus maior hybernus fluctus excurrit, l.littus eſt. ff.de verbor.ſignif. Rouit.tit.de Naut. pragm.1.num.1. Et littus fluminis, ea pars terreni eſt, quod aqua hyemalis, vel æſtiua calcauit, & decreſcente flumine, remanet ſicca, & arenoſa, qui remanet publicus, vt flumen eſt, Aluei naturam inſequens, Bald.conſ.463.num.4.vol.4.Tuſc.lit.L.concl.ſ.398.num.1.

Sexta dubitatio eſt, *Graſſatores ſi delictum non perfecerint, ſed ſæpius attentauerint, An eccleſiæ gaudeant immunitate, ad quam confugiunt?* Qua in re, il-
33 la † proprie, inquit, Maſtrill. de indult.c.33. num.8. ad fin. Derobatio eſt, quæ cum effectu, in rebus ſecuta ſit, derobatio namque reſpicit rem, §.1.Inſtit. de obligat.ex delict.ibi, furtum, & cõtrectatio rei alienæ, l.1.ff.de fur. Rim.Iun.conſ.761.num.23. Proinde
34 ſi quis † viatorem ſpoliare attentauerit, nec cum effectu ſpoliauerit, non dicitur derobaſſe, vt in M.R.C. deciſum refert, Maſtrill. de indult.c.33.nu. 8.Pacian.conſ.115.nu.21. Sunt enim legis, ac Principis verba, ſemper intelligenda, cum effectu, Maſcard.de probat.concl.9.num.10.Merlin.deciſ.5.num. 3.Cephal.conſ.303.num.68. Et addunt, verba in potiori ſignificatu eſſe accipienda, in ijs etiam quæ ſtrictè interpretanda ſunt, l.1.§.qui in perpetuum.ff. ſi ager.vectig. Aret.per tex.ibi, in l.cum lege. ff.de teſtam.Merlin.deciſ.5.num.4. Hinc ſi ſtatuto ſancitum ſit, *Qui voluerit mulierem corrumpere*, Capite puniatur, intelligendum inquit, Gram.deciſ.2.à num.12. Si cum effectu corruperit, vel ſi dicat, *voluerit alium venerare*, intelligitur de delicto conſumato, glo.l.1. verb. voluerit.ff.de leg.2.quem tex.ibi ad hoc not.Caſtr.& Alex.& in l.ſi conſtituerit.verſ.voluiſſe. ff.fin. regund. Crem. ſ.ſing.49.Ball.de lit.diſpenſ.lib.3. caſ. 13.num.8. Caball. de omn.gener.homicid.num. 585. 589. Neque enim pœnæ, per conſtitut.capit.& pragmat. Regni impoſitæ locum habent, niſi delictum ſit conſumatum, Afflict. deciſ.21.num.10. Gramm. deciſ.74.num.3.4.Rouit.tit.de pœn.pragm.1. num.8. non ſi attentatum, Maſcard.de gener.ſtat.interpr. concluſ.2.num.213.

35 Cæterum ſi hoc † ſæpius quis attentauerit, licet non perfecerit, propter criminis iterationem capite puniri debet, Etſi pro prima vice delictum hoc non ſit mortale, l.capitalium. §. graſſatores. vbi, Bart.& Alber.ff.de pœn.Pacian.conſ.115.num.21.

Quia

Digitized by Google

Quia delinquendi conſuetudo requiritur, *Igne.l.3.*
§.ſubuertitus.num.107.ff.ad ſillan. Fulgoſ.conſil.157.
num.3. Riec. deciſ.63. num.4.p.p. Peguer. deeiſ. 40.
quæ auget pœnam, *l.aut facta.§.fin.ff.de pœn.Felic.*
alleg.40.num.11.p.p.
36 Hæc iuris ciuilis ſunt, iure † tamen Canonum,
eccleſiæ non priuatur immunitate, qui ſæpius de-
robare attentauerit, ſi delictum non conſumaue-
rit, *Suarez, de ſtat.religio.lib.3.e.11.num.14.* Nec ſi
37 ſemel † aut bis in ſtratis publicis derobauerit, ſed
plures requiruntur commiſſæ derobationes, vt graſ-
ſatores dicantur, & publici latrones, *Cepoll. auth.*
ſed nouo iure.num.106.C.de ſeru.fugit. Ang.conſ.403.
num.3.Fulgoſ.conſ.149.num.5. Muſcatell. prax.crim.
rub.de furt. & rapin. num.54.55.Tuſc. lit.L. concluſ.
14.num.4.Guazz.reor.defenſ.1.c.38.nu.33.34.Am-
broſ.Decian. Ricc.Peguer.Farin. iam citati *num.27.*
Siue in publicis, & frequentatis, ſtratis, *Ambroſ.d.*
c.3.num.6. ſiue alibi per inſidias, *Farin.de immunit.*
eccleſ.num.166. Ambroſ.d.c.3.num.8. Licet ſecula-
ris Iudex morte eum puniat, qui ſemel graſſatus
ſit, *ex Pragm.1.2.tit.47.p.p.* Nam quod attinet ad
Eccleſiæ immunitatem, ius commune ſeruandum
eſt, *& Pragm.* qua ſemel graſſatus, vt publicus la-
tro furcis ſuſpenditur, priuilegia, & eccleſiæ im-
munitatem iure Canonum conceſſa non remouet,
Peguer.deciſ.40.Ambroſ.d.c.3.num.6. Guazz. reor.
defenſ.1.c.38. num.36. ad fin.

Septima, dubitatio eſt, *Quæ probatio, hac in re,*
38 *exquiratur?* Delinquentes inquit † *Ronit.* neceſſe
eſt, vt verè delinquentes ſint, & conuicti de deli-
cto per veras probationes, nec ſatis eſt indictatos
eos eſſe. *Ronit.pragm.3.num.1.rub.vbi de delict.quis*
debet conuen.ex Gam. deeiſ.363. & Grat.conſ.92.nu.
24.in 2. quos citat. Ego autem, *Gamm.& Grat.* non
rectè *Ronit.* Accepiſſe cenſui: loquuntur enim in
petita de vno aliud Regnum remiſſione, At ſi de
vna, in aliam eiuſdem Regni ciuitatem, Summa-
riam delicti cognitionem etiam per indictia ſatis
eſſe voluit, *Gamm.d.deciſ.363. Grat.d.conſ.92.num.*
24. quia, vt eccleſiæ gaudeant immunitate, ſuffi-
ciunt indictia ad torturam *ex Gramm.Maſtrill.Ca-*
39 *ſtill.& Guazz.dixi, num.19.* Cumque hoc † in caſu
derobationem probet Fiſcus, ex eiuſdem derobati
tantum teſtis dicto, nullam fidem facere eum poſ-
ſe inquit, *Sim. de Prat. conſil.102. Felic.alleg.25. à*
40 *num.1.p.2.* Cum nec † teſti in cauſa propria, de iure
credimus, *l.nullus.ff.de teſtib.Bald.conſ.227. num.3.*
in 5. Pacian.conſil.85.num.71. Niſi ſuum tenuntiet
intereſſe, *Bald.l.diſtantibus.num.3. C.de teſtam.Fe-*
lin.c.perſonas.num.2.de teſtam.c.in ſuper.ad fin.de te-
ſtib. Anan.c.cum in dioceſi. col.2.verſ. & ſic poteſt.
de vſur. Angel.conſ.275.ad fin. Alex. conſ.72.nu.5.
in 1. Crauet. conſ.75. num.29.Marcabr.conſ.28.num.
44.Rolan.conſ.45.num.14.conſ.98.num.31.in 4. Fa-
rin.q.60. num.51. queſt.43.num.5. Caſtill.deciſ.157.
num.11. Menoch. de arbitr.caſ.235.num.25. Ferrat.
cautel.40. Lamberteng. de contract. gloſ.10. num.20.
& gloſ.12. Herculan. de negat. num.215. Felic.alleg.
129.num.4.p.2. Maſcard. de probat. concluſ.417.nu.
15.concluſ.1357.num.57.Tuſc.lit.T. concluſ.200.nu.
10.42.Bertaz.crim.conſ.251.num.31. & in ſcolij ad
conſ.236.num.16.lit.C. Burſ.conſ.87. num.39. conſil.
340.num.89. Qui nec, hoc in caſu, teſtem omni ex-
ceptione maiorem eſſe ait, *ex Crauet.conſ.73. num.*
30.Caſtill.d.num.11.ad fin.
41 Nec ex ſola fama, quod publici ſint latrones,
damnari eos poſſe cenſuit, *Ball.de liter.diſpenſat.lib.*
3.caſ.9.nu.8. Niſi probetur delictum in ſpecie, *Pu-*
te.de ſindic.verb.tortura.§.quidam latro famoſus.col.
3. Campan. R.N. cap.223.num.6. Muſcatell.in prax.
rub.de fur.& rapin. num.53.55.tit.de pœn. delic.præ-
dict. num.42. ad tex.pragm.1.tit.47.par.p. Verum ſi
quis in campis graſſaretur, bannitos diſcurſores vl-
tra dies decem inſequens, licet de delictis ab eo
commiſſis non conſtet, mortis pęna plectendus ad-
huc eſt, *ex Pragm.3.§.fin. tit.48.p.p.* Si ex fama
graſſatorem per campaneam illum fuiſſe probe-
tur, *Muſcatell.prax.delict.in proem.à num.52.Guazz.*
reor.defenſ.4.c.4.ſub num.5.

Non obſtat quod ex *Regni Neap.pragm.* Sancitũ
dixerit Fiſcus Secularis, in crimine furti tres crimi-
nis ſocios verè confeſſos conuincant plenè ad vlti-
mi ſupplicij pœnã, quem ipſi nominauerint, Quia
42 vbi nominatus † ex vnius ſocij depoſitione, ſine
alijs adminiculis fuerit tortus, & negauerit, ſuper-
uenientibus exinde alijs duobus ſocijs criminis, nõ
erit ille nominatus puniendus, *ex d.pragm.* Omne
namque indicium ex primo ſocio criminis, per
torturam verè expurgauit, adeo vt duo alij ſocij
criminis remãſerint ex quorum depoſitionibus lo-
cus eſſe nec poterit, *d.Pragmat.* Quæ tres requirit,
Franc.deciſ.577.Guaz. reor.defenſ.3.c.40.nu.2. Erit
tamen contra eum locus torturæ, per duas illas no-
minationes, ſiue malæ vel bonæ famæ reus ſit, *Mu-*
ſcatell.in prax.rub.de furt.& rapin.tit.de priuileg.de-
lict.prædic.à nu.29. reiecta *Campan.* opinione *R.N.*
c.frequens.7.num.68. Qui in homine bonæ vitæ &
famæ id procedere negat.

Octaua dubitatio eſt, *Auxiliator in Aſſaſſinio,*
An Eccleſiæ gaudeat immunitate? De perſonis ac-
ceſſorijs palam eſt, in hac Gregor. XIV. Conſtitu-
tione, nullam fieri mentionem, ideoque recurren-
43 dum † eſſe inquit, *P.Gambacurt.de immunit.eccleſ.*
lib.5.c.34.num.14. Ad ius antiquum, quo licet aliæ
perſonæ, etiam acceſſoriæ, æquè puniantur, ac
principales, quia tamẽ nec de ipſo principali man-
dante expreſſum eſt, carcere immunitate, *ex c.1.de*
homicid.in 6. Imo *Doct.* qui id inde colligunt, *de*
Mandante: nihil dicunt de his perſonis acceſſorijs;
Ideo nec ipſe, *P.Gambacur.d.num.4.* Voluit ſine au-
thoritate *ab Eccleſia immunitate*, eos excludere, cũ
præſertim hodie in Aſſaſſinijs, quæ per Chriſtianos
mandatarios committerentur, non ſoleat contra
huiuſmodi perſonas acceſſorias procedi.

Contrar.dixi verius, Imo auxiliatores in Aſſaſſi-
44 nio † eorumque ſocios & complices, *eccleſiæ im-*
munitate Non gaudere, ad quam confugiunt, *Plac.*
lib.1.delict.c.19.num.25. Remig. de immunit.eccleſ.
fall.15.num.9.Farin.q.123.num.69.queſt.28. nu.26.
& de immun. eccleſ.num.124. Guaz. reor.defenſ.1.c.
38.ſub num.42.Caball.de omn.gener.homic.num.527.
Guttier.lib.3.pract.queſt.7.num.53.Sim.de Prat.con-
ſil.81.num.9.Pariſ.conſ.166.vol.4.Vulpell.conſ.143.
num.12. Craſſ.cleric. effect.1.num.685. Si aſſaſſinij
qualitates ſciuerint, *ad tex.l.generaliter. C.de tabu-*
lar.lib.10.l.fin.ff.de decret.ab ordin.facien.Surd.conſ.
328.num.29.Bertaz.crim.conſil.328. num.6.Craſſ.d.
effect.

Digitized by Google

effect.1.num.686. Tunc enim puniuntur ipſi pœnis, quibus principales, *Guaz. de treng. & pac. p. p. quæſt. 79. & reor defenſ. 2. c. 38. ſub num. 42.* Alias ignorantia excuſa eà pœna, *l. tutor. ff. de pignor. action. Simon. de Prat. conſ. 48. num. 18. conſ. 81. num. 11. Surd. conſ. 433. num. 8. Alba, conſ. 770. num. 35. Peguer. deciſ. 25. num. 2. Craſſ. d. effect. 1. num. 687.* Si proximum præſtiterint auxilium: Procedit enim, *tex. cap. 1. de homic. in 6.* Nedum in mandante, & mandatario, *Gabr. tit. de crim. concluſ. 1. num. 32.* Sed in fautore, & auxiliatore, *Triuiſ. deciſ. 18. num. 1. lib. 2. Gabr. d. concluſ. 1. num. 33.* Sicut ab Eccleſiæ immunitate, Aſſaſſinos excluſos voluit Greg. XIV. in d. Bulla, Exornat, *Ambroſ. de immunit. eccleſ. cap. 7. Paz, in prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 3. à num. 33. ad num. 140. Bonadill. lib. 2. polit. cap. 14. num. 77. Germon. de ſacror. immun. cap. 16. num. 70. Guaz. reor. defenſ. 1. c. 38. nu. 41. Guttier. lib. 3. pract. quæſt. 7. num. 50. Clar. §. fin. q. 30. num. 11. 13. & §. aſſaſſinium. num. 5. Farin. q. 28. num. 26. quæſt. 123. num. 69. & de immunit. c. 8. num. 118. Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 18. lib. 9. c. 30. num. 12. Remig. de immunit. fallen. 15. num. 7. 8. 9. Suarez, de ſtat. religion. lib. 3. c. 11. num. 15. Villadeg. in polit. c. 3. num. 211. 215. Heuya, in Curia, Philip. §. 12. Retraydos. num. 34. p. 3. Conar. 2. reſol. c. 20. ſub num. 10.*

45 Et ampliat *Plac. d. c. 19. num. 9.* in attentante † qui habita, vel promiſſa pecunia mandatum acceptauerit, nec ad exteriorem aliquem actum, delicti conſumationi proximum, proceſſerit. Quo in caſu, licet extra ordinem puniendus ſit. Ad eccleſiæ tamen immunitatis priuilegium non admitteretur; Cum ſtatim mãdato, & pecunia data, vel promiſſa, priuetur Eccleſiæ immunitate, *Mant. lib. 5. obſer. 41. Remig. de immunit. fallen. 15. num. 8. Plac. d. c. 19. num. 24. Gratian. diſcept. 598. nu. 6.* Nec gaudet Regis indultu, *Gram. vot. 11. Rouit. tit. de abolit. pragm. 5. num. 25.* Eoque magis ſi ad actum proximum ſicarius deuenerit, *Gram. vot. 8. 9. 11. Guttier. lib. 2. pract. quæſt. 7. num. 44. 54. 59. Rouit. d. num. 25.*

46 Licet † ab his receſſerit, & minus rectè, *Farinac. de immun. num. 123.*

Ex his deciſum fuit, in Curia Archiepiſcopali, Meſſanæ, Iacobus Trimarchi, *Non gaudeat eccleſia immunitate*, idem fuiſſet dicendum de Ioan. Vincentio Florio, niſi veneno aſſumpto ſe ipſum occidiſſet. Cæteros à carceribus dimiſſos audiui. Anno MDCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Animus, & propoſitum diſtinguunt maleficium.*

2 *Homicidium caſuale potius, quam deliberatum præſumitur.*

3 *Inimicitia probanda eſt, & manifeſtè, quæ ad occidendi animum,* Grauis eſſe debet, *num. 7.*

4 *Amicitia præſumitur, quæ offendendi animum remouet, num. 9.*

5 *Caſuale præſumitur homicidium, ſi ceſſet occidendi animus.*

6 *Offendendi animum ille non habet, quo cum nulla eſt inimicitia.*

8 *Homicidium ab inimico deliberatum cenſetur, ſi aliquo prius non dicto illum aggrederetur; Aliàs ſecus.*

10 *Occidendi animus ex impetu, & percuſſionum furore probatur, coaddito Armorum genere.*

11 *Delictum ex leuitate iocoſa, An ſit puniblie? & num. 12. 15. 16.*

13 *Perſuaſio, violenta coactio eſt.*

14 Tex. l. 1. ff. de aleator. *declaratur.*

17 *Scrimia, licitus eſt ludus, cum omni armorum genere, & quando? num. 18.*

19 *Vulnus punctim illatum, periculoſum eſſe ſolet, ſecus ſi per taleum, vel inciſionem.*

20 *Armorum genus delictum minuit, ſed quando, nu. 22.*

21 *Vulnerans paruo cultello, occidendi animum habuiſſe non cenſetur.*

23 *Luſor quod in ludo egit, ludi cauſa feciſſe cenſetur.*

24 *Dolo non caret ille, qui in actu Scrimiæ dixit (tò piglia queſta.)*

25 *Verba ſemper ſunt interpretanda, vt dolus, & delictum excludatur.*

26 *Occidendi animum habuiſſe non præſumitur, qui arma abijcit, ſuumque ſatum deteſtatur.*

27 *Offendens ſi non ita ſe offenſurum conqueritur, mali ſui animi indictium remouet.*

28 *Animus ex verbis cognoſcitur, & factis.*

29 *Offenſor ſi medicamenta offenſo attulit, occidendi animum à principio excludit.*

30 *Scholari multa ſunt condonanda.*

31 *Præſumptio, contrarijs præſumptionibus eliditur.*

ARGVMENTVM.

Occidendi animus, quibus excuſetur coniecturis, ne vulnerans de occiſo teneatur, licet vulneratus deceſſerit.

CONSILIVM LI.

DElectauit me, mirum in modum Epiſtola tua, qua monitum te velim, enixè rogas, quo fato, Ioannes Vartica filius tuus à Franciſco Noargulielmo in oculo eius deſtro vulneratus Meſſanæ obijerit: vel ſi liceat, tibi interfectorem ipſum accuſare, vt puniatur; Aut aduerſam filij tui fortunam, æquò animo potius pati, eique interim pro Chriſtiana pietate cedere. Perlegi libens literas tuas, & ſummam rei ad te præſcribendam putaui, vt quid commodius, ac tibi, tuæque familiæ vtilius conſulendum videretur, inſequaris. Theſis eſt.

Sancti Martini peruigilio, abſoluta iam in legũ Gymnaſio lectione, Ioannes Vartica, & Franciſcus Notarguglielmo, vnà cũ alijs condiſcipulis, adeamus (dixerunt) Franciſci domum digladiandi cauſa per iocum, quò, cum ſe omnes contuliſſent Ludicrum Ioannes arripuit gladium (vulgo la Smarra) arripuit etiam, & Franciſcus alterum. Cumque viciſſim in Scrimia luderent, Excipe (Ioannes ait Franciſco) vulnus punctim illatum, quod cum eluſiſſet, plagam tu quoque punctim datam accipe, reſpondit Franciſcus, Rudi igitur gladio, dextrum eius offendit oculum, eruitq; quo viſo arma abijcit Franciſcus, & in malam ſuã fortunam lacrimis inuehit, ſeque non tantum offenſurum crediſſe

conque- [?]

conqueritur, Imo nec ad proprias Ioannem remi-
grare ædes permiſit, ſed in eodem Franciſci tecto,
Periti ſanè Medici conſilio, medicamenta mini-
ſtrat: Sed lecto affixus Ioannes, paucas poſt horas
expirauit. Euentus planè fatalis, noxioque caſui
obnoxius quàm maximè. In quo ſi rationum mo-
numenta à legibus præſcripta conſiderare liceat;
Dubio procul eſt, inopinatum fuiſſe caſum, nec vl-
la dignum pœna exiſtimandum. Hoc denique eſt,
quantum cognitionis, aſſequi potui, ex rebus ge-
ſtis ipſiusmet Franciſci interfectoris. Sed ad iuris
controuerſiam.

Illud præcæteris in iure definitum comperimus,
1 animo & propoſito † diſtingui maleficium, l.1.§.
Diuus.ff.de ſicar.l.1. C.eod.l.verum.ff.de furt. Caball.
de omn.gener. homic. num.183.207.468. Decian.lib.
9.crim.c.27. à num.1. Marſ.conſ.25.num.29. Neguſ.
conſ.509.Felic.allegat.4.num.13.p.p. Et ea ſumenda
interpretatio eſt, quæ ſit excluſiua delicti, Galuan.l.
Gallus.c.7.nu.190.ff.de liber.& poſthum.Gabr.tit.de
crimin.concluſ.12. num.1. Farin.q.85. Bertaz.crim.
conſ.57.num.7.Menoch.conſ.128.num.8.& lib.5.præ-
ſumpt.2. Laderch.conſ.181.num.26.Felic.alleg.5.nu.
10.p.p.Peregr.conſ.75.num.5.vol.1. conſ.23.nu.10.
in 3.Aldouin.conſ.20.num.72.conſ.22.num.16.conſ.
33.num.22.conſ.29.num.7. Surd.deciſ.336. num.21.
Vel minus deliquiſſe, Bald.l.fin. col. vlt. C.de edilic.
edict.Blanc.l.fin.num.54.ff.de quæſt.Caſon.de indic.c.
5.num.5.Alex.conſ.115.vol.3.Seſſe de inhibit.c.22.
§.1.num.9.Bertaz. crim.conſ.208.num.5.Alba, con-
2 ſil.46.num.11. Nec deliberatè † ſed caſu, Felin.cap.
cum dilectus. verſ.& per hoc.de accuſat.Abb. cap.1.
num.7.de cleric. non reſid. Foller. gloſ. quod ſuffocauit
vxorem. num.9.12. Boſſ.tit.de homic.num.52.& de
remed.ex ſol.clemen.Princ.num.56. Aret.conſil.80.
Plot.conſ.30.num.74.Caball.de omn.gener.homic.nu.
385.Surd.conſil.40. Macerat.lib.3.reſol.36. num.14.
Maſtrill.deciſ.297.num.37. Menoch.lib.5.præſump.2.
num.1. præſertim ſi nulla præceſſerit culpa, Caball.
de omn.gen.homic. nu.144. Latrone excepto, aſſue-
to homines in ſtratis publicis aggredi, & occidere,
Ioan.Andr.Hoſtien.& alij,in c.inter alia. de immun.
eccleſ.Surd.conſ.33.num.3.Maſtrill.deciſ.297.nu.37.
Bertaz.d.conſil.208.nu.5. Cumq; caſuale fuerit ho-
micidium ſine dolo, & culpa, puniri non debet, Ca-
ball. de omn.gener. homic.nu.159. Eugen.conſ.90.nu.
115.Medic.de caſ.fort.p.2.q.1.num.24.

Primum itaque inopinati huius homicidij eſt
indicium, Quod nulla inter adoleſcentes iſtos fue-
rat inimicitia. Caball.de omn.gener.homicid.nu.294.
3 Quæ † nec præſumitur niſi probetur, Crauet.conſ.8.
num.8. Maſcard. de probat.concluſ.85.nu.3. Honded.
conſ.87.num.45.vol.2. conſ.107.nu.27. in 1. Decian.
lib.3.crim.cap.25.num.29. & manifeſtè, Honded.d.
conſ.87. num.46. Vt ex ea occidendi animus præſu-
meretur, Boſſ.tit.de homic.num.56.Carrer.in prax.§.
offic.legat. Curt.Iun.l.2.§.ſed & ſi Iudex.ad fin. ff.de
iudic.Barboſ.l.1.artic.2.num.11.ff.eod. Foller.d.con-
ſtit.de quaſtionibus.num.10. Caſtr.conſil.203.num.3.
volum.1. Cancer.2.reſol.cap.2.de iuriſdict.num.216.
Rom.ſing.50.Bott.conſil.86. num.40. Macerat.lib.1.
reſol.103.num.3.Rouit.tit.de iuriſd.non.turban.prag-
mat.1.num.27. Maſull.ad Capic.deciſ.118.nu.3. Al-
ba,conſil.163.num.26. Anton. Sola, d.decret. vt fa-
cilius. gloſ.1.num.1.6. Capiblan. de Baron.pragm.3.
num.146.Lanar. conſ.72.num.2. Schrader. de feud.p.
10.ſect.3.num.126.Roſentall.de feud.p.2.cap.12.con-
cluſ.5.num.31. Ruginell.pract.quaſt.45. num.27.* nec
diſſentit, *Maran.de iud. p.6. tit.de citat. num.41. ex*
17 *Oldrad.conſ.88.num.2.* Cuius conſenſus † expreſſus
eſſe non debet, ſed ſatis eſt illum non contradice-
re, *Caſtr.Alex.Marſ.& Cagnol.l.fin.ff.de iuriſd.omn.
iud.Alex. conſ.23.num.3. in 5.Tuſc.lit.T. concluſ.51.
num.3.Muta,deciſ.99.num.11.Shrader.de feud.p.10.
ſect.3.num.126.Sola, d.gloſ.1.num.7.* Partium verò
collitigantium conſenſus expreſſus requiritur, *arg.
l.Diuus Pius.& ibi,notat, Caſtr.ff.de ſeruit.ruſtic.præ-
dior.Abb.c.P.& G. de offic.deleg.Barboſ.l.1.artic.2.
num.5.ff.de iudic.Anton.Sola, d.gloſ.1.num.6. Rugi-
nell.d.num.27.Frecc.dict.num.4. Cancer.d.num.216.
Schrader.d.ſect.3.num.126.Roſentall.d.num.31.* Nec
tacitus ſatis eſt, *c.ſtatutum.§.in nullo.de reſcrip. in 6.
Curt.Iun.num.4. Caſtr.num.2. l.2. §.ſed & ſi iudex. ff.
de iud.Iaſ.d.l.fin.num.6.Felin.c.cum olim.1.num.2.de
off.deleg.Barboſ.d. artic.2. num.6. Maran. de iudic.p.
4.diſtin.12.num.15. Rot.deciſ.15 de offic. delegat. in
nou.Vant.de nullit.tit.quib.mod.ſent.nullit. repar.poſſ.
num.79. Menoch. conſ.340.num.56.* Imo ſi partium
conſenſu, Baro extra territorium ius diceret con-
trauenientem alterum nec poſſet mulctare, *Bimi.*
18 *conſ.23.num.9.* Vaſallo namque inuito † de loco ad
locum iuriſdictio prorogari non poteſt, *arg. c.Ro-
mana.§.contrahentes. de for.compet.in 6. Cyn. & alij
in l.epiſcopale.C.de epiſcop.audien. Dec.rubr.de appell.
num.15.conſ.72.Cagnol.l.cum quædam puella. §.quo-
ties.num.1.ff.de iuriſd.omn.Ind. Aret.cap.1.col.pen.
de Iudic.Angel.conſ.42.num.11.12. Bellamer.conſil.
33.num.43.Maran.de Iudic.p.4.diſt.12.nu.15. Tuſc.
lit.P.concluſ.928.num.2.52.Vant.de nullit.defect.iu-
riſd.num.40.Caual.deciſ.10.num.28.deciſ.11.nu.16.
p.p.* Nec de territorio ad territorium, vt dixi, *num.
14.* etiam ad citandum, *ex Iaſ.& Marſ.* tradit *De-
cian.lib.4.crim.c.29.num.5.* Licet alter ex litiganti-
bus conſentiat, & territorij Iudex permittat, quia
ſatis eſt collitigantium alterum diſſentire, *ex com.
Alex. num.8. Cagnol.num.4.in l.fin. ff.de iuriſd.omn.
Iudic. Anton. Sola, d.gloſ.1.num.7.* Proindè, qui de
loco ad locum, extra territorium de conſenſu par-
tium, iuriſdictiones prorogari poſſe admittunt, *ex
Schrader.de feud.p.10.ſect.3.à num.116.& infra,* Iu-
dicis tamen conſenſum requirunt illius etiam lo-
ci, ad quem fit prorogatio, *Abb.num.15.Man. num.
47.c.P.G.de offic.deleg.Abb.c.cum olim. de offic.de-
leg.& in c.nouit.de offi.legat.gloſ.clem.1.verb. indul-
gemus.de for.compet.gloſ.c.vt litigantes. & ibi Doct.
de off.ordin.in 6.Soc.c.ſignificaſti.nu.33.de for. com-
pet.Alex.num.7. Marſ.num.22.194.Iaſ.num.10. l.fi.
ff.de iuriſd.omn.iud.Rom.ſing.50.Maran.p.4. diſt.12.
num.3.Vant.de nullit.tit.quib. mod.ſent.repar.poſſ.nu.
79.Schrader.d.ſect.3.num.126.*

19 Non obſtat primum, Quia conſuetudo in † præ-
iudicium Principis, & illius loci Iudicis ordinarij
iuriſdictionem non tribuit, Sed in eorum præiudi-
cium, in quos exercetur iuriſdictio, *Henrich.Boich.
c.cum non liceat.num.4.de præſcrip.Piagg.de conſuet.
q.8.num.136.* niſi ſcientia concurrat, & patientia
eius, de cuius agitur præiudicio, *Felin.cap.auditis.
num.21.de præſcript. Capic. deciſ.57. Macerat. lib.1.
reſol.103.num.3. Rouit. tit. de iuriſd.pragm.1.nu.27.*
Nec priuatiuè ad Principem, ſed ad alios magi-
ſtratus omnes, *Decian.lib.4.crim.c.27.num.6.*

Reſpon. II. Vetuſtioribus temporibus inquit,
Frecc. d. author. 30. num.4. Ex Regis clementia id
tacite ſeruatum fuiſſe; Hodie vero non ſine diſcri-
20 mine pœnæ, quia † iuriſdictionem exercere priui-
legio non conceſſam, vſurpare eſt, *Lanar. conſil.5.
num.14. Teſſaur. deciſ.131. num.2.* & tenetur arbi-
trariè, *Mainer.l.non videtur.num.17.ff.de reg.iur.Ca-
pic.deciſ.130.num.21. Afflic.in conſtit.ea quæ ad ſpe-
ciale.& deciſ.265. num.101. Ball. tract.var.lib.6.de
ſindic.q.5.num.9. Ruginell.pract. q.45.num.24.* Si vt
eam ſibi acquireret, exercuiſſet, *Foller. d.conſtit.de
queſtionibus. num.15.16.* Sed nec per vnum actum
vſurpatur, *l.2.ff.de vſucap. Afflict. in conſtit.duram,
& diram. num.6.8.14. Ball.d.q.5.nu.10.* cum plures
requirantur, *Intrigl.lib.1.ſingul.139.* Inde eſt vt nec
21 † citationis prorogatio per ſtatutum extra territo-
rium fieri poſſit, *ex Iaſ.& Marſ.* quos citat, *Decian.
lib.4.crim.c.29.num.4.* Niſi iuriſdictio conceſſa ex-
preſſim ſit, vt in Terra illa Demanij, ſeu alia qua-
cumque, exerceri poſſit, *c.accedentibus.ad fin.de ex-
ceſſ.prælator.* Vel niſi conſuetudine præſcripta quæ-
ſitum id fuerit *Doct. c.cum contingat. de for.compet.*
Dummodo limites non confundantur, *Hoſtien. &
Io.Andr.c.quanto. de offic.ord.Foller.in cõſtit.de quæ-
ſtionibus.num.16.tit.de epiſcop.aud.* Quod enim pri-
uilegio, id & conſuetudine acquiri poteſt, *c.duo. de
off.ord.c.cum contingat.de for.comp.Morla, in empor.
iur.tit.2.de iuriſd.q.22.num.3.* concludimus ergo *ex
Frecc.& Foller. nuper citatis*, Quod non ſine pœna
cognoſcet Baro in alieno etiam territorio, inter
homines ſuos.

Non obſtat ſecundum, Quia cui habitu compe-
22 tit iuriſdictio, † delegare illam non poteſt ad exer-
cendum, *c.1.de off.ordin.in 6. Vant. de nullit.tibi de-
fect.Iuriſd.deleg.nu.29.Seſſe,deciſ.117.nu.15.Schra-
der.de feud.p.10.ſect.4.num.30.* Cum enim illam ad
ſui territorij limites habeat moderatam, *Extra*,
nullum iuriſdictionis exercitium ei competere di-
xit, *Gloſ.l.3.ff.de offic.præſid.Franc.num.3.* & melius
*Anchar.num.6.in d.c.1.Caball.crimin.reſol.caſ.120.
num.4.Franc. Marc.deciſ.80.num.1. deciſ.389.nu.6.
deciſ.428.p.p.* & addit pœnam eſſe læſæ maieſtatis,
arg.l.3.§.fin.ff.ad leg.Iul.maieſt. vel pena falſi.*arg.l.
qui nomine.l.eos.ff.de falſ.Borrell.Summ. deciſ.tit.41.
num.283.Farin.conſ.149.num.5.Aldo.in.conſil.51.
num.17.*

num.17. *Peregr.conſ.84.num.17.in 1.* Delegate ſo-ſom poſſet, vt intra Prouintiam Delegatus cognoſcat, non autem extra, *Caſtr.conſ.99.in 2.Caball.dict.caſ.120.num.6.Vant.de nullit. defect. Iuriſd. num.94.95.Raudenſ.conſil.21.num.21, vol.1.* Imperium tamen & dignitatem extra Territorium ſolus Baro retineat, *Caball.d.caſ.120.num.8.* Imo voluntariæ, non contentioſæ ſuæ iuriſdictionis exercitiũ, *Gratian.decis.98.num.12.13.*

Non obſtat tertium, *ex Afflict.d.conſtit. de quæ-*
23 *ſtionibus.num.1.* Quia † illum increpant. *Frecc.de ſubfeud.lib.2.auth.30.num.5.Foller.d.conſtit. de quæſtionibus.num.12.&* licet, *Afflict.* conſideret ibi, *d. conſtit.* Verba, quam à non nullis Regijs Auditoribus ignoratam fuiſſe teſtatur: Reſpondent tamen, *Frecc.& Foller.* nuper citati *& Marant. de Iudic.tit. de citat.num.41.* non probari *in d. conſtit.* quod affirmare auſus fuit, *Afflict.*

24 Reſpon. II. Baronis iuriſdictio † etſi à Rege defluxerit, *ex Bart.num.15.Alex.num.7.in l.1.§.fin.ff. de iuriſd.omn.Iudic.& conſ.24.num.1.in 5.Capic. decis.9.ſub num.14.Seſſe, de inhibit.cap.5.§.10.num.58.59.Parlador.lib.2.rer.quotid.c.1.num.7.Lanar.conſ.52.num.4.Ponte.conſ.76.nu.8. in 2.Sacca, conſ.8.nu.36.Peguer.decis.36.num.1. Franc.decis.517.num.2. Peregr. de fiſc.lib.1.tit.1.num.10.11.Menoch.lib.2. præſumpt.14.num.2.Cartar.decis.67.num.8.Cephal. conſ.539.num.5.* Ad certum tamen locum intra Baroniæ fines, & ad certas perſonas (vaſallos nempè) fuit limitata, *Caſtr.conſ.203.volum.1.* Vt priuilegij
25 † formam excedere, de iure non liceat, *Frãc.Marc. decis.541.num.1.p.p.Caball.crim.reſol.caſ.120.num.11.Borrell.Summ. decis.tit.41.num.212.Rugiell. pract. quæſt.45.num.23.24.* Requirendus ergo eſt vtriuſque conſenſus ſcilicet vaſſalli, & loci illius, Domini ſeu Officialis, *vt dixi num.16.* Nec ſpeciale eſt in Curia Regis, aut Papæ, vt minus rectè, opinatur illic, *Afflict.* teſte *Feller.& Frecc.* Quos citaui,
26 cõtemnitur enim † Dominus, ſi alter citra eius voluntatem intra ſuos limites, iuriſdictionẽ exerceat, *l.Diuus Pius.Ibi, ius ſuum vſurpatur, ac etiam commodis diminuitur.ff.de ſeru.ruſt.præd.* Eius ergo accedere debet conſenſus, *arg.l.in cõcedendo.ff.de aqu.pluu.*
27 *arcend.* Imo † iuriſdictio voluntaria, extra territorium exercere ſolũ poſſet inter proprios ſubditos, vel eos, qui proprio conſenſu, iuriſdictionem poſſunt prorogare, ſed quo ad bona intra territorium exiſtentia *c.nouit.de offic.legat.Bald.l.1.C.de iure, aureor.anul.ad fin. Couar.de ſponſal.p.2.c.8.§.8.nu.15. Cancer.2.reſol.c.2.de iuriſd.nu.213.* Non tamen publicè, & generaliter, *Gabr.conſ.181.nu.40.in 2.* Nec ijs in caſibus, quibus, ad voluntariã iuriſdictionem exercendam neceſſaria eſt alterius citatio, *Alex. conſ.67.nu.8.vol.1.Petra, de Princ.poteſt.c.32.num.39.40.* Nec ab eo, qui ab inferiore à Principe iuriſdictionem haberet, *Bart.Bald.Alber.& reliqui, in l.2.ff.de off.proconſ.Franc.c.fin.de off.vicar. in 6.Socc. c.fin.de for.comp.in 6.Barbat.c.nouit. de off.leg. Dec. l.fin.nu.6.ff.de Iuriſd.omn. Iud.Rip.de peſt. tit.fin.nu.50.Cancer.2.reſol.c.2.de iuriſd.num.214.*
28 Reſpon. III. Si æquum † nec videtur feudi Dominum extra Territorium in quo moram traheret, à vaſallis extrahi, *ex Bald.conſ.466.ad fin.vol.1.* Cũ hoc honori, & reuerentiæ ipſius domini ſit debitũ, *c.in nomine.§.illud.de pac.conſtant.* Sic quoque vaſallis Dominus moleſtus eſſe non deberet, eos à proprijs laribus ſubtrahendo, ad imparia namque iudicari non debent Dominus & vaſallus, *c.1.qualit.domin.feud.propr.priuet.*

Hæc ſcripſi, *Illuſtriß.Meſſanenſis Senatus* mandato, contra Barones, Qui contentioſam eorum Iuriſdictionem Meſſanæ, eiuſque Territorio exercere audent, contra iuris, & priuilegiorum Vrbis formam: vt omnino abſtineant, cum ſæpius omnia eorum acta concellata, & à Straticoriali Magiſtratu ad priſtinum redacta viderim. Anno MDCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sindicatus inſtantiæ Tres ſunt, ex iure Regni, & Quæ?*

2 *Quindena in cauſa Sindicatus, eiuſque inſtantia, de momento ad momentum computatur.*

3 *Quindena in ſindicatu, partium conſenſu prorogari non poteſt.*

4 *Quindena à ſindicatore impediri non poteſt, ne currat, abſque cauſa.*

5 *Accuſatio in quindena in actis redigi debet, quæ ſi notata tantum ſit, non ſufficiet.*

6 *Sindicator procedere non poteſt, ſi ius inquirendi, accuſandi, ſeu puniendi, non ſubeſt amplius.*

7 *Tempus ſi à Lege, certo modo determinatum ſit, & non in genere, alterius temporis ſunctionem non recipit.*

8 *Exceptiones, quæ contra Fiſcum, ſeu Iudicem à ſeipſo inquirentem opponi poſſunt; Contra accuſatores admittuntur.*

9 *Abſens, vel impeditus, Quindenæ tempore, ea etiam elapſa ad accuſandum admittitur.*

10 *Temporis præſcriptio ob deſidiam eorum, qui res ſuas petere negligunt, fuit introducta.*

11 *Impedimentum, & abſentia, iuramento probantur.*

12 *Negligentia ſuperueniens, corrodit impedimenti tempus.*

13 *Grauamen nullum maius eſt, quam nullitas.*

14 *Menſes in Sindicatu, An ad dies triginta computentur?*

15 *Sententia poſt peremptam inſtantiam eſt nulla, & acta omnia.*

16 *Sindicatoris ſententia, poſt menſium duorum inſtantiam lata, etſi infra menſes ſex totius Sindicatus inſtantiam, nulla eſt.*

17 *Abſolutus, qui ſemel fuit, pro eodem delicto moleſtari amplius non debet, Principis mandato non obſtante. Declar.num.28.29.31.32.*

18 *Officialis in Sindicatu abſolutus, coram alio Iudice iterum moleſtari non debet, ſiue ſententia, aut temporis lapſu, abſolutus fuerit.*

19 *Inſtantia duorum menſium in Sindicatu, à litis conteſtatione incipit, non computato die, quo lis conteſtatur.*

20 *Sindicatus cauſæ ciuiles, vel criminales Summariæ ſunt: Vt lis non conteſtetur; Nec libellus præſentetur.*

21 *Lis conteſtatur in Summarijs à primo actu, qui immediatè poſt litem conteſtatam in Ordinarijs ſequi ſolet, ſi de meritis cauſæ captum ſit cognoſci.*

22 Criminalis litis conteſtatio fit, à rei interrogatione, & quando? num. 23. 24. 25. 26.
27 Inſtantia ab vltima petitione incipit.
33 Fraus, & colluſio, an eo ipſo præſumatur, quod pro magno delicto minima pœna punitus fuerit Reus, vt iterum accuſari poſſit. & num. 35.
34 Pœna commenſuranda eſt delicto.

ARGVMENTVM.

Officialis pro commiſſis in Officio, vel dependentibus ab eo, An in Sindicatu accuſari poſſit? Quindena iam elapſa?

Terminus, *Duorum Menſium*, Sindicatus inſtantiæ præfixus, à quo die currat? Vt ſententia, infra, vel extra inſtantiam lata cenſeatur.

Ad intellect. Reg. Alfonſ. Cap. 363. 364.

CONSILIVM LIII.

TAmetſi exiſtimem ex his, quæ diligenter in voce excuſſa fuere, diſſoluta ſatis eſſe M.R.C. motiua, acutè excitata: Rogatus, vt ſcriptis committerem, quid ſentiam, non grauabor meum qualecumque iudicium interponere, in duobus hiſce propoſitis iam Articulis excutiendis.

Circa primum. *Officialis pro commiſſis in officio, vel dependentibus ab eo, An in ſindicatu accuſari poſſit, Quindena iam elapſa?* Concordes ſunt Noſtrates,
1 Tres † eſſe ſindicatus inſtantias: Prima dierũ quindecim (quam Quindenam appellant) ad querelas proponendas: Secundam Menſium duorum, ad propoſitas Querelas finiendas: Tertiam eſſe Menſium ſex, ad totius ſindicatus terminum, *Cumi. de ſindic. c. 17. num. 19. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 6. c. 6. num. 3. Ball. tract. var. lib. 6. de ſindic. quæſt. 1. nu. 1.*
2 Cumque quindena † ab hora promulgati banni incipiat, & de momento ad momentum currat, *Ball. d. quæſt. 1. num. 4. Maſtrill. d. c. 6. num. 6.* Sicut, & ſindicatus terminus, *Auiles, de ſindic. cap. 2. num. 14. Rouit. tit. de ſindic. pragm. 1. num. 8.* Vt partium
3 conſenſu † prorogari non poſſit, *Bart. l. 2. num. 6. ff. de re iudic. Alex. conſ. 22. ad fin. vol. 4. Catald. de ſindic. verſ. 118. Rondinell. de ſindic. num. 32. Guaz. reor. defenſ. 1. cap. 23. num. 10. Boſſ. tit. de offic. corrup. num. 32. Caual. de Brach. reg. p. 5. nu. 10. Lancell. Gall. conſ.*
4 *28. num. 18.* Nec à Iudice impediri † quin irreparabiliter currat, niſi legitima vrgeret cauſa, littera, P. vel alio appoſito impedimento, *Bart. d. l. 2. num. 6. Carauit. rit. 295. num. 29. Ball. d. q. 1. num. 8. Cumi. de ſindic. c. 2. nu. 5. 6. Bouadill. lib. 5. polit c. 1. nu. 160. Maſtrill. d. c. 6. num. 9. Auiles, de ſindic. cap. 3. num. 9. Cancer. 3. reſol. c. 12. num. 29.*

His ſic poſitis, Qui ad proclama non comparet, ius ſuum remiſiſſe videtur, Imo notata infra
5 † quindenam accuſatio ſi eſt, & in ſubſtantialibus non extenſa, non poteſt exinde ſuppleri, optimè, *Ball. d. quæſt. 1. num. 5. ex Bart. l. edita. nu. 4. C. de edend. & in l. qui fundum. ff. de contrah. empt. Alex. conſ. 71. in 3. Angel. conſ. 178. Grat. conſil. 100. num. 32. in 1.* Sed ſuam etiam fundare debet intentionem, vt Fiſcus, *ex Cumi.* contra *Iorland.* in dies ſeruatum inquit, *Ball. d. quæſt. 1. nu. 2. Bongior. ad Alphonſ. Reg.*
6 *c. 81.* Elapſa namque quindena † cum præcluſa ſit via Iudici, ex officio inquirenti, præcluſa quoq; eſt parti, *Rom. conſ. 214. Anchar. conſ. 190. Nell. de bannit. 3. p. 2. tempor. in princ. Lancell. Gall. conſ. 28. num. 45. Clar. §. fin. quæſt. 51. Siluan. conſ. 75. num. 21. Anchar. Iunior. lib. 2. famil. quæſt. 49.* Tum quia, vbi
7 † tempus à lege certo modo reperitur determinatum, & non in genere, à tali nempè, in tale tempus, alterius non recipit functionem, *Bald. c. licet. col. 1. de ſupplen. negl. prælat. Iaſ. auth. quæ ſupplicatio. 4. not. C. de precib. imp. off. Natt. conſ. 475. nu. 6. Rim. Iun. conſ. 227. nu. 65. conſ. 255. nu. 40. conſ. 820. nu. 13. conſ. 759. num. 48. Lancell. Gall. conſ. 28. num. 38. Seſſe, deciſ. 161. à nu. 12. ad num. vſq; 15. Bellon. de iis, quæ fiunt incontin. c. 135. nu. 7. & alij à me citati, deciſ. 4.*
8 *num. 3.* Tum quia † exceptiones omnes, quæ contra Fiſcum, aut Iudicem ex officio inquirentem competerent, contra accuſatorem opponi poſſe non dubitat, *Alex. conſ. 64. num. 3. vol. 1. Marſ. in prax. §. conſtante. num. 81. Lancell. Gall. conſil. 28. num. 48. Grat. conſil. 74. num. 7. in 1. conſil. 71. num. 20. in 2. comm. Balb. de præſcript. p. 4. princ. quæſt. 2. num. 20. Thob. Noni. conſ. 105. num. 18.* Tum quia terminus à ſtatuto præfixus cenſetur in modum præſcriptionis, *Innoc. c. cum in tua. Qui matrim. accuſ. poſſ. Rim. Iun. conſil. 495. num. 16.*

Verum his non obſtantibus, ſi qui accuſare valens,
9 † promulgati banni tempore fuerit abſens, aut aliter legitimè impeditus, poſt quindenã coram ſindicatore audiendus adhuc eſt, *Cum. de ſindic. cap. 17. num. 20. Intrigl. lib. 1. ſing. 120. num. 1. Boſſ. tit. de offic. corrupt. num. 33. Giaccar. poſt Clar. in conſ. de ſindic. num. 54. 55.* Quia impedito proclamationis tempus non currit, *l. 1. ad fin. C. de annal. excep. Abb. & Felin. in c. ex tranſmiſſa. de præſcript.* abundè, *Pinell. auth. niſi triennalis à num. 42. C. de bon. mater. Dec. l. 1. lect. 1. num. 27. C. qui admitt. & conſil. 445. num. 48. Rom. conſil. 84. Corn. conſil. 55. num. 10. in 2. Medic. de caſib. fortuit. p. p. quæſt. 4. num. 45. 49. Boer. deciſ. 40. num. 3. deciſ. 41. num. 9. Rim. Iun. conſil. 74. nu. 54. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. p. p. nu. 103. Suarez. tit. de las deudas. num. 33. Sfort. de reſtit. in integr. quæſt. 20. num. 83. Seraph. deciſ. 997. num. 3. deciſ. 1066. num. 1. Caſſanat. conſil. 41. nu. 57. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 50. Anton. Sola. ad Decret. Sabaud. tit. de form. & Sollen. obſeru. gloſ. 2. num. 9. tit. 20. gloſ. 3. num. 5. Valaſc. deciſ. 130. num. 31.* Nec abſenti, *Alex. conſil. 31. in 5. Roland. conſ. 64. num. 33.*
10 *vol. 1.* Temporis namque præſcriptio † propter deſidiam, & negligentiam, res ſuas petere negligentium, fuit introducta, *l. fin. C. de annal. except. c. vigilãti. de præſcript. l. fi. C. de edict. Diu. Adria. toll.* Par enim eſt, vt tanto tempore deſides, ſuæ negligentiæ, ac ſocordiæ pœnas luant, *Parlador. lib. 1. rer. quotid. c. 1. §. 3. num. 4.* Sed abſens non poteſt accuſare, *cap. ſi. 2. quæſt. 8. Decian. lib. 5. crim. cap. 28. nu. 15.*
11 Cumque ſuo † iuramento probauerit Antoninus Malazita, ſe abſentem, imo legitimè imdeditum,

quin-

quindenæ tempore, ſe fuiſſe ad accuſandum: Poſt
quindenam admitti eum poſſe concludo, ex Pute.
de ſindic.gloſ.deinde.num.3.Cumi.d.c.17.num.20.Jn-
trigl. d.ſing.120.num.2. Certique iuris eſt, quod ſi
de modico agatur præiudicio, impedimentum iu-
ramento probari ſanè poſſet, vel ſi de magno, diſ-
ficilis probationis illud eſſet, cap.paſtoralis.in fin.de
except.Bald.conſ.33.in 5.Anan.conſil.1.col.1.ad fin.
Maran.p.2.diſtin.9.num.82.Aſin.in prax.§.7.c.5.li-
mit.59.num.11.Caſſan.ad conſuet.Burg.rubr.4.§.20.
glo.en quell.num.5.Rebuff.ad Reg. conſtit. tit. de ex-
cuſat.num.62.Azeued.l.14.nu.19.tit.4.lib.4.Villar.
conſ.5.nu.56.p.p.Tuſc.lit.J. concluſ.30.nu.5. Idem ſi
impeditus de damno vitando ageret, Gemin.conſil.
152.num.2.Tuſc.d.concluſ.30.num.6.& meritò cum
pro eo ſtet præſumptio, quod nemo negligens &
in rebus ſuis gerendis imprudens cenſeatur, Sfort.
conſil.4.num.46.

Non obſtant contra. Quia procederent ſolum
ſi culpa, aut negligentia irrogari accuſatori poſſit,
quod cum quindenæ conſcius ſit; Accuſationem
diſtulerit proponere, adeo vt ſuperuenerit impe-
12 dimentum: Eſt † enim negligentia adeo odioſa,
vt corrodat impedimenti tempus, quod ab initio
interuenerat, ex Salic.Cyn.& Bald.num.6.in auth.ei
qui C.de temporal.appell.Jnnoc.Abb.nu.12. Dec.nu.
15.68. in c.ex ratione. de appell.Sfort. conſ.11.nu.61.
de reſtit.in integr. q.27.num.54. Sed hoc in caſu, ſe-
cus fuit, ergo.

Artic.Secund. Ad fundãdam ſuam intentionem
accuſator ſuum coram ſindicatore præſentauit in-
cartamentum, Sed reorum ſubterfugijs, cauſa fuit
prius obſcure deciſa & inde infra dies quindecim,
iuxta Pragm.conſtit.p.2.tit.de ſindic. declarata, ipſi-
que rei condemnati ad reſtituẽdum accuſatori vn-
tias ſeptuaginta, Qui grauatos ſe dixerunt in M.R.
C. ex his potiſſimum.

13 Primo, nulla † maior eſt iniuſtitia, quam nulli-
tas, Cornaz.deciſ.196.num.11.Brunor.Sole, iur.com-
pend.verb.nullitas.& iniquitat.Oſcaſc.conſ.13.à num.
14. Sed computatis duobus menſibus, à die præ-
14 ſentati incartamenti ad dies † triginta pro quoli-
bet, iuxta ſindicatus ſtylum vt, ex Iorland.& Cumi.
teſtatur, Ball.tract.var.lib.6. de ſindic.quæſt.2. num.
24. Quia menſis ſimpliciter prolatus intelligitur,
dierum triginta, l.ſi maritus. §.hac in maritis, l.mi-
les. §.ſexaginta.ff.de adult. Boſſ.tit.qualit.proced.per
action.num.25.Neguſ.conſ.400.num.77.Carpan.Me-
diol.Stat.102.num.70. Stat.430.num.7. p.p. Tiraq.r.
retract.§.1.gloſ.11.num.19. Licet aliter de iure com-
putandum eſſe Menſem teſtetur, Dec.l.vbi lex.ff.de
reg.iur.& vt currit, gloſ.c.quamquam. verb.menſe.de
election.in 6. Alex.l.de diuiſione. nu.4.ff ſolut.matr.
Gomez.§.rurſus. inſt.de action.Marta, deciſ.35.num.
1.plene diſtinguit, Menoch.de arbitr.caſ.50. à num.
1. Quod veritis, cum continui ſint iſti Menſes, non
autem vtiles, Alexan.conſ.114.num.10.vol.5.& ibi
Scholiaſt.verb.Menſes Tuſc.lit.I. concluſ.204. num.2.
3.lit.M. concluſ.197.Guaz. reor. defenſ.2.c.6.num.8.
Quod ſeruatum vidi ſæpius. Proinde ſententia
15 † obſcurè,& inde clare lata, poſt peremptam duo-
rum menſium inſtantiam, nulla ipſo iure eſt, ſicut,
& acta omnia, Iaſ.& omnes.l.properandum. §.illud.
vem.19. C.de iudic.Alexand. conſil.87. volum.3.Pa-
cian.conſil.81.num.54.Guazz. reor. defenſ.2. cap.6.
num.12.18.Carpan. Mediol. ſtatut.21.num.110.p.p.
Seſſe,deciſ.89.num.8.9.10.Tuſc.lit.S.concluſ.143.nu.
1. Licet inſtantia ſit, ſtatutaria, Alexand. conſil.
104.in 5.Tuſc.d.concluſ.143.num.2. Guazz.d.cap.6.
num.12.Rimin.Jun.conſil.495.num.38. Anton.Sola,
ad Decret.Sabaud.tit.de Iudic.gloſ.3.num.1. Aſin. in
prax §.2.cap.14.nu.3. vt à iudicio repellatur actor,
Aldouin.conſil.54.num.1. Et licet dixerint alij, vali-
16 dam eſſe ſindicatoris ſententiam † poſt duos Men-
ſes latam, ſi infra ſex Menſes, Totius Sindicatus in-
ſtantiam proferretur, ex l.1. & ibi gloſ. C. Vt omn.
iud.ciuil.Bart.l.ſcire oportet. §.conſequens .num.5. ff.
de excuſ.tut.Dec.cap.de cauſis.num.21. de offic.deleg.
conſ.550.num.1.Pariſ.conſ.158.num.3.in 4.Scacc.de
appellat.quæſt.15.num.288.Carpan.Mediol.ſtatu.21.
num.21.p.p.Campan.R.N.c.132.num.66.Tuſc.lit.S.
concluſ.143.nu.13. Guazz. reor. defenſ.2.c.6.nu.11.
Neguſ.conſ.251.num.1.in term.Caual.de Brach.reg.
p.5.num.251.& ex noſtris, Cumi.de ſindic.c.17.num.
11.Jntrigl. lib.1.ſing.119. Hoc tamen admitterem,
ſi ſtatuti verba Iudici ſint directa, & in his termin.
loquuntur citati Patres omnes. At ſi terminus cau-
ſæ, vel inſtantiæ præfixus ſit, Tunc nulla omnino
erit, Quæ eo elapſo, lata fuerit ſententia, Bald.conſ.
296. in 3. Caſtr.conſil.140. in princ.conſil.184. in 1.
Maran. par.5.num.58. Caranit. rit.248. num.10. 11.
Tuſc.lit.S. concluſ.143. num.12.Guaz. reor. defenſ.2.
cap.6.num.12. Cumque ex Bongior.ad Reg.Alphon.
cap.364. Deciſum pluries in Regno teſtetur, Ball.d.
lib.6.de ſindic.quæſt.2.num.20. Nullam eſſe ſindica-
toris ſententiam poſt bimeſtre, licet infra ſex men-
ſes latam, Maſtrill. de Magiſtrat. lib.6. c.6.num.18.
c.10.num.5.6. Rim.Iun.conſ.696. num.10. & hoc iu-
re vtimur, quia in dubio inſtantiæ, & non Iudici
duo menſes dati præſumuntur, Vant.de nullit.ex de-
fectu iuriſd.num.120.Aſin.in prax.§.2.c.1.nu.4.Car-
pan.Mediol.ſtatut.21.num.23.p.p. Scacc. de appell.q.
15.num.350.357.

17 Secundo, Qui † ſemel fuit abſolutus, non debet
amplius moleſtari, l. qui de crimine. C. de accuſ.l.ſi
cui.§.iiſdem. & ibi Bart.ff. eod.c.de his. vbi Abb.&
alij, de accuſat.Cagnol.& Dec.num.4.l.bona fides.ff.de
reg.iur.Bald.conſ.34.ad fin.vol.4.Roman.conſil.213.
conſ.223.num.2.Boſſ.tit.de ſenten. nu.60.64. Cephal.
conſ.38.num.14.Thom.Doc.conſ.167.num.2.Gomez,
3.delict.cap.1.num.27. Bott.conſil.2.num.14.Decian.
lib.3.crim.c.30.à num.1. Campan. R.Neap. c.40.nu.
7.Caball.crim.reſol.caſ.93.num.1.Burſ.conſ.34.num.
1.Gam.deciſ.53.num.2. Becc.conſ.69.num.1.2. Vivi.
deciſ.98.num.16.Guazz.reor. defenſ.2.c.7. Farinac.
quæſt.1.num.51.quæſt.4.num.1.27. conſ.118. nu.17.
Bertaz.crim.conſ.171.num.2.conſ.396.à nu.1. Tuſc.
lit. A. concluſ.53. à num.1. Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.4.gloſ.13.p.2.num.67.Rim.Jun.conſ.309. num.
12.conſ.268.num.4.Monald.conſ.2. nu.35. in 2. Pan-
cirol.conſ.115.num.2.4.6.Granut.Theorem.23. num.
28.Maſtrill.de Magiſtrat.lib.6.cap.6.num.29.Couar.
2.reſol.c.10.in princ.Scacc.de Judic.lib.1. cap.95.ſub
num.2.Cancer.2.reſol.c.2. num.165.lib.3. c.12.num.
42.Bouadill.lib.5.polit.c.3.num.133.134.Clar.§.fin.
quæſt.57. num.12. Licet mandaret Princeps deli-
ctum cognoſci, abſolutoria illa ſententia non ob-
ſtante, Siluan.conſ.75.num.17.Burſ.conſ.34.num.12.

18 **Nec abſolutus, † in ſindicatu, coram alio Iudice** moleſtandus eſt, Pute.de Sindic.§.officialis.c.1.num.2.Maſtrill.de magiſtr.lib.6.c.6.num.29.Muta, deciſ.9.num.14.Rim.Iun.conſ.495.num.13.Felic.alleg.3.nu.1.alleg.46.num.91.p.p.Ponte, deciſ.26.num.11.Caual.de Brach.reg.par.5.num.251.abundè Lancell.Gall.conſ.28.Turret.conſ.4.num.7.in 1. Quia rei iudicatæ obſtat exceptio, l.fin. C.de cuſtod. reor. Siue per Inquiſitionem, ſiue per accuſationem actum fuerit; Tũ de iure ciuili, in quo omnes conueniunt, Tum de iure Canonico, in quo nulli contradicunt, Clar.§.fin.q.57.num.7.8.Tuſc.d.concluſ.53.num.3.7.Guazz.reor.defenſ.2.c.7.nu.3.Farin.q.4.nu.3.Couar.2.reſol.c.10.num.5.Caball.crim.reſol.caſ.93.num.2.Decian.lib.3.crim.c.30.num.5. Siue per ſententiam abſolutus is fuerit, Angel.l.iubemus.C.ad leg.Iul.repet.Bald.l.obſeruare.§.proficiſci.q.4.ff.de offic.procõſ.Pute.de ſindic.§.Officialis.cap.1.num.12.Felic.alleg.153.num.4.p.2.Burſ.conſ.34.num.1. Siue per Sindicatoris interloquutoriam, Nõ moleſtetur, vt ex multis ſcripſit, Muta deciſ.5.nu.15. Siue ex tribus Sindicatus inſtantijs, altera ſit elapſa abſolutione etiam non ſecuta, l.ſi cui.§.eiſdem.ff.de accuſat.Bal.d.§.proficiſci.quæſt.3.Boſſ.tit.de offic.corrup.num.32.Gomez,3.delict.c.1.num.23.Clar.& Baiard.d.§.fin.quæſt.51.num.14.quæſt.58.num.13.Corn.conſil.5.vol.4.Capuc.deciſ.206.Burſ.conſ.35.num.12.Franc.deciſ.250.nu.2.Rim.Iun.conſ.495.num.12.Surd.conſ.561.nu.29.Aul.c.3.Sindic.num.11.Guazz.reor.defenſ.2.c.7.num.31.Roland.conſ.94.in 3. Vt enim morte, ita & tempore præſcribuntur delicta, l.querebatur.ff.ad Turpill. plenè Teſſaur.deciſ.76.num.3.deciſ.208.Catalan.de indult.q.2.num.25.& in ſindicatu, idem ſeruandum ſcripſerunt, Pute. Ponte, Rimin.Iun.Muta, Turret. Caual. in loc. nuper cit. & copioſius Lancell.Gall. d.conſ.28.num.10. Quia perempta criminalis cauſæ inſtantia, perit ius accuſatoris, vt audiendus amplius ipſe non ſit licet accuſationem velit iterare, & expenſas ſoluere, ex Bald.& Salic. edocuit.Franc.deciſ.250.num.2.deciſ.653.num.2.3.4.deciſ.654.num.1.Scacc.de appell.quæſt.15.num.347.q.17.lim.49.num.6.Surd.conſil.199.num.1.Guaz.reor.defenſ.2.c.6.num.12.21.Miſing.centur.3.obſer.50.Addit, Lancell.Gall.d.conſ.28.nu.19.Moleſtandum reũ nec eſſe, tã reſpectu delicti, quàm pœnæ Fiſco etiam acquiſitæ, Maſtrill.de magiſtr.lib.6.c.6.nu.38. quia lapſo tempore audiri Fiſcus non poteſt, Cartar.deciſ.121.nu.5.Canal.deciſ.17.nu.20.p.p. Ipſumque ſic abſolutum ad dãna & intereſſe Sindicator nec poterit condemnare, Nat.conſ.407.num.14.Caual.de Brach.reg.p.2.num.288.p.6.nu.254.Surd.deciſ.261.Rim.Iun.conſ.106.num.8.vol.2.crim.diuerſ. Et abſolutus à pœna, abſolutus quoque dicitur à damnis & intereſſe, Guazz.reor.defenſ.2.c.7.num.3.Caual.de Brach.reg.p.6.num.93.617. Vt nec ope reſtitutionis in integrum procedi poſſit, eo ſub prætextu, quod delictum fuerit occultum, nec Fiſco delatum Salic.l.qui de crimine.oppoſ.4.C.de accuſat.& in l.properandum.§.ſin autem.2.C.de iudic.Gram.vot.31.Socc.conſ.108.dub.1.in 4.Marſ.in prax.§.conſtante.nu.85.Bald.in add.Var.lib.6.tit.de ſindic.q.2.num.29.Pariſ.conſ.169.nu.9.in 4.Guazz.de confiſc.concl.30.num.28.& reor.defenſ.2.c.6.nu.28.Surd.cõſ.199.nu.2.67.Thob.Non.conſ.105.nu.2.Scacc. de appell.q.15.à nu.304. Lancell.Gall.conſ.28.num.9. Siue Principis reſcripto fuerit abſolutus, Farin.q.6.num.1.Felic.alleg.153.num.4.p.2.Decian.crim.lib.3.c.30.nu.7. Vel ab alio, ſi diſpenſandi poteſtatem habeat, Farin. conſ.53.num.38.ad fin.

Cæterum, his non obſtantibus, Nullum à ſindicatore illatum fuiſſe grauamen cenſui, cum infra duos menſes prolata, à ſindicatore fuerit ſententia, Quia duo illi menſes, à Reg. Alphonſ.cap.363.

19 Sindicatus † inſtantiæ conſtituti, continui ſunt, nõ vtiles, Tuſc.lit.I.concluſ.204.num.1.Guazz.reor.defenſ.2.c.6.num.7.& à die litis conteſtatę currere incipiunt, Bald.l.clericus. C.de epiſc. & cleric. Caſtr.l.properandum, nu.5. C.de iudic. Guazz.reor. defenſ.2.c.6.nu.6. Maſtrill. de Magiſtr. lib.6.c.6.num.11.Intrigl. lib.1.ſing.129.nu.1. Ball.d.q.2.num.23. deducto die, quo lis conteſtaretur, Aſin.in prax.§.2.c.6.à num.2.Pacian.conſ.27.num.22.Carpan.Mediol.ſtatut.25.num.30.p.p. Tiraq.lib.1.retract.§.1.gloſ.11.num.51. Ex tunc enim incipit Iudicij cuiuſque inſtantia, d.l.properandum.& ibi Iaſ.nu.5.& in l.poſtquàm liti.num.11.C.de pact.in l.cauſas.num.10.C.de tranſact.Specul.tit.de appell.§.breuiter.Bal.l.poſt edictum.§.circumducto.ff.de iudic. Gram. conſ.28.nu.6.Gail.lib.1.obſer.73.num.5.Aſin.in prax.§.1.c.3.nu.6.§.2.c.12.in princ.Marant.in prax.tit.de inſtan.nu.3.Valenzuel.conſ.21.num.22.Caual.deciſ.17.nu.17.p.p.Aldouin.conſ.54.num.5.conſ.55.num.7.Hierony.de Monte.de fin. regund.c.44.nu.1.Guaz.d.c.6.num.23.Tuſc.lit.I.concl.203.num.4. Lancell. de attent.lit.pend.p.2.c.4.in præfact.num.152.Menoch.de præſ.um.lib.1.quæſt.73.num.2.Peguer.deciſ.218.num.1.Carot.deciſ.79.num.6.Pacian.conſil.81.num.11.Ludouic.comm.opin.par.3.concluſ.50.Carpan.Mediol.ſtat.22.num.13.p.p.Macerat.lib.1.reſol.49.nu.3.Peregr.de fideicom.artic.vlt.num.17.Maſcard.de probat.cõcluſ.434.num.18.Scacc.de Iudic.c.103.num.8.12.& de appell.q.15.num.339.Cumi.rit.4.num.19. Ciuili, vel criminali in cauſa, Rim.Iun.conſ.495.num.35. Nec lis propriè dici poteſt, vbi nulla eſt conteſtatio, Sfort.conſ.88.num.14.Lancell. de attent.par.2.in præfact.c.4.à num.1.Aldouin. conſ.55.nu.8. Carpan.Mediol.ſtat.68.num.13.p.p.

20 Cumq; cauſæ omnes † etiam ſindicatus ex Prag.cõſtit.p.2.tit.de ſind.§.14.in Regno ſummariæ ſint; vt ſola facti veritate inſpecta procedatur, ſiue ciuiles, vel criminales ſint. Soc.c.qualiter,& quand.nu.222.de accuſat.Scacc.lib.1.de Iudic.c.51.num.80.c.103.num.9.Guazz.reor.defenſ.2.c.18.num.4.Caual.de Brach.reg.p.5.num.250. Siue ſindicatus ſint cauſæ, Ball.d.tit.de ſindic.quæſt.2.num.23. In quibus lis conteſtari non debet, Cardin.clem.ſæpè.4.oppoſ.de verb.ſign.Guid. Pap.ſing.698.Aldouin.conſ.46.nu.41.Scacc.d.c.103.num.11.de appell.q.15.num.245.Cephal.conſ.507.num.51.Anton.Sola, ad Decret.Saband.tit.13.de lit.conteſt.gloſ.4.num.1.Carpan.Mediol.ſtat.22.num.27.p.p. Nec libellus præſentari, Plot.crim.conſ.133.num.39.vol.1.diuerſ.Guaz.d.c.18.num.4.Aldouin.d.num.41.Scacc.lib.1.de Iudic.
21 c.86.nu.9.Cephal.d.nu.51. Actus † ergo ille cõtradictorius, qui immediatè poſt litem de iure cõteſtatam ſequi ſolet, litis conteſtatę vim habet, ſi de meritis cauſæ in eo tractari cæptum ſit, Bart.Alex.& Iaſ.in l.andia.C.de procur.Caſtr.num.6.Iaſ.num.7.d.l.

prope-

properandum. Abb.c.pen.de iudic. & in c.inſinuate.
num.9.vbi, Felin.num.12.de off.deleg. Afflict.conſti.
Hac lege.num.9.10.Marant.de Iudic.par.5.tit.de In-
ſtant.num.4.Rom.ſing.174. Carauit.rit.48.nu.3.rit.
288.nu.43.Nizol.alleg.50.nu.12.Carot.deciſ.44.nu.
6.Boccac.de interdic.c.19.num.23.Seraph.deciſ.920.
nu.3.Mantic.deciſ.204.nu.14.Oſaſc.deciſ.1.num.31.
Peguer.deciſ.218.nu.2.Anton.Sola,d.tit.de lit.conte-
ſtat.gloſ.4.nu.2.Pacian.conſ.81.num.12.14. Muſca-
tell.prax.ciuil.p.p.gloſ.petitur.nu.34.p.5.gloſ.defen-
dendum.num.21.Roland.conſ.71.num.36.in 1.Aſin.
in prax.§.17.c.4.ad fin.Tuſc.lit.I.concluſ.203.num.5.
lit.L.concluſ.490.num.7.Lap.alleg.113.nu.2.3.Plot.
de in lit.Iuran.§.4.num.15.Guazz.reor.defenſ.2.c.6.
num.24.Carpan.Mediol.Stat.22.num.26.p.p.Alba,
conſ.226.num.14.Magon.Floren.deciſ.89.nu.5.Coſta
ſubſid.remed.94.num.14.Scac.de Iudic.lib.1.c.103.
nu.12.de appell.q.15.num.245.340.Maſtrill.de Ma-
giſtr.lib.6.c.6.nu.11.Milanen.deciſ.20.nu.33.34.p.p.
Ball.d.q.2.num.23.Intrigl.deciſ.39.nu.13.Cumi.rit.
4.num.22.Corſet.Forenſ.q.15.nu.5.lib.2.

De meritis autem cauſæ, à quo actu cognitum
cenſeatur, Doct.variant, remq; ipſam exemplis dif-
finiunt, præſertim, Milan.deciſ.20 d.nu.1.2.p.p.Cor-
22 ſet.d.q.15.contenti ſolum, litem † criminalem cō-
teſtari, & inquiſiti nomen inter reos receptum di-
ci, Quando de delicto ipſo interrogatur, Anton.Co-
lumbin.de controuerſ.crimin.art.202.Marſ.§.diligen
ter.num.62.Caball.crim.reſol.caſ.269.num.11.Clar.
§.fin.quæſt.14.num.13.quæſt.45.num.2.& ibi Baiard.
num.57.Vulpell.conſ.1.num.4.5.Caual.de Brach.reg.
p.5.num.205.Felic.alleg.58.num.2.p.p.Muſcatell.ci-
uil.prax.p.p.gloſ.petitur.num.33.& in Sindicatu, Ca-
mi.de ſindic.c.15.in princ. Licet anceps ipſe ſit, rit.
70.num.14. Imo diſſentit, ne lis conteſtata ex tunc
ſit, Capell.Tholoſ.deciſ.19.Natt.conſ.32.num.13.Ma-
rant.p.6.membr.7.in princ.Blanc.prax.crim.fol.6.nu.
36.Anton.Sola.ad Decret.Sabaud.tit.13.de lit.con-
teſt.gloſ.2.num.2.

Quid dicendum? Quatuor conſtituo iuris caſus,
vt diſtinctione concordes ſint omnes.

23 Primus eſt, ſi reus † ſit cōtumax, Tunc ſi pro con-
feſſo haberetur, vt ad cōdemnandum procedi poſ-
ſit, alia litis conteſtatio neceſſaria non eſt, quàm il-
la, ex hac confeſſione, facta, Alex.conſ.100.num.1.
5.vol.5.Franc.Marc.deciſ.764.p.p.Engen.conſil.21.
num.23.Guazz.reor.defenſ.20.c.18.nu.3.& de con-
fiſc.bonor.concluſ.19.num.62.Clar.num.2.Baiard.nu.
57.d.quæſt.45.Aſin.in prax.§.17.c.6.num.4.Viui.
deciſ.138.num.12.Farin.q.10.num.55.Coſta.conſil.
46.num.9.Scacc.lib.1.c.103.num.9.Tuſc.lit.L.concl.
389.num.11.12.concl.392.num.5. Hic caſus noſtro
non conuenit.

24 Secundus caſus eſt, ſi reus † in iudicio præſens
ſit, & nulla præcedente inquiſitione, vel accuſatio-
ne ſuper proceſſit informatiuo interrogetur, Tunc
nulla inducitur litis conteſtatio, ex reſponſione,
præſertim qualificata, Vulpell.conſ.1.num.4.Farin.
q.10.nu.55.Quod in dies ſeruamus, ſi pro indagine
veritatis, quis interrogetur, dum ignoratur, an deli-
querit; Hic caſus in controuerſiam non venit.

25 Tertius caſus eſt, in quo verſamur, Si reus † in iu-
dicio præſens, ſuper delicto examinetur, Tunc re-
ſponſio quā Iudici interroganti ipſe facit, litis con-
teſtationem inducit, ſiue ex officio, ſiue ad inſtan-
tiam partis Iudex procederet, Bart.l.is qui reus.nu.
4.ff.de public.Iud.Aret.conſ.58.num.7.Scholiaſt.ad
Angel.de maleſ.gloſ.hæc eſt quædam inquiſitio.nu.67.
Guaz.reor.defenſ.20.c.18.nu.1.2.& de confiſc.concl.
19.num.62.Clar.d.q.45.nu.2.Baiar.d.num.57.Felic.
alleg.82.nu.11.p.2.Farin.q.10.nu.55.Cancer.2.reſol.
c.2.num.3.Vulpell.conſ.1.num.4.Viui.deciſ.310.nu.
13.Scac.de Iudic.lib.1.c.86.nu.54.c.103.nu.9.Car-
tar.lib.1.de interrog.reis.c.1.num.9.11.

26 Quartus caſus eſt, ſi † reus (vt ſæpius contingit)
etiam in Sindicatu non interrogetur, Tunc præſen-
tato libello, & dato termino, lis conteſtari dicitur,
Afflict.conſtit.hac lege.num.9.10. Milanen.deciſ.20.
nu.1.p.p.Arnon.problem.85.Intrigl.cenſual.q.100.
27 num.4.deciſ.39.nu.14.15. Quod † ſi bis actum fue-
rit, ab vltima petitione incipiet, Afflict.deciſ.346.
nu.12.Anton.Sola, ad Decret.Sabaud.tit.de Iudic.glo.
1.num.13.imo à prima, Bolognet.conſ.28.à num.35.
His conſtat grauatos eos non fuiſſe.

Non obſtat primum, Quia licet nulla ſit ſenten-
tia, poſt Menſes duos, licet infra menſes ſex prola-
ta fuerit, vt dixi num.16.cum tamen, dinumerato
tempore, à die quo, interrogati fuerunt rei, in vlti-
mo duorum menſium die lata ſit, & ex Prag.conſt.
infra dies 15. clarè pronuntiata, ergo valida.

Non obſtat ſecundum, Quia à tempore abſolu-
tus reus dici non poteſt, vbi à die factæ interroga-
tionis, elapſi non dum erant duo menſes, imo ab-
28 ſolutus † tunc moleſtandus non eſt, ſi vt innocentē
abſolutum fuiſſe conſtet, Foller.prax.canon.c.35.nu.
2.3.Boſſ.tit.de ſenten.nu.77.Clar.§.fin.q.57.num.2.&
ibi, Baiard.num.1.7.Ponte, deciſ.26.num.15.Guazz.
reor.defenſ.2.c.7.num.4.12.Bertaz.crim.conſil.395.
nu.4.Farin.q.4.num.23.24.conſ.186.num.4.Tuſc.lit.
A.concluſ.57.num.43.Macerat.lib.3.reſol.36.num.
21.22.Caball.crim.reſol.caſ.93.num.3.Decian.lib.3.
crim.cap.30.num.27.Couar.2.reſol.cap.10.ſub nu.1.
29 Secus ſi probationum † defectu, abſolutus fuerit
reus, quia crimen non probatum, Clar.d.quæſt.57.
num.2.Tuſc.d.concluſ.57.num.52.lit.S.concluſ.168.
num.16. vt præſumitur, Bart.l.ex duobus, quæſt.10.
ff.de duob.reis.Socc.c.de his.num.17.de accuſ.Decian.
lib.3.crim.c.30.num.15.Tuſc.d.concluſ.57.num.27.
28.29.Farin.quæſt.4.num.28. ſibi contrarius, conſil.
118.nu.17.conſ.186.num.4.Guaz.reor.defenſ.2.c.7.
num.11.36.Macerat.lib.1.reſol.102.num.3.Ponte,
d.num.15.Caball.d.caſ.93.à num.42. Vel ſi noua
30 † ſuperuenerint indicia, Farin.conſ.118.nu.18.19.
Burſ.conſ.35.nu.12.atque ita aduerſus, Bertaz.alias
deciſum fuiſſe concludit Bertaz.in Scholijs ad crim.
Patris, conſ.395.& tradit Ponte, deciſ.26.ad fin.ſed
diſſentit videndus, Franc.deciſ.653.deciſ.654. For-
31 tius ſi præuaricatus † fuerit Sindicator, Gomez, De-
cian.Guaz.Farinac.Mut.Clar.Canal.Tuſc. Et alij nu-
per citati, Aut accuſator, l.3.ff.de præuaricat.Decian.
d.c.30.nu.22.Ponte, deciſ.26.num.15.quia ſententia
eſt nulla, Neguſ.conſ.346.nu.33. Aut ſi cum clauſula
(pro nunc) fuerit abſolutus, Decian.conſ.56.num.12.
32 in 1. Vel ſi fraus † & colluſio interuenerit, Boſſ.tit.
de for.compet.num.101.Clar.§.fin.quæſt.39.num.4.
Farin.quæſt.4.num.2.13.quæſt.7.num.26.Gomez, p.
3.delict.c.1.num.6.Bimor.Sole.quæſt.17.nu.53.Co-
uar.2.reſol.cap.10.Viui.deciſ.296.nu.10.11.Ponte,

*deciſ.26.num.15.Guazz.reor.defenſ.2.c.7.num.25.
44.Gamm. deciſ.53.num.2.Teſſaur. deciſ.90.num.5.
Caual.de Brach.reg.p.4.num.272.274.Caball.crim.
reſol.caſ.162.num.26.27.28.Fontanell.de pact.nupt.
clauſ.4.gloſ.13.p.2.num.65.Decian.lib.4.crim.c.16.*
33 *à num.1.lib.3.c.30.num.22.* Quam † ex eo probari
dicimus, ſi in graui delicto leuis pœna ſit impoſita,
Clar.§.fin.quæſt.57.num.12.Gamm. deciſ.53. Pœna
34 enim † delicto commenſuranda eſt, *l.ſancimus.C.de
Iudic.au b.omnes peregrini.C.comm.de ſucceſſ.l.Sac-
cularij.§.in Aegypto.ff.de extraord.crim.c.fælicis.§.
illud autem.de pœn.in 6.Marſ.in prax.§.opportunè.nu.
47.Crauet.conſil.45.num.15.Gram. deciſ.5.num.31.
Lancell.Gall.conſ.28.num.22.Tuſc.lit.P.concl.211.à
num.1.Franc.Marc.deciſ.717.num.2.p.2.Caual.de
Brach.reg.p.4.num.28.Caball.crim.reſol.caſ.31.nu.
19.caſ.145.num.5.Neguſ.conſil.99.num.29.Guazz.
reor.defenſ.33.cap.4.num.3.Becc.conſil.69.num.6.*
Nec diſſentit, *Farin.quæſt.4.num.2.* qui etſi ſimpli-
35 citer id admittendum neget, eius tamen ſenten-
tiam inſequeretur, ſi ex cauſam pœnam diminueret
Iudex, cui pœnæ omnes ſunt arbitrariæ, *l.3.ad fin.
C.de Summ.Trinit.Menoch.de arbitr.quæſt.96.nu.14.
Farin.quæſt.5.num.8.Decian.lib.5.crim.c.44.nu.36.*
At ſi notoriè pœna ipſa lõgè, latèq; à iuſto diſtaret,
vt ſi pro homicidio pecuniaria imponeretur, vel
exilij. à loco ſeu prouintia, cuius oriundus non eſt
reus, vt *Clar.& Gamm.nuper citati*, probant, Tunc
reus iterum inquiri poterit, *Fõtanell.d.gl.13.nu.68.*

Cumque non in fallentijs, nec in regula verſe-
mur, ipſaque Sindicatoris ſententia infra duorum
Menſium inſtantiam lata fuerit, pronuntiauit M.
R.C. ex his, *Nullum fuiße illatum grauamen.* Anno
M DCII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in fraudem Fiſci, facta non præſumitur, ſed ex coniecturis, quæ contrarijs eliduntur, & omnes ſunt arbitrariæ, num.19.*
2 *Donatio bonorum omnium, ſeu maioris partis, ſimulata præſumitur maximè ſi perſonæ ſit facta donanti ſucceſſuræ, num.3. & inimicitia cauſa concurrat, num.4.Contrar.num.27.28.*
5 *Delicti cogitatio in genere, An ſatis ſit, & quando? vt in fraudem Fiſci donatum præſumatur.*
6 *Donatio in fraudem dicitur, ſi nulla, vel non ſufficiens fuit occidendi cauſa, Declar.num.29.30.31.32.*
7 *Poſſeſſio retenta ſimulatam arguit donationem filię factam, & num.9.* Conſtituto, *non obſtante, num.8. Declar. num.33.34.35.36.37.*
10 *Donatio facta, caſu quo,* bona contigerit publicari, *in fraudem Fiſci cenſetur. Declar.num.38.39.*
11 *Pactum in bonorum diuiſione, inter fratres, quod ſi bona venirent publicanda, alter frater, vel filius delinquentis, ex nunc ſuccedat, eſt nullum in fraudem Fiſci.*
12 *Donatio inter viuos,* cum pacto reuocandi *in fraudem Fiſci præſumitur, nec propriè donatio dicitur; Declar.num.41.42.*
13 *Donatio inter viuos,* reſeruata alienandi facultate, *cauſa mortis potius eſt. Declar.num.43.44.*
14 *Fraus ex inſolitis, & nimijs cautelis arguitur, Declar. num.46.47.48.*
15 *Dolum arguit artificioſa cautela.*
16 *Donatio, falſitatis ſuſpecta dicitur, ex inſolitis cautelis.*
17 *Pacta inſolita falſam reddunt donationem.*
18 *Donatio pro meritis facta, ſi de eis non conſtet, ſimulata præſumitur. Declar.num.49.*
20 *Donatio ab eo facta, qui indè delinquat, in fraudem fiſci non præſumitur.*
21 *Simulatio debet in ſpecie probari, quia omnis actus iuſtus præſumitur.*
22 *Fraus in actu à iure permiſſo non præſumitur.*
23 *Fraudem committere non præſumitur, qui de re ſua diſponit, etiam in tertij præiudicium.*
24 *Fraudem non committit qui de re ſua diſponit, & Fiſcum etiã abſq; cauſa excludit, ſi ſuæ familiæ cõſulit.*
25 *Fiſcus non obſtante donantis prohibitione, An ſuccedat ex delicto, ſi nulla ſit amplius perſona, cuius intuitu Fiſcus fuit à donante excluſus.*
26 *Fiſcus inimicitiam cum eo fuiſſe probare debet, quem Reus occidit.*
40 Tex.l.fin.cum ibi not.à Bart. ff.de donat.int. vir & vxor.declaratur.
45 *Cautelæ inſolitæ quæ ſint, explicantur.*
50 *Breue tempus ſtatuere ad fraudem præſumendam, in Iudicis arbitrio eſt.*
51 *Voluntates hominum intra Quatriennium facillimè mutari ſolent.*

ARGVMENTVM.

Donatio à Reo criminis, coniunctæ perſonæ facta, quibus ex coniecturis ſimulata, & in fraudem Fiſci, præſumatur? Quibusvè ex cauſis defendi poſſit? Excutitur.

CONSILIVM LIIII.

ANdreas Lignami, cũ in anno 1605.
ex propoſito D Antoninum Tri-
marchi occiderit, citatus, & con-
tumax, bãnitus fuit in Curia Stra-
ticotiali cum bonorum omniũ pu
blicatione poſt quatrimeſtre: Quo
elapſo, à Fiſci inuentario, in realem bonorum poſ-
ſeſſionem immitti petijt Fiſcus: Negat Agata filia,
imo inuentarium delendum inſtat, Sunt enim bo-
na eius propria; etenim die 2. Ianuarij 14. Indic.
1601. ſatis ſuperq; ante commiſſum delictum An-
dreas bona omnia inter viuos, ipſi donauerat, re-
ſeruata ſibi diſponendi facultate de vncijs quatri-
centis: ita quod, durante eius vita, liberè bona do-
nator miniſtret, & alienet; Quam donationem pro
libito reuocare poſſit, clauſula (*inter viuos*) non ob-
ſtante. Cumq; decreuerit Straticotus, *Iudices prou-
deãt de Iuſtitia:* Fiſcus ſimulatam, & in ſui fraudem
donationem allegat. Ardua eſt, (etſi egregia) con-
ſultatio, cum perdifficilem habeat tractationẽ: Vbi
1 Doct. dixerint donationem † non præſumi ſimula-
tam, *l.quamuis.& ibi Bal.C.ſi quis alter.vel ſibi. Dec.
conſ.491.nu.4.Crauet.conſ.145.num.2.Becc.conſil.
52.nu.1.Honded.conſ.41.nu.24.vol.2.Menoch.lib.3.
præ-*

Digitized by Google

præſum.t22.num.2. Nec in fraudem, l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.l.meritò.ff.pro ſoc. Macerat. variar. lib.3.reſol.40.num.1.Maſcard.de probat. conclu.814. num.1.Rimin.Iun.conſil.152.num.66. Niſi legitimæ concurrant fraudis,& ſimulationis coniecturæ Bartol.num.1.3.Pic.num.19. Alciat.num.34.l.poſt contractum.ff.de donat.quibus ſolis probari, inquit rex. l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit. l.dolum. C.de dol.Bald.l.& qui.in fin.C.de diſtract.pignor. Abb. & alij c.ad noſtram.de empt.& vend. Rom.conſilio 423. Ancharan.conſ.257. Crauet.conſ.100.num.3. Anna Robert.lib.2.rer.iudic.t.8.Decian.conſ.32.num.3.4. vol.3.conſil.11.num.8.conſil.79.num.17. conſilio 81. num.14.vol.4. Marilian.deciſ.96.num.4. Natt.conſil. 212.num.1.Honded.conſil.33.num.53. vol.1. Becc. conſ.52.conſ.72.num.20. Cephal. conſil.325.num.1. Anton.Sola,ad Decre .Sabad.tit.de feud.p.p. gloſ.2. num.2.Valenzuel.conſil.19.num.22. conſil.69.nu.39. Maſcard.de probatio.concluſ.815.num.1. Bellon.de ijs quæ fiunt incontin.c.2.num.3. Marta,vot.54.num.12. Surd.conſil.382.num.45.conſil.322.num.24. Rimin. Iun.conſil.t64.num.14. Pariſ. de reſignat.benef.lib. 13.quæſt.4.num.20. Ama .conſil.93.num.18. Oſaſc. conſil.6.num.14.Menoch.lib.5.præſum.3.num.34.42. conſ.511.num.10.conſ.109.num.7. conſ.446. num.6. conſil.430.num.1.conſil.445.num.6. de arbitrar.caſ. 459.num.4.M cera .d.reſol.40.nu.1. Viui deciſ.440. num.12.Bertaz.crim.conſ.437.num.66. Cum diſſicilis probationis ſit fraus, Doct.l.pen. C.plus.val.quod agit.Crauet.conſil.14.num.12. Viui. deciſ.440.num. 2.Becc.conſil.52.Bertazz.d.conſil.437.num.65.Maſcard.de probat.concluſ.438. Menoch.de arbitrar.caſ. 116.num.13.

2 Primam itaquè fraudis, † coniecturam probat Fiſcus,quod omnium, vel maioris partis bonorum ſit donatio,l.omnes.§.lucius.ff.de his quæ in fraud.credit.Bart.num.2.Pic.num.36.Alciat.num.40.Annib. num.90.in l.poſt contractum.ff.de donat. Afflic.deciſ. 370.num.12.Gregor.Lopez.l.9.gloſ.3.tit.15.part.5. Guazz.de confiſcat.concluſ.29.num.1. Farin.conſ.42. num.29.Gomez.3.delict.c.14.num.4.Macerat.d.reſolut.40.num.2.Peregrin.de fiſc.lib.6.titul.1.num.157. 163.Valenzuel.conſil.19.num.24.25.27.Menoc.conſil.430.num.8.& lib.3.præſump.124.num.5.7.8.Beccius.conſil.72.num.23.Mattien.l.11.gloſ.3.num.1.titul.10.lib.5.recopil. Pech.de teſtam.coniug.lib.2.cap. 4.num.2.Maſcard.d.concluſ.815. num.47. Cephalus, conſil.325.num.3.48.Natt.conſil.549.num.6. Strac. de Decoct.p.3.num.29.Peguer.deciſ.50.nu.2.9. Gutierez.conſil.14. num.18. Vel titulo etiam oneroſo, Gloſ.l.teſtamentum.verb.modum.ff.de probat. Gloſſa, Bart.& Doct.d.§.lucius.Matien.d.gloſ.3.num.2. Peguer.d.n m.2.Menoch.d.præſumpt.124.num.11.Valenzuel.conſil.19.num.26.Bertaz. d.conſil.437.num.
3 71.72.Viui.deciſ.440. Præſertim † coniunctæ perſonæ, Agatæ nempè filiæ,l.data.C.de donat. l.pen. ff.de oper.libert.c.fin.de renunt.in 6.Bart.num.3. Picc.nu. 46.Alcia .num.41.Annibal. num.105. d.l.poſt contractum.Alciat.reg.3.præſumpt.29.num.4.Anchar. conſil.251.Boſſ.tit.de public.bon num.46. Rota.Gen. deciſ.13.num.38. Dec.conſil.235.conſil.587.num.9. Becc.conſ.72.num.24.28. Carot.de excuſſ.bonor.qu. 13.quæſt.10.princ.num.29. Natt.conſi.549.num.11. Peguer.deciſ.50.num.3.Mattien. l.1.glo.1.num.7.tit. 19.lib.5.recop.Menoch.conſil.430.nu.11. Valenzuel. conſ.19.num.28.Maſcard.d.concluſ.815.numero 65. Quia fraudis particeps cenſetur ex ſanguinis coniunctione,arg.l.Octaui.ff.vnd.cognat.l.de tutela. C.de integr.reſtit. Picc.d.l.poſt contractum.num.46. Ang. conſil.48.num.2.Menoch.d.præſumpt.124.nu.26.Va-
4 lenzuel.conſ.19.num.29.Si inimicitiæ ſubſit † cauſa, vel alia,ob quam veriſimiliter ipſe deliquerit,Bart. num.2.3.Pic.num.17.22.36.41. Alciat.nu.41. Annib.num.105.d.l.poſt contractum. Pariſ.conſilio 14. num.41.vol.1.Blanc.de indit.num.88. Dec.conſ.235. num.1.Gomez,variar.c.14.de confiſc.bonor.nu.4.p.3. Caſſan.Burg.conſuet.rub.4.§.3.ſub num.2.Menochius, conſ.104.num.59.conſ.430.num.3.8. & de præſumpt. 124.num.24.Guaz.de confiſc. concluſ.29.nu.24. Boſſ. tit.de public.bonor.num.45.49. Surd.conſ.382.nu.61. Macerat.d.reſol.40.num.3.10. Carot.de excuſſ.bonor. quæſt.13.quæſt.10.princ.num.20. Natt.conſilio 549. num.2.9.Bero.conſ.65.vol.1.Cephal.conſ.325.nu.53. Peregr.d.lib.5.tit.1.num.160.165.& num.159. eos damnat,qui validam aſſerunt donationem coniunctæ perſonæ factam,ſi præcedat inimicitia : Cumq; capitalem hanc fuiſſe inimicitiam probauerit Fiſcus, Bart.l.1.ff.de condit. ex leg. & d.l.poſt contractum.num.2.Doct.in c.1.de homic.in 6.Gomez,d.cap. 14.de confiſc.bon.num.4.Dec.conſ.235.nu.1.Menoch. d.conſ.430.num.3.ergo.

5 Nec obſtat † Hanc delicti committendi cogitationem fuiſſe generalem, quæ ſatis non eſt, vt præſumatur fraude deinde donatum, ex Alciat.d.l.poſt contractum.num.37. Qui de iuuene malè morato, inquit,quod ſi dubitet ne aliquod crimen ſibi contingat committere donauit amico, (reſponſum fuit,) à Fiſco donationem reuocandam non eſſe, quia vt Alciat.inquit, reuocatio quæ fit à Fiſco, in probati delicti pœnam fieri debet, non ſi in genere tantum de delicto cogitauerit,tunc enim cauſa proxima non eſt delictum, ſed naturæ facilitas aduerſus quam donando ſibi voluit prouidere : verum hęc Andreæ cogitatio non fuit in genere (vt loquitur Alciat.)Sed in ſpecie, Tum quia iam extabant inimicitiæ, Tum quia in ſpecie cogitabat, oblata occidendi occaſione, illum ſe occiſurum,vt occidit imo fatetur,ibid.Alciat. quod ſi cum generali illa cogitatione concurrit alia coniectura, vt ſi is clam donauerit,præſumptio inſurgit, quod in ſpecie cogitauerit delictum committere,Menoch.conſil.430. num.7.

Secundam allegat Regius Fiſcus coniecturam,
6 quod cum † poſt donationem factam, vel nulla prorſus,vel non ſufficiens homicidij cauſa interuenerit, delinquendi animum habuiſſe præſumitur, ne dum ante, ſed donationis tempore, Macerat.lib. 3.reſol.40.num.4. De præſenti præſumitur in præteritum,etiam in delictis, l.ex perſona. C.de probat. l.ſi hi qui.C.de adult. Maximè ſtante temporis breuitate, quæ interceſſit inter contractas inimicitias, donationem,& ſequutum exinde homicidium, Bart. d.l.poſt contractum.num.8.9.Alciat.num.52. Pic.nu. 36.Annib.163.164.Dec.conſil.235. Bertazz. ciuil. conſil.t9.num.22.Mantic.de tacit. & ambig. lib.13. tit.39.num.16.Natta.conſil.549.num.4. Crauet.conſ. 77.num.10.Bellon.de ijs quæ fiunt incontin. cap.65.nu. 4.11.Boſſ.tit.de public.bon.num.51. Farinac.crimin.

quæſt.

queſt.89.num.115.conſ.40.num.62. Maſcard.de pro-
bat.concluſ.815.num.34.60. Menoch.conſ.430.nu.9.
Actus enim ſtatim ſubſequens, fraudis animum
præceſſiſſe declarat, c.officij. de elect.c.ſi qua fœmina.
diſt.50.c.1.de renunt.in 6. Natta.conſil.549.num.8.
Imo præſumi fraudem, inquit, Boſſ.tit.de bonor. pu-
blic.num.45. Etſi delictum ex interuallo fuerit per-
petratum, vbi donationis tempore vrgeret cauſa,
qua illud potuit euenire, Clar.§.fin.quæſt.78.& ibi
Baiard.num.98.Seſſe,deciſ.78. Bellon. de his quæ fiunt
incontin.cap.65.num.3. Et licet hæc temporis breui-
tas iudicis arbitrio iudicanda relinquatur, ex Al-
ciat.d.num.52.Ioan.Annib.num.177. in d.l.poſt con-
tractum. Dec.d.conſ.235.Menoch.conſ.430.num.10.
ſcum tranſmitti non dubitat, *Peregr.de iur.fiſc.lib.
5.tit.1.n.90.* Nam qui per contractum,is etiam per
delictū ſucceſſoribus ſuis præiudicare poteſt, *Bald.
l.emancipatum.§.1.ff.de Senatorib. Affl.c.1.gloſ.3.n.
8.tit.quæ fuit prim.cauſ.Soc.ſen.conſ.166.n.38.in 1.*&
è contra, qui non poteſt in præiudicium alterius a-
lienare contrahendo,nec poteſt illi præiudicare de-
linquendo.*l.ſi filius.C.de bon.proſcript. Bart.l.ſi fini-
ta.§.ſi de vectigalibus.n.12.ff.de dam.infect.Alexan.
conſ.23.n.6.in 1.Molin.de primog.lib.4.c.11.num.7.*
Cum alienationis ſpecies ſit confiſcatio, *Peregr. d.
tit.1.nu.101.* Certi namq.iuris eſt,delinquentem ex
ſuo delicto,cum Fiſco quaſi contrahere,& in illum,
bona quaſi ex contractu alienare, *l.imperatores.ibi,
Tu te ipſum pœnæ ſubdidiſti.ff.de iur.fiſc.§.1. inſtit.de
obligat.quæ ex delict.naſc. l.omnem.ff.de iudic. Auth.
vt omn.obed.indic.§.& hoc.colla.5. cum alijs à Moli-
nad.c.11.n.8.Larath.conſ.1.n.37.*

13 Non obſtat Primum,Quia *Doct.* diſputant † An
conditio *Mortis* fideicommiſſo appoſita, in morte
ciuili procedat, & negatiuè reſoluunt,quia mors ci
uilis, & naturalis reſpectu fideicommiſſi non ſunt
eiuſdem effectus, ab eo igitur ad alios caſus inferri
non poſſe inquit,*Surd.conſ.271.n.10.* Vbi vult ban-
nitum cum cōfiſcatione bonorum haberi pro mor-
tuo,& fiſcum mariti bona vxori cauſa mortis,dona
ta non publicare marito capitaliter condemnato
cum bonorum confiſcatione,*Felic.alleg.1.n.19.p.p.*
Proinde in conditionibus implendis mortem ciui
lem minimè æquiparari morti naturali, nec facta
mortis mentione,comprehendi, *Doct.in l.Gallus.§.
& quid ſi tantum,* maximè, *Aqilin.n.12.ff.de liber.
& poſth.Cephal.conſ.395.nu.31.Surd.conſ.90.nu.33.
Trentaçinq.de ſubſtit.p.4.c.6.nu.4.* Quia conditio in
ſpecifica eius forma adimpleri debet,*l.qui hæredi.l.
meuius.ff.de condict.& demoſtr.* Imo diſtinguit,*Bo-
lognet.d.§.& quid ſi tantum.num.71.* An conditio,
ſit neceſſaria ad actum, an voluntaria, *Caſtill.re.
quotid.c.12.n.31.p.3.* Cumque non de fideicommiſ
ſo,nec de eius conditione, noſtra ſit quæſtio, ſed
an quatrimeſtri elapſo fiſcus in bonis reſeruatis ſuc
cedat ob eius contumaciam: Iuris eſſe concludi-
mus,in contumacis pœnam,id omne reſeruatum fi-
ſco acquiri, cum ipſa ciuilis mors, naturali ſit ſimi-
lis*Menoch.conſ.575.n.3.*

14 Non obſtat Secundum, Quia etſi † verè delin-
quentis hæres non ſit fiſcus, eſt tamen quaſi hæres,
l.ſi.tutorem.C.de vi public.Gram.conſ.7.nu.1. Bardell.
*conſ.131.n.18.Griuell.Dolan.Senat.decis.3.n.18.Ber-
taz.crim.conſ.489.n.6.* Et loco hæredis extranei,*Ca-
ball.crim.reſol.caſ.40.n.2.7.Maur.alleg.17.n.4.alleg.
84.p.p.Menoch.conſ.101.à n.15.conſ.1253.num.7.8.*
Proinde in fiſcum tranſeunt omnia, quæ in hęredē
extraneum,& è contra, quæ in extraneum non tran
ſeunt,nec in fiſcum,*Plot.conſ.50.num.17.Clar.§.fin.
quæſt.78.n.7.& ibi,Baiard.num.112.Farin.quæſt.25.
num.51.Tuſc.lit.C.concluſ.719.Six in.2.de regalib.c.
12.num.37.Guaz.de confiſcat.concluſ.13.num.9.Ri-
minald.iunior,conſil.131.num.4.Auenion.decis.121.
num.5. Boſſ.tit.de publicat. bonor.num.16. Honded.
conſil.95.num.109.vol.1.* Ne deterioris conditio-
nis ſit fiſcus, quàm hęres, quem repręſentare vide-
tur,*l.inter eos.§.fin.ff.de fideiuſſ. Dec.conſ.442.num.
28.Ruin.conſil.23.num.24.in 5.Cephal.conſilio 321.
num.58.*

15 Reſpon.II.Quod ſi ius † adeundi, tranſitorium
eſt ad extraneos,tranſit in fiſcum ſecus ſi ad eos trāſ
miſſibile non ſit,*ex Aret.Caſtr.Alex.& Iaſ.l.ſi quis
mihi bona.§.ſeruus.municipium. ad fin.ff.de acq.hære-
dit.Boſſ.tit.de public.bonor.n.16. Clar.§.fin.quæſt.78.
num.24.Cephal.conſ.321.n.58. Carpan. ad Nou.Me-
diol.Conſtit.c.omnium.n.388.Guaz.de confiſc.concluſ.
13.lim.25.n.10.Tuſc.lit.C.concl.719.nu.59.* Sed ex-
traneus, cui ex teſtamento delata eſt hæreditas, ius
adeundi ad quoſcumq. hęredes tranſmittit ſi infra
deliberandi tempus a lege indultum deceſſerit, *l.
cum antiquioribus.vbi gloſ.& Doct..C.de iur.deliber.
Gomez.variar.1.c.9.n.51.Craſſ.de ſucceſſ.§.tranſmiſ-
ſio.quæſt.22.nu.1.* Ergo & in fiſcum,ſi intra id tem-
pus,hæredis delicto bona confiſcari contigerit,*Ale
xan.d.l.ſi quis mihi bona.§.ſi quis planè.num.2.3.ff.de
acq.hæred.* & hoc ex multis receptius inquit *Acoſta
l.gallus.§.& quid ſi tantum.p.2.nu.178.ff.de liber.&
poſth.Suarez.in Scholijs,ad Gomez.d.n.51.lit.N.Zuc-
car.conſ.78.nu.153.* Nec dicendum ex aduerſo eſt,
Text.d.l.cum antiquioribus. Procedere ſi tranſmiſſio
proueniet à morte naturali,non ſi à ciuili,vt opina
tur,*Zuccard.conſ.78.n.157.ad n.169,* Quia mors ci-
uilis,eiuſdem eſt effectus in confiſcando, cuius, eſt
naturalis,cum (vtroq.in caſu) vt hæres ſuccedat fi-
ſcus,*Cephal.conſ.321.n.25.65.Craſſ.de ſucceſſ.§.tranſ
miſſio.quæſt.22.n.1.2.Caball.crim.reſol.caſ.207.n.7.
caſ.222.num.36.caſ.234.nu.25.caſ.264.num.3.caſ.
266.num.3.Peregr.de fiſc.lib.5.tit.1.num.53.& alij,
quos citant.*

16 Reſpon.III. Aut viuus † eſt pater: Tunc ius adeun
di,quod delinquenti filio, poſt patris mortem,poſ-
ſet competere,non tranſit in fiſcum,*ex Bald.l.ſi quā
pœna.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur. Caſtr.conſ.32.
in 1.Alex.conſ.75.in 1.Dec.conſ.438.n.8.* quos citat,
Bertaz.ad crim.conſ.489.lit.C. Repręſentaret namq.
defunctum in iure, quod pęnes illum nunquā fuit,
Aret.conſ.122.Manent.decis.38.n.14. Aut confiſca-
tio ſit mortuo iam patre,quo tempore ius adeundi
filio quęſitum iam erat, tunc citra dubium eſt,tranſ
mitti in fiſcum.*Boſſ.tit.de public.bonor.num.27.Dec.
conſ.19.conſ.439.conſ.442.num.20. poſt Bart.Alex.
& Iaſ.in l.3.§.illud.ff.quod quiſq.iur. Ruin.conſ.23.n.
25.in 5.Bertaz.d.conſ.489.n.7.Rim.iun.conſil.50.n.
93.* optin è *Apetr.de princ.poteſt. c.30.nu.9.14. De-
cian.conſ.64.n.46.in 3.* Nec dicendum eſt ius adeun
di tranſmitti ad hęredem,introductum ſanè eſſe fa-
uore hæredis,ſeu donantis,qui propter hoc hæredē
fortè habebit,alias non habiturus, *arg.l.Iulianus.ff.
de acquir.hęred.* Quod in Fiſcum non debet tranſ-
mitti, cum hoc in eius odium potius tenderet. vt
Zuccar. inquit, *d.conſ.78.nu.161* Quia tranſmiſſio
ex confiſcatione, Reipublicę fauorem reſpicit; ne
rei contumacia, quæ delictum quoq.eſt, remaneat
impunita, *l.ita vulneratus,§.fin.ff.ad l.aquil. Cephal.
conſ.325.n.61.*

Non obſtat Tertium, Cuius difficultas in eo eſt,
17 An † diſponendi facultas perſonalis ſit,ne ad hęre-
des tranſeat,ſed realem eā eſſe affirmant *Doct.* om-
nes,adeo vt verbalem potius differentiam illam ap
pellent,quam probat *Teſſaur.d.decis.97.* Proinde il-
lum increpant,*Seſſe,Fontanell. Caualc. Ricc. Anton.
Monach.*

Monach.Surd. quos contra *Teßaur.* adduxi, *num.*11. *Franc.deciſ.*600.*n.*2. Nec *Cagnol.* citatus à *Teſſaur.d. deciſ.*97. diſtinctione vtitur, quam *Teßaur.* refert, eamque à notarij imperitia in loquendi modo potius procedere, dixi *n.*11. quam à donantis voluntate.

18 Reſpon.II. Ex his, quæ † docuit *Iaſ. rub.ff.de lib. & poſth.n.*15. cum dixerit ſe aliquando interrogatum reſpondiſſe, quod cum filia ſpuria fuiſſet legitimata, adiecta clauſula, *Quod poßet ſuccedere patri, ex teſtamento, vel ab inteſtato, dummodo de eius præceſſerit voluntate.* Sed deceſſerit pater nullo condito teſtamento, nullaq. facta inter viuos declaratione, quod vellet filiam ſibi ex teſtamento, vel ab inteſtato ſucceſſuram. Vnde proximiores agnati admittendos ſe eſſe opinantur, quod pater non declaraſſet ſe velle filiam ſibi ſuccedere, vt declarare debebat, *ex l.continuus.§.fin.ff.de verb.oblig. l.ſi ita legatur. §.illi ſi volet.ff.de leg.*1. Verum dixit *Iaſ.d.n.*15. ſe contrarium reſpondiſſe, vt verè reſpondit, *conſ.*202. *in* 2. ea ductus ratione, quod cum pater inteſtatus deceſſerit, voluntatem ſuam ſatis dicitur declaraſſe, filiã debere ſibi ſuccedere, *ex d.l.conficiuntur*, Quam, *Iaſ.* traditionem in ſpecie probarunt, *Alciat.n.*32. *Bolognet.n.*58.*rub.ff.de lib.& poſth.Natt.conſ.*216.*n.*10. *Menoch.conſ.*210.*n.*48.49.50. *conſ.*950.*nu.*7.8. *conſ.*922.*n.*3.4.*& lib.*4.*præſump.*26.*n.*10.

19 Reſpon.III. Facultas aliquid declarandi † non eſt ius aliquod præciſum, & ſeparatum ab habitu voluntatis, eius, qui poteſt velle, vt ſuadet nobis, *Bart.l.is poteſt.n.*3.*ff.de acq.hæred.* cõcludens, quod ſi alterius voluntas eſt in potentia operandi, nec præexiſtit materia, circa quam poteſt operari, ſed illud ens, quod eſt fiendum, formari debet per deductionem voluntatis ad actum; Tunc talis voluntas ita in potentia, ſeu habitu conſiderata, eſt quid perſonaliſſimum, *Bart.* ſequitur *Maran.d.l.is poteſt.nu.*174.175. vt ad donantis heredem non transeat, nec publicatis eius bonis ad Fiſcum ipſum; Sed ex hac facultate diſponendi, de vntijs quatricentis, in donatione reſeruata: præexiſtit materia, ille nempè vntię quatricentę, circa quas ſatis poteſt operari, illudq. ens formatum eſſe dicimus per deductionem voluntatis ad actum, proximiores ad ſucceſſionem vocando ab inteſtato, quæ nec ficta, & impropria diſpoſitio eſt, vt opinantur, & malè, *Bero.conſil.*84. *ad fin.vol.*2. & alij à *Menoch.* relati, *lib.*4.*præſum.*26. *n.*1.2.3. Sed propria vera, & realis diſpoſitio, vt cõcludit ibi, *Menoch. & conſ.*210.*n.*50.*conſ.*922.*n.*14. 15.*conſ.*950.*n.*19.20. & alij quos congeſſi, ad *Meßanæ Stat.c.*5.*gl.*4.*n.*5.*p.p.*

20 Reſpon.IV. Quod ſi, *Teſſaur.* † opinionem ſequemur in notarij poteſtate eſſet (quos vt plurimum ignaros ait, *Franc.deciſ.*297.) exprimendo prius quantitatem reſeruatam, & inde facultatem, vel è contra, ſicq. facere quod reſeruata tranſeant, vel nõ ad hęredem ab inteſtato, *Franc.deciſ.*600.

21 Cæterum, ad hæc euitanda † clauſulam apponendam cenſui, quod donatore non diſponente, in donatarium tranſeat, quod reſeruatum eſt, *Teſſaur.deciſ.*97.*n.*4.*Franc.deciſ.*600.*nu.*2.*ad fin. Caſtill. deciſ.*142.*n.*16.*Fontanell.d.gloſ.*23.*n.*15. *Ricc.collect.*178. *ad fin.* & omnes, quos citaui *nu.*11. Quid verò deciſum fuerit, habes conſ.56.

S V M M A R I V M.

1 *Fraus non præſumitur, quia delictum.*
2 *Fraudem non committit, qui iure ſuo vtitur, & iure permittente aliquid agit.*
3 *Fraus cadit inter permißum, & prohibitum, non autem inter permiſſum, & permiſſum, nec inter prohibitum, & prohibitum.*
4 *Reſeruatio, dominium reſeruatæ rei denotat.*
5 *Vſusfructus, morte extinguitur vſufructuarij.*
6 *Vſufructuario mortuo, ciuilis proprietarij poſſeſſio naturalem illam, quæ apud vſumfructuarium erat, ſtatim ad ſe retraxit; & quando?*
7 *Proprietas rei filio competens, cuius pater habet vſumfructum, ex delicto filij confiſcari non poteſt.*
8 *Aduentieium filij peculium publicari non poteſt, publicatis eius bonis.*
9 *Profecticium peculium confiſcari non poteſt.*
10 *Lex correcta in iudicijs allegari non debet.*
11 Text. l.ſi poſtulauerit. §. iubet. ff.de adulter. *Declaratur.*
12 Tex.l.clarum.C.de auth.præſtan. *explicatur.*
13 *Meſſan.Vrbis Statut.c.*6.*alias*,5. *Filiorum fauorem reſpicit, & patris teſtantis odium, vt eum debeat recognoſcere, ſi capax ſit, num.*20.
14 *Dictio*, Dummodo, *quid denotet?*
15 *Filius bannitus præteriri à patre poteſt, nec teſtamentum erit nullum.*
16 *Legitima non competit filio incapaci.*
17 *Recognitio à Stat. cap.*6.*alias*,5. *in filij fauorem introducta, ad ſuæ legitimæ augumentum introducta cenſetur.*
18 *Legitima delicto filij non confiſcatur, patre viuo.*
19 *Filius bannitus inſtitui à patre poteſt; cum capax erit.*
21 *Ius dicendi teſtamentum patris nullum, quod filio competit, non tranſit in Fiſcum publicatis eius bonis.*
22 *Exhæredati filij querela, contra patris teſtamentum, non tranſit in Fiſcum.*
23 *Teſtamenti impugnandi ius, illi competit, qui ſuccedendi ius habet.*
24 *Actus omnes vltimæ voluntatis, vires capiunt à die mortis.*
25 *Futura non veniunt in confiſcatione, nec futura ſubſtitutio, licet læſæ maieſtatis crimen commiſſum ſit.*

A R G V M E N T V M.

Confiſcatis bonis Filij, An confiſcata quoque ſit Patris hæreditas, Filio poſt delictum obuenta.

Ius dicendi Teſtamentum nullum, Filio à Patre non recognito, competens, An tranſeat in Fiſcum, bonis filij confiſcatis.

*Ad intellect. Meſſan. Vrbis Statut.c.*5. *alias*, 6. & *c.*8.*alias*,7.

CONSILIVM LVI.

ANdrea Lignami, homicidij reo, contumace declarato, & bannito, cum nondum elapſo quatrimeſtri tempore, Saluator Andreæ pater deceſſiſſet, Straticotialis Fiſcus res omnes Saluatoris in confiſcationem venire exiſtimabat; Quòd inter Saluatorē, & Hyppolitam Andreæ matrem, iuxtà Meſſanenſium Leges initum eſſet matrimonium, quibus cautū eſt, ſuſceptis ex matrimonio liberis, confundi omnia coniugum bona, & in tres diuidi partes. Quo fit, vt nato Andrea filio, ac ſubinde mortua Hyppolita matre, duæ tertiæ partes filio debitæ, alia materno, alia proprio nomine, Fiſco commiſſæ eſſe videantur. Verum quia poſtmodum Saluator pater, teſtamento condito, Agatham ex Andrea filio neptem inſtituit. illum verò omnino præterijt, contra Statutariam Meſſanę ſanctionem, *c.6.alias*, 5.*c.*8.*alias*, 7. quę pater de ſua tertia filios recognoſcere diſſinit, nullum eſſe teſtamentum Fiſcus contendit; Quocirca quę in priori bonorum Andreę deſcriptione, viuo patre facta, ſolummodo annotauerat iura, & actiones Andreę competentes in bonis patris, nunc reuocato conſilio etiam Saluatoris bona deſcribenda voluit.

Contra verò, Agatha inſtituta ab Auo paterno hęres, cancellari debere recentem hanc bonorum annotationem, ex eaque eximi Saluatoris bona, inſtat, petitque.

Qua in controuerſia, vt ordine procedamus, ſingulatim quid in tribus iſtis portionibus in dubitationem cadere de iure poſſit, Diſcutiendum duxi?

Ac ſanè de illa hęreditatis parte matri debita, nihil omnino diſputandum eſt: nam cum eam Andreę filio ſeorſim viuenti, Saluator pater tradiderit; Nulli dubium, eam poſtmodum ad filiam Agathā tranſiſſe, in quam Andreas, ante commiſſum delictum bonorum omnium donationem contulerat.
1 Eamq. citra † Fiſci fraudem, validam eſſe dixerim,
cum fraus non pręſumatur, quia delictum, *Bald.l.*
*quamuis.C.ſi quis alter.vel ſibi. & conſ.*198. *in* 1. *Ga-*
*briel.conſ.*82.*n.*4.*in* 2.*Surd.conſ.*250.*n.*16.*Ceph.conſ.*
719.*n.*47.*Bardell.conſ.*185.*n.*20. *Sixtin.de regal.lib.*
2.*c.*6.*n.*195.*Maſcard.de probat. concluſ.*814.*nu.*1.5.
*Felic.alleg.*150.*n.*6.*p.*2. *Menoc. lib.*5.*præſum.*3.*n.*14.
Additq. *Farin.queſt.*89.*num.*4.5. Fraudem in ſpecie
probandam, *Bardell. conſ.*183.*num.*14.*Surd.conſilio*
2 382.*nu.*60. Nec ab eo † committitur, qui iure per-
mittente aliquid agit, ſuoquè iure vtitur, *Gabr.con-*
*ſil.*57.*num.*25.*in* 2.*Molin.de rit.nupt. lib.*2.*differ.*11.
*n.*16.*Barz.deciſ.*18.*n.*7. Cum prohibitum nec ſit,
patrem donare filię, fraude ergo donatum dici non
poteſt. *l.qui autem.ff.quæ in fraud. cred. Igneus.auth.*
*ex cauſa.num.*72.*C.de lib.præter. Zuccard.l.*1.*nu.*51.
*C.qui admitt. Surd. deciſ.*21. *num.*15.*deciſ.*30.*nu.*38.
*conſil.*300.*num.*17.*conſil.*255.*num.*15. *conſ.*348. *nu.*
3 11.*Felic.allegat.*150.*num.*13.*p.*2. Fit enim † tantum
fraus de permiſſo ad prohibitum, non autem de
permiſſo ad permiſſum, nec de prohibito ad prohi
bitum, *Bald.c.*1.§.*beneficium. tit.ſi de feud.ſuer.con-*
*trouerſ.int.domin.& agnat. Farin. queſt.*88.*num.*35.
*Decian.lib.*1.*crim.c.*5.*num.*1. *Bardell. conſil.*183.*nu.*
15. etſi actus præiudicet tertio, quia fraudem non
committit, qui de re ſua diſponit, *Surd.conſil.*250.
*num.*16.

Ex his, Difficultas eſt non leuis, Quid de tertia bonorum parte, filio iure naturę competente? Qua in re, confiſcatam ſibi fuiſſe illius proprietatem inquit Fiſcus; Quia maritali ſocietate inter coniuges diſſoluta ab vxoris mortem, ex tunc ad Andream filium illam iure proprio ſpectare cępit, inſpectis
*Meßanæ Stat.*7.*alias*,6. verbis, ibi, *Proprietate filio re-*
4 *ſeruata*: Quæ dominiū † denotant, *Farin.deciſ.*771.
*n.*2.*p.*2.*tom.*2.*Caual.deciſ.*12.*nu.*9.10.12.*p.*4. *Ant.*
*Monach.Bonon.deciſ.*71.*num.*60.61.79. & vſusfru-
ctus ex eod.*Stat.*7.*alias*,6. reſeruatus patri, dominiū
ſignificat eſſe alterius, *l.quiſquis.C.de donat. Aldouin.*
*conſ.*63.*num.*22. Cumque vſusfructus patri compe-
5 tens donec † vixerit, eo mortuo, finitus iam ſit, §.
finitur.inſtit.de vſufrut. Mantic.de coniect.vlt.volunt.
*lib.*4.*tit.*5.*num.*17.*Bertaz.ciuil.conſ.*4.*nu.*15. *Barz.*
*deciſ.*73.*num.*20.*Cephal.conſ.*158.*num.*3. *Ann.alleg.*
48.*num.*56.*Maſull.ad Capic.deciſ.*188.*nu.*1. *Peregr.*
*conſil.*63.*num.*6.*vol.*3. *Franc.deciſ.*497.*num.*9. *Gra-*
*tian.diſcept.*138.*num.*10. *& omnes*. Nec ad hæredes
tranſmittitur, *Polid.Rip.obſeru.*13.*num.*7.*obſer.*166.
*num.*8.*& de act.in mort.artic.c.*65.*Fab.Anna.conſil.*
113.*num.*18. *Tuſc.lit.V.concluſ.*333.*num.*1. *Lanar.*
*conſ.*59.*num.*32.*Pariſ.de reſignat.benef.lib.*1.*quæſt.*
16.*num.*66.*dixi ad Meſſan. Statut.c.*7.*gloſ.*9.*num.*1.
p.p. Ipſaq. ciuilis, proprietarij filij poſſeſſio, natura-
lem Statutariç huius partis, quę apud vſufructua-
6 rium erat, ex vi conſolidationis † ad ſe retrahit, *Al-*
*douin.conſ.*76.*num.*24.*Menoch.conſ.*139.*num.*16.*Ca-*
*ball.crim.reſol.caſ.*222.*nu.*29.37.38.39.45. *Peregr.*
*de iur.fiſc.lib.*5.*tit.*1.*num.*116. adeo vt mortuo vſuſ-
fructuario plenam in re poteſtatem proprietarius
habere cenſetur, §.*fin.inſtit.de vſufruct. Aldouin.cōſ.*
76.*num.*23. Niſi ciuiliter moriatur, tunc enim durā
te delinquentis vita, vſusfructus tranſit in fiſcum,
*ex comm.Farin.queſt.*25.*num.*150.*Guaz.de confiſcat.*
*concluſ.*13.*lim.*28.*nu.*18. Quod verius eſſe teſtatur,
*limit.*29.*num.*6. etſi cum proprietate illud conſoli-
dari, excluſo etiam fiſco dixerint, *Plot.d.conſil.*130.
*num.*23.*Pariſ.conſ.*157.*nu.*19.20.44.50.*m*4. *Farin.*
*quæſt.*24.*nu.*29. Sed confiſcatis bonis omnibus An-
dreę filij, vt incorporata fuit fiſco proprietas, *ad tex.*
l.ſi poſtulauerit.§.*iubet.ff.de adulter.& l.clarum.C.de*
auth.præſtan. Sic & vſusfructus, proprietati iam con
ſolidatus ob vſufructuarij patris mortem, confiſca-
tus etiam eſt.

His tamen non obſtantibus, Delendum eſſe Fi-
7 ſci inuentarium cenſeo, quia bonorum † proprie-
tas, in quibus pater habet vſumfructum, confiſcari
non potuit, licet quatrimeſtri elapſo, in banno ad-
huc perſeueret Andreas filius, *l.non ſolum.*§.*filiusf.*
*C.de bon. quæ liber. l.*3.*C.de bon. damn. Bart. Angel.*
Imol. & Doct. in l.ſi finita.§.*ſi de vectigalibus. ff. de*
*dam.infec.Capell.Tholoſ.deciſ.*120.*num.*1.*& ibi Au-*
*frer. num.*2.
8 Hinc publicatis † bonis filij, non intelligitur pu-
blicatum peculium aduenticium, etiam quoad fi-
lij proprietatem, ex *l.*3.*C.de bon.damn.Bart.d.*§.*ſi de*
*vectigalibus.Abb.conſ.*66.*nu.*2.*p.*2. *Rom. conſ.*154.
*num.*3.

Digitized by Google

num.3.Plot.conſ.130.num.20.vol.1.crim. Duen.reg.275.lim.7.Boer.deciſ.7. Suarez, l.poſt rem iudicatam. not.13.num.5.ff.de re iudic.Roland.conſ.56.num.10.vol.1.Clar.§.fin.quæſt.78.num.11.& ibi,Baiard.num.56.Pariſ.conſ.157.num.1.32.in 4. Gomez, var.p.2.c.15.num.12.13.Tuſc.lit.C.concl.719.num.79.Couarr.2.reſol.c.8.nu.7.9. Gail.de pac.publ.lib.2.c.13.nu.37. Guaz.de confiſcat.concluſ.13.lim.28.num.1. Menoch.recup.poſſ.remed.9.num.65.66.conſ.182.nu.13.Nell.de bannit.temp.2.quæſt.25. Ruin.conſ.24.num.6.in 5. Honded.conſ.95.num.35.in 1. Peregr.de fiſc.lib.5.tit.1.num.128.Farin.quæſt.24.num.5. Aſcan.Clemen.de patr.poteſt.effect.2.num.36. Boſſ.tit.de public.bonor.num.71.Soc.iun.conſ.77.in 2.Carpan.ad Nou.Mediol.Conſtit.c.omnium.num.204.215. Azeued.l.3.num.134.tit.10.lib.4.recop. Sixtin.de regalib.lib.2.c.12.num.65.Fachin.lib.9.iur.controuerſ.47. Thob.Non.conſ.102.num.1.Oſaſc.deciſ.94.num.3. & ita iudicatum teſtatur, *Capell.Tholoſ.deciſ.120. vbi, Aufrer.n.2.* Quia filiusfamilias aduentitiorum bonorum proprietatem per contractum,vel vltimam voluntatem ſine conſenſu patris,alienare non poteſt, *l.fi.§.filiusfam.C.de bon.quæ liber.Becc.conſ.57.n.17.Menoch.conſ.182.nu.13.*& confiſcatio ob delictum voluntaria cenſetur alienatio, *Celſ.Vgo,conſ.37.nu.13,Surd.deciſ.254.nu.28.Larath.conſ.1.nu.38. Zuccard.conſ.78.n.161.*valeatq.hac in re argumentum à contractu,vel vltima voluntate, ad delictum, *l.imperator.vbi Bart.& Doct.ff.de fideicom.libert.Gomez,d.c.15.n.14.Sixtin.d.c.12.n.64.*

9 Nec profectitium † ſi quod filius habet peculiũ, confiſcari poteſt, *Ang.& Imol.in l.ſi filius.ff.de dam.infec.Plot.d.num.20.Pariſ.d.conſ.157.nu.36. Thob.Non.conſ.102.n.1.Clar.d.q.78. num.10.11.Menoch.recup.poſſ.remed.9.num.81.Tuſc.lit.C.concl.719.nu.82.Gail.lib.2.de pac.public.obſer.13.nu.37. Carpan.d.c.omnium.num.202.215.239.Nell.d.qu.25.Farin.quæſt.24.n.3.26.comm. Peregr.de fiſc.lib.5.tit.1.nu.125.Sixtin.de regal.lib.2.c.12.n.75.Guaz.d.concluſ.13.lim.29.num.1.Aufr.d.deciſ.120.num.4.* etſi pater profectitium illud peculium filio dederit, cum libera,& abſoluta donandi, & diſponendi facultate; Cum non cenſeatur tranſlata facultas per delictum,vel alia ratione, alienandi,& efficiendi, vt alius acquireret, *arg.l.creditor.§.lucius.ff.de mandat.l.ſi conuenire.ff.de pact.dotal.Ang.Imol.& alij,in l.ſi filiusfam.ff.de dam.infect.Plot.d.n.20.Boſſ.tit.de public.bonor.num.71.Peregr.d.tit.1.num.125.Sixtin.d.c.12.n.76.Carpan.d.c.omnium.num.240.Guaz.d.limit.29.num.1.Gomez,d.c.15.nu.16.* & addit,quod ſi pater cõmittat delictum, quo eius bona ſint publicanda, confiſcari tunc non debet peculium profectitium,cuius adminiſtrationem habet filius,propter ſpem ſuccedendi patri, & propter præuentionem illam,quam fecit pater, tradendo ei peculiũ, *ex l.3.§.ſed vtrum.ff.de minorib.Sixtin.d.c.12.n.77.* Niſi læſæ maieſtatis crimen committat, *Alex.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.n.46.ff.de dam.infect. Peregrin.d.tit.1.n.26. Gig.de crim.læſæ maieſt.tit.de pœn.q.13.* Qui licet dixerit, ſe hac in re ancipitem eſſe, concludit tamen,paternis bonis confiſcatis, venire etiam in eam confiſcationem peculium profectitium *Sixtin.d.c.12.n.78.* Si vero filius ipſe hoc crimen patrauerit, huiuſmodi peculium in hoc etiam crimine in confiſcationem non veniet, *ex Crot.l.frater à fratre.n.19.ff.de condict.indeb.Gig.d.tit.de pœn.quæſt.10.num.1.2.3.Pariſ.conſ.157.nu.37.in 4. Menoch.conſ.562.n.12.Soc.Iun.conſ.77.n.8.in 1.Sixtin.d.c.12.num.79.*

Non obſtat Andream filium, in ſua proprietate dominium habere,quod ex confiſcatione incorporatum ſit fiſco,ex vi,verbi illius,quo *tex.d.Statut.7.alias,6.*vſus eſt,ibi, *proprietate tamen filio reſeruata*, vt concludunt *Caual.Farin.Monach.& alij iam citati,nu.4.* Quia *Stat.7.* correctum hodie eſt, *à Stat.49.*
10 illius ergo verbis † inhærendũ non eſt,cum allegari non poſſit, *l.1.§.hunc igitur.C.de Iuſtin. Cod.confir.Bart.l.fin.ad fin.C.de falſ. Aret.& Iaſ. num.19.§.in perſonam. Inſtit.de action. plenè Dec. num.37.Felin.num.19.Bero.num.50.60.in c.1.de conſtit. Turamin.de legib.c.11.num.11.p.2.Tuſc.lit.L.concluſ.279.nu.1.Bertaz.crim.conſ.337.num.12.* Siue in totum,ſiue in parte correcta Lex ſit, *plenè Bero.d.c.1.n.50.* Ipſaque Lex,quæ corrigitur, nouam legem non interpretatur, *l.fin.C.de indict.viduit.tollen. Honded.conſ.24.n.8.*niſi in caſibus ab eo recẽſitis, *n.27.vol.1.*ſed ex Lege correcta ſumi ſolum poteſt argumentum, & illud in cauſis decidendis allegari, *gloſ.l.1.ff.de coniug.cum emanc.liber. Milan.poſt deciſ.8. num.67.p.p.Tuſc.d.concluſ.279.num.7.* & quia reſeruatio *in d.Stat.49.* non fit in proprietate filio competente, ſed in vſufructu patri debito, ibi, *Reliqua vero tertia.*Concludendum vtique eſt, patrem in ipſo vſufructu dominium etiam habere, & proprietatem quandam,ex vi verbi, *Reſeruata*, vt dixi, adeo vt filius proprietatem habeat, ſicut Lex ipſa diſponit, ne eius Delicto in Patris perniciem confiſcari poſſit.

Non obſtat *Tex.d.l.ſi poſtulauerit.§.iubet.ff.de a-*
11 *dulter.* Quia † de extraneo proprietario loquitur, non de filiofam. nec de eius bonis, & vult in extraneo proprietario confiſcari poſſe proprietatem,ſaluo manente alterius vſufructu, cum eiuſmodi proprietarius facultatem habeat, proprietatem ſuam, & ius quod ea in re habet alienandi inuito vſufructuario,ſed hoc filiofam. proprietario non permittitur,vſufructuarij patris fauore, *Sixtin.de regal.lib.2.c.12.num.66.*

Nec obſtat *Text.l.clarum. C.de author.præſtant.*
12 Quia ibi,prohibita erat † alienatio in ipſius minoris fauorem, priuilegium amittentis per delictum, & ſic,ſibi ipſi præiudicantis:Hic vero agitur de alienatione prohibita ratione patris vſufructuarij, vt Tertij, *ex Bart.Caſtr.Alex.Imol.& alijs,in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infect.Salic.l.ſi filius.nu.3.C.de bon.proſcript.Alciat.conſ.522.n.4.Sixtin.d.c.12.n.67.Menoch.recup.poſſ.remed.9.n.78.*vbi ſimul, *n.79.80.* oſtendit,non obſtare etiam *text.l. quinque legibus.ff.de bon. damnat.*

Articulus Secundus. Nullum an ſit patris teſtamentum, filio in ſua tertia ab eo non recognito? & An Fiſco hoc nullitatis ius competat? Cuius rei, vt facilior ſit reſolutio, Duo excutienda ſunt iuris Dubia.

Primum, Teſtamenti nullitatem reſpicit: filio non recognito.

Secundum, nullitatis proponendæ Actionem tuetur, & cui competat?

Circa Primum, Patris teſtamentum filio non re-
cognito,nullum eſſe videtur, inſpecto Meſſanæ Stat.
5.alias(meo ordine) 6. ibi,Si vero præmoriatur pater
teſtatus eius ſtabi:ur teſtamento, Dummodo in eodem
teſtamento de tertia portione filios recognoſcat. Con-
fert Tex.Stat.7.alias,8. ibi, Si verò teſtamentum con-
diderit,& de tertia ſua filios primi matrimonij non re-
cognouerit, tamquam ab inteſtato ſimiliter ſuccedunt.
13 ob fauorem † filiorum, & in patris diſponentis o-
dium,qui formam à Statutaria lege traditam non
ſeruaret,Iaſ.l.poſthumo. num. 24.25. C.de contratab.
14 Fab.Anna,conſ.103.num.5. maximè † ex dictione,
Dummodo,qua tex.d.Stat.7.alias 6.vtitur, Quæ ſi rei
perfectæ iungitur,licet modum denotet, ex gloſſa c.
non poteſt.§.illud.de præben.in 6.Bart.l.quibus diebus.
§.fin.num.4.ff.de condict.& demoſtr. Bald.c.dudum.
2.num.27.de elect.Dec.conſ.327.num.3.Corn.conſilio
130.num.4.in 3.Ruin.conſ.12.num.4.in 3. Bertach.in
repert.verb.dummodò, Vezin. tom.2.comm.opin.lib.
9.tit.34.num.63.Rebuff.ad l.maiore parte.156.verſ.
dummodo.ff.de verb.ſignif.& in Corcodat.rub.de reg.
nomin.§.fin.verb.dummodo.in prax. tit.de diſpenſ.ra-
tion.ætat.verſ.prouiſio.in fin. Decian. conſ.8.num.75.
vol.1.Caualc.de vſufr.num.117.Tiraqu.lib.1.retract.
§.8.gloſ.8.& lib.2.§.2.gloſ.1.num.76.Thob.Nonius,
conſ.62.num.6.conſ.38.num.3.Cornaz.deciſ.54.num.
38.& deciſ.166.Molina.de primog.lib.2.c.15.nu.28.
Vulpell.de prapoſ.& aduerb.verſ.Dummodo.Blanc.de
compromiſ.quæſt.1.num.28.Menoch.conſ.134.nu.36.
Tuſc.lit.D.concluſ.272.num.1.Azeued.l.11.num.39.
tit.6.lib.5.recop.Surd.conſ.186.num.11. conſ.371.n.
69. Mandoſ.reg.cancell.17.quæſt.2.num.2. Montier.
deciſ.20.num.48.Ann.ſing.580. vbi, Fab. in addict.
& alleg.45.num.13.Peregr.de fideicom.art.11.num,
114.Seraph.deciſ.338.num.5.deciſ.349.num 1.Ant.
Monach.deciſ.46.num.64.Cened.ſing.11.nu.1.& ad-
dit,num.4. modum eſſe implendum, Barboſ. dict.
Dummodo.80.Si verò rei imperfectæ,& ei quod im-
plendum eſt iungitur,conditionẽ ſignificat,l.Thais
§.ſtichum.ff.de fideicom.liber. Gloſ.& Doct. in cap.vt
præterita.de elect.in 6. cum adimpleri id oporteat,
cui additur,Crauet.conſ.10.num.14.conſ.11.nu.14.
Caſſan.Burg.conſuet.rub.8.§.5.num.19.Soc.conſ.148.
num.46.vol.1.Dec.conſ.327.num.6. Maluaſ. conſilio
93.num.68.Marcabr.conſ.18.num.104.Monald.conſ.
16.num.2.conſ.54.num.2.vol.2. Vulpell.d.verſ.dum-
modò.Menoch.lib.5.præſumpt.175.conſil.60.num.47.
conſ.134.num.36.38.Cornaz.deciſ.166.num.2.deciſ.
167.num.2.Bim.conſ.160.num.12.Turret. conſil.63.
num.24.in 3.Surd.deciſ.209.nu.4.conſ.186.nu.11.P.
Sanchez.de matrim.lib.3.diſput.83.nu.2.Molin.lib.2.
de primog.c.15.num.29. Maſcard. de general.Statut.
interpr.concl.9.num.7. Barboſ. d.dict.dummodo.80.n.
4.5.Soc.Iun.conſ.148.ad fin.vol.1.Tuſc.lit.D.concluſ.
272.num.1.Mandoſ.d.reg.17.quæſt.2.num.3.reg.31.
quæſt.13.num.8.Tiraq.d.§.8.gloſ.8.ad fin. Anna, d.
ſing.580.& alleg.45.num.12. Cened.d.ſing.11.nu.2.
Montier.deciſ.20.num.49. Bero.conſ.99.num.3.in 1.
Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.10.tit.5.nu.15. Alias
corrueret actus, vt nullus ipſo iure ſit, Ioan.Andr.
c.ex tuorum.de auth.& vſu pall. Alex.l.1.n.7.ff.ad l.
falc.Dec.conſ.661.num.12. Anchar. conſ.169.nu.2.
Ruin.conſ.202.num.4.in 1.conſ.12.num.37.in 2. Mo-
lin.d.c.15.num.26. Menoch.conſ.86.num.28.conſilio
918.num.10. Strac. de mercat.tit.de mandat.num.8.
Grat.conſ.86.num.1.vol.2. Bertaz.ciuil.conſ.80.num.
30.Cened.ſing.11.num.4. Bardell.conſ.27.n.35. Rey-
ger.Theſaur.iur.verb.Dictio.num.115.Pariſ.conſ.95.
num.44.vol.2.Bim.conſ.160.num.12.Caual.de vſufr.
num.117.119.Conditione non adimpleta, l.qui hæ
redi.ff.de condict.& demoſtr. Rebuff.d.l.maiore par-
te.verſic.cum vero. Cened.d.num.4. Scripſi plenius
ad Meſſan.Stat.cap.6.gloſ.3.num.3.7.c.8.gloſ.7.num.
8.p.p.

Re tamen diligentius perpenſa, validum dixi
15 patris teſtamentum,† quia filius, viuo patre banni
tus, vt ſucceſſionis incapax præteriti ab eo potuit,
Ang.conſ.99.Sfort.conſ.45.n.13. Tuſc. lit.P.concluſ.
637.n.34.35.alios congeſſi,ad Meſſan.Stat.c.8.gloſ.6.
16 n.14.p.p.Incapaci namq.filio † non competit legi-
tima,l.ſi is,qui.ff.de vulgar.Bald.l.eam quam. C.de fi-
deicom.Hond.conſ.74.n.29.39.in 2. Apetr.de fidei-
com.quæſt.3.n.14.Rim.Iun. conſ.832.n.7. Mangil.de
imputat.quæſt.50.nu.32. Eius ergo præteritio teſta-
mentum,non reddet nullum, l.Poſthumus. §.ſi quis
ex his.ff.de inoff.teſtam.Dec.conſ.105.n.1.Peregr.de-
ciſ.110.num.3.conſ.27.num.2.in 3. Aldoin.conſilio
103.n.4.latè Surd.de alim tit.8.priuileg.81.n.3.tit.9.
quæſt.21.num.23.51.Caualc.deciſ.28.nu.25.p.4. Ni-
zol.alleg.25.num.6. Si perpetua ſit incapacitas; At
ſi ad tempus, vel ſub conditione, Tunc reſoluta in-
capacitate,nullum illud erit,Gabr.conſ.7.n.10.in 2.
Bertaz.ciuil.conſ.109.num.27.& alij à Caualc.relati,
17 d.num.25. Ipſaq.recognitio † in legitimæ augmen-
tum à Meſſanæ Stat.c.6.alias,5.facienda à patre eſt,
Abb.conſ.63.à n.4.p.p.dixi plenius ad Meſſan.Stat.c.
6.gloſ.4.num.4.p.p. Adeo vt nec confiſcari poſſet,ſi-
18 cut† legitimam viuo patre confiſcandam non eſſe,
delicto filij,concludunt, Dec.conſil.438.n.7. Aſcan.
Clemen.de patr.poteſt.effect.16. nu.50. Bero. conſ.34.
num.22.in 1.Azeued.l.3.nu.146.tit.10.lib.4.Guazz.
de confiſcat.concluſ.13.limit.19.num.9. Ludouic. Pe-
ruſ.deciſ.11.num.24. Tuſc.lit.C.concl.719.num.6.97.
Socc.Iun.conſ.51.num.5.in 1. Duen.reg.356.n.2. Al-
ba,conſ.471.num.10. Farin.conſ.24.num.16.19.Scho
liaſt.ad Farin.deciſ.17.lit.B. Carpan. ad Nou.Mediol.
Conſtit.c.omnium.nu.172.185.245.247.comm.Graſſ.
§.legitima.q.12.num.2. Peregr.de fiſc.lib.3.tit.7. nu.
31.Imo ſi minimum quid, ſuo in teſtamento, filio
bannito reliquerit pater, & prohibeat, aliud ab eo
peti non poſſe; Fiſcus ex banniti filij perſona ad le-
gitimæ ſupplementum agere nec poterit, Curt.Iun.
conſ.182.dub.3.num.4. Dec.conſ.438.num.9. Caball.
crim.reſolut.caſ.264.num.26.Tuſc.d.concluſ.719.nu.
101. Sicut prohibere poteſt teſtator, ne bona ſua,
hæredis delicto confiſcentur,Berret.conſil.133.Rim.
Iun.conſ.50.num.98.conſil.131.num.63.conſ.482.nu.
35.conſil.595.num.9.Menoc.conſ.91. Rolan.conſ.56.
num.12.in 1.& omnes. Proinde ſatis fuit patri, Aga-
tham neptem,ex filio inſtituiſſe,Coſta,conſ.11.num.
15.Caball.crim.reſol.caſ.264.num.50. Ipſequè filius
19 † bannitus potuit à patre inſtitui cum capax erit,
l.in tempus.ff.de hæred.inſtit. Aret.conſ.142.nu.3.&
in l.gallus.§.inſtituens.vbi,Iaſ.nu.5.Socc.num.7. Rui-
nus.num.8.ff.de liber.& poſth. Cagnol.l.quandiu.num.
4.ff.de reg.iur.Curt.Iun.conſ.84.num.3.conſil.182.nu.
10.Dec.conſ.176.num.5. Pariſ.conſil.1.num 30.in 2.
Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.78.n.111.Natt.conſ.346.
num.7.

Digitized by Google

*num.7.Surd.conſ.125.num.24.Farin.queſt.25.q.102.
num.108.Craſſ.§.inſtitutio.q.7.num.14.queſt.24.n.7.
Boſſ.tit.de public.bonor.num.33.Menoch.conſ.511.n.
1.& lib.4.præſum.81.num.12.ad fin.Plot.conſil.130.
num.58.vol.1.crim.Rim.Iun.conſ.397.num.84.conſ.
736.num.66.Decian.conſ.85.nu.60.in 3.Cephal.con-
ſil.638.conſ.639.num.10.conſ.324.num.29. Bertaz.
ad Patris.conſ.399.lib.A.Gall.de except.tit.3.except.
10.num.17.18.19.p.2.Mozar.conſ.9.Sfort.conſ.45.
num.22.Caball.crim.reſol.caſ.264.num.50.Apetr.de
Princip.poteſt.c.8.num.49.Gabr.conſ.103.in 2.Vaſq.
illuſtr.controuerſ.102.num.19.lib.3. Gratian.diſcept.
138.à num.30.35.Guazz.de confiſcat.concluſ.27.à n.
22.Couar.de ſponſ.lib.p.2.c.8.§.5.num.12.Clar.§.te-
ſtamentum.queſt.31.Rolan.conſ.22.num.19.in 3.Pe-
regrin.de fiſc.lib.3.tit.18.num.88.Lup.de illegit.com-
ment.2.§.2.num.40.Bardell.conſil.24.num.4.5.Tuſc.
lit.S.concluſ.417.num.156.Simon de Prætis.lib.2.in-
terpret.2.dub.1.ſolut.1.num.29.32. Dixi, d.gloſſa 6.
num.16.*

20 Non obſtant contrar. † Quæ procedere dixi, ſi
ſucceſſionis capax ſit filius, tunc enim recognoſcen
dus à patre eſt. Hæc ad Primum.

Reliquum eſt, vt ſecundum diſcutiemus dubiũ,
21 An ius † dicendi teſtamentum patris nullum, in Fi-
ſcum tranſire poſſit, vbi filius, viuo adhuc patre, ſue
rit bannitus? Quia in re, negatiua eſt omnium reſo-
lutio, *ex Bald.l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui, vel a-
lien.iur.Iaſ.l.cum mota.n.16.C.de tranſ. Caſſan.Burg.
conſuet.rub.7.§.3.glo.7.Boſſ.tit.de public.bonor.n.17.
Cott.memorab.teſtamentum.in princ. Arnon. Soliloq.
19.& Dialog.7.Farin.conſ.159.nu.52.Alciat.conſil.
67.n.6.lib.9.Boer.Bituric.conſuet.rub.2.§.12.col.4.
Guazz.de confiſc.concluſ.13.lim.25.num.23.Cremen.
ſing.12.89.Plot.d.conſ.130.n.56.Gig.de crim.læſ.ma
ieſt.tit.de pœn.q.1.Rolan.conſ.98.nu.29.in 2.Carpan.
ad Nou.Mediol.Conſtit.c.omnium.n.425.Engen.conſ.*
22 *69.n.21.22.*Sicut nec querela † competens bannito
filio, à patre exheredato, *Boſſ.d.n.17.Carpan.d.c.om
nium.num.423.Guaz.d.lim.25.num.22.*Scimus que-
relam, ſeu ius dicendi nullum, præparatum actiuè
contra teſtamentum, non tranſmitti in Fiſcum, *l.po
ſthumus.§.ſi quis inſtituto.& ibi, Doct.ff.de inoffic.te-
ſtam.Alex.conſ.125.num.5.in 6.Petroc.conſ.15.nu.
21.Ponte, conſil.1.num.49.in 2.Pancirol.conſil.123.
num.28.Bardell.conſ.21.num.7.*Cum requiratur vo-
luntatis declaratio, ſaltim tacita ipſius præteriti,
aliàs teſtamentum non irritatur, *Bardell.d.num.7.*
Quę nullitas ab eo ſolum opponi poteſt, ad cuius
fauorem fuit inducta, *gloſ.l.ſcimus.C.de inoff.teſtam.
Gloſ.l.2.C.de iur.emphit.Affl.deciſ.40.num.3.Signor.
conſ.153.num.2.Gonzal.Reg.Cancell.8.gloſ.56.num.
58.Caual.deciſ.24.num.24.p.p.Tiraquel.l.ſi vnquam.
gloſ.reuertatur.nu.11.12.13.C.de reuoc.donat.Surd.
conſ.284.num.7.conſ.416.num.27.Oſaſc.deciſ.94.n.
24.Bardell.conſil.21.num.8. Fachin.lib.13.iur.con-
trouerſ.68.Molſes.conſ.3.nu.8. Tuſc.lit.P.concl.639.
num.13.concluſ.641.num.74.Teſſaur.deciſ.141.n.5.
15.17.* Quia nullitas filij fauore inducta, tacitam
habet conditionem, ſi eam ipſe alleget, *Vaſq.fo-
ren.quaſt.64.num.8.Tepat.variar.tit.de exhared.col.
3.Moutier.deciſ.35.num.83. Menoch.conſ.20.nu.53.*
Bardell.*conſ.25.num.44. Clar.§.teſtamentum.qu.43.
Caldas.de nominat.p.3.de reuocat.c.10.num.49.Dixi
pleuius, ad Meſſan.Statut.c.8.gloſ.7.num.12.p.p.*Tum
quia teſtamentum impugnare is ſolum poteſt, qui
23 † ſuccedendi ius habeat, *Bald.d.l.poſthumus.§.ſi quis
ex his.num.3.Iaſ.auth.nouiſſima.num.57. C.de inoffic.
teſtam.Cagnol.l.1.num.3.ff.eod. Acoſt.l.Gallus.§.&
quid ſi tantum.p.3.num.217.Bolognet.num.167.ff.de
lib.& poſth. Guttier.§.ſui.num.143. Inſtit.de hæred.
qualit.& differ.Pacian.conſ.93.num.37.Pappon.lib.
16.tit.4.arreſt.9.Alex.conſ.125.in 6. Afflict.deciſ.
158.num.6.Maran.diſput.10.Thob.Non.conſ.19.nu.
5.Crauet.conſ.289.Mſing.cent.6.obſer.62. Franc.de-
ciſ.149.Becc.conſ.103.num.20. Rendin.in Prontuar.
iur.tit.de teſtam.num.11. Clar. §.teſtamentum.quaſt.
44.Alba, conſ.459.nu.10.conſ.656.nu.2.Tepat.lib.2.
variar.tit.de exhared.col.3.5.Bardel.conſ.21.num.9.
Ludouic.Peruſ.deciſ.21. Lancel.Gall.conſ.72.num.28.
Gabr.conſ.11.n.18.in 1.Fachin.lib.10.iur.controuer.
46.Bertaz.ciuil.conſ.64.num.17.conſil.109.num.27.*
1 *Bim.conſ.303. num.12. & alij à me citati, ad Meſſan.
Statut.c.8.gloſ.6.num.14.p.p.* Sed bannitus filius in
patris bonis non ſuccedit, *l.ſi qua pœna. & ibi Bald.
C.de his qui ſunt ſui, vel alien.iur. conſ.7.in 2. conſilio
284.num.1.27.in 4. Marſ.l.qui duobus. num.15.ff.de
falſ.conſ.131.num.41.& in prax.§.aggredior. nu.88.
Craſſ.de ſucceſſ.§.legatum.quaſt.8.num.2.3.§.ſucceſ-
ſio ab inteſtato.quaſt.7.num.1.2. Bertaz. crim.conſil.
510.num.12.Rim.Iun.conſ.832.à num.8.* & præteri-
ri ab eo poteſt, nec teſtamentum erit nullum, *ex An
gel.Sfort.Tuſc.& alijs iam citatis, nu.15.* Tum quia, ſi
24 actus omnes † vltimæ voluntatis ſuam omnẽ perfe
ctionem à morte teſtatoris recipiunt, non à die ſcri
pti teſtamenti, *l.1.ff.de teſtam.l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.
l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de legat.1. l.à titio.ff.de
furt.l.proinde.ff.ſi cert.pet.§.poſteriore. Inſtit.quibus
mod.teſtam.infirm.Alciat.conſ.27.nu.13.lib.8. An-
na, alleg.45.n.2.Tuſc.lit.T.concl.130.nu.1.2.Mantica
de coniect.vlt.volunt.lib.1.tit.3.num.8.9.Menoc.con-
ſil.106.num.5.330.conſ.329.num.5.Randenſ.de ana-
log.c.27.num.1.2.3.* & ex nunc facti cenſentur, *ad
tex.l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. Caſtr.l.ſi iam facta.in
l.hæc conditio.§.ſi ſic.ff.de condict.& demoſtr.Anna,
alleg.45.num.25.alleg.139.num.3.Menoch.conſil.97.
num.20.21.*Cui dubium? Ius filio competens, quod
de futuro ſit, non ante bannum, & bonorum publi-
cationem acquiſitum, ſed ſatis poſt, cum obierit pa
ter bannito iam filio; Certiq. iuris eſt, futura, & po-
25 ſtea quæſita † in fiſci confiſcationem non venire,
*ad tex.l.ſi mandauero tibi.§.is cuius bona.ff.mandat.l.
eius qui.§.1.ff.de teſtam.l.certa forma.vbi Bart.An-
gel.Plate.& alij.C.de iur.fiſc.comm.Iaſ.l.ſi ſtipulati us
fuerim.§.cum ſtipulamur.n.7.ff.de verb.oblig.Alciat.
l.poſt contractum.num.38.ff.de donat. Angel.de ma-
lefic.verb. & eius bona publicamus. num.12.25. vbi
Aguſt.num.17.Marſ.de bannit.verb.confiſcata.num.
8.Dec.conſ.235.num.3.conſ.438.conſ.445.num.65.
& in l.3.§.illud.num.1.vbi Bald.Angel.Alex.& om-
nes.ff.quod quiſq.iur. Boſſ.tit.de public.bonor. num.15.
66.Veſemb.in parat.ff.de bon.damn.num.6.Crauetta
conſ.41.num.1.Curt.Sen.conſ.59.num.13.Ruin.conſ.
128.num.2.7.in 4. Gomez,3.variar.cap.14.num.1.
Corrad.de offic.prætor.p.3.crim.tit.de publicat.bonor.
num.4.Ricc.collect.140.Cremen.ſing.148. Arnon.
problem.14.Natta conſ.472.num.4.7.Alba, conſilio
17.num.20.conſ.288.num.4.conſ.117.n.2.5.20.Rot.*

deciſ.515.num.4.p.p.Sixtin.lib.2. de regalib.c.12.nu. 80.Guaz.de confiſcat.concluſ.13.lim.24.num.1. Burſ. conſ.45.nu.41.Quemad.fiſcal.quæſt.10. Caſſan. Burg. conſuet.rub.2.§.2.gloſ.1.n.m.23. Bimi. conſ.44.num. 18.Suarez,comm.opin.verb.confiſcatio bonorum.263. Plot.conſ.130.num.55.57.vol.1.crim.Socc.Iun.conſ. 91.vol.1.Clar.§.teſtamentum.quæſt.190.§.fin. quæſt. 78.num.24.& ibi,Baiard.num.22.ad fin.plenè Gigas, de crim.læſ.maieſt.tit.de pœn.quæſt.7.num.1.Turrett. conſ.24.n.10.vol.2.Honded.conſ.55.nu.19.in 2. Decian.conſ.64.num.45.in 3.conſ.18.num.336.in 1.Urſill.ad Afflict.deciſ.127.num.4.Gabr.tit.de crim.concluſ.14.num.4.Farin.quæſt.25.num.138. Carpan. ad Nou.Mediol.Conſtit.c.omnium. num.354. Raudenſ.de analog.c.15.num.240.c.32.nu.48. Caball.crim.reſol. caſ.264.num.9.Girond.de priuileg.num.389. & à nu. 1564.ad num.vſque 1569.l.uè, Peregr.de iur.fiſc.lib. 5.tit.1.num.132.135. Anna.c.1.num.263. de vaſall. decrep.æ at.comm.Magon.Floren. deciſ.99.nu.2. Bertaz.crim.conſ.467.num.14.conſ.510.num.8. Roland. conſ.29.num.13.in 3.Pelaez,de maior.p.p.quæſt.1.nu. 104.105.p.4.quæſt.23.nu.43. Carot.de excuſſ.bonor. quæſt.15.num.1.quæſt.10.princ.Menoch.conſ.101.nu. 13.24.36.conſ.568.num.31. Tuſc.lit.C. concluſ.719. num.66.Azeued.l.3.num.7.tit.4.lib.5.l.3.num.146. tit.10.lib.4.recop.Surd.de alim. tit.8.priuileg.59.nu. 17.Rim.Iun.conſ.131.num.8.45.46.conſ.564.nu.63. & in §.hoc quoque.num.36.Inſtit.per quas perſon.nob. acquir.Vulpell.conſ.112.nu.3. Catalan.de indult.c.2. num.63.Ronit.ad R.N.pragm.rub.de ſenten.foriudic. n.15.Lancell.Gall.conſ.80.num.1.30.Auiles,l.prætor. in proem.gloſ.en los caſos. num.7.8.Scacc.de iudic.lib. 2.c.9.num.1080.Eugen.conſ.69.num.11. Paſet.conſ. 202.num.66.ad fin. Etiam in crimine læſæ maieſtatis, *Boſſ.tit.de publicat.bonor.num.27. Sixtin. d.c.12. num.81.Gigas,d.tit.de pœn.quæſt.7.num.1.* Qui & *n.* 2. Addit, hac bonorum confiſcatione nec futuram Subſtitutionem comprehendi, *Sixtin.d.num.81.* Futura autem dicuntur a die commiſſi criminis, vel ſententiæ, ſi ius commune inſpiciamus, quo ſententiæ tempus attenditur, *Boſſ.tit.de public.bonor.num. 60.Boer.Bitur.conſuet.rub.2.§.12.col.4.verſ.& ſi publicatio.Carpan.d.c.omnium.nu.357.* Et ita iuris eſſe concludo.

Ex his, pronuntiarunt Straticotiales Iudices *Stet inuentarium pro vnciis quatricentis, de quibus diſponendi facultatem ſibi reſeruauit donator; in reliquis verò bonis omnibus, deleatur ſecundum etiam inuentarium.* Anno MDCV. à qua ſententia coram Sindicatore reclamauit Agatha donataria, accuſatis Curiæ Straticotialis Iudicibus: Qui à M.R.C. exinde *abſoluti & liberati fuerunt*, Anno MDCVII. Ipſeque Fiſcus Straticotialis pecunias prædictas exegit & imburſauit.

Dum ſub prælo eſſet Deciſiuum hoc meum Reſponſum; ad manus meas venerunt, Maſtrill.deciſ.277. & Caſtill.deciſ.142. Qui in vna, eademq. facti ſpecie, non duas, ſed vnam inſimul protulerunt ſententiam, Iudices in M.R.C. Tribunali aſſiſtentes, Anno MDCXVII. *Sed his omnibus, ſaniore tuo iudicio, trutinatis (vt decet) Quid pro Fiſco ſequendum ſit, ipſe diſpice: Ne ex concipiendæ reſeruationis modo, via aperiatur fraudibus; Quibus obuiandum exclamant Iura.*

SVMMARIVM.

1 *Bannitus habens, alterius banniti nominationem, & iudicis decretum, An puniendus ſit, ſi rebannitio non fuerit valida & num.5.*
2 *Bannitus, ſub ſpe Gratiæ captus, in libertate reponi debet.*
3 *Malefactorem puniri Reipublicæ intereſt, non tamen ſub Fide publica.*
4 *Indultatus à Curia captus, in eam libertatem reponendus eſt, vt difficilis ſit eius perſecutio.*
6 *Princeps delicta non remittit, parte prius non remittente.*
7 *Gratia Principis, alteri damnoſa eſſe non debet.*
8 *Filij necem, patre præmortuo, mater accuſat.*
9 *Inſtigator accuſatoris perſonam ſubſtinet, & quando ſecus.num.17.20.*
10 *Conſobrini homicida, parricidium committit, nec gaudet generali Regis indultu.*
11 *Homicidij qualitas, ad gratiam obtinendam exprimenda eſt.*
12 *Subreptio licet minima, Gratiam ipſo iure irritam, & nullam reddit.*
13 *Proditorium homicidium non gaudet indultu.*
14 *Gratia ſententiæ liberatoriæ vim habet, ne poſſit iterũ accuſari, & quando ſecus, num.19.*
15 *Delicta, à die* Dati indultus, *Abolita cenſentur.*
16 *Gratia ſolo Regis verbo,* Fiat, *perficitur.*
18 *Querela in ſcriptis redigi debet, licet verbo dari poſſit, vt accuſatus cenſeatur Reus.*
21 Menoch.conſ.263.n.4. *dubium, reijcitur.*
22 *Subreptio quando vitiet reſcriptum, & Principis gratiam, num.23.24.*
25 *Titulus inquiſitionis, non facit, eias criminis reum, quẽ eſſe, de quo vel accuſatur, vel inquiritur.*

ARGVMENTVM.

Priſtinam in libertatem, An reponendus ſit Reus, ſi impetitus à M.R.C. Regis indultus, nullus ſit; Ne ſub fide publica deceptus videretur.

Nullitas Indultus contra Reum in iudicio propoſita, Quibus cauſis excuſetur?

CONSILIVM LVII.

Hieronymus Caribdius in Curia Straticotiali bannitus inſtante Fiſco, quod Octauium Arena conſobrinum proditoriè occidiſſet à M.R.C. ad generale indultum admiſſus eſt, quod Philippus, II. Anno 1597. Siciliæ Regno conceſſerat; Proinde cancellata banni ſententia, foro publicè vt reliqui Ciues vtebatur, ſub Regij verbi fide. Non multò poſt, cum Machedæ Dux Proregẽ ageret in Sicilia, Octauij mater, apud M.R.C. nulliter ad indulti beneficium admiſſum illum fuiſſe dixit: Quare Hieronymus Proregis iuſſu carceri incluſus eſt. Verum cum iſte dimitti ſe à carceribus expoſceret, quia ritè, &

recté

rectè commiſſi criminis abolitionem impetraſſet,
vel ſaltim reſtitui ſe in eum gradum, in quo ante
fuiſſet, quàm indultus beneficium conſequeretur;
Decreuit Prorex, quod M. R. C. de Iuſtitia prouide-
ret; Inde de duobus dubitatum eſt.

Primo, conceſſi indultus nullitate pendente,
An in priſtinam libertatem reponendus ſit reus?

Secundo, Quibus ex cauſis ſententiæ indultus
nullitas, excuſari poſſit.

1 Primum aggredior, in quo † negat *Farin. quæſt.*
103. num. 184. Carceres eum poſſe euadere, cum
aufugere interim poſſet reus, veritate detecta, *Bald.*
rub. C. de procurat. Rot. Auenion. deciſ. 47. nu. 6. Imo
Pij V. tempore obſeruatum meminit, *Farin. d. nu.*
184. Laqueo ſuſpenſum quendam Firmanum, li-
cet obtinuiſſet bāniti nominationem, & decretum
Iudicis declaratorium ſibi ſuffragari, cum nulla
fuerit rebannitio, *Guaz. reor. defenſ. 2. c. 9. num. 27.*

2 Contrari dixi verius, imo † dimittendum eum
eſſe, ſubiectus tamen pœnis, & delicti condemna-
tioni, ne ſub fide publica decipiatur, *L. 1. C. de ijs qui*
veni. ætat. impetr. Bart. l. is, qui reus num. 12. ff. de pu-
blic. iudic. Alber. l. præſenti. num. 8. de ijs, qui ad ec-
cleſ. confug. Caſtr. conſ. 423. num. 9. in 1. Paſqual. de vi-
rib. patr. poteſt. p. 4. c. 3. num. 37. Franc. deciſ. 258. de-
ciſ. 415. Molfes. ad R. N. conſuet. p. 4. in Schol. ad quæſt.
47. num. 2. 3. Baiard. ad Clar. §. homicidium. nu. 216.
Magalot. de Salu. conduct. deciſ. 19. Peguer. deciſ. 229.
num. 1. Antàt. conſ. 72. num. 1. Boſſ. tit. de remed. ex ſol.
clemen. Princip. num. 42. Fachin. lib. 9. iur. controuerſ.
59. latè, Farin. quæſt. 6. num. 27. quæſt. 29. num. 3. conſ.
45. num. 29. conſ. 53. num. 1. 7. conſ. 59. num. 16. Caual.
deciſ. 1. num. 45. p. p. Burſ. conſ. 177. num. 27. conſ. 245.
num. 25. Thor. compend. deciſ. verb. captus. Surd. conſ.
298. num. 22. conſ. 326. num. 2. Bertaz. crim. conſ. 360.
num. 11. Guaz. reor. defenſ. 12. c. 1. ſub num. 58. Ronit.
tit. de Guidat. pragm. 1. num. 3. Menoch. de arbitr. caſ.
336. num. 33. conſ. 100. num. 198. Nemo enim Prin-
cipis literis, aut verbis confidens, decipi debet, *Dec.*
conſ. 51. num. 2. Bertaz. crim. conſ. 360. num. 12. Si fi-
dem dare licuit, & ſeruare conuenit, *l. conuentionũ.*
ff. de pact. fusè Coler. de proceſ. execut. p. 4. cap. 1. num.
176. & deciſ. 165. Hering. de fideiuſſ. cap. 18. num. 50.
Menoch. conſ. 100. num. 196. Imo pendente hoc Iu-
dicio repoſitionis in priſtinam libertatẽ, nihil pe-
nitus eſt innouandum, quod inquiſito poſſit eſſe
nociuum, *Franc. deciſ. 590. num. 6. deciſ. 673. num. 1.*
2. Paſqual. d. num. 37. Guazz. reor. defenſ. 12. c. 1. num.
58. verſ. & ſaluus conductus.

3 Secundo, malefactorem punire, intereſt Reipu-
blicæ, *Cabal. crim. reſol. caſ. 146. num. 3. caſ. 271. num.*
4. caſ. 288. num. 35. caſ. 230. nu. 7. Triuiſan. deciſ. 25.
num. 25. deciſ. 58. num. 15. deciſ. 62. nu. 19. lib. 2. alias
publicam lætitiam turbari probat, *tex. l. nemo. &*
ibi Bald. C. de epiſc. audien. Cartar. de execut. ſent. cap.
fin. num. 410. Satis enim expedit ne quid impuni-
tum ſit, *l. ita vulneratus. §. quod ſi quis. ff. ad l. Aquil.*
l. Stichum. 2. §. tametſi alter. ff. de ſolut. c. vt famæ. de
ſent. excomm. Iaſ. l. reſcripta. nu. 8. C. de precib. imper.
offer. Sed non iniuſta, & iniqua via, *Guaz. reor. de-*
fenſ. 12. c. 1. num. 58. Sub fide nempè publica, *Farin.*
quæſt. 6. num. 27. quæſt. 29. num. 95. Fachin. lib. 9. iur.
controuerſ. 63. Menoch. de arbitr. q. 81. num. 12. caſ.
336. num. 27. 33. Caual. de Brach. reg. par. 2. num. 319.
Niſi ob læſæ maieſtatis crimen, *Caball. poſt alios,*
crim. reſol. caſ. 50. num. 6. Guaz. d. num. 58. Nec aſſe-
curatus capi poterit, niſi prius ab eodem Iudice,
vel ab alio poteſtatem habente, idem ſaluus con-
ductus, reuocetur, eiuſque reuocatio intimetur aſ-
ſecurato, *Farin. d. num. 95.* Deceptus ergo ſub Re-
gis indultu, cum fuerit Charibdius, in priſtinam li-
bertatem adeo reponi debet, *Franc. deciſ. 590. num.*
7. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 32. num. 33. Caual. de
Brach. reg. p. 2. num. 316. Guazz. d. num. 58. verſ. bene
4 *verum eſt.* Vt difficilis † quoq; ſit eius perſequutio,
Bart. l. 1. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. Felin. c. nouimus.
de treug. & pac. Baiard. d. §. homicidium. nu. 216. Li-
cet gratia fuerit nulla, *Farin. quæſt. 29. nu. 98. Guaz.*
reor. defenſ. 2. c. 9. num. 6. Vel à Iudice conceſſa, fa-
cultatem eo in caſu non habente, *Farin. conſil. 53.*
num. 16. 17. Guaz. reor. defenſ. 12. c. 1. ſub num. 58. Si-
ue concedi non debuiſſet indultus, *Farin. quæſt. 29.*
num. 95. Menoch. de arbitr. caſ. 336. num. 27. 33. Paria
enim ſunt, cum indultu captum eum eſſe, vel in-
tuitu indultus, *Alber. & alij, l. de præſenti. C. de ijs qui*
ad eccl. cõfug. Secus ſi nullam prorſus Iudex ille ha-
beret concedendi iuriſdictionem, *Farin. q. 29. à nu.*
99. Menoch. de arbit. caſ. 337. num. 10. quia vt à pri-
uato ſeruanda non eſt gratia.

5 Non obſtat quod deciſum † alias refert, *Farinac.*
quæſt. 103. num. 184. Quia ab eo diſſentit, *Baiard. d.*
num. 216. Adeo vt contra *Farin.* ſic in dies à M. C.
& Sacr. Conſil. ſeruatum teſtetur, *Paſqual. d. nu. 37.*
Imo relaxari carceratus debet, & priſtinæ liberta-
ti dimitti, ſubiectus tamen pœnis, & condemnatio-
ni delicti, quod commiſerat, vt deciſum refert,
Clar. §. fin. q. 59. & ibi Baiard. Farin. quæſt. 6. num. 27.
quæſt. 29. num. 95. Vulpell. conſil. 19. num. 12. Additq;
num. 13. Siue nulla ſolemnitatis defectu ſit gratia,
ſiue defectu poteſtatis, ſiue palam, ſiue ſecreto da-
ta ſit, *Peguer. deciſ. 39. Maſtrill. de indult. c. 45. nu. 12.*

Artic. Secund. Quibus ex cauſis ſententiæ *Indul-*
tus nullitas excuſari poſſit? Dicendum mihi eſt,
nullam eſſe ſententiam illam, qua ad Regis indul-
tum admiſſus fuit reus, ex multis.

6 Primo, Citra offenſæ partis † conſenſum, delicta
non remittit Princeps, *l. fin. C. de abolit. l. 2. C. de pre-*
cib. imper. offeren. l. æquiſſimum. ff. de vſufr. Iſern. c. 1.
de Capitan. qui curi. vendid. Caſtr. conſil. 423. in 1.
Gramm. conſil. 34. num. 1. 15. Vot. 35. num. 7. Ruin.
conſil. 60. in 5. Farin. quæſt. 6. num. 18. Rot. Auenion.
deciſ. 47. num. 1. 2. 3. Seſſe. deciſ. 178. num. 1. 2. & de
inhibit. c. 1. §. 5. num. 23. 108. Ponte de poteſt. proreg.
tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 4. num. 12. 13. & tit. de elect.
official. §. 1. num. 17. Oſaſc. deciſ. 138. nu. 11. Azeued.
l. 1. num. 74. 75. l. 2. nu. 15. tit. 25. lib. 8. recop. Apetr.
de Princ. poteſt. c. 12. num. 1. c. 18. num. 48. c. 24. num.
37. Boſſ. de remed. ex clemen. Princ. num. 24. 42. 48.
49. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 59. à num. 52. Rim. Iun.
conſ. 227. num. 23. Carauit. rit. 273. num. 2. Burſ. conſ.
177. num. 19. Alba, conſ. 444. num. 5. Caball. crim. re-
ſol. caſ. 58. num. 2. 4. 6. 15. 18. latè Tuſc. lit. G. concluſ.
54. num. 3. Teſſaur. deciſ. 18. ſub num. 10. deciſ. 21. nu.
num.149.C.de bon.vacant.lib.10. Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.38.num.33.Surd.conſ.47.nu.8. Fieri enim prorogatio poteſt expreſſe, & tacite, criminali etiã in cauſa, *Caſtr.l.1.num.20.ff.de indic. Soc.in c.ad petitionem.num.19.de accuſat. Barboſ.l.1.art.4.num.2.7.ff.de iudic.Clar.§.fin.quæſt.42. Maran.de indic.p.4.diſtin.12.num.11.Amat.deciſ.9.num.11. Gail.lib.1.c.12.num.10.Tuſc.lit.P. concluſ.927.num.19.20.* & ita prorogari poteſt, vt in non ſubditos eam exerceat, *ad tex.l.ſi per errorem. iuncta, l.ſi conuenerit. ff.de iuriſdict.omnium iudic.Morla,in empor.iur.tit.2.de iuriſdict.num.109.Oſaſc.deciſ.78.num.2.Schrader.de feud.part.10.ſect.1.num.137.& infra.* Hinc tradunt *Doct.* Officialem de reſiſtentia, ſiue iniuria ſibi prætextu officij illata, vel alteri, ex ſua familia poſſe cognoſcere, non autem poſſe, ſi vt priuato illata ſibi ſit, *Oldrad.conſ.7.Cranet. conſ.232.num.7.8.9. ex comm.Clar.§.fin.quæſt.35.num.20.* Caball. *crim.reſol.caſ.291.num.34.Ball.lib.3. de liter.diſpenſ.caſ.7.num.15.quæſt.6.num.18.Roland.conſil.16.conſil.48.in 2.Decian.lib.2.crim.cap.22.nu.14.lib.4. cap.42.num.1.Menoch.de arbitrar.caſ.263.num.7.* Cumque non *Armorum*, ipſe, *Capitaneus* offenſus, criminoſos ipſos punire velit, Ad futuras namque cauſas delegatio non extenditur, *Lancell.Gall.conſ.81.num.18.* Sed alter, à Prorege Generali Capitaneo ad Bellum pro iniuria, & offenſa illi illata, ergo priuilegijs aduerſari dicendum non eſt.

92 Quarto, Si quis † coram non ſuo, vel incompetenti Iudice delinquat, ab eo puniendus eſt, ratione contemptus, etſi armatam militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem alleget, *ad tex.l.nullum.& ibi Bart.lect.1.C.de teſtib. Bald.l.ſi prætor. num.4.ff.de indic.* qui de clerico loquitur, falſum inſtrumentum producente, *Alyſ.Leo,in l.præbiteri. num.15.ad fin.C.de epiſc.& cleric.Iaſ.l.1.§.qui mandatam.num.6.ff.de off.eius.Innoc.& Bellamer.num.6.in c.1.de off.deleg.Felin.c.præterea.eod.tit.Surd.conſil.56.numero 31.* quem *tex.* ampliat, ibi *Gloſ.* etiam in clerico (de licentia ſui Epiſcopi) coram iudice laico falſum deponente, *Gugliel.de Benedict.c.rainutius.verb.& vxorem.num.434.de teſtam.Caſſan.Burg.conſuet. rubr.2.num.7.Marſ.l.fin.num.152.ff.de iuriſd. omn.iud. Morla,in empor.iur.tit.2.in præmiſſ.nu.153. Sborz. de vicar.Epiſc.lib.2.quæſt.148.num.7. Marcabr. conſ.44.num.64.Blanc.de compromiſſ. quæſt.30. num.32. Farin.quæſt.67.num.38.Lancell.de attent.p.2.c.15.num.98. Decian.lib.4. crim.cap.9.num.82.c.17. num.27. Petr.Cened.collect.37.num.10.p.p.* & licet, *Gloſ. d.l.nullum.verb.præcipimus.* Id limitet in ordinario procedere, non in delegato, qui numquam poteſt teſtem falſum coram ſe deponentem punire, *Guiliel.de Cune.& Alber. in l.1.§.qui mandatam. ff.de offic.eius, cui Angel.l.quoties.C. de iudic. & in l.ſi vacantia.C.de bon.vacant.lib.10.Bald.cap.ex parte.2.de reſcrip.Imol.c.dilectus filius.de pœn.c.2.de falſ.Butr.c.1.vt Eccleſ.benef.Ioan.Andr. ad Specul.tit.de teſte.§.opponitur.verſ.ſed quid delegato. Anchar.conſ.174. Ceuagl.de cognit. per vim.& violen. quæſt.74.num.16.* Quod verum admittunt alij, ſi delegatus ſimili in cauſa procedendi poteſtatem non haberet, at ſi eandem, vel maiorem, tunc ſecus eſſet, *ex Angel.d.l.ſi vacantia.nu.149.Baiard.ad Clar.§.fin.q.38.num.32.Farin.quæſt.61.num.48.* Conarr.*pract.quæſt.18.nu.8.*

Ceuagl.de cognit.per vim.& viol. quæſt.74. nume.18. Vel ſi ordinariam pœnam imponendi facultatem habeat, *Iaſ.l.1.§.qui mãdatam.n.7.ff.de off.eius.* Prorex ergo, qui in Caſtrumregale eum iturum iuſſit, rectè poteſt contra criminoſos ipſos procedere, ex his, quæ *in term.* notat, *Bouadill.lib.2.polit.c.21.n.87.* nec Meſſanæ priuilegijs repugnat, ſicut nec eccleſiaſticæ iuriſdictioni.

93 Quinto, Læſæ maieſtatis † crimẽ ſolus Princeps, eiuſuè Delegatus cognoſcit, cum ſit de reſeruatis, *Affl.tit.quæ ſint regal. verb. & bona committentium. nu.18.46.* vbi infert, quod ſola Magna Curia Vicariæ illud punit, *Soc.iun.conſ.126.n.2.in 3.Natt.conſ.580.Boſſ.tit.de Princip.num.28.Maſtril.de Magiſtra. lib.4.c.16.num.232.* Atque ita Venetijs, & Franciæ ſeruari inquit, *Farin.quæſt.118.num.14.* Imo conceſſis regalibus non veniunt, quæ Principi in priuilegium coronæ ſunt reſeruata, *Apen.l.contra publicã.C.de re milit.lib.12.Oſaſc.deciſ.101.nu.11.Franc.deciſ.275.num.7.* Quorum adeo inpręſcriptibilis eſt cognitio, *ex Franc.deciſ.275.num.6.* Vt nec iudicis inferioris iuriſdictio in cauſis Principi reſeruatis prorogari poſſit, *Capic.deciſ.9.n.14. Gail,lib.1.obſer.40.num.3.Schrader.conſ.13.nu.252. Tuſc. lit.P. concluſ.927.num.33.Aldouin.conſ.20.num.158.* Quia ad cauſas diuerſi generis prorogari iuriſdictio non poteſt, etiam de partium conſenſu, *Vant. de nullit.defect.iuriſd.num.47.51.52. Cornaz.deciſ.98.num.7.* Cum nemo exercere poſſit, Principi reſeruata, citra eius conſenſum, *Gabr.conſ.29.num.9.in 1.* & ſi in quaſi poſſeſſione quis ſit cognoſcendi contra reos criminis læſæ, vel falſę monetæ, *Menoch.retinen.poſſ.remed.3.num.152.* quæ nec præſcribi ab eo poſſent, *c.ſuper his.de verb.ſignif.Menoch.d.remed.3.nu.153.* Imo nec ampliſſimo conceſſæ iuriſdictionis priuilegio continentur, niſi expreſſim concedantur, *l.2.ff.de conſtit.Princip.l.1.§. qui mandatam. ff.de officio eius.latè, Pariſ.conſ.8.num.6. conſil.9. num.11.vol.4. Peregr.conſ.2.num.1.2.conſ.84.num.17.in 1.Menoc.lib.3.præſumpt.98.nu.35.plenè Franc. deciſ.275. Aldouin.conſ.51.num.17.Bammacar.in c.ſi vaſſallus culpam.num.181. ſi de feud.defunct.content.* Adeo vt ſi quis citra Principis priuilegium, quid eorum exerceat in maieſtatis, vel falſi pœnam incidat, *l.3.§.fin.ff.ad l.Iul.maieſt.l.1.§.fin.& ibi Bart.ff.de falſ. Peregrin.d.conſ.84.n.17.Aldouin.d.n.17.* Proinde, ſi Baroni conceſſum à Rege ſit merum, & mixtum imperium, cum omnibus prouentibus, lęſę maieſtatis crimen ipſe nec agnoſcet, *Gigas, de crim.læſ.maieſt.quæſt.1.num.3.Burg.de mod. proced.ex arrupt. quæſt.53.n.3.* ac deciſum refert, *Franc.deciſ.275.* Vaſſallum pro falſæ monetæ crimine ad Baronem remiſſum non fuiſſe, *Thor.compend.deciſ.lit.B.verb. Baro.2.Bammacar.d.num.181.*

Sexto, Omnem, ſi quam habet iuriſdictionem ipſa Meſſana Vrbs, eiuſq. Straticotus, cumulatiuam
94 † eſſe inquit Fiſcus in rebus bellicis, & in crimine læſæ maieſtatis, nõ autem priuatiuam ad Principẽ, *Maſtrill.de magiſtrat.lib.3.c.2.à n.41.* & vbi plures ſunt iudices locus eſt præuentioni, *l.ſi quis poſte.1.ff.de iudic.c.pen.de for.compet.c.cum plures. de off.delegat.in 6.l.1.ff.de offic.proconſul. Rom. conſ.412.num.1.2.Azeued.l.10.n.12.15.tit.13.lib.8.recop. Decian.lib.4.crim.c.20.n.3.4.* Sed Straticotum ad cauſas à

relegatione ſupra, ordinarium in toto Meſſanę Di-
ſtrictu, pręuenit Principis delegatus, vt potuit, *ex c.
ſtuduiſti.de off.deleg.c.vt debitus.de appell.Decian.d.
c.20.num.6.* Iuriſdictionem ergo acquiſiuit, *Marta.
de iuriſd.p.2.c.2.num.12.p.4.cent.2.caſ.147.num.1.
Azeued.d.l.10.num.11.* vt ſuper annexis, connexis,
emergentibus, & dependentibus ſolus cognoſcat,
*Dec.conſ.44.nu.6. Caual.de brach.reg.p.4.num.343.
Guaz.defenſ.reor.1.c.8.num.6.* Is enim Iudex eſt in-
competens, quem alter pręuenit, *Afflict.deciſ.354.
num.15.Schenard.conſ.34.nu.5.p.p.* Ipſaque iuriſdi-
ctio reſpectu fori pręuenti eſt extincta, *Marta, de iu-
riſd.p.4.cent.2.caſ.147.num.2.* Tum maximè, quod
95 cum plures † fuerint eiuſdem criminis Correi, &
Straticotus contra duos, aut tres prænenerit; Certi
iuris eſt pręuentum contra omnes non fuiſſe, cum-
que Proregis Delegatus, contra alios demandatam
ſibi, exerceat, iuriſdictionem, illum præueniſſe di-
xit, *Alex.ad Bart.l.denuntiaſſe.§.quæritur.ff.de adult.
Bald.& Ang.l.ſi quis poſtea.ff.de iudic. Socin.c.propo
ſuiſti.num.37.de for.compet. Anton.de Matth. de pro-
rog.iuriſd.num.33.verſ.his addas.Azeued.l.10.num.
84.tit.13.lib.8.recop.*& deciſum teſtatur, *Farin. q.7.
96 num.62.* Imo nec pręuentum † dici poteſt per eita-
tionem ad informandum, *Bald. l.ſi libertus. & ibi
Socin.num.8.ff.de in ius vocand. Iaſ. l.ſi pluribus.ff.de
leg.1.Affl.deciſ.219.Anna, ſing.122. Marta, de iu-
riſd.p.2.c.3.n.2.Ricc.collect.1148.* Inferioris namq.
pręuentio locum non habet, cõtra ſupremum Prin
cipem, cuius iuriſdictionem non remouet, niſi op-
ponatur, *Decian.conſ.18.num.319.vol.1.* Hęc me an
cipitem reddebant.

Retamen non leui ſtudio excuſſa, Meſſanæ priui
legijs aduerſari id omne dixi, quod actum, geſtum-
que à Prorege, eiuſq. Delegato fuit in Caſtroregali.
Vno prius pręmiſſo. *Monſtram à Quinto Fabio Maxi-
mo* primum inſtitutam legimus, *ex Valer.Maxim.de
inſtit.antiq. lib.2.c.Equeſtris Ordinis.* ibi Trabeatos
verò ęquites idibus Iulij, *Quintus Fabius* tranſuehi
inſtituit. Equeſtris verò ordinis iuuentus omnibus
annis, bis Vrbem ſpectaculo, ſub magnis authori-
bus celebrabat, die Lupercalium, & ęquitum pro-
batione. Idem *Liuius* in 9. ſcripſit, & *Plinius Iunior*,
tradit, *Quintum Fabium* Rollum, primum ex ea fa-
milia ob virtutem maximam inſtituiſſe, vt Equites
Romani honoris gratia ab æde idibus quintilibus
equis inſidentes in capitollum tranſirent.

Monſtra ab Italis appellatur, à Germanis Mun-
ſtra, Delectus eſt oſtentionalis, qui & Apparitio mi
litaris, ſeu Caſtrenſis nuncupabatur, ſicut & hodie,
à Monſtratione armorum videlicet, & corporum,
quę ſimiliter, vt nunc quoq. vel in prima militum
inſcriptione adhibebatur, vel poſt prælia, oppugna
tioneſq. aut lucem aliquam militibus deſideratis,
de quo, *Liui.lib.1.decad.3. & in 2. eiuſd. decad. & in
3.& alibi, Cæſar, lib.6.Bell.gallic.Cornel.Tacit.lib.14.
hiſtor.Aug.& Harod.lib.6.* Cum de *Alex. Cæſaris* in
Perſos apparatu ſcribit, nominata quoq. eſt à Scri-
ptoribus ex tempore, imperio declinante, non ſo-
lum delectus militum, Luſtratio, verum etiam ex-
preſſe, vel oſtenſio in armis, vel apparitio militaris,
*Marcellin.*teſte, *lib.17.24.Lamprid.* in vita *Alexan.*
ſcribit de militibus Oſtentionalibus, non precioſis,
ſed ſpecioſis potius veſtibus ornabat, nec multum
inſignibus, pro regio apparatu auri, & argenti, di-
cens, *Imperium in virtute eſſe, non in decore.* Hanc
denique *Budæ* vir doctiſſimus, latinè, Tranſuctio-
nem appellat, *in l.2.per tex.* ibi, ſed nec eum qui
cum equo publico, in cauſa publica tranſueatur. &
contra *gloſ.ibid.inuehit.*recenſet, *Frec.de ſubfeud.lib.
2.tit. quis dicat. Dux. numero 38.42.* Quo ſic præ-
miſſo.

97 Primò, Etſi milites eos † eſſe dixerit, *tex.l.1.ad
fin.ff.de bon.poß.ex teſtam.milit.* Qui in militum nu-
meris nondum deſcripti fuerint, ſed impropriè: ve-
ros tamen eos eſſe probat, *tex.l.ex eo.ff.de teſtam.mi
lit.* Qui in aliorum militum numeros relati ſunt, *Ca-
ſtill.deciſ.105.num.2,* Eorumq. crimen ſi militare eſt
Magiſter Militum cognoſcit: Si commune, aut gra-
ue eſt, & cognoſcet prouintię Præſes: Aut leue, ma-
giſter militum punit, *Iaſ.l.fin.n.52.ff.de conſtit.Prin
cip.Salic.l.ſi miles.nu.1. C.de exhib. reis. Franc.deciſ.
88.n.2.Bouadill.lib.4.polit.c.2.nu.67.Guazz.reor.de-
fenſ.1.c.2.n.30.Maſtrill.de magiſtr.lib.5.c.16.n.19.
Caball.reſol.crim.caſ.294.n.272.Viui. deciſ.254.nu.
4.* Modò ſic, aut milites, Caſtriregalis homines,
propriè non ſunt, & Meſſanæ priuilegijs repugnat,
quod Prorex militari ſua vti poſſit Iuriſdictione,
cum militum magiſter in prouintiales nullam pe-
nitus habeat poteſtatem, *Oliban.de fiſc.c.4.num.64.*
Aut milites verè ſunt, Tunc ſi delictum militare di-
cimus, Meſſanæ Straticotus in eos aduertit cum ſo-
lus ipſe, & nemo alius, toto Diſtrictu datus à Rege
fuerit ad Bellum Capitaneus, priuatiuè etiam ad
Proregem, vt dixi, *numero 7.* Si vero commune eſt
delictum graue, à Straticoto Meſſanenſis prouin-
tiæ præſide puniendum quoque erit, nullaque eſt
Proregis eiuſque Delegati poteſtas, cum quid iure
à Meſſanæ Senatu, & Sindico prohibeatur, *c. quæ
contra.de reg.iur.in6.l.non dubium.ff.de legibus. l.ne-
mo poteſt.ff.de leg.3.Viui.deciſ.321. Schenard.conſil.
15.num.5.p.2.*

Secundò, Meſſanę priuilegijs aduerſatur Prore-
gem in primo criminali etiam iudicio ſe impedire,
& Straticoti iuriſdictionem ad ſe abdicare, quę pri-
98 uatiua † eſt, cum ciuium fauorem reſpiciat, quorũ
intereſt plures non habere iudices, qui eam exerce-
rent, *Bald.l.1.n.7.C.de caduc.toll. Felin. c.paſtoralis.
n.2.de off.ordin.Ang.conſ.375. Aret. conſ.102.nu.1.
Corn.conſil.3. num.5. in 2.Afflict.deciſ.41.num.2.3.
Crauet.conſ.411.num.34.Menoch.lib.2.præſumpt.18.
num.16.Rim.iun.conſil.715.num.9. Ludouiſ. Rot.de-
ciſ.4.num.6.Mareſcot.lib.1.reſol.54.num.4.* Coaddi-
tis etiam clauſulis abdicatiuis, quę iuriſdictionem
reddunt clericali ſimilem, *ex Capic.deciſ.122.Frãc.
deciſ.417.n.8.D.Carol.Tap. de iur.Neapol.lib.2.rub.
31.n.4.Fab.Ann.conſ.107.n.6.*

99 Tertio, Iuriſdictio † ſiue à Lege. Principe, Popu-
lo, vel Conſuetudine data ſit, de loco ad locum non
extenditur, nec de banco ad bancum, quia turbatur
aliorum iuriſdictio, quod fieri non debet, *arg.l.con-
ſulta diualia.C.de teſtam. Cagnol. l.cum quedam puel-
la.§.quoties.num.1.ff.de iuriſd.omn.iud. Alex.conſilio
41.num.3.in 5.Dec.conſil.150.nu.4.conſ.207.in prin-
cip.conſ.557.num.10.Vant.de nullit.tit. defect.iuriſd.
num.40.Soc.iun.conſ.85.num.24.in 2.Angel.conſ.42.
num.11.12.Borrell.Summ.deciſ.tit.41.num.294. Ca-
ualc.deciſ.10.num.28.29.p.p. Bot. conſil.86.num.4.*

Cumi.

*Cumi.rit.*38.*num.*389.*Rim.iun. conſ.*57.*nu.*24. Hinc prorogari iuriſdictio de loco ad locum non poteſt, niſi expreſſim, *Aret.in c.*1.*col.pen.de iudic.Bellamer. conſ.*33.*num.*43.*Maran.de iud.p.*4.*diſtin.*12.*num.*15. Nec de territorio ad territorium, *Bellamer.d.nu.*43. *Tuſc.lit.P.concluſ.*928.*num.*2.52.*concluſ.*927.*nu.*18. 48. Tum maximè criminali in cauſa, *Marant. d.diſtinc.*12.*num.*14.*Tuſc.d.concluſ.*928.*num.*3. Sed *Armorum Capitaneum* in melatio reſidere, Meſſanę priuilegijs repugnaret, Niſi dixerim ſubalternatum illum eſſe Straticoto, qui ex Regum priuilegijs toto diſtrictu ſolus *Armorum Capitaneus* datus eſt ad bellum, cuius ordinaria iuriſdictio, nec per ſpecialem alteri demandatam reſtringitur, *l.*1.*C.de offic. præfec.vrb.Surd.conſ.*56.*num.*19. *Manent. conſ.*109. *num.*13. Cumque eumdem Melatij reſidentem ad Caſtrumregale miſerit Prorex ad *Mōſtram* copiaſq. recenſendas, contrauentum fuit priuilegijs, quę nō admittunt nouū conſtitui officialē ex Rogerio Rege, nec conſtitutus ſi quis fuerit, ſuam in alterius, aut ſuperioris ſui iuriſdictionem exercere poteſt.

Quartò, Si duo ſint impedimenta, quorum vnū ceſſet, non remouetur alterum, *c.ſi eo tempore.de reſcript.in* 6.*§.affinitatis.Inſtit.de nupt.* & vbi duo concurrunt priuilegia, ceſſante vno, non ceſſat aliud, *Cephal.conſ.*485.*num.*122. Imo ex priuilegijs, quæ non compatiuntur, aut concurrere non poſſent, præfertur id, quod eſt plenius, & fortius, *l.non ſolum. §.fin.ff.de vſucap.Rom.conſ.*509.*num.*9. *Cephal. conſ.* 369.*num.*110. Sed duo ſunt Meſſanæ priuilegia, Alterum ne nouus toto diſtrictu conſtituatur officialis, ex Rogerio Rege, & alijs; Alterum, quo omnis Straticoti iuriſdictio, etiam belli tempore priuatiua ſit, etiam ad Proregem. Fuit itaq. Melatij *Armorum Capitaneus* à Prorege conſtitutus, Meſſana hactenus contradicente: Si perſeueret adhuc, non ex hoc ſublatum eſt aliud, quo Straticoti iuriſdictio ſui natura priuatiuè, à Rege conceſſa, vt cumulatiua cum eo fieret, cumq. priuilegium hoc pinguius ſit, præualet ſemper, & præfertur. Ne dū eo in actu
100 † in quo Straticotus ſua vſus eſt iuriſdictione, ſed in omnibus, quam iuxta primordialem ſui naturā retinet, qui in vno actu illam exercet, *Bart. l.*1 *§.ſi quis hoc interdicto.ff.de itin.actuq.priuat. Caſtr.l.imperium.num.*6.*ff.de iuriſd. omn.iud. Felin.c.auditis.n.*19.*de præſcript.Claper.cauſ.fiſcal.*52. *quæſt.*3. *num.*9. *Molin.lib.*2.*de primog.c.*6.*n.*18. *Polid.Rip.obſer.*208. *à num.*9.*Gabr.tit.de præſcript.concl.*2.*num.*2. *Valenzuel.conſ.*94.*n.*81. *Rauden.conſ.*28.*num.*30.*in* 1. *Marescot.lib.*1.*reſol.*11.*nu.*34. & poteſt Meſſana Vrbs prohibere, ne alius diſtrictum ingrediatur delegatus, aut officialis, quia eius repugnat priuilegijs, vt deciſum ſępius in Eulogio vidimus.

101 Quinto, Delegatus † reſcripto nondum pręſentato nullam habet iuriſdictionem, quæ, nec ordinario ablata intelligitur, *c.audita. de reſtit.ſpoliat. Innoc.c.cum in iure peritus.col.*2. *& in c.cum contingat. de off.deleg.Bald.l.*1.*C.vt lis.penden. Rom. conſ.*353. *Guid.Pap.deciſ.*286.*Azeued.l.*10.*n.*25.*tit.*13.*lib.*8. *recop.Anna,alleg.*24.*num.*2.*Franc.deciſ.*326.*num.*2. *Rot.Auenion.deciſ.*69.*num.*4. vt in actis conſtet, *Caual.deciſ.*11.*n.*8.*p.p.Burſ.cōſ.*74. etſi Prorex ſit *Frāc. deciſ.*393. Etenim iuriſdictio ex ſola Principis voluntate transfunditur, illius verò exercitium, ex reſcripti exhibitione, quo præſentato, (actu) illa vtitur, *Specul.tit.de compet.iud.§.viſo.n.*3. *Bald.l.falſus. n.*17.*C.de furt.Verall.deciſ.*324.*n.*4.*p.p.Creſcent.deciſ.*13.*de conceſſ.præben. Rot. deciſ.*25. *num.*5.*deciſ.* 69.*num.*1.*p.p.Borrell.ſumm.deciſ.tit.*41.*nu.*85.129. *Rauden.var.reſol.c.*67.*nu.*8. Nec alias, partibus etiā conſentientibus, *c.ſuper eo.& ibi Bero. de appell. Felin.c.cæterum.de reſcript.* Sed M.R.C. Iudex, quem ad cauſam hanc D. Prorex, eiuſq. Auditor Generalis delegauit, ſuum in Senatu *iuxta Meſſanæ Priuilegia*, non exhibuit delegationis reſcriptum: & licet delegatio præſertim in criminalibus fiat ſemper priuatiuè, etiam ſi ordinarius ante præueniſſet, vt ex inueterata praxi receptum teſtantur, *Decian. lib.*4. *crim.c.*20.*n.*6.*Azeued.l.*10.*n.*26.*tit.*13.*lib.*8.*recop.* Hoc tamen, exhibito prius preſcripto, intelligendū eſt, & ijs in locis, in quibus delegans cumulatiuam haberet iuriſdictionem, At ſi alter priuatiuam (cuiuſmodi eſſe dixi Straticoti iuriſdictionem) Tunc illum Proregis Delegatus, in rebus etiam bellicis impedire non poſſet, nec pręuenire, *Marta, de iuriſd. p.*2.*c.*2.*à num.*10.

102 Sextò, Præueniſſe Iudicem dicimus, qui prius cępit cognoſcere, criminali, & quacumq. in cauſa, ſi daretur habilitas poteſtatis in cognoſcendo, *Soc. c.propoſuiſti.n.*14.*de for.compet. Barboſ. l. ſi quis poſteaquam.num.*52.*ff.de iudic.Decian.lib.*4.*crim.c.*21. *n.*12.*Menoc.conſ.*479.*n.*11. *Azeued.l.*10.*n.*2.41.*tit.* 13.*lib.*8.*recop. Peregr.Tract.var.lib.*1.*nu.*132. Imo, & is præuenit, qui facinoroſum à Fiſco interrogatū examinauerit, *Caball.crim.reſol.caſ.*117.*n.*5. Siquidem per inquiſitionem ſemel inſtitutam, & requiſitionem teſtium pro informatione, ac Straticoti mandatum de capiendis, & in carcerem conijciendis violatoribus pacis publicę, præuentam eſſe iuriſdictionem, non eſt dubium, *Borrell.conſ.*78.*n.*22. 23. Sola enim teſtium receptio, pro inquiſitione futura pręuentionem indicat, *Socin.c.pen.n.*16.*de for. compet.Decian.d.c.*21.*n.*2.*Reuſner.deciſ.*18.*n.*20.*lib.*
103 4. Cuius † eſt effectus, vt pręuenienti iudici acquirat iuriſdictionem, eamq. in eum conſolider, quę alias etiam alteri competeret, *c.pen.de for.compet.l.ſi quis poſteaquam.ff.de iud. Reuſner.d.deciſ.*18.*nu.*21. elidendo tantum, non auferendo, *Azeued.d.l.*10.*n.* 88. Quin & alteri cuiq. Iudici ſe volenti in cauſa impedire, pręueniens poterit inhibere, *l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.Bart.l.*1.*C.quom.& quand.Index.Aze-*
104 *ued.l.*10.*n.*81.*tit.*13.*lib.*8.*recop.* Nam, & ſola † citatione inducitur pręuentio, *d.l.ſi quis poſteaquam. c.propoſuiſti.de for.compet.gloſ.clem.*1. *de iudic. Barboſ.l.heres abſens.n.*27.*ff.eod. Borrell.conſ.*78.*nu.*21. *Valenzuel.conſ.*32.*num.*70. *Reuſner. d.num.*21. *Rebuff. ad Gall. Conſtit. tit.de citat. in pręfact.num.*117. Vt vbi cęptum ſemel ſit iudicium, ibi, & finem accipere debet, *l.vbi cæptum.ff.de iudic.* Proinde reus à pręuento iudice citatus comparere non tenetur, etſi pręueniens, minor ſit altero, coram quo ſi cauſa ſemel proponatur alteri, & meritò ſilentium imponitur, *l.pen.ff.de iuriſd.omn.iudic. Marſ.l.fin.n.*204.*ff. eodem.Boſſ.de for.compet. nu.*79. *Decian.d.lib.*4. *cap.* 22.*num.*9.*Reuſner.dict.num.*21. Cumquè Straticotus alios ex reis prædictis Meſſanæ in carceres detruſerit; Alios, Fiſco interrogante, ſuper delicto examinauerit, eoſdemque carceratos detinuerit.

Preuentum ab eo fuiſſe cõcludo, vt cumulatiuam, quam alter iudex haberet iuriſdictionem, priuatiuam exinde effectam fuiſſe dixerint omnes, & Meſſanæ priuilegijs aduerſari, ſi preuenientem Straticotum Prorex, ſuo delegato, perturbet, impediat.

105 Non obſtat Primum. Quia admiſſa iuris † diſtinctione (An leue, vel graue ſit delictum) quam probat, *gloſ. d. l. magiſteriæ. Franc. deciſ. 88. nu. 2. Bellug. de Princip. rub. 21. §. ſæpiſſimè. in princ. Boſſ. de for. compet. num. 3. Acat. de priuileg. milit. lib. 2. c. 5. num. 3. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 19. c. 17. p. 2.* Certi iuris eſt militum magiſtrum de omnibus delictis à milite commiſſis cognoſcere poſſe, exceptis grauibus, quę ab eis in deſertione agentibus fuerint commiſſa, eaq. cognoſcere, & punire debet iudex loci delicti, *Ayal. de iur. bell. lib. 3. c. 8. ex text. l. deſertorem. in princ. ff. de re milit.* ſequitur, *Caball. crim. reſolut. caſ. 294. num. 253. Rouit. rub. de milit. pragm. 16. num. 19. Eugen. conſ. 23. num. 24. 25. Acat. d. c. 5. nu. 3.* Sed delictum hoc, ſi graue dici poteſt, à Straticoto, Caſtriregalis (criminali quauis in cauſa) ordinario, puniẽdum eſt, delegatum ergo à Prorege miſſum Meſſanę priuilegijs aduerſari decisum ſæpè vidimus: Cũ-
106 què Iudex † in cauſſis iuriſdictionis recedere non debeat ab his, quę diù recepta fuere, *Ang. de Peruſ. per tex. ibi, in l. eum prætor. in princ. ff. de iudic. Morla, in empor. iur. tit. 2. de iuriſd. quæſt. 15. num. 12.* & in eo pręualent priuilegia, in quo ſunt ſeruata, *c. ſi de terra. e. accedentibus. de priu. leg. Molin. de primog. lib. 2. c. 7. num. 71. Girond. de priuileg. num. 265. Bouadil. lib. 5. polit. c. 10. num. 10.*

107 Reſpon. II. Militarem Iudicem † in omnes milites iuriſdictionem habere teſtatur, *Franc. deciſ. 88.* Si in loco exempto delinquant, vt ſunt triremes Arces, Caſtra, Fortilitia, vel in Vrbis maritima, *Franc. deciſ. 88. Boſſ. de for. compet. nu. 4.* At ſi delinquerent intus terram, ab ordinario loci delicti, cognoſcendi ſunt, *D. Carol. Tap. de iur. Neapol. lib. 2. rub. 31. de off. magn. admir. num. 7. ad fin. Franc. deciſ. 88.* Quia extra vexilli locum tunc delinquunt; Cumq. Caſtriregalis homines, non ſub militum vexillo adhuc conſtituti, facinus hoc commiſſerint, quia nondum fuerant in militum numeros relati, ergo. Milites priuilegijs non gaudent, niſi matriculati, & in armis (actu) verſentur, *l. pen. & ibi Bald. ff. ex quib. cauſ. maior. Lauden. de milit. quæſt. 5. Corrad. templ. in iudic. lib. 1. c. 1. §. 1. n. 7.* Miles enim non matriculatus, cenſetur vt priuatus, & paganus *Alex. l. centurio. nu. 23. ff. de vulg. & pupill. Antibol. de munerib. §. de militib. Corrad. d. nu. 7.* Vel ſi parati ſunt ad bellum, *Dec. rub. C. de teſtam. milit. num. 5. conſ. 568. Menoch. conſ. 408. num. 56.* Vel ſi in eius expeditione ſint, *argum. text. §. 1. Inſtit. de teſtam. milit. ibi,* & cum in *expeditionibus occupati ſunt. Bolognet. conſil. 7. num. 107. conſ. 25. num. 22.*

108 Non obſtat Secundum, Quia id verum, ſi † delictum commune, in expeditione belli, ſit à milite commiſſum, Tunc enim ſolus Iudex militaris de eo cognoſcet, *ex Salic. l. magiſteriæ. C. de iuriſdic. omn. iud. Igneus, in l. neceſſarias. §. non alias. num. 122. ff. ad Sillan. Foller. prax. gloſ. audiantur executores. nu. 141. Rouit. rub. de milit. pragm. 16. ſub nu. 14. Caſtill. deciſ. 105. n. 10. Clar. §. fin. q. 35. n. 24. Petr. Greg. Syntagm. iur. lib. 19. c. 18. nu. 7. p. 2.* Sed nec in belli expeditione, nec in exercitio bellico delictum hoc patratum conſtat, quia inita nondum fuerat *Monſtra*, & Proregis reſcriptum Meſſanæ priuilegijs aduerſari dixerant, Caſtriregalis homines: Superſedendum ergo ab eo erat, donec deciſum fuiſſet.

109 Non obſtat Tertium, Quia etſi † in ſui præiudicium poſſit quis incompetentis, aut non ſui iudicis iuriſdictionem prorogare, *l. ſi conuenerit. vbi Iaſ. & alij, ff. de iuriſd. omn. iud. Barboſ. l. 1. art. 3. nu. 153. art. 5. num. 6. ff. de iudic. Maran. de iudic. diſtinct. 12. Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſenten nullit. defend. poſſ. à n. 76. Tuſc. lit. P. concluſ. 927. num. 1. 2. 3. Burſ. conſ. 74. num. 49. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 1. n. 137.* In ſuperioris tamen præiudicium, & ſine eius conſenſu non poteſt *Barboſ. d. art. 3. num. 188. artic. 4. num. 15. Capic. deciſ. 9. Boer. deciſ. 114. Bellamer. deciſ. 33. nu. 43. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 155. num. 3. Surd. conſ. 47. nu. 25. 28. 34. 36. conſ. 56. num. 13. Clar. §. final. quæſt. 42. Menoch. retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 405. Oſaſc. deciſ. 78. num. 18. Fab. Anna, conſ. 107. num. 9. Tuſc. lit. P. concluſ. 927. n. 8. 14. 19. 20.* Tum maxime quod, *Armorum Capitaneo*, contra Legem procedenti, reſiſti à priuato poteſt, *l. prohibitum. l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſc. lib. 10. Innoc. Abb. & Felin. in c. ſi quando. de offic. deleg. latè Dyn. c. quod quis mandato. de regul. iur. in 6. Cancer, 2. reſol. c. 10. num. 34.*

110 Reſpon. II. Iuriſdictio † quæ nulla eſt, à partibus tribui non poteſt, ſed ſi eſt aliqua prorogari ab eis poteſt, *l. certæ. §. fin. ff. de precar. Barboſ. l. 1. art. 1. num. 69. 148. ff. de iudic. Iaſ. l. ſi conuenerit. in princ. ff. de iuriſd. omn. iud. Vant. de nullit. tit. ex defect. iuriſdic. num. 51. Gabr. conſ. 35. num. 7. vol. 1. Tuſc. lit. P. concl. 929. num. 5. Surd. conſ. 56. num. 15. Barz. deciſ. 15. nu. 32. deciſ. 154. num. 7. 14. Azeued. l. 7. num. 25. tit. 18. lib. 8. recop. Amat. deciſ. 9. num. 46.* Cumque nulla tunc eſſet *Armorum Capitanei* iuriſdictio, qua *Monſtram* in Caſtroregali capere potuiſſet, Prorege etiã mandante, prorogari non potuit, quia ad Straticotum id ſpectat, cui, cum priuatiuè conceſſa ſit iuriſdictio, derogatum dicimus cuiuſuis Iudicis iuriſdictioni, partium prorogatione non obſtante, *Bald. l. teſtamenta. in princ. C. de teſtam. Felin. c. paſtoralis. nu. 2. de off. ordin. Capic. deciſ. 9. nu. 15. Gratian. deciſ. 78. à num. 38. & diſcept. 569. n. 29. Franc. deciſ. 417. nu. 2. Fab. Ann. conſ. 104. num. 13.*

111 Reſpon. III. Superioris † iuriſdictio, quæ limitatè fuit data, partium etiam conſenſu in alium Iudicem prorogari non poteſt, *Auth. de defenſor. ciuit. §. & iudicium. l. placuit. C. de pedan. iudic. Bald. & alij. l. teſtamenta. 2. not. C. de teſtam. l. certa ratione. n. 4. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. in auth. habita. nu. 32. C. ne fil. pro patr. Iaſ. l. age. C. de tranſact. & in l. ſi per errorem. à num. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. Felin. c. paſtoralis. n. 2. de off. ordin. Socin. c. ſignificante. quæſt. 13. de for. compet. conſ. 41. num. 5. vol. 1. Vant. de nullit. tit. defect. iuriſdict. num. 51. Marant. in prax. diſtinct. 12. num. 18. Azeued. d. l. 7. num. 25. Amat. deciſ. 9. num. 22. Dec. conſ. 18. num. 15. Neuiz. conſ. 35. Natt. conſ. 82. num. 8. Coſta, rub. de iudic. num. 307. in c. 1. num. 232. eod. tit. de ſcien. & ignor. cent. 2. diſt. 66. num. 20. Surd. deciſ. 88. num. 3. conſil. 56. num. 48. Tuſc. lit. P. concluſ. 927. nu. 42.* Sed *Armorum Capitaneus* limitatiuè ad melatium, militari ſua vſus hactenus fuit iuriſdictione, prorogari ergo ad Caſtriregalis homines non

potuit,

Digitized by Google

potuit, adhibito etiam eorum conſenſu.

112 Reſpon. IV. Si de prorogatione † loquimur, quam coram non ſuo iudice fecerint homines Caſtriregalis, ſupplici cum eorum libello comparentes, quo monitum illum voluerunt, ne vlterius procedat allegato iam contra priuilegio, cumque actus ſit ex neceſſitate, nulla conſiderari poteſt prorogatio, *Barboſ. l.1. artic.3. num.73. ff. de iudic.* Tum maximè accedente eorum proteſtatione, non conſentiendi, (niſi quatenus) de iure, *Ripa, cap. cum M. num.49.99.100. de Conſtit. Barboſ. d. artic.3. num. 16. Coſta. d. diſtinct.66. num.5. Cauale. deciſ.1. num. 10. p.p.*

113 Reſpon. V. Non dari † prorogationem in impetito, qui per errorem dicitur, coram incompetente litigaſſe, *Specul. tit. de compet. iud. §.1. num.8. Barboſ. l.1. art.3. num.23.27.32. ff. de iudic. Alex. conſil.12. num.8. vol.6. Vant. de nullit. rub. Qualit. null. repar. poſt. num.80. ad fin.* Ipſaque iuriſdictionis prorogatio à ſciente fit, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. Schrader. de feud. p.10. ſect.1. num.138. ſect.7. nu.101. ſect. 9. num.196. Coſta. de ſcient. & ignor. centur.2. diſtinct. 66. num.15. Amat. deciſ.9. num.58.* Neque enim ſufficit ſimpliciter exiſtentia iuriſdictionis, niſi illius incompetentia, nota ei fuerit, *Coſta, d. diſtinct.66. num.17.*

114 Reſpon. VI. Quod ſi miles † non eſt, qui militiam nondum ſuſceperit, ſiue vt vulgo dicimus *paſſato à Rollo*, legibus militaribus non tenetur, nec pro delicto à ſe commiſſo à belli Duce puniendus eſt, ſed à loci ordinario, *Specul. tit. de reo. §.1. in princip. Maſtrill. de magiſtr. lib.5. c.16. num.19.20.21. Eugen. conſ.23. num.24.25. plenè Farinac. conſ.4. num.18.19. Capiblan. de baron. pragm.8. nu.242.243. Petr. Greg. Syntag. iur. p.2. lib.19. c.18. num.8. Caſtill. deciſ.105. num.8.9. Ricc. collect.95. Rouit. rub. de milit. pragmat. 16. num.13. Viui. deciſ.254. num.1.4. Bouadill. lib.4. polit. c.2. num.67.68. Franc. deciſ.88. Coter. de iur. & priuileg. milit. lib.2. c.6.* Vbi ergo non eſt ſubiectum iuriſdictionis, ibi, non cadit prędicamentum prorogationis, *Fulgoſ. conſ.167. num.1. Coſta, de ſcient. cent. 2. diſtin.66. num.16. Tuſc. lit. P. concluſ.927. num.63. Aldouin. conſ.20. num.160.* Quia non entis, nullæ ſunt qualitates, *§.1. inſtit. de vſufr. l. eius qui. ff. ſi certum petatur*, & collatio tunc potius eſſet, quam iuriſdictionis prorogatio, *Abb. conſ.25. in 1. Barboſ. l. 1. artic.4. num.20. ff. de iudic. Tuſc. lit. P. concluſ.927. num.23. Clar. §. fin. quæſt.42. num.2.* Imo vt in criminalibus fiat prorogatio, merũ imperium iudicem habere oportet, *Surd. conſ.56. n.47.*

115 Reſpon. VII. Quod prorogatio † iuriſdictionis in criminalibus non fit in eum, qui non eſt iudex competens, *Affl. deciſ.27.* ſi contra reum per inquiſitionem proceditur ſecus ſi per accuſationem, *Alex. conſ.216. num.16. vol.6. Tuſc. lit. P. concl.931. nu. 1.2.24. Surd. conſ.56. num.12. Clar. §. fin. quæſt.42. n. 3.* Quod enim non eſt in cognitione, nec eſt in pronunciatione, *l. diuus pius. ff. ad l. Cornel. de falſ. Cenagl. de cognit. per vim. queſt.74. num.20.*

116 Non obſtat Quartum, † *ex l. nullum. C. de teſtib.* Quia procedit ſolum aduerſus teſtem, qui falſum coram Iudice, cumulatiuam habente iuriſdictionẽ depoſuit, ſecus reſpectu ordinarij priuatiuam habentis iuriſdictionem, *Apen. rub. C. de apparit. lib. 12. Capic. deciſ.122. num.6. D. Tapp. de iur. Neap. lib. 2. rub.31. num.5. Franc. deciſ.147. deciſ.679. num.3. Caball. crim. reſol. caſ.117. num.10. Fab. Ann. conſilio 107. num.4.6. Ricc. collect.243. lim.6.* Proinde improbatam

117 eſſe † *Gloſ. d. l. nullum.* teſtantur omnes, *ex Caſtr. ibid.* quæ clericum à Seculari, hoc in caſu, puniendum voluit, nam ſi ſecularis ad ſuum iudicem priuatiuè remittendus eſt, fortius ergo, & clericus, *ex Hoſtien. Butr. Imol. Felin. & alijs, in c. verum. de foro compet. Ioan. Andr. cap. at ſi clerici. de iudic. Bart. l. diuus. ff. de falſ. Curt. iun. l.1. num.23. ff. de iudic. Padil. l. tranſigere. num.112. C. de tranſact. Carot. cap. cum quid. p.p. ampl.2. num.17. de reg. iur. Afflict. & Vrſill. deciſ.230. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ.379. Boſ. tit. de falſ. num.110. Clar. §. fin. queſt.38. num.13. Viu. comm. opin.103. Fab. Anna, conſ.107. num.5. Vincen. Ann. ſingul.135. Ricc. collect.243. lim.1. Surd. conſil. 386. num.27. Couar. pract. quæſt.18. num.8. Franc. deciſ.470. num.4. Guazz. reor. defenſ.1. cap.11. num.34. Brunor. Sole, quæſt.34. num.26. Intrigl. ſing.82. num.1. Caball. crim. reſol. caſ.261. Craſſ. cleric. effect.1. à num. 1147. D. Carol. Tapp. d. rubr.31. num.4. Marta, de iuriſd. p.4. cent.2. caſ.138. num.9. Farinac. quæſt.8. num. 26. Caual. de teſtib. p.3. num.63. p.5. nu.220. de brach. reg. p.2. num.125. Diaz, & ibi Salced. prax. canon. c. 87. alias, 93. Cenagl. de vi, & violen. quæſt.67. num.7. quæſt.74. num.7. Capic. deciſ.5. num.13. & ibi Maſull. num.9. deciſ.142. num.8. Scapp. de iur. non ſcript. lib. 1. cap.11. num.9. Nepit. ad Conſuet. Catin. tit.57. num. 7. Roland. conſil.12. num.48. in 2. Guttier. pract. quæſt. 24. lib.1. Fachin. lib.9. iur. controuerſ.27. Menoch. de arbitrar. quæſt.91. Cabed. deciſ.87. Peguer. deciſ.79. Scacc. lib.1. de iudic. cap.14. Decianus, lib.4. crim. cap. 9. num.22. cap.26. num.21. Camill. de Curte, diuerſ. feudal. par.2. cap.2. num.128. Morla, in empor. iur. titul.2. in præmiſſ. num.154. Seraphin. iuramen. priuileg.132. num.32.*

118 Reſpon. II. *Tex. d. l. nullum.* Non procedere, † ſi iudex, cuius offenditur authoritas æqualem à Rege habeat iuriſdictionem, cum iudice ordinario, *D. Carol. Tapp. d. rub.31. num.5.* Sed inferior eſt *Armorum Capitaneus*, Straticoto; Proinde quod *Doct.* affirmant, teſtem falſum à Principis Delegato puniendum eſſe, *ex Borrel. conſ.78. à nu.8.* Id tamen verum eſt, in pœna extraordinaria, ſi verò de ordinaria pęna irroganda ſit quæſtio, tunc à Straticoto, loci ordinario falſus teſtis puniri debet, *l. diuus. 2. & ibi Bart. ff. de falſ. Dec. & Felin. c. præterea. de off. delegat. Sapia. l.1. ff. de off. eius. Vrſil. ad Affl. deciſ.230. nu.3. Couar. pract. quæſt.18. num.8. Menoch. de arbitr. q.91. num.18. Borrell. conſ.78. num.23.*

Reſpon. III. Quod licet, *ex tex. d. l. nullum.* delinquens fiat de foro iudicis, coram quo delinquit, non tamen tollitur facultas procedendi, & puniendi alteri iudici, qui, aliàs de iure communi iuriſdictionem in crimino ſum ipſum habeat, ſed vterquè poteſt procedere, *ex Bald. d. l. nullum. ad fin. Afflict. deciſ.219. num.2. Surd. conſ.56. n.31. Caball. crim. reſol. caſ.117. num.3. Roland. conſ.12. nu.17. in 2.* Adeo quod, cum, *d. l. nullum.* cumulatiuè, & non priuatiuè procedat, & vtriq. Curiæ conceſſa ſit puniendi facultas, *Franc. deciſ.147. n.4. deciſ.582. ſub n.5. Caball. crim. reſol. caſ.117. n.10. Couar. pract. quæſt.18. ſub nu. 8. Tuſc. lit. P. concluſ.646. nu.3. Guazz. reor. defenſ.1.*

119 c.8.num.19. Prçuentioni † inter eos locus erit, ſi parte citata recepta eius depoſitio ſit, Afflic.deciſ. 219.num.2.Franc.deciſ.147. num.5. deciſ.679. num. 3.Fab.Anna,conſ.107.num.7. Cabal.d.caſ.117.num, 4.10.Ricc.collect.243.lim.3. Azeued.l.10.num.11. tit.13.lib.8.recop.Gail.lib.1.obſeru.11.obſer.74.num. 18.Teſſaur.deciſ.266.Marta,de iuriſd.p.2.c.2.nu.13. Tepat.variar.lib.1.tit.de cauſ.mixt.col.2. Tuſc.lit.P. concluſ.646.num.6. Proinde teſtis falſum dicens parte non citata, ſi cauſa exinde alteri iudici remittitur, coram quo citata parte falſam illam repetat depoſitionem, ab hoc iudice puniri debet, Franc. deciſ.582.num.5. quia ſecundum dictum afficit inquiſitum. Cumq. Straticotus in procedendo prçuenerit, ipſe ſolus ad vlteriora procedet, etſi iudices eſſent pares in iuriſdictione, fortius hoc in caſu, in quo Straticotus eſt iudex maior, & ſuperior in Diſtrictu, Prorege abſente, l.1.ff.de offic.proconſul. Bald. l.neganda.nu.1.C.qui accuſ.non poſſ. Borrell.conſ.78. num.20.

120 Reſpon.IV. Quod ſi laicus † falſum coram eccleſiaſtico iudice deponens, ab eodem iudice puniri poſſit, Afflict.& Vrſill.deciſ.219.Capell.Tholoſan. deciſ.379.Ricc.collect.243.lim.2.Couar.pract.quæſt. 18.n.8.Roland.conſ.12.in 2.Clar.num.14.Baiard.nu. 38.§.fin.quæſt.38.Farin.quæſt.8.num.27.Fab.Anna conſ.107.nu.7.Guazz.reor.defenſ.1.c.11.num.34. & addit, quod illum punire non poterit iudex eccleſiaſticus, lata ſententia in cauſa principali, ex Vrſill. ad Affl.deciſ.219. alios citat, Baiard.d.num.38. & licet præuentioni locus ſit reſpectu ordinarij, ex Franc.deciſ.147.Tuſc.d.num.6. Si Dominus iuriſdictionis laicus, & ſubditus petunt remiſſionem, tex. d.l.nullum. Non procedit, Rebuff.de iudic.ſecul.num. 90.Fab.Anna,conſ.107.num.8. Vaſſallus enim ſine Domini conſenſu iuriſdictionem prorogare non poteſt, cum iuriſdictiones ſint patrimoniales & intereſt Domini ſuum patrimonium non diminui; Cũque Straticoto conceſſa ſit iuriſdictio ſeparatè, & priuatiuè ad alias iuriſdictiones, ſubditus delinquẽdo coram alio iudice, à quo abdicata eſt iuriſdictio ad Straticotum remittendus erat, cum illius iuriſdictionem ſine Domini conſenſu prorogare non poſſit, ſolus autem ſubditus remiſſionem petere prohibetur, quia iam ſe ſubmiſit, & delinquendo prorogauit, vt Rebuff. illic tradit, & Fab.Anna, conſ.107. num.9. Nec mirum ſi, quod non poteſt vaſſallus, & ſubditus ex ſe poſſit Baro, & Dominus iuriſdictionis, Capic.deciſ.122.Greg.Lopez,l.2. gloſ. por priuilegio.tit.1.par.2.Fab.Ann.conſ.107.num.10. Ricc.collect.243.lim.6.

121 Non obſtat Quintum, † quia facilioris doctrinæ cauſa, plures conſtituendi ſunt caſus.

Primus eſt, Conceſſo mero, & mixto imperio, criminis læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, falſæ monetæ, & hæreſis, conceſſa cognitio non cenſetur, iudicatum teſtatur, Franc.deciſ.275. Maſtril.de magiſtr.lib.4.c.16.n.232.Capiblanc. de baron.pragm.8. n.55. Cum nemo exercere ea poſſit, quę Principi reſeruata ſunt, niſi Princeps conceſſerit, l.2.ff.de conſtitut.Princ.l.1.§.qui mandatam.ff.de offic.eius,cui. Peregrin.conſil.2.num.1.2. conſil.84. num.17. volum.1. Aldouin.conſ.51.nu.17. Caſus hic noſtro non conuenit.

Secundus eſt, ſi conceſſo à Rege mero, & mixto imperio, exceptum in priuilegio ſit crimen hæreſis, læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ. Tunc per exceptionem hanc omnia conceſſa intelligimus præter excepta, capit. cum dilecta. de confirm. vtil.vel inutil. Mareſcot.lib.2.reſol.128.num.8. Nec hoc in caſu verſamur.

Tertius eſt, ſi ſpeciatim in meri, mixtiq. imperij priuilegio, falſam monetam, hæreſim, & lęſam maieſtatem cognoſcendi facultatem Rex conceſſerit, tunc nulli dubium de vno quoque eorum cognoſcere eum poſſe, cui Rex dedit, deciſum in terminis refert, Bammacar.in c.ſi vaſſallus culpam.num.181.ſi de feud.defunc.conten. Capiblan.de baron.pragmat.6. num.40.D.Carol.Tapp.in conſtit.ſtatuimus, vt M.C.nu. 8. Thor.compend. deciſ.lit.B.verb.Baro.2. cumquè hæc ſit Meſſanæ Vrbis iuriſdictio, ad priorem Straticoti iuriſdictionem ampliandam, Priuatiuam

122 quoquè eſſe † dixi nu.26. quia priuilegium quod principali competit ad eius augumentum extenditur, Cephal.conſ.773.n.32.Fab.Ann.conſ.61.num.2. Vbi enim aliquid propter aliud apponitur, debet ab eodem, eſſe, vel non eſſe aſſumere, l.qui res.§.mihi.ff.de ſolut. l.cum ſeruus. ff. de condict.& demoſtrat. confert, tex.& gloſ.clem.1.de hæret.verb.intellectiuè. Bald.l.præcipimus.n.5.ff.de appell. Param. de orig.S. inquiſ.lib.2.quæſt.2.num.118.

123 Non obſtat Sextum, Quia † ordinarius præuenire poteſt Delegatum, & è contra. Hoſtien.in ſumm. de off.deleg.§.quid ſit officium.Innoc.& alij,in c.ad petitionem.de accuſ.Boich.c.plerumq.de reſcrip.Borrel. conſ.78.n.19.Decian.lib.4.crim.c.20.nu.6. Azeued. l.10.num.22.tit.13.lib.8.recop. Marta,de iuriſd.p.2. c.2.à num.10. At ſi priuatiuam ordinarius habeat iuriſdictionem, nec à delegato præueniri poteſt, Socin.c.propoſuiſti.num.9.de for.compet. Gramm.deciſ. 30.nu.12.Azeued.l.10.num.11.28.45. tit.13.lib.8. recop. Nec prçuẽtum à Proregis delegato dicimus, quia ſi Prorex nullam (actu) iuriſdictionem habet in Diſtrictu, Seſſe, deciſ.117.n.3. Teſtium examen, citatio, & bannum, omniaque ab eo geſta, nulla ſunt, l. 1.ff.ad trebell.l.2.ad fin.ff.de pœn. Vant. de nullit. ex defect.iuriſd.ordin.in princ. & tit.defect.iuriſd.deleg. in princ.Cartar.de exeq.ſent.capt.bannit.c.final.num. 194.Magon.Lucenſ.deciſ.49.num.5. Felic.alleg.76.n. 5.p.2. Licet contra contumacem proceſſum fuerit, Innoc.c.innotuit.de eo qui furtiu.ordin.ſuſcep. Bald.l.ſi quis ex conſenſu.col.3.C.de epiſc.audien.Cartar.d.cap. fin.num.197.215.Felic.allegat.76.num.5.p.2. Sed ex actu nullo iuriſdictionis præuentio non inducitur, Balb.deciſ.71.Borrell.ſumm.deciſ.tit.41.nu.147. Nec ex citatione nulla, c.cum plures.de off.deleg.in 6.Roman.conſ.412.num.2.Greg.Lopez.l.12.gloſ.1.tit.7.p. 3.Franc.deciſ.505.num.15. Decian.lib.4.crim.c.21. num.4.Valenzuel.conſ.32.num.71.Marta,de iuriſd.p. 2.c.3.num.3. Mexia, ad l.Tolet.p.2.fundam.5.nu.18. 19.Azeued.l.10.num.50.51.tit.13.lib.8.recop. Hinc teſtantur omnes ab incompetenti iudice præuentum non eſſe, quia vt prçuentioni locus ſit, oportet, quod iuriſdictionis etiam, interueniat habilitas, Decian.lib.4.crim.c.20. num.19. cap.21. num.4. cap.34.num.20.Azeued.l.10. num.41. tit.13. lib.8. recop.

124 Reſpon.III. Straticotum competẽtem iudicem

ſatis

Digitized by Google

ſatis ſuperque pręueniſſe, tum reorum aliquos (*Fiſco interrogante*) examinando, *ex Caball.crim.reſol. caſ.117.à num.5.* Tum teſtes recipiendo, cum ſola teſtium receptio pro futura etiam inquiſitione formanda pręuentionem inducat, *ex Socc. c.pen.num. 16.de for.compet.Decian.lib.4.crim.c.21.num.2. Farinae.conſ.208.Reuſner.decif.18.num.20.p.4.* Suaq. Straticotus vſus fuit iuriſdictione, quia iuramentū teſti tefferre, etiam ad informandum, actus eſt iuriſdictionalis, *cap.ſi quis teſtium.& ibi Abb.num.1.de teſtib.clem.1.de offic.delegat. Borrell.Summ.deciſ.tit. 41.num.295.Trimſan.deciſ.10.num.12.deciſ.62.nu. 9.lib.2.*

Nec obſtat, Quod contra omnes à Straticoto pręuentum non fuerit, quia vbi plures † ſunt einſdē
125 uentum non fuerit, quia vbi plures † ſunt einſdē criminis correi, præuenta iuriſdictione contra vnū ex ſocijs, contra omnes præuentum dicitur, *Decian. lib.4.crim.c.22.n.4.Guaz.reor.defenſ.1.c.8.nu.6.* ipſaque realis pręuentio ſemper verbali præfertur, *Gram.deciſ.30.num.6.Azeued.l.10.num.7.8.tit.13. lib.8.recop.Marta,de iuriſd.p.2.c.3.num.19. Maſcar. concl.1227.num.8.Tuſc.lit.P.concluſ.646.nu.7. Decian.lib.4.crim.c.21.num.9.Borrell.conſ.78.num.21. 22.* & licet diſſentiant alij, Diſtinguendum tamen
126 duxi. Aut delictum † à pluribus commiſſum eſt diuiduum, Tunc præuentio contra vnum, criminis cognitionem alteri iudici non aufert contra alios. Aut eſt indiuiduum, Tunc ſi contra vnum præuentum ſit, contra alios pręoccupat iuriſdictionem, vt aduerſus *Farin.* defendit, *Scace.de iud.lib.1.c.12.nu. 78.ad fin.Guaz.d.n.6.* Sic præuentio contra mandatarium pręuentionem indicat contra mandantem, *Decian.d.c.21.num.16.Guaz.d.n.6.*

Ex his igitur, Pronunciarunt Curiæ Straticotialis Iudices, ijdemque Regij Delegati, *Reſcribatur humiliter Catholicæ Maieſtati,* de Menſe Auguſti 1621. Qua potiſſimum decidendi formula *Noſtrates* vti conſueuere in *Contraprimilegijs,* Quorum relatio ad *Regem* ipſum facienda eſt: idemquè apud nos eſt,
127 ac ſi dixiſſent ipſi *Sunt Contraprimilegia,* Quia † verbum *Reſcribere* etſi variè exponatur, proprie tamen pro eo ponitur, quod eſt ſcribere contraria ijs, quæ *Prorex,* aut *Rex* ipſe ſcripſit, *Sueton.in Cęſar.c.73. C. Memmij,* Cuius aſperrimis Orationibus non minore acerbitate reſcripſerat, & *Quintilianus lib.10.c.5. melius hoc, quam reſcribere Veteribus Oratoribus,* id eſt, ſcribere contrarium eius, quod Veteres Oratores ſcripſerant.

Proinde cum attentata reuocari opus eſſet, omniaque in priſtinum reponi *DON PETRUS BALSAMUS* Roceæ Floritæ Princeps, Strategus Armorumq. Capitaneus, & generis antiquitate, & prudētię artibus Illuſtriſſimus. *ANTONIUS ANGOTTA* vnus ex Iudicibus Curię Straticotialis, non minus doctrinę, quam integritatis laude inſignis. *SALLEMBENIUS PANCALDUS D. Iacobi* ęques (ex Nobilium ordine) *SENATOR,* Apud Philippum III. Hyſpaniarum, & Sicilię Regem Inuictiſſimum, Anno 1613. pro *Meſſana Urbe,* Orator eximię, ſingularíſque prudentię, quem pęnes accurata visitationum, & Iuſtitię ſtetit ſemper, deq. Meſſana patria optimè meritus. *IOSEPH BARRILI* item *SENATOR,* optimę notę Vit. Vrbis eiuſdem Sindico, atq. Senatus Meſſanenſis Aduocato, & Conſultore Ordinario, in Societatem adſcitis, Caſtrumtegale contendentes, Magna *Populorum* lętitia, Omnia in priſtinū reſtituere; de menſe Martij MDCXXIII. ac multis rerum, actuumque exemplis oſtendere, *STRATEGUM,* Abſente ex Vrbe Prorege, vnum eſſe, & Supremum in Meſſanę Prouintia, eiuſque Diſtrictu *Armorum Capitaneum,* Pacis, & Belli tempore.

SUMMARIUM.

1 *Proditor, ne Eccleſiæ gaudeat immunitate, Quis verè ſit? diffinitur.*
2 *Proditorij criminis potiſſimum eſt, amicitia.*
3 *Pater ſi filium occidit, aut filius patrem: Vxor virum, aut Vir vxorem: Frater fratrem: Proditor is eſt, niſi inimicitiæ cauſa concurrat.*
4 *Vulnus illatum à tergo contra inimicum, proditorium non eſt.*
5 *Inimicus ſemper mala cogitat de inimico.*
6 *Proditor dici non poteſt, qui diffidatione, aut admonitione præcedente,* Volta qua, *amicum occidat.*
7 *Inimicus reconciliatus, ſi amicum reconciliatum occidat, proditor non eſt, num.13.Contrarium num.16. 20.21.23.*
8 *Amicus reconciliatus equipollet inimico.*
9 *Amicus reconciliatus, integer non eſt teſtis, licet inimicitiæ cauſam alter ignoraſſet. Contrar.n.27.28.*
10 *Immunitas Eccleſiæ alios caſus non exceptos, etſi illis ſimiles, non comprehendit, num.29.*
11 *Dictio,* Tantum, *cuius ſit natura?*
12 *Clauſula,* Sublata, *vis & effectus.*
14 P.Gambacur.de immunit.eccleſiæ, lib.5.cap.9. *reijcitur.*
15 *Proditio, quid ſit?*
17 *Reconciliatio inimicitiam omnem remouet.*
17 *Legatum, ſeu, Donatio cauſa mortis, inimicitia extinctum, Reconciliatione reuiuiſcit, & iterum deberi incipit.*
19 *Tutor inimicus recuſari poteſt, niſi reconciliatus probetur.*
22 *Proditorium homicidium, Regis indultu non gaudet.*
24 Ricc.deciſ.168.num.6. p.p. *Sententiam, & verba,* Bart.in l.reſpiciendum, §.delinquunt.num.1. ff. de pœn. *minus rectè accepiſſe, oſtenditur.*
25 *Pax nulla eſt, ſi viget adhuc rancor.*
26 Ricc.deciſ.168.p.p. *contra Sacram Conſultam loquitur, & improbatur, num.32.*
30 *Interpretandi locus eſt, ſi Legis mens, aut verba ſunt dubia.*
31 *Proditorium homicidium eccleſiæ non gaudet immunitate.*

ARGUMENTUM.

Amicum reconciliatum, ſi quis occidat, An ſit Proditor? vt Eccleſiæ non gaudeat immunitate, Ad quam confugit.

Ad Intellect.Gregor.XIV.Bullæ, de immun. Eccleſ.

Digitized by Google

CONSILIVM LX.

Cauſa hæc (ſuper qua interrogatus) Nunc mihi reſpondendum eſt, iure & meritò requirit; vt paucioribus agam, dixiſſem copioſius, ſi coram alijs meus eſſet habiturus Sermo. Vno tamen præmiſſo, *Quis verè ſit proditor?* vt facilior exinde ſit cauſæ exitus.

1 Proditorem, etſi variè diffiniant † alij, à *Farinac. quæſt.18.num.78.79.Tuſc.lit.P. concluſ.868. P.Gambacur.de immunit.eccleſ.lib.5.c.28.à num.1. Caball. de omn.gen.homic.à num.458. Ricc. deciſ.80.num.1. p.p.Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.68.à num.106.Decianus, lib.7.crim.c.29.* Adeo vt dixerit, *Plach.lib.1.delict.c.21.* Proditorem eum eſſe, qui inimicum cum ſclopo offenderit, *Couar.2.reſolut.c.20.Menoch.de arbitr.caſ.361.à num.24.* Eorum tamen opinio, quæ *magis comm.*eſt, *ex Farin. quæſt.18.num.76.* alio in caſu procedet, *ex Gratian.diſcept.380.num.40.* Cum ad mentem *Gregor. XIV.* de immunitate eccleſiæ, ediſſerentis, proditor ſit, qui fingens ſe alicui amicum, aliud exterius ſimulans, aliud gerens in pectore, ſub ipſo amicitiæ ſigno mortem inferat non cogitanti, non præcauenti, nulla prius exorta cum eo rixa, *l.1.ff.de præuaric.Bartol.l.reſpiciendum.§.delinquunt.num.1.ff.de pœn. Igneus.de Sillan. §.ſi vnus.nu.14.Alex.conſ.13.num.8.in 6. conſ.145. num.5.in 7. Gerard.ſing.14.num.6.Afflic.deciſ.265.num.63.64.& ibi, Urſill.num.70. Catalan. de indult.c.31.num.6. Bardell.conſ.40.num.9. Villadeg. in polit.cap.3.num.210.Maſtrill.de indult.c.29.num.2.Remig.de immun.eccleſ.fall.14.Ambroſ.de immun.eccleſ.c.6.n.5. Suarez.de Stat.relig.lib.3.cap.11.num.12. Gizzarell. deciſ.16.num.2.4.5.6. Craß.de effect.amicit.num.243. Cenagl.comm.quæſt.817.in princ. P.Gambacur. d.c.28.num.6.Bouadill.lib.2.polit.cap.14.nu.36. Muſcat. prax.crim. rub.de homic.median.mandat.num.6. Peguer.deciſ.54.num.12. abal.de omn.gen.homic.num.396. Caual.de brach.reg.p.p.num.80.83. Molin.de iuſtit.commut.diſput.23.num.5.tom.3. Larath. conſilio 102.num.6.17.Vulpell.conſ.59.num.1. Leon.conſ.91. num.8.Farin.conſ.76.num.7.conſ.168.num.72.& ibi, Scholiaſt.lit.A.D.de immun.nu.137.* ſibi contrarius, *quæſt.18.num.76. Decian.d.cap.29.num.24.conſilio 48.num.25.in 3.Couar.d.cap.20.num.7.Clar.§.homicidium.num.10.& ibi Baiard. num.25.& in §.fin. qu.68.num.107.Niger, Campan.R.N.cap.nuper. nu.31. Tuſc.lit.P.concluſ.869.num.8. Menoch.d.caſ.361.nu.24.25.Thor.compend.deciſ. verb.proditorium. col.1. Franc.deciſ.713.num.14. Gratian. diſcept.380.num.40.41.diſcept.619.nu.27.28.29. Ricc. collect.1792. Ball.Tract.Var.lib.5. tit.de inſult.in eccleſ.pragm.1. num.10. Burg.de Paz.conſil.22.num.15.16. Rouit. pragm.11.à num.56.tit.de abolit. Guazz. reor.defenſ.1.cap.38.num.40. Burſ.conſil.147.num.29. conſ.216. num.142.Gomez,variar.p.3.cap.3.nu.5. & ibi, Suarez,* magis comm. *teſtatur, Mar.Ital.lib.1.de immunit. c.5.§.4.Gennen.Prax.cap.94.num.1.2.Rim.iun.conſ.685.num.24.Grilenz.conſil.45.num.4.conſ.149.num.3.5.6.7.39.Guttier.lib.1.pract.quæſt.2.num.2.9.* Præ-
2 cipua † proditorij criminis qualitas eſt amicitia, *Muſcatell.d.num.66.Cephal.conſ.57.num.13.Tuſc.d. concluſ.869.num.11.Franc.deciſ.713.nu.15.22. Rouit.d.pragm.11.n.58.59. Gratian.diſcept.380.nu.40. diſcept.619.num.29. Larath.conſ.102.num.28. Ricc. deciſ.168.n.1.6.p.p.* Qua ceſſante, ceſſat proditoriũ, *Plach.1.delict.c.21.Couar.2.reſol.cap.20.num.7.Fa-*
3 *rin.q.18.n.76.77.* Proinde † ſi ſocium quis occidat, aut pater filium, vel filius patrem, aut vxor virum, vel vir vxorem, aut frater fratrem, proditores dixit, *Paz, in prax.tom.1.p.5.c.3.§.3.n.123. Farin. de immun.num.138.139. Villadeg. polit. cap.3. num.210. Heuya, in Curi.Philipp.par.3.§.12.retraidos.num.33.* Niſi inimicitiæ interceſſerit cauſa, *Rouit. d.pragm.11.num.58.*

4 Hinc notat, † & meritò, *Bart.d.§.delinquunt.num.1.* Proditorem nec eſſe, qui per inſidias, vel retrò, & incautè, ſuum occidat inimicum, à quo præcaueri debebat, *Gerard.ſing.14.nu.5.6. Iacob. de feud. gloſ. dictiq.vaſalli.num.17. Foller. R.N. c. item ſtatuimus. num.4.de his, qui ad eccleſ.confug. Germon.de ſacror. immun.lib.3.c.16.num.64. Guazz.reor.defenſ.1.cap.38.num.40.Rouit. pragmat.11.num.56.58. de abolit. Villadeg.de extenſ.Leg.tit.de immunit.eccleſ.num.53. Guttier.lib.1.pract.quæſt.2.nu.3.4. Catalan. de indult. cap.31.limit.4.num.6. Baiard.ad Clar.§.homicidium. num.22. Larath.conſil.102.num.19.20. Farin.conſilio 132.conſil.136.num.4.conſil.168.à nu.68. de immun. num.143.Franc.deciſ.713.num.7.14. Ambroſ.d.cap.6.num.5. Gratian. diſcept.619.à num.23. ad num.29. Caball.de omn.gener.homicid.num.389. Roſentall. de feud.c.10.concluſ.19.num.16. Cephal.conſil.57.num.13.Marc.Anton.Gen.in prax.archiep.c.77.Muſcatel. prax.crim.tit.de homic.median.mandat.num.67. Molin.de iuſt.commut.tom.3.diſp.23.num.5.Decian.conſil.48.num.25.in 3.& crim.lib.7.cap.29.nu.24.Ricc. deciſ.80.p.p. Suarez, recept.ſenten. verb. homicidium. num.6.Thor.d.verb.proditorium. Gomez, d.c.3.num.5.Bouadill.d.num.36.* etſi aliter, & malè, opinetur,
5 *Caualc.de brach.reg.par.p.num.81.* Quia inimicus † ſemper mala cogitat de inimico, *cap.repellantur. c. eum oporteat.de accuſat. l.1.§.præterea.ff.de quæſtion. l.inimicitia.ff.de his, quib.vt indign. Blanc.l.fin.num.89.ff.de quæſtion.& de indict.num.194.Farinac.quæſt.49.num.88.Turret.conſil.63.num.3.in 2. Surd.conſil.32.num.6.conſil.40.num.1.conſ.382.num.59. conſilio 477.num.2.Maſcard.de probat. concluſ.1248.numero 107.Alba, conſ.770.num.47.conſ.773.num.13. Menoch.lib.6.præſumpt.29.num.26.Macerat.lib.3.reſol.*
6 *37.num.4.* Inde etiam eſt † vt proditoriè amicum vulneraſſe nec cenſeatur, ſi monitio interueniat, *Volta qua*, vel diffidatio, *Afflict.deciſ.265.num.64. Gigas, de crim.læſ.maieſt.tit.de prodit.nu.16.P.Gambacur.de immun.eccleſ.lib.5.c.28.num.4. Felic.alleg.5.num.58.p.p.* potuit enim ſe defendere, ergo ceſſat proditio *Rouit.d.pragm.11.num.59.Farin.quæſt.18.num.76.Heuya, in Curi.Philipp. p.3.§.12.retraidos.num.31.*

His ſic præhabitis. Proditorium non fuiſſe homicidium hoc, reſpondendum videbatur, ex multis.

7 Primò, Inimici † reconciliati, odium adhuc, & nocendi animum retinere præſumuntur, vt præcedentis inimicitiæ reliquias, *Bald.conſ.91.in 1.Farin. quæſt.53.nu.59.Ricc.deciſ.168.num.4.p.p.* Sed vbi in amicis aliquis remanet rancor, ſi quod inter eos ſe-

quutum

quutum eſt homicidium, proditorium non erit
quia rancor ille inimicitiam includit, excluditque
amicitiam, quam præcipuam inducendæ proditio-
nis cauſam eſſe dixi, nu.2. ita ex Bart.d.§.delinquunt.
num.1. Iudicatum in term.refert, Ricc.d.deciſ.168.
qui in ſuis ſenſum ſic, Bart. expendit, num.6. Ceſſat
enim proditio, ſi alia quæuis occidendi cauſa po-
teſt præſumi, Rouit.d.pragm.11.num.58.tit.de abo-
lit. Calore ergo amicitiæ, cum patratum non ſit ho-
micidium, Eccleſiæ gaudere debet immunitate,
Ricc. citat Thor. compend.deciſ.verb.proditor.
8 Secundo, amicus reconciliatus † æquipollet ini-
mico, Imol.l.filiusfam.ff.de donat. Tiraq.ceſſan. cauſ.
lim.16.num.7. Menoch. de arbitr.quæſt.28.num.8. Ca-
rot.de re ſurt.quæſt.21.num.8. Couar.pract. quæſt.28.
num.8. explicans, tex. l.athletas. §. dat remiſſionem.
ff.de excuſ.tut. Qui comm. ſententia aduerſari vide-
tur, & §.inimicitia. inſtit.de excuſ.tut. Proinde à iu-
dicando, vt ſuſpectus repellitur, Iaſ.l.apertiſſimi.nu.
8 C.de iudic. Morla, in empor.iur.tit.2.de iuriſd. in præ
9 miſſ.ſub num.200. Nec integer † eſt teſtis, in crimi-
nibus etiam exceptis, c.2.3.4.5. gloſ.c per tuas.verb.
inimicus.de Simon. Iaſ.d.l.apertiſſimi. nu.7. Socc.c.re-
pellantur. num.19. de accuſat. Rip.c.1.num.17. de Iu-
dic. Marſ.l.1.§.præterea.nu.6.ff.de quæſtion. Alexan.
conſ.99.num.2.3. & ibi, Scholiaſt. vol.1. Crauet.conſ.
9.num.6. vbi, Strac.in Schol. & conſ.73.nu.13. Gram.
conſil.57.Vot.30. Alciat. reg.2. præſumpt.16. ad fin.
Schenard. conſ.1.num.117.p.2. Menoch. de arbitr.q.
28.num.8. conſ.226.num.103. Monald. conſil.5. num.
100. in 2. Couar.pract.quæſt.18. nu.3. Macera. lib.3.
reſol.37.num.22. Guazz. de treug. & pac.quæſt.9.nu.
6.p.p. Surd.conſ.371.num.17. Peregr.conſil.87.num.
23. in 1. Tuſc.lit.I. concluſ.149. num.20.23.24. Craſſ.
except.24.à num.36. Bertaz. crim.conſil.40.num.63.
conſil.474.num.26. Berett.conſ.138.num.14. Clar.§.
fin.q.24. Randen.conſ.50.num.325. in 1. Farin. q.53.
num.59. Director. Inquiſit.par.3.q.67.comment.116.
num.13. Becc.conſ.67.num.17. Felic. alleg.25. nu.24.
p.p. Rim.Iun.conſ.524.num.38. Gomez.p.3.delict.cap.
12.num.14. etſi commiſſam in eorum alterum ini-
micitiæ cauſam, alter ignoret, Bart.l.1.num.4.5.ff.
de his quib.vt indign.
10 Tertio, Ad alios graues † etiam caſus præter ex-
ceptos, Greg.XIII. Bulla, de Immunit.eccleſ.exten-
di non debet, Bart.l.ſi conſtante. ff.ſolut. matrim. Bal.
l.1.§.excipiuntur. ad fin.ff.de ſer. & conſ.183. ad fin.
vol.1. Rom.conſ.271.num.3. Parlador.lib.2. rer.quo-
tid.c.fin.p.5.§.11.num.7. Montier, deciſ.26.num.25.
licet illis ſint ſimiles, Farin.conſ.76. nu.13.16. Am-
broſ.de immun. eccleſ.c.1. num.14. Barboſ. dict.349.
num.3. Tum quia exceptio à S.P. ſua in Bulla ſit per
modum formæ, ibi, Ad vnam tantum formam redu-
cimus, Nihil ergo addi, aut minui poteſt, l.1.§.opus
nouum.ff.de nou.oper.nunt. Bald.l.quoties.in princ.C.de
ſuis, & legitim. Ambroſ.d.num.14. Tum quia dictio
11 Tantum. qua Pontifex † vtitur, Omnia excludit,
quæ expreſſa non ſunt, l.Iulianus, l.non tantum. ff.de
petit. hæred.l.aduerſus. C.ſi aduerſ. rem iudic.l. qui in
alien.æ.§.libertos. ff.de neg.geſt.l.1. vbi, Bart. & reli-
qui.ff.ſi quis ius dicend.non obtemp. Vulpell.de præpoſ.
& aduerb.ſignif.verb.Tantum. Franc.deciſ.123.num.
4. Gallin.de verb.ſignif.lib.6.c.13.num.2.lib.7.cap.7.
num.11. Bero.conſ.178.num.19.in 3. Seraphin. deciſ.
257.num.2. Surd. deciſ.192.num.10.deciſ.291.num.
19.de alimen.tit.1.quæſt.2.num.2. Magon. Lucenſ.de-
ciſ.31.num.30. Franc. Leon. Theſaur.for. eccleſiaſt.p.
2.cap.2.num.33. Petr.Cened.ſing.21.num.1. Lancell.
Gall.conſ.103.num.28. Caſc.deciſ.167. Azeued.l.2.
num.1.tit.3.lib.8.recop. Borrell. conſ.59.num.24. Fa-
rin.conſ.186.num.39.deciſ.740.num.4.deciſ.600.nu.
7.tom.1.p.2. Rim.Iun.conſ.257.num.33.conſ.262.nu.
2.conſ.287.num.259.conſ.322.num.11.conſ.311.nu.
50. Flam. Pariſ.de reſignat. lib.13.q.5.nu.47. Cartar.
deciſ.70.num.54. Tuſc.lit.D. concluſ.388.num.4. Cal-
das, de renouat.emphit.quæſt.11.num.15. Ambroſ.de
Immunit.eccleſ.c.1.num.13.14. Adeo vt legis cuiuſ-
que diſpoſitionem ceſſare faciat, Rimin. Iun. conſ.
257.num.34. Imo appoſita in Lege continente ca-
ſum fauorabilem, vel pium extenſionem impedit
ad caſus ſimiles, Aegid.in l.ex hoc iure. p.p.c.11.nu.
39.ff.de iuſt. & iur. Barboſ.dict.Tantum. num.5. Tum
quia ſuppletio ſi quæ fieret in eccleſiæ detractionē
tenderet, Gratian.diſcept.380.num.35. Tum quia
lex, ſeu ſtatutum id diſpoſuit, quod exprimit, Bald.
l.teſtamentum. ad fin. C.de teſtam. Cephal.conſil.329.
12 num.14. Tum quia in illa † Gregor.XIV. Bulla, ad-
eſt clauſula, Sublata eis & eorum cuilibet, quauis ali-
ter iudicandi, & interpretandi facultate, Quæ clau-
ſula omnem prorſus extraneam interpretationem
excludit, ex Dec. Crauet. & Pute. tradit, Ambroſ.d.
nu.14. ad fin. Ioan. Franc. Leon. in Theſaur.for. eccleſ.
c.13. ſub num.27. abſque expreſſa Pontificis volun-
tate, Bart.l.fin.num.1.C.de Canon.frumen. Vrb.Rom.
lib.11. Felin.c.nonnulli. num.22. de reſcript. Anchar.
conſ.221.num.2. Caſtador.c.quia diligentiam.oppoſ.9.
de elect. Villadeg. tract. de Legat.quæſt.3. Pute. deciſ.
50.num.5.p.p. Veral.deciſ.134.num.4.p.3. Gonzalez,
regul. Cancell.8.gloſ.66.num.3. Valenzuel. conſil.85.
13 num.14. Tum quia excepiſſet † Gregor.S.P. inimici
reconciliati homicidium ſi voluiſſet. Nec mirum,
quia excipere caſum à Lege non exceptum, aliud
non eſt, quam Legem impropriare, arg.l.cum lege.
ff.de teſtam. Ceruant.l.Thaur. 4.num.45. Surd.conſil.
22.num.9. Montier, deciſ.26.num.27. Si verbis aper-
tis Lex ita diffinit, Nos legi repugnare qui poſſi-
mus? Parlador.lib.2.rer.quotid.c.fin.p.2.§.11.nu.7.
Dura etſi Lex ſit, Satis tamen eſt, ita ſcriptam eam
eſſe. l.proſpeximus.ff.qui & à quib.in libert.proclam.
14 lic. Quare † cauendum nobis eſt à P.Gambacur. de
immunit.eccleſ.lib.5.cap.9. affirmante iuris amplia-
tiones, ex comm.Doct. conſenſu factas ad caſus, non
ita clarè in iure expreſſos, hac Gregor. XIV. Con-
ſtitutione reuocatas non eſſe, cum ex expreſſis Pon
tificis verbis, eiuſq; mente, ſatis ſuperque conſtet,
alios, præter expreſſos caſus, ab Eccleſiæ immuni-
tate exceptos non eſſe, aliasque omnes Doct. am-
pliationes reuocatas cenſeri.

Cæterum, dixi verius, amicum reconciliatum
occidens, Eccleſiæ immunitate non gaudere, quia
proditorium eſt homicidium, ex multis.
15 Primo, prodictio † aliud non eſt, quam dece-
ptio contra fidem in alterius perniciem, l.fin. C.de
delator.lib.10. l.proditores. ff.de re milit. Syluest. in
Sum.verb.proditio.in princ. Angel.l.1. in princ. & ibi
Bald. num.8.ff.de pact. Alexan. conſ.13.num.8.in 6.
Gig.de læſ.maieſt.tit.de prodit.q.1.num.8. Decian.lib.
7.crim.cap.29. num.23. qui, Fidem non ſeruantem
prodito-

Digitized by Google

proditorem appellant; Sic vaſallum fidem Domi-
no ſuo violantem, proditorem eſſe dixit, *Hoſtien.c.*
1.num.8.de feud.Bald.cap.1.num.16. quib.mod.feud.
amitt.Schrader.de feud.p.9. c.3.num.64. & qui eum
occidit qui occiſori ipſi confidebat, *Vulpell.de pac.*
quæſt.48.Burſ.conſ.216.num.142.Baiard.ad Clar.§.
fin.quæſt.68.num.107. Proditor quoque eſt, qui pa-
cem frangit, *Colleg.Adnoc at.March.conſ.150.num.*
*38.vol.1.crim.*Tradit in term. *Angel.l.1.§.non fuit.*
*nu.3.ff.de dol.*Proditoriè occidiſſe, Qui fidem fran-
git de non offendendo eo, quem occiderat, Addit
Clar.§.homicidium. num.61.ad fin. Licet poſſit ban-
nitus proditoriè occidi, ſi expreſſim tamen data
fuit ei fides, de ipſum non offendendo, Proditor
ille erit, *Clar.d.num.61.Gig.d.quæſt.1.num.8.Cabal.*
de omn.gener.homic.num.344. Farin.conſ.168.num.
75.Tuſc.lit.P.concluſ.869.num.15.16. Cumque re-
16 conciliatio † & pax, ſatis ſuperque teſtibus proba-
ta ſit, *ex Bart.conſ.66.num.1.p.p.Tuſc.lit.P.concluſ.*
171.num.10.Maſcard de probat.concluſ.1156.nu.3.
Fidem viciſſim datam dicimus, Ne alter alterum
amplius offendat, viuantque ambo ſub amicitiæ,
& paris clypeo; Sed fidem, vt proditor alter viola-
uit, incautè alterum occidens: Eccleſiæ ergo gau-
dere non poteſt immunitate.

17 Secundò, Qui ſub promiſſione † de non offen-
dendo pacem inijt, & alterum nihil tale metuen-
tem oppreſſit, occidit, proditor ſine dubio videtur,
ex Farin.conſ.168.num.76. Quia amicitiæ colore id
prætexit, cum nulla ſubſit amplius inimicitia. ex
pace facta, *Tuſc.lit.P.concluſ.171.num.8.concl.869.*
*num.9.*nec tenetur, *Angel.l.1.num.1.ff.de pact. Bart.*
conſ.175.p.p.Anchar.conſ.75.num.5.Alciat.conſil.
134.num.3.lib.5. Moron.de treug. & pac. quæſt.187.
Vulpell.de pac.quæſt.55.Tuſc.d.concluſ.171.num.21.
Eamque reconciliatio extinſit, *Innoc.& Ioan.And.*
in c.cum oporteat.de accuſat.Bald.l.ex ipſius,C.famil.
hercif. & in auth.ſi dicatur. C. de teſtib. Alex. conſil.
188.num.10. in 7. Caball.crim. reſol.caſ.272.num.7.
Bertaz.crim conſ.157.num.20.Borrell.conſ.45.num.
33.Tuſc.lit.P. concluſ.172. num.8.lit.R.concluſ.54.
18 *nu.6.* Proinde legatum † legantis, & legatarij ini-
micitia, ademptum, *ex l.3.§.fin.ff.de adim. legat.*
Rom.conſ.459.num.10.Griuell. Dolan.decif.41.num.
27.Gamm.deciſ.206.num.27.Marcabr.conſ.78.num.
11.Decian.conſ.74.num.28.conſil.83.num.77.vol.4.
Tuſc.lit.L.concluſ.138.à num.53.lit.I.concluſ.148.
num.14.lit.P.concluſ.172.num.6.Menoch.lib.3.præ-
ſump.37.num.17.& lib.4.præſumpt.141.& donatio
cauſa mortis, *Alex.Iaſ.Caſtr.& Alciat.& reliqui, in*
l.non omnis.ff.ſi cert.pet.Caſſan.Burg.conſuet.rubr.7.
§.5.num.4. Rim.Inn.§.1.num.1070.Inſtit.de donat.
Menoch.d.præſumpt.37.num.16. Siue teſtatoris, vel
donantis culpa, ſuperueniat inimicitia, *Rip.cap.1.*
num.14. de iudic. Surd.deciſ.41.num.12.Mantic.de
coniect.vltim.volun.lib.12.tit.5.nu.9.Simon.de Prat.
lib.1.interpr.2.dubit.2.ſolut.4.num.14. Si graui ex
cauſa, & Legatarij potius, quam teſtatoris culpa,
late, *Marcabr.conſ.78.à num.14.ad num.22.* Recon-
ciliatione tamen inter eos facta, reuiuiſcit, & con-
ualidatur legatum, & donatio, *l.3.§.fin.cum l.ſeq.*
vbi Bart.ff.de adim.legat.Iaſ.auth.non licet.num.20.
C.de liber.præter.Alex.conſ.91.num.4. in 7. Roman.
conſ.459.num.10.Gerard.ſing.3.Nouell.prax.crim.
c.fin.num.31.Marſ.de bannit.verb.pace.num.53.Pa-
riſ.conſil.1.num.139.in 1.Soc.Iun.conſ.59.num.19.in
3.Decian.conſ.74.num.39.in 4.Tuſc.lit.P.concl.172.
num.6.Guazz. de pac.quæſt.9.num.30.p.p.Menoch.d.
19 *præſump.37.num.38.* Pax † tutorem reconciliat, Si
propter inimicitiam recuſari poterat, *Rom.d.conſ.*
459.num.10.Nouell.d.cap.fin.num.32.Rot.Auenion.
deciſ.164.Tuſc. d. concluſ.172.num.7.Couar.pract.
quæſt.18. num.3. Menoch. de arbitr. quæſt.28.num.8.
Guttier.de tutel.p.p.c.21.num.21.Galganat. de tutel.
lib.1.tit.8.num.16.Montan.de tutel.cap.35.num.169.
Guazz. d.quæſt.9.num.41. Cum per reconciliatio-
nem, cauſa ad non cauſam ſit redacta, *Sim.de Prat.*
de interpr.vlt.volun.lib.3.dub.6.ſolut.4.num.14.Lan-
cell.Gall.conſ.18.num.107. Timere (inquam) potuiſ-
20 ſet † interfectus, ſi inimicitia propter reconcilia-
tionem iam extincta, adhuc ſubſiſteret; Amicitia
remouet ſuſpicionem omnem, *gloſ.l.1.C.de ſicar.*
Felin.c.fin.de homic. Macerat.variar.lib.3.reſol.40.
num.6.Bertaz.conſ.556.num.19. Proditoriè ergo oc-
cidit, dum malitioſè eum circumuenerit, & callidè
ad pacis oſculum ſeduxerit, quo in periculum ſa-
lutis illum traheret, *c.ſi cupis 1.quæſt.16.gloſ.c.cle-*
ricus verb.proditionibus.diſt.46.vbi Turrecrem.num.
5.Apen.l.ſeruum.nu.3.C.de delator.lib.10.Anchar.
clem.1.num.28.de Stat.monach.Farin.conſ.168.num.
76.Gizzarel.deciſ.16.

21 Tertio, Si cum † inimico inita ſit Pax, illum ſub
pacis fide viuentem, nihilq; ſuſpicantem, aut præ-
cauentem enſe, baculo, aut lapide occido, prodi-
torium erit homicidium, quia ſub pace de me con-
fidebat, vel promiſſione de non offendendo, *l.1.ff.*
de præuaric.l.ſi quis aliquid.§.inſtrumenta.ff.de pœn.
Farin.de immunit.eccleſ.num.137.ad fin.Gizzarel.d.
*deciſ.16.*merito, *Menoch.de arbitr.caſ.361.à nu.24.*
Proditorem eum eſſe ait, qui amicum, vel reconci-
liatum interficit, *Tuſc.lit.P.concluſ.869.num.11.* vt
22 Regis † indultu non gaudeat, *Catalan. de indult.c.*
31.à num.1.2.Maſtrill.de indult.cap.29.num.4.Thor.
compend.deciſ.lit.D.verb.delictum.3.Mar.Ital.de im-
mun.eccleſ.lib.1.c.5.§.4.num.14.Rouit.pragm.11.à
num.55.tit.de abolit.Gizzarel.deciſ.16.nu.4. Larath.
conſ.102.num.26.Franc.deciſ.713.à num.14.Farin.
conſ.136. nec generali criminum abolitione conti-
netur, *Plach.1.delict.c.21.Schrader.de feud.p.9.cap.*
3.num.68. nec Eccleſiæ etiam potitur immunitate,
Caball.de omn.gener.homicid.nu.411.iuncto, nu.436.
23 Atque ita iuris † eſſe pronuntiant *Sacra Conſulta,*
Teſte, *Farin.conſ.168.in Scholijs.lit.D.* Si vno ſaltem
teſte pacis fidem recipiente probata ſit reconcilia-
tio, alijſq; adminiculis. cum non præſumatur pax,
Maſcard. de probat. concluſ. 1156. à nume. primo.
Nec reconciliatio, *c.cum oportet.de accuſat.auth.ei ſi*
dicatur.C.de teſtib.Farinac.quæſt.53.num.62.Decian.
lib.3.crim.c.25.num.86.Teſtay. allegat.7.num.103.
Nec *Sacra Conſulta*, pacem de recenti diſtinguit, ab
ea, quæ de antiquo eſt, nos qui diſtinguemus? vt
Rice. illic dicendum putat, imo *tex.§.inimicitiæ. in-*
ſtit.de excuſ.tut. quem ipſe citat, tũ nec diſtinguat,
intelligendus eſt, ſi reconciliatio paulò ante ſit fa-
cta, ita *Guttier.de tutel.p.p.c.21.num.21.* Imo quod
de teſte, *Rice.* inquit, accipiendum eſſe voluit, *Gut-*
tier.d.nu.21. Quia fides detrahitur teſtimonio vete-
ris, & priſtinę inimicitiæ radicem, nulla admiſſa di-
ſtin-

ſtinctione, ſi de recenti, vel ex antiquo ſit recon-
ciliatio.

Non obſtat primum, Quia *Bar. d. §. delinquunt.*
24 *num.*1. nec † decidit quod ex eo affirmare voluit,
*Ricc. d. deciſ.*168. *num.*6. inquit enim *Bart.* ſi cum
tibi eſſem amicus, & inter te, & me, nullus ſaltim
eſſet rancor. Arguit ex his *Ricc.* quod ſi in amicis
aliquis erat rancor, Homicidium non erit prodito-
rium. Sed labitur, Satis enim notum erat, *Bart.* eos
non eſſe amicos, quibus aliquis erat rancor, ex ver-
bis, quæ ibid. ſubnectit, *Bart. Secus ſi eſſes mihi inimi-
cus, ita quod eſſet rancor inter te, & me.* Etenim
25 † nulla pax eſt, vbi viget rancor, *Tuſc. lit. P. concl.*
171. *num.*21. Quem in dubio reconciliatos inimi-
cos remiſiſſe inquit, *Plach. lib.*1. *delict. c.*6. *num.*4.
*Couar.*2. *reſol. c.*10. *nu.*6. *Clar. §. fin. quæſt.*58. *Maſcard.
de probat. concluſ.*1156. *num.*30.31 *Maluaſ. conſ.*70.
*num.*15. *Seſſe, deciſ.*101 *num.*6. 27. *Guaz. de pac. p. p.
quæſt.*3. *num.*3. *Decian. conſ.*117. *num.*41. *in* 3. præci-
puus hic eſt pacis effectus, vt diſcordiam finiat, *Ho-
ſtien. in Summ. de treug. & pac. Abb. in rub. Felin. c.*1.
*num.*6. *eod. tit. Boſſ. tit. de pac. num.*2.3. *Tuſc. lit. P. con-
cluſ.*171. *num.*3.4.30. *Seſſe, deciſ.*101. *nu.*7.8.9. *Ma-
ſcard. d. concluſ.*1157. *num.*4.5. *Simon. de Prat. conſ.*
177. *num.*9. *Caball. reſol. crimin. caſ.*101. *num.*57. in-
imicitiam extinguat, *Bertaz. crim. conſ.*157. *num.*20.
*Tuſc. lit. P. concluſ.*171. *num.*8. *Rim. Iun. conſil.*524.
*num.*39. Ipſaque reconciliatione ceſſat odium, &
malus animus, *Menoch. conſ.*431. *num.* 28. *Decian.
d. num.*41. *Guazz. d. q.*3. *num.*1.2.3. Proditorium er-
go eſt homicidium, dum dubitare, ex his non de-
bebat occiſor, nec ſe præcauere, *Farin. conſ.*136.
num. 8.

26 Reſpon. II. Deferendum † *Ricc. d. deciſ.*168. nec
eſſe, ſed *Sacræ Conſultæ*, cuius eſt Pontificis mentem
interpretari, Cumque teſte *Farin. d. conſ.*68. *in Scho-
lijs, lit. D.* deciſum à *Sacra Conſulta* ſit, homicidium
ab inimico reconciliato, Eccleſiæ immunitate non
gaudere, & offendens aliquem ſub pace, ſeu pro-
miſſione de non offendendo, immunitate nec gau-
deat, *Farinac. de immun. num.*137. quia proditorem
eum eſſe, ex multis probat, *Gizzarel. deciſ.*16. *à nu.*
1. etſi ſolius patris, matris, & fratris occiſi, teſtimo-
nio de reconciliatione conſtiterit.

27 Non obſtat ſecundum, Quia † indiſtinctim ve-
rum non eſt, inimicum reconciliatum Teſtem non
eſſe idoneum, vt putat, *Ricc. d. deciſ.* 168. *num.*3.
Cum verior ſit illa omnium concluſio, arbitrio Iu-
dicis id relinquendum, Qui ex circumſtantijs, per-
ſonarum, & inimicitiæ qualitate, exiſtimabit, An
teſtis reconciliatus, repellendus ſit, *Soc. c. repellun-
tur. num.*19. *de accuſat. Doct. cap. cum oporteat. eod. tit.
Campeg. de teſtib. reg.*23. *fall.*3. *reg.*26. *fall.*3. *Alba,
conſ.*182. *num.*11. *& ibi Scholiaſt. lit. E. Clar. §. fin. q.*
24. *num.*6. *Maſcard. de probat. concluſ.*899. *num.*10.
*ad fin. Guazz. de pac. p. p. quæſt.*9. *num.*10. *Tuſc. lit. I.
concluſ.*149. *num.*25. *Roland. conſil.*24. *num.*33. *in* 1.
*Craſſ. excep.*24. *num.*39. *Eugen. conſ.*63. *num.*46. com-
probat optimè, *Farin. q.*53. *num.*61. Ipſumque te-
ſtem repelli inquit, *Guttier. de tutel. p. p. cap.*21. *nu.*
21. ob veteris, & priſtinæ inimicitiæ radicem.

28 Reſpon. II. Inimicum † reconciliatum in teſtem
admittendum etiam eſſe, *ex Gomez,* 3. *delict. cap.*12.
*num.*14. *Craſſ. comm. opin. lib.*2. *c.*17. *quæſt.*32. *Rimin.
Iun. conſ.*88. *num.*11. *Maſcard. de probat. concluſ.*857.
*num.*48. *concluſ.*499. *num.*10. *comm. Guazz. d. quæſt.*
9. *num.*5. *comm. Farinac. quæſt.*53. *num.*58. Sed omni
exceptione maior non eſt, *Grauet. conſ.*9. *nu.*6. *Clar.
d. q.*24. *num.*6. *ad fin. Guaz. d. q.*9. *num.*7. *Teſtay. al-
leg.*7. *num.*110. *Farin. d. quæſt.*53. *num.*63. *Becc. con-
ſil.*67. *num.*17.

29 Non obſtat tertium, quia de extendenda, † aut
amplianda, *Gregor. XIV.* Bulla non agitur, cum
nec caſus exceptus extendi debeat, ad caſus eãdem
rationem habentes, *gloſ. l.*1. *verb. Iudicati. C. de con-
dict. indeb. Abb. c. cum omnes. num.*7. *de conſtitu. Par-
lador. lib.*2. *rer. quotid. c. fin. p.*5. *§.*51. *num.*7. etſi ali-
ter, & minus rectè ſenſerit, *P. Gambacur. de immun.
eccleſ. lib.*5. *c.*9. eſt enim noſtra quæſtio de Grego-
rianæ Bullæ verbis declarandis, Nam, vt *Parlador.*
30 inquit, *d. §.*11. *num.*8. Interpretandi † locus nobis
relinquitur, vbi legis mens, aut verba, ſunt dubia,
Statuerat namque Summus Pontifex, proditorium
homicidium Eccleſiæ non gaudere immunitate, &
ſumpta ex hinc occaſione, firmarunt alij, Nec pro-
31 ditores † gaudere ea poſſe *Remig. de immun. eccleſ.
fall.*14. *num.*2. *Schrader. de feud. p.*9. *c.*3. *nu.*68. *Gra-
tian. diſcept.*619. *num.*22.29.30.32. *Germon. Sacror.
immun. lib.*3. *c.*16. *num.*58. *Villag. de extenſ. leg. c. fin.
num.*53. *Decian. lib.*7. *crim. c.*30. *num.*6. *Guttier. lib.*1.
*pract. quæſt.*1. *num.*9. *lib.*3. *quæſt.*7. *num.*52. *P. Gam-
bacur. de immunit. eccleſ. lib.*5. *cap.*28.29.30.31. *Ge-
nuenſ. Prax. Archiep. c.*94. *num.*1.2. *Heuya, in prax.
p.*3. *§. Retraydos. num.*30. *Farin. de immun. eccleſ. nu.*
135. *Azeued. l.*3. *num.*9. *tit.*2. *lib.*1. *Tuſc. lit. E. concl.*
11. *num.*5. *Suarez, de relig. lib.*3. *c.*11. *num.*10.11.12.
*Galganet. de iur. public. lib.*3. *tit.*69. *nu.*30. *& alij quos
citaui. nu.*1. Verum contentio adhuc erat quis pro-
ditor verè ſit? ex multiplici ſui ſignificatu, vt notat
*Gizzarel. d. deciſ.*16. Quare in re, *Clemens VIII.*
Archiepiſcopo Panormitano petenti reſpondit,
Februarij 6. Anno 1597. Eũ verè eſſe, qui ſpe ami-
citiæ alium interficiat, *ex Bart. d. §. delinquunt & d.
S.C.N.* deciſum refert, *Gizzarel. deciſ.*16. *nu.*4. *Bart.*
ſequuntur omnes à me relati, *d. num.*1. Cumq; ma-
ior vrgeret difficultas, An amicitiæ nomine, recon-
ciliata quoq; amicitia contineatur: inſtante etiam
D. Cardinalæ S. Cæciliæ Cremonæ Epiſcopo, reſpõ-
dit Sacra Conſulta, cui de ordine Sanctiſſimi pro-
poſitum fuerat dubium, Eccleſiæ immunitate gau-
dere eum nõ poſſe, qui amicum reconciliatum oc-
cidit, Quia proditor eſt, *ex Farin. d. conſ* 168. *ad fin.
& de immun. num.* 137. *ad fin.* Nouus ergo caſus à
Gregor. Bulla, excipiendus non eſt, ſed qui ex vi
verbis (proditorium) comprehenſus iam erat, ma-
32 nifeſtius declaratur † vt *d. Ric.* aliter ſentiente *d. de-
ciſ.*268. cauendum nobis ſit penitus.

Cauſa hæc in Archiepiſcopali Meſſanenſi Cu-
ria non fuit Deciſa, quia fractis carceribus,
Reus, & alij plures facinoroſi aufugerunt, ſed
audiui aliàs deciſum fuiſſe, *Non gaudeat*, Anno
MDCXIX. Satiſque mihi erit, ſic Sacram Con-
ſultam iudicaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ob ſexus imbecillitatẽ non admittitur ad accu-
ſandum; Niſi ſuam, vel ſuorum iniuriã proſequatur.*

Soror

Soror ad fratris etiam conſobrini necem vindicandam eſt habilis.

3 *Frater, ſi fratris homicidium remittit, ſoror ad accuſandum admitti poteſt.*

4 *Patri, filij necem accuſare negligenti præfertur ſoror, nec eius conſenſus requiritur.*

5 *Vxor pro iniuria viro facta non agit, ſed ſui viri homicidium accuſat.*

6 *Vxor, & filij ad accuſandam viri necem concurrunt.*

7 *Conſanguineis præfertur vxor in viri homicidium accuſando (Donec erit vidua, & honeſta) num.9.*

8 *Sponſa de præſenti licet mariti hæres non ſit conſanguineis præfertur in accuſando.*

10 *Vxor præfertur filijs in accuſando viri homicidam. Ratio, num.11. Contrar. num.14. Ratio, num.17.*

12 *Iniuria facta viro, cenſetur facta vxori.*

13 *Iniuria vni de domo facta, ad totam cognationem extenditur. Declar. num.18.*

15 Heuya, in Curia Philip. p.3. §. Accuſador. 8. nu.8. *reijcitur.*

16 Flores de Menà, lib.1. q.7. *reprobatur.*

19 *Inimicus, qui Patris eſt, filiorum, & aliorum, qui de agnatione, & familia ſunt, inimicus cenſetur.*

20 *Vxor præfertur, occiſi viri parentibus in accuſando, poſt filios primi, & ſecundi matrimonij.*

ARGVMENTVM.

Vxor, ſi concurrat cum filijs primi, vel ſecundi Matrimonij, ad accuſandum viri homicidam, Quis eorum præferatur? Vxor ne, vel filij.

Ad intellectum, Rit.149.

CONSILIVM LXI.

CVm huius Iudicij diffinitio apud viros pertractetur, quos probè ſciam, nil ignorare quod explicari poſſit; Debebam ab hoc ſcribendi munere abſtinere. Siquidem video, quod, & præ oculis æquiſſimorum M.R.C. Iudicum eſt, De eo controuerti, *Au in mariti necem accuſando, vxor filijs præferatur?* Res ſanè ardua, & implicitè à *Doct.* excuſſa; Facilioris itaque doctrinæ gratia, Duxi, aliorum ſententijs recenſitis, planum fieri, quod quæritur. Vno prius cognito.

1 Mulierem ſexus † imbecillitate inhabilem eſſe ad accuſandum, *ex l.2. ff. de accuſ. l. de crimine. C. de his qui accuſ. non poſſ. Clar. §. fin. quæſt.14. in princ. Gomez, Var.3. delict. c.1. num.31. Heuya. Cur. Philip. p.3. §. Accuſador. 8. num.3. Tuſc. lit. A. concluſ.160. nu.3. Decian. lib.3. crim. c.7. à num.1. latè Petr. Gregor. Syntag. iur. lib.32. tit.13. à num.1. p.3.* Niſi ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, vel ſi quid eius interſit, *ex l. hi autem. ff. de accuſat. l. non prohibentur. l. non ignoret. l. ſi crimen. l. de crimine. l. vxor. cum l. ſeq. vbi gloſ. & Doct. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi fæmina. C. ad Turpill. Padil. l. tranſigere. num.57. C. de tranſact. Clar. d. quæſt.14. num.8. Corrad. de offic. prætor. tit. de accuſat. num.9. Heuya. d. §. Accuſador. 8. num.4. Gregor. d. tit.13. num.4.10. Gomez, d. cap.1. num.32. Franc. deciſ.100. nu.8. Tuſc. d. concluſ.160. num.5.19. Decian. d. c.7. num.9. Cephal. conſ.742. num.4.5.*

2 Proinde admittitur ſoror † ad fratris ſui necem accuſandam, *l. ſororem. C. de his quib. vt indign. Decian. conſ.38. num.15. vol.1. & d. c.7. num.9. Cephal. conſ.742. num.7. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.58. num.61. Guazz. de pac. p. p. quæſt.15. num.12.* Cum ſi dixerit, *tex. d. l. vxor.* Pro vindicando necem fratris conſobrini ſororem admitti, fortius ad vindicandum carnalis fratris homicidium, *Franc. d. num.8. Decian. d. num.9.*
3 Altero fratre † etiam remittente, *Afflict. in conſtit. Iuſtitiarij non per calendas. ad fin. rubr. 50. lib.1. Faller. prax. gloſ. audiantur exceptiones. num.21.22. Baiard. d. quæſt.58. num.29. Franc. deciſ.100.*
4 *num.9. Molſes. conſ.10. nu.6.* & patri accuſare † negligenti præfertur ſoror in ſuorum iniuriam vindicando, nec patris conſenſus requiritur, *Franc. deciſ.100. num.11.* Promptiores namque ad vindictam ſunt fœminæ, *Vulpell. de pac. quæſt.14. num.2. quæſt.33. Petr. Gregor. d. num.4. Guaz. d. quæſt.15. nu.4.*

5 Vxor verò, ad accuſandum † viri homicidam, rectè admittitur, *ex Bart. l.2. num.2. ff. de accuſat. Gomez, d. c.1. num.32. Farin. quæſt.13. num.14. Amendol. ad Franc. deciſ.382. num.2. Decian. lib.3. crim. c.7. num.10. Heuya, d. §. Accuſador. 8. num.8.* Sicut vir vxoris iniuriam vendicat, *Gallia, ad conſuet. Alex. gloſ. vxori. num.45. Craſſ. cleric. effect.1. num.164.* & necem, *Heuya, d. num.8.* Tum magis, quod *Rit.149.* illos ad accuſandum admittens, *Quorum intereſt*, de vxore intellexit, viri necem vindicante, quia intereſſe viri, eſt vxoris intereſſe, & è contra, *Raudenſ. deciſ.45. num.1. Lancell. Gall. conſ.47. num.17. Barz. deciſ.120. num.30.* Etſi pro iniuria viro facta agere ipſa prohibeatur, *Flores de Menà, lib.1. Variar. q.7. num.9.* Sed vir pro iniuria vxoris, *Gall. & Craſſ. iam citati.* Quia vxor à viro, non vir ab vxore defenditur, *l.1. §. fin. ff. de iniur. §. patitur. Inſtit. eod. Amendol. ad Franc. d. deciſ.382. num.4. Decian. d. c.7. num.10.* Nec inter ſuos connumeratur vir, *Gomez, d. c.1. num.32. Plae. lib.1. delict. c.40. num.2.* Imo potior eſt vxoris cauſa, quàm patris, *Faber. C. lib.9. tit.1. diffin.2. Heuya in Curia Philip. p.3. §. Accuſador. 8. num.8.* & licet pater filij mortem remittat, filij tamen ipſi, & vxor contra patris remiſſionem venire poſſunt, ac fratris, & filij mortem quærere, *Boer. deciſ.120.121. Afflic. conſtit. ſummo periculo not.9. rub.36. lib.2. Bombin. conſ.59. nu.4. Baiard. ad Clar. §. fin. q.58. nu.34.* His ſic præhabitis.

6 Prima, Eorum fuit opinio, viri † necem accuſandi ius vxori, ſimul & filijs competere, *Tartagl. prag.8. num.30. de compoſit. Plac. d. c.40. num.2. Macerat. lib.3. reſol.41. num.1. Guazz. d. quæſt.15. num.8. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.58. num.61.* Qui ab vxore, & filijs ſimul, pœnam etiam habendam voluere, comprobat *Vulpell. de pac. quæſt.24.* Hæc opinio difficultatem non ſuperat: Siquidem non de concurſu ad accuſandum eſt quæſtio, ſed ſi plures concurrerent, quis præferatur? Cum indiſtinctè Noſtrari in Regno recipiantur maſculorum, ſiue fœminarum querelæ, & inde, inſtantibus partibus, eiſque auditis, reijciuntur reijciendæ, *Franc. deciſ.382. num.10. & ibi, Amen. nu.9.10. Baiard. ad Clar. §. fin. q.14. nu.18.* Imo nō curamus de Accuſatore, cum ſemper

in omnibus delictis, poſſit procedi ex Officio, teſte
Clar.§.fin.q.15.num.4. ſecus in Regno, ſtante, Rit.
149. Quo, omnia delicta publica; inſtar priuatorũ
redacta ſunt, vt illi ad accuſandum admittantur,
Quorum intereſt, aliquibus exceptis, in quibus ex
officio procedere poteſt Iudex.

7 Secunda, Eorum fuit opinio, Occiſi viri † vxo-
rem cæteris conſanguineis in accuſando præferri,
Padill.l.tranſigere.num.57.C.de tranſact.Faber.C.lib.
9.tit.1.diffin.1.Boer.deciſ.233.Heuya,Cur.Philip.p.3.
§.Accuſador.8.num.8.Vulpell.de pac.quæſt.15.Aze-
ued.conſ.29.num.6.7.conſ.30.num.35. Farinac.q.13.
num.15.Baiar.d.§.fin.q.58.num.61. Flores de Mend,
lib.1.var.quæſt.7.num.2.Paſqual.de virib.patr. poteſ.
p.2.c.1.num.13.Tartagl.pragm.8.num.30.de compo-
ſit.Gomez,3.Var. de delict. c.1. num.32.c.3.num.65.
ad fin.& ſi alius inſtitutus ſit hæres, Azeued.conſ.29.
num.7.8.Gomez, d.num.65. ergo & filijs, qui agna-
torum nomine continentur, Oſaſc.deciſ.175.Anton.
Sola,ad Decret. Sabaud.tit. de feud. gloſ.3.p.2.num.5.
Cum proximi agnati patris ſint, l.filius.ff.de ſuis,&
legit.l.1.§.ſed videntur. ff.de ſucceſ. edict.l.Iuriſcon-
ſultus.§.1.ff.de gradib.& proximi cognati, l.filiuſ-
8 fam.ff.vnd.liber. Imo ſponſa † de præſenti conſan-
guineis præfertur, Padill. l.tranſigere.num.58.C.de
tranſact.Decian.lib.3.crim.c.7.num.10.Baiard.d.nu.
61.Paſqual.d.c.1.num.14.Tartagl.d.num.30.Guazz.
de pac.p.p.quæſt.15.nu.9. licet mariti hæres non ſit,
Boer.deciſ.233.num.2.deciſ.237.Paſqual.d.c.1.num.
15. Salua gradus prærogatiua, Adeo vt remotiores
ad accuſandum, Doct.admittant, quouſque conſtet
proximiores nolle accuſare, l.ſi plures.ff.de accuſat.
l.2.§.ſi ſimul.& ibi, Doct.ff.de adult. Bald.l.Senatus.
num.1.C.qui accuſ.non poſſ.Padill.d.l.tranſigere.num.
53.Plac.lib.1.delict.c.39.num.4.Tuſc.lit.A.concluſ.
162.num.8.Gomez,3.delict.c.1.num.35.Molfeſ.conſ.
10.num.23.Azeued.conſ.29.num.6.Macerat.lib.3.
reſol.41.num.1.Heuya,d.§.Accuſador.8.num.8.Opi-
nionem hanc pro vxore aduerſus conſanguineos,&
hæredes inſequendam penitus eſſe nemo eſt qui du
9 bitet, dum eſt † vidua, Tartagl.d.num.30. Baiard.d.
num.61.Guaz.d.num.9. & Honeſta, Flores de Mend,
d.quæſt.7.num.13.16.Farin.quæſt.13.num.16.Pinell.
l.fin.num.4. C.de bon.mater. Bim. conſil.217.num.2.
Quia in eiuſdem viri matrimonio eſſe dicitur, l.fi-
lij.§.vidua.ff.ad municip.l.fin. C.de bon.mater.l.cum
te.vbi Bald.C.de nupt.l.fœmina,& ibi, Alber.not.ff.de
Senator.Bart.l.quoties.num.2.C.de priuil. Scholar.lib.
12.Alex.conſ.125.num.10.in 7.Cephal.conſ.416.nu.
39.conſ.425.num.68.Pereg.conſ.13.num.3.11.in 2.
Tuſc.lit.V.concluſ.387.num.3.concluſ.203.num.10.
concluſ.204.num.2.7.Surd.deciſ.106.num.21.22.de-
ciſ.330.num.27.Molfeſ.ad Neap.conſuet.par.3.q.26.
num.6.p.6.quæſt.3.num.23. Secus ſi ad ſecundas nu-
ptias tranſierit vidor, Tartagl.Baiard.& Guaz.citati,
num.9. Farin.q.13.num.16.17. Idem quoque eſt in
marito tranſeunte ad ſecunda vota, Guaz.d.num.9.
Farin.quæſt.13.num.16. quia in priori matrimonio
eſt, Alex.conſ.6.num.8.in 1.Tuſc.lit.V.concluſ.204.
num.5. Sed ſi putet quis, conſanguineorum nomi-
ne filios contineri, ac ideo vxorem illis præferri,
hoc nego. Erit itaque indubia, iuris concluſio
conſanguineis præferri vxorem in viri necem ac-
cuſando.

10 Tertia, Eorum fuit opinio, vxorem † in accu-
ſando viri necem præferri filijs. Quam acerrimè
defendit, Plac.lib.1.delict.c.45.num.1.2.Heuya,Cur.
Philip.p.3.§.Accuſador.8.nu.8.Guazz.de pac.p.p.q.
15.num.7.Flores de Mend, var.lib.1.quæſt.7.num.7.
ex Gomez 3.delict.c.3.num.65.ad fin.Padill.l.tranſi-
gere.num.57.C.de tranſact. Villapand.l.22.tit.1.p.7.
§.& diximus.fol.90. Et ita ex his in Cancell. Valliſo-
letana, iudicatum audiuiſſe teſtatur, Flores de Me-
nd, d.num.7.

11 Primo, Leges † aliquem in Accuſando pręferen-
tes, maiorem coniunctionem, & affectionem con-
ſiderant, maius intereſſe, & damnum, l.ſi plures.ibi,
Vel maioris affectionis, & ibi, Vel ex eo, quod intereſt.
ff.de accuſ.l.quod, & lex.§.ſi tamen plures. ibi, quem
maximè res pertinet. & ibi, ex coniunctione, ex fide.
ff.de liber.homin.exhib.l.fin. ibi cuiuſque magis inter-
eſt.ff.de colluſ.detege.l.intereſt. ibi, quem potiſſimum.
ff.de liber.cauſ.l.2.§.ſi ſimul.ibi, nam, & propenſiori
iure, & maiori dolore. ff.de adult. Sed nullus eſt, qui
dubitet, quod maior effectio, maior dolor, maius
intereſſe, & damnum, vxori eueniet mariti morte,
quam filijs. & alijs; vt Proper.lib.10.ſcripſit, Omnis
amor magnus, ſed apertè in Coniuge maior.

12 Secundo, iniuria facta † Viro, cenſetur facta vxo-
ri, Clar.§.iniuria.num.5.Tiraq.ad ll.Connub.gloſ.2 nu.
57. Et quæ illata vxori eſt iniuria, viri eſt, §.patitur.
inſtit.de iniur.Vulpell.de pac.q.38.Moron.de treug.&
pac.q.34.num.14.latè Barz.deciſ.132.num.4. Vt pę-
nam ſubeat, quam ex ſtatuto quis pati deberet, ſi
maritum iniuriaret, Plac.lib.1.c.6.num.25. Flores
de Mend, d.lib.1.quæſt.7.num.11. Dici etiam ſolet,
13 † iniuriam vni de domo illatam, ad totam cogna-
tionem extendi, ex Bart. l.lex Cornelia. ff. de iniur.
Alex.conſ.24.num.25.in 2.Dec.conſ.133.num.4.Mu-
ta,ad Sicil.Pragm.tit.46.num.21.Tiraq.de pœn.cauſ.
51.num.88.Gramm.deciſ.23.num.2.3.conſ.26.num.
41.Crauet.conſ.41.num.3.Menoch. de arbit. caſ.262.
num.1.2.conſ.1189.num.21.Bertaz.crim.conſil.185.
num.12.Cephal.conſ.712.num.11.conſ.587.num.4.5.
6.Honded.conſ.102.num.64.in 1.conſ.88. num.25. in
2.Oſaſc.deciſ.104.num.3.Borrel.conſ.48.num.39.40.
conſ.66.num.27.Caball.crim. reſol.289. nu.7.24.caſ.
300.num.63.Barz.deciſ.132.nu.5.6. Vulpell. de pac.
quæſt.40.num.3.Pariſ.conſ.152.num.10.vol.4.Aze-
ued.conſ.28.num.8.Rim.Iun.conſ.524. num.34. Bott.
conſ.1.num.21.Baiard.ad Clar.§.iniuria.num.37.De-
cian.lib.3.crim.c.25.num.67.conſ.80.num.32. conſil.
88.num.17.in 3.latè Surd.deciſ.89.num.1.Farin.con-
ſil.2.num.17. Bim.conſ.222. num.39. Burſ.conſ.216.
num.37.conſ.147.num.16.Becc.conſ.85.num.13. Eu-
gen.conſ.63. num.4.Felic. alleg.35. num.31.p.p. Paſ-
qual.de virib.patr.poteſ.p.p.c.10.num.16. Sunt enim
conſanguinei pars corporis noſtri, l.cum ſcimus. C.
de agric. & cenſit. lib.11. Borrell.conſil.48.num.39.
Proinde omnes de familia poſſent criminaliter
agere. Socc.c.olim.num.20.de iniur. Blanc.l.fin.num.
173.ff.de quæſtion.Gramm.deciſ.23.num.1.2.3. Cra-
net.conſ.119.Baiard.d.§.iniuria.num.38.Bott. d.num.
21.Muta, d.tit.46.num.22. Tum maximè quod vir,
& vxor, ſint vna caro per matrimonium, c. gaude-
mus.§.quia vero.de diuort.Cephal.conſ.577. num.18.
Barz. deciſ.132.num.2. Tuſc.lit.M. concluſ.88. Surd.
deciſ.330.num.20.Pacian.conſ.23.d.nu.85. Zuccard.
conſ.

*conſ.75. à num.*149. Proinde iniuria viri, ſi propria
eſt vxoris, ipſa ergo viri necem accuſando, nó ſuo-
rum, ſed ſuam proſequitūr iniuriam, ac de re pro-
pria conqueritur. Hæc me dubium reddunt, vt *Flo-
rès de Menà*, inſequerer opinionem, *d.quæſt.7.*

Cæterum re maturius excuſſa; Contrarium dixi
14 verius, imo filios † præferri vxori in viri necem ac-
cuſando, *Papon.lib.24.tit.1.arreſt.5.* optimè viden-
dus *Faber. C.lib.9. tit.1. Deſinit.1.* Nec diſſentit *Fa-
rin.q.13.ſub num.15.* Etſi dubius videretur. Atque
ita in S.N.C. iudicatum refert, *Franc. deciſ.382.ad
fin.* ſequuntur, *Baiard. ad Clar. §.fin. q.14. num.27.
Thor.compend.deciſ.lit. A. verb.accuſare. Tepat.lib.
1.tit.de Accuſat.col.3.ad med. Paſqual.de virib.patr.
poteſt.p.2.c.1.num.16.* Nec alienam filius vendicat
iniuriam, quæ patri facta eſt, ſed propriam, quia
iniuria illi facta, filio facta dicitur, *l.1.§. & ſi fortè.
§. vſque adeo. l.ſed ſi vnius. §.filiusfam. ff. de iniur. §.
patitur.inſtit.cod.Gram.deciſ.23.num.4.5. Burſ. conſ.
333.num.16.conſ.147.num.13.Gomez.3. delict. c.6.
num.5.Caball.crim.reſol.caſ.289. num.5. Plac.lib.1.
delict.c.6.num.19.Clar.§.fin.quæſt.58. num.22. Boer.
deciſ.120.num.1. Vaſq. illuſt. controuerſ.lib.1.c.15.
num.7.Muta,d.tit.46. num.15. Farin.q.105. nu.254.
Paſqual.de virib.patr. poteſt.p.p.cap.10.num.1.* Sunt
enim pater, & filius vna, eademque perſona, vna-
que caro, *Iaſ.l.filius.num.4. C.de pact.Socc.conſil.31.
num.14.in 1.Urſill.ad Afflict.decif.370.num.8.Surd.
deciſ.135.num.6.Barz.deciſ.132.num.3.Menoch.lib.
4.præſump.18.num.27.præſump.96.num.25. & lib.6.
præſump.56.* ipſaque vxor, nec conſanguinea, nec
propinqua viri eſt, *Alex.num.13. Dec.num.14.15.
C.unde vir.& vxor.conſ.92.num.3. Cephal.conſil.53.
num.59.conſ.470.num.34.conſ.672.num.34. Rimin.
Iun.conſ.747.num.57.Tiraq.lib.1.retract. §.14.gloſ.
11.nu.16.* Nec apud eam (propriè loquendo) fue-
runt iura ſanguinis *Bald. l.fin. C.de verb.ſignif. Rim.
Iun.d.num.57.* nec Agnata, nec cognata eſt, *Decian.
conſ.86.num.28. in 3.Rim.Iun.conſ.565.nu.4.* Virum
ergo defendere non debet vxor, vt dixi *num.5.* Sed
filius tenetur patrem defendere, adeo vt ſi non de-
fendat. puniri poſſet, *l.vtrum.ff.ad l.Pompei.de par
ricid.Marſ.l.nihil intereſt. num.1. ff.de Sicar. Gandin.
de malefic.tit.de pœn.reor.num.3.59. Carrer. in prax.
§.quinto excuſat. num.32.Caball. reſol.crim. caſ.289.
nu.6.* & ſi filio actio querelandi non competat pro
iniuria facta patri, *Surd.conſ.89.num.12.Paſqual. de
virib.patr.poteſt. p.p. c.10 num.4.* Potior ergo eſt li-
berorum, quã vxoris cauſa. Proinde addit, *Franc.
deciſ.382.ad fin.* Vxore querelante coram vno Iudi-
ce, & filijs coram alio, præfertur Iudex electus à fi-
lijs, licet ſit inferior. Quia maius ius ipſi habent;
& potius: Vxor alium habere poteſt virum, filij ve-
ro patrem alium quærere non poſſunt, Maius ergo
filiorum, quam vxoris eſt damnum, maius ius, Po-
tior eorum quoque eſt cauſa. Satiſque ex his ergo
erit, ſi contraria confutemus.

15 Non obſtant *Doct.* in contrarium adduxi, † quia
Heuya, d.Curia, Philip.p.3. §. Accuſador. 8. num.8.
Vxorem filijs præferens, in viri necem accuſando;
ſine Lege loquitur, contra, *Tex.l.illam. C.de colla.*
idem egiſſe conſtat, *Plac.d.c.45.* Cuius ſententia,
an inſequenda ſit, dubitat *Farin.q.13.ſub num.15.*
cum filios vxori præferendos ſentiat. Sed *Florem de*
16 *Menà,d.q.7.* Allucinatum opinor † dum in ſui ſen-
tentiam, *Gomez, & Padill.* citat, qui vxorem filijs
præferri non dicunt, ſed vxorem cõſanguineis præ-
ferendam: Cumque diuerſa ſit filiorum, & conſan-
guineorum ratio, propter maius illorum ius, quod
in accuſando habent, quam conſanguinei, & vxor
vidua. Diuerſa ergo erit iuris diſpoſitio *l.Papinia-
nus exuli.ff.de minor.* Verum illam addũt rationem,
ex maiori coniunctione, vt dixi, *num.11.12.* cui re-
ſpondendum eſt.

Non obſtat primum, Quia licet vxoris interſit
17 † magis, quam cæterorum, propter indiuiduam
illam vitæ ſocietatem, quæ per matrimonium con-
tracta, mariti morte diſſoluitur. Potior tamen eſt
cauſa liberorum, ad quos magis principaliter ſpe-
ctat, cum dixerit, *Bald.l.Senatuſconſulto.C.qui accuſ.
non poſſ.* eum eſſe præferendum, qui maius, & po-
tius ius de iure communi habet, *Franc. deciſ.382.
num.7.* Cumque nulla Lex ſit, *ex Decian.lib.3.crim.
c.7. num.10.* Vxorem ad viri necem accuſandam
admittens ſed ius ſpeciale, ipſique filij maius à iu-
re communi, & potius ius habeant: Sunt enim pa-
ter, & filius vna caro, vt dixi *num.14.* Nec par eſt
vxoris, & filiorum intereſſe, illa virum alium ha-
bere poteſt; Hi patrem alium, quò, inuenient? Ma-
ior ergo eorum iactura, maius damnum, vt maior
eſt patris, & filij amor, etſi aliter ſentiat, *Menoch.
lib.4.præſump.89.num.62. Teſtay, alleg.4.num.15.*

Non obſtat ſecundum, Quia intelligendum
18 † id erit quo ad ea, in quibus conſideramus animi
affectum, *Surd.deciſ.89. num.11.* non quoad com-
modum, vt agere nempè is poſſit, & conuentiona-
lem pœnam conſequi, *Bald.l.1.col.2.C.ſi qua prædit.
dignit.Iaſ.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.num.53.ff.
de verb.oblig.Gram.conſ.12.num.27. Menoch.de ar-
bitr. caſ.262.num.4. Tiraq. de pæn. cauſ.51.num.68.*
Ij ergo de familia ob hanc affectionem, non pote-
runt in ea cauſa, vel teſtimonium ferre, vel iudica-
re quoniam iure ſuſpecti ſunt; Sed non vt cuique
competat iniuriarum actio, & agere poſſint, *Bart.l.
lex Cornelia. in princ. ff. de iniur.* quem probant *Iaſ.
Gram.Menoch.Tiraq.Surd.loc.cit. Azeued.conſil.28.
num.9. Pariſ.conſ.55.num.35.conſ.58.num.15. conſ.
59.num.16.conſ.152.num.10. in 4. Cephal. conſ.587.
num.43.Borrell.conſ.48.num.39.40.Rim.Iun. conſil.
524.num.35.36.Gram. conſ.26.num.42.conſ.45.nu.
4.conſ.58.num.7.deciſ.23.num.1.deciſ.48.num.14.
Roland.conſ.24.nu.41.in 1.Caball.crim.reſol.caſ.289.*
19 *num.24.* Inimicus † ſi quis patris eſt, filiorum, &
aliorum de domo, inimicus eſt, *l.1.C.ſi rect.prouin.
l.1.2.3.ff.de liber.cauſ.l.lex Cornelia.& ibi Bart.ff.de
iniur. Galganet. de tutel. lib.1.tit.8.ſub num.16. Fa-
rinae.quæſt.54.num.34. Felic. alleg.25.num.18.p.p.
& Omnes.*

Si quis igitur ab alio occiſus, liberos reliquerit
parentes, & vxorem, in vindictæ perſecutione po-
tior eſt cauſa liberorum. Si liberi non ſint, vxoris.
Si vxor non ſit, aut perſequi nolit, parentum; poſt
parentes, agnatorum, & cognatorum proximio-
rum. Præfertur autem vxor, non tantum agnatis &
20 conſanguineis, † ſed parentibus etiam, *Heuya in
Curia Philip.p.3.§.Accuſador.8.num.8. Faber. C.lib.
9.tit.1. diffin.1.* Quia licet ab ijs anteuertatur vxor
in cauſa ſucceſſionis, eius tamen intereſt magis,

Quàm

Digitized by Google

Quàm cæterorum, propter indiuiduam illam vitæ ſocietatem, quæ per matrimonium contracta mariti morte diſſoluitur. Ob idque tantò magis præferenda eſt cæteris, poſt liberos, quod hæreditatis lucrum etiam amittit, quæ ad proximiores agnatos, vel cognatos deuoluitur, ne & amiſſi mariti, & bonorum ipſius omniũ iacturam ſentiat. Quod ſi ex viri morte mulier quoque lucrum aliquod receperit propter pacta nuptialia, non eo magis à vindictæ perſequutione remouebitur, quia nec agnati poſt vxorem perſequi prohibentur, quamuis ad eos totius hæreditatis commodum perueniat.

Scripſi hæc Drepanenſis amici precibus conuictus. Quid verò in M R.C. deciſum fuerit ignoro, Pluries tamen ſeruatum vidi, Filios vxori præferendos, Proinde idem hac in cauſa iudicatum opinor. Anno Dom. MDCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio, quæ* priuatiuè *expreſſim conceſſa non eſt,* Cumulatiuè *præſumitur.*

2 *Iudices ſi plures ſint, cumulatiuam habentes iuriſdictionem, Præuentioni locus eſt.*

3 *Principis intereſt ſubditos ſuos quoſcumque defendere, Vt recurſus ad eum prohibitus non ſit, Appellatione prohibita. Declar. num. 16.*

4 *Grauaminis, propter iuſtitiam retardatam, vel denegatam illati, Appellatio, ad immediatum Iudicem deferenda eſt.*

5 *Grauamen cum ſpecies ſit appellationis, gradatim interponendum eſt, medio non omiſſo.*

6 *Proceſſus coram immediato appellationis Iudice, iure non introductus, eſt nullus.*

7 *Regalia priuilegio Principis acquiruntur, vt nec ſine Principis conceſſione exerceri poſſint, quæ ſibi ſunt reſeruata.*

8 *Grauamen cognoſcendi facultas, conceſſa appellatione quacumque, continetur.*

9 *Iuriſdictio Meſſanæ conceſſa, priuatiua eſt.*

10 *Iuriſdictio accedens priori iuriſdictioni, alterius naturam aſſumit.*

11 *Argumentum natura, eius eſt, cui accedit.*

12 *Priuilegium, quod eſt in principali, porrigitur ad eius Argumentum.*

13 *Præuentio non procedit, ſi priuatiuam Iudices habeant iuriſdictionem.*

14 *Præuentio ceſſat, ſi ex priuilegio, Iudices habeant iuriſdictionem.*

15 *Iuriſdictio, tum in prima, tum ſecunda inſtantia, priuatiuè acquiri poteſt.*

17 Rit. 146. 151. 180. *in iuris Grauamine procedere declaratur.*

18 *Tranſportatio actorum integra eſſe debet, in grauamine, & cum Magiſtri Notarij fide, quod alia non ſint acta.*

19 *Grauamen facti, probationes admittit.*

ARGVMENTVM.

Grauamen à Straticotiali Magiſtratu in cauſa proceſſiua, etiam criminali illatum, An à primarum appellationum (Meſſanæ Vrbis) Iudice, cognoſcendum ſit; ſi coram M.R.C. præuentum à Grauato fuerit.

Ad intellect. Rit. 146. 151. 180.

CONSILIVM LXII.

Meſſana Vrbs primas habet appellationes quaſcumque ad ſuum iudicem (quem primarum appellationum vocant omnes) ciuili, & criminali in cauſa, in qua compilato proceſſu Straticotiales Iudices procederent: Dubitari idcirco cõtingit, quod cum Stephanus à Patti executus à fratre in Curia Straticotiali, vigore apodixę Bancharіæ, in vncijs quatricentis, fratrem ipſum, prius monitum de vſu falſæ apodixæ accuſauerit, ipſique Iudices propoſitam falſitatem cognoſcere differrent, ac iuſtitiam in ſui perniciem miniſtrare negligerent. Stephanus à M. R.C. literas obtinuit, quod Grauaminis iure, omnia falſitatis acta ad eum, ipſi tranſmitterent. Literæ, contra Vrbis priuilegia, allegatæ fuerũt, quia grauaminis cognitio ad immediatum ipſum primarum appellationum Iudicem ſpectat. Diſcuſſo negotio, pronunciatum fuit Meſſanæ, *Conſultentur literæ*. Demum conſultatione ad M.R.C. tranſmiſſa. Dubitari contingit An in M. R. C. proponendum ſit Grauamen? Vel coram immediato Appellationum Iudice, Qua in re putarunt Alij, in M. R. C.

1 Primò, iuriſdictio ſi priuatiuè † expreſſim data non ſit, cumulatiuè præſumitur, *l. fin. C. vbi cauſ. fiſcal. l. 1. C. de off. præfec. Vrb. l. tam collatores. C. de re milit. Bald. c. 1. num. 2. de his qui feud. dar. poſſ. & conſil. 326. in 1. Roman. & Mandoſ. conſil. 393. Gramm. conſ. 6. Vot. 28. deciſ. 30. num. 3. 11. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. num. 55. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 1. num. 125. Rim. Iun. conſ. 589. num. 78. conſ. 715. nu. 1. Marta, clauſ. 7. num. 17. par. 2. D. Carol. Tapp. lib. 3. de iur. Neap. rub. 6. Vbi de crim. agi oport. num. 44. Myſing. obſer. 99. cent. 6. Ferret. conſil. 142. num. 15. Roland.*

2 *conſ. 80. num. 6. in 2.* Sed inter plures † Iudices cumulatiuam habentes iuriſdictionem, præuentioni locus eſt, *Bald. l. 1. §. vbi autem. num. 6. C. de caduc. tollen. Bart. Alex. & Iaſ. in l. ſi vni. ff. de re Iud. Bero. conſ. 22. num. 26. 42. in 1. Surd. conſ. 56. num. 20. Vant. de nullit. defect. iuriſd. num. 175. 177. Clar. §. fin. quæſt. 38. ad fin. Borrell. conſ. 78. num. 20. Rim. Iun. conſ. 715. num. 15.* Ciuili ſeu criminali in cauſa, *Tuſc. lit. I. concluſ. 418. num. 3.* Literæ ergo Grauaminis à M.R.C. exoratę exequi penitus debent, Nec medius appellationis Iudex in cognoſcendo grauamine iuriſdictionem habet amplius, cum à M.R.C. fuerit præuentus, *Rom. conſ. 412. num. 4. Muta, tit. 10. num. 60. pragm. p. p. Tuſc. lit. P. concluſ. 646. num. 1.*

Secun-

3 Secundo, Omnes ſub noſtri Principis protectio-
ne viuimus, Ad quem ſpectat ſubditos defendere,
Marta, clauſ.7.num.11.p.2.de iuriſd.p.p.c.43. Eoſq;
à grauaminibus releuare ſollus Principis eſt, *ex*
Conſtit.eum circa.rubr.71. conſtit. Magiſter Iuſtitia-
rius.rub.40.conſtit.Capitaneorum.rub.41.conſtit.cum
noua.rub.78.lib.1. Nec ſuperior alter id poteſt, *ex*
Campan.R.N.c.23.grauamina. num.7.Couar.pract.
quæſt.9.num.1.Guid.Pap.deciſ.440.567. Niſi appel-
lationis iure, *Couar. d.c.9. num.3.* Cum non poſſit
ſubditus præſcriptione ſe tueri, quin à ſententijs
per eum, eiusvè officiales latis, appellare poſſit, &
debeat, ad Principem, cuius ſubeſt imperio, *Couar.*
pract. quæſt.4.num.1. Carpan. Mediolan. Statut.131.
num.276.p.p. Proinde ſuperiorem per viam quere-
læ, ſeu recurſus adire prohibitum non cenſetur, li-
cet reiecta, ſeu prohibita ſit appellatio, & nullitas,
Bald.l.fin.§.fin.ad fin.C.de tempor.appell.Iaſ.num.29.
Caſtr.num.16.Bald.num.46.Alex.num.24.Dec.num.
49.Sichar.num.450.in l.fin.C.de edict.D.Adrian.coll.
Barbat.conſ.80.num.11. in 3. Iaſ.conſ.16. ad fin.in 3.
Dec.conſ.533.num.2. Pariſ.conſ.118.in 1.Ruin. conſ.
157.num.6. in 5. Menoch. de arbitr. q.66. num.14.q.
70.num.17.25.26.Roland.conſ.38.num.4. in 2. conſ.
94.num.34.in 1.Farin.q.101.num.105.Contard.l.1.
quæſt.8.C.ſi de momen.poſſeſſ.fuer.appell.Natt.conſil.
172.num.9.Schrader. de feud.p.10.ſect.4.num.147.
Marta, d.clauſ.7.num.11. ad Principem ergo, eiuſq;
M.R.C. meritò recurrendum erit, *Aldouin. conſil.*
119.num.99.Lancell.Gall.conſ.121.num.54.

His tamen non obſtantibus, Contrarium dixi
verius, Imo pro Straticotialis Magiſtratus Graua-
mine illum M.R.C. adire non potuiſſe, omiſſo me-
dio appellationis Iudice, qui Grauamen ex Regis
priuilegio cognoſcit ex multis.

Primò, edocuit *Gail.lib.1. obſer.28.ſub num.3.*
4 Ob denegatam † Iuſtitiam, cauſam ad Cameram
deuolui, ſi inferior Iudex, Iuſtitiam denegans, im-
mediatè ſubiectus ſit Cameræ. At ſi alter imme-
diatus ſit Iudex omiſſo medio Cameram grauatus
adire prohibetur, *Abb.num.12.Barbat.num.46.in*
c.cæterum.de Iudic.Abb.num.4.Soce.num.5.40.in c.
ex tranſmiſſa. de for. compet. exornat, *Schrader.de*
feud.p.10.ſect.4.num.122.Freco.de ſubfeud.lib.2.
author.11.nu.4. Sed primarum appellationum Iu-
dex, Meſſanæ immediatè à Rege datus eſt in Gra-
uamine, ergo M.R.C. adire grauatus potuit, omiſ-
ſo medio.

5 Secundo, Grauamen † ſpecies eſt appellationis,
ſed appellatio gradatim interponitur, medio non
omiſſo, *l.Imperatores. ff.de appell. Bart.l.1.§.ſi quis*
in appellatione. nu.6.ff.de appell.Maran.de iudic.p.6.
de appell.num.129.Scacc.de appell.cap.2.q.7.num.1.
Frece.de ſubfeud.lib.2.author.11.num.3.Burſ.conſil.
225.num.199.Tuſc.lit.A.concl.352.à num.1.Couar.
pract.quæſt.4.num.9.Carpan. Mediol. Statut.131.nu.
255.Anton.Sola,ad Decret.Sabaud.tit.30.ad quos in-
dic.gloſ.1.num.2. Ruginell. de appell.§.5.gloſ.1.num.
6.Lancell.de attent.p.2.c.12.limit.50.nu.205. Adeo
6 vt ſi † proximus iudex omitteretur, Appellatio, &
proceſſus eſſent nulli, *Myſing. cent.1.obſer.67.num.*
1.Scacc. d.q.7.num.16. appellato etiam non oppo-
nente, *Scacc.d.q.7.num.18.19.20.* Tum maximè ſi
appellationum Iudex ſit conſtitutus, quia ad eum,
& non ad alios erit appellandum, *Corn.conſ.25.conſ.*
43.in 3. Ruin. conſ.83.vol.5. Ruginell. de appell.§.5.
gloſ.1.num.9.14.

7 Tertio, Regalia Principis † priuilegio acquirun-
tur, *c.ſuper quibuſdam.§.præterea. de verb.ſignif.Six-*
tin.de regalib.lib.1.c.5. à num.1. & quæ Principi re-
ſeruata ſunt, nemo habere, vel exercere poteſt, niſi
Principe ſpecialiter concedente, *l.2.ff.de conſt.Princ.*
l.1.§.qui mandatam. ff.de off.eius. & tot.tit. Quæ ſint
regal.Peregr.conſ.2.nu.1.2.conſ.84.nu.17.vol.1.Al-
douin.conſ.51.num.17. Adeo vt dixerit, *Rip.reſpon.*
80. num.1. eum qui negauerit, Principem regalia
poſſe concedere, læſæ Maieſtatis reum eſſe, *Sixtin.d.*
8 *c.5.nu.2.* Sed conceſſa *Quacunq; appellatione* † Gra-
uamen conceſſum dicimus ex his, quæ notat, *Bor-*
rell.conſ.78.num.26. ea namque eſt, dictionis (quæ-
cumque) natura, vt de quauis appellationis ſpecie
intelligatur, Cum ſit vniuerſalis dictio, omnia com
plectens licet minima, *l.cum quid.ff.ſi cert.pet.Bart.*
l.hoc articulo.ff.de hæred.inſtit. Rebuff.l.creditorem.
verſ.quilibet.ff.de verb.ſignif. Tiraq.lib.1. retract.§.
31.gloſ.1.num.11.Barb.dict.quilibet.271.num.1.Be-
ro.conſ.172.num.15. vol.1. Menoch.conſ.333.nu.21.
Vegg.conſ.57.num.36.Azeued.l.2.num.2.tit.10.lib.
10.recop.Borrell.conſ.78.num.26. Cened.ſing.26.nu.
3.Bertaz.inſtrum. clauſ.39.gloſ.5.nu.6. Omnis enim
conceſſio, & diſpoſitio, ita accipienda eſt, ne red-
datur eluſoria, & effectu careat, *l.3.§.1.ff.de iure-*
iur.l.ſi quando. in princ. ff.de leg.1. l.ſi ita ſtipulatus
fuero per te. ff. de verborum oblig. l.cum alijs. ad fin.
C.de curat.furioſ.Sixtin. de regalib. lib.1. cap.quinto,
num.59.83.

9 Non obſtat primum, Quia Meſſanæ iuriſdictio
cumulatiuè ad M.R.C. conceſſa non fuit, ſed priua-
tiuè, cum ex mente, imo ex expreſſis concedentis
verbis iuriſdictionem priuatiuè conceſſam conſtet,
Felin. & alij à Rim.Iun.conſ.715.num.13. Tum quia
clauſula *Solus cognoſcat.* Quæ priuatiua eſt, *Angel.*
l.1.C.vbi, & apud quem.Felin.cap.paſtoralis.lim.3.de
offic.deleg.Capic.deciſ.9. Franc.deciſ.417.deciſ.458.
deciſ.723.num.8.Gramm. deciſ.30.num.1. Rim.Iun.
conſ.589.num.79.Ludouic.comm.concluſ.20.fall.1.p.
3.Ricc.deciſ.69.num.11.p.p.Rouit.pragm.15.ſub nu.
10.tit. de milit. implicitam namque habet negati-
uam, reſpectu aliorum, *Decian.conſ.29.num.45.46.*
in 2.Honded.conſ.22.num.39. in 2. Sebenard. conſ.8.
num.28.lib.1. Tum quia clauſula, *Nemo ſe intromit-*
tat, eius eſt naturæ, vt nulla etiam ſit alterius Iudi-
cis ſententia, & proceſſus, *Butr.c.præterea. col.5.de*
dilat.Alex.conſ.77.conſ.82.nu.3.4.vol.3. Dec.conſil.
18.nu.5.Nat.conſ.82.nu.9.10.Alban.ad Bart.l.ſi con-
uenerit. nu.3. ff.de iuriſd.omn.iud. Tum quia iuriſdi-
ctio, *Cum clauſula irritante*, priuatiuè, quoad alios
conceſſa intelligitur, *Menoch.lib.2. præſump.18.nu.*
11.Ant.Monach. Floren.deciſ.31.num.1.

10 Cumque iuriſdictio priori † Straticotiali iuriſdi-
ctioni acceſſerit, Priuatiua omnino eſt, illius enim
naturam aſſumpſit, *Ruin.conſ.115.num.12.in 1.Pa-*
ram.in 2.reſpon.pro iuriſd. S.Off.nu.146. Rouit.tit.de
11 *Milit.prag.15. ſub num.25.* Augumentum † naturæ
eius eſt, cui accedit, *l.etiam. C.de iur.dot.l.inter ſoce-*
rum.§.cum inter.ff.de pact.dotalib.l.ſi conuenerit. §.ſi
nuda.ff.de pignor.action.Rom.conſ.469.num.5.Valen-
zuel.conſ.69.nu.268.Tiraq.1.retract.§.1.gl.18.nu.51.

Fab.

Digitized by Google

*Fab. Anna, conſ.61 .num.2.Barz.deciſ.*108. *num.*14.
*Menoch.conſ.*201 *.num.*143.*Caual.deciſ.*42.*num.*5.*p.p.*
& regulatur ſecundum naturam ſui principalis, *l.*
*quod in rerum,§.ſi quid poſt.ff.de legat.*1. *Cabell. mil-*
*leloq.*449.*nu.*1 *.Surd.de alim.tit.*2.*quæſt.*42. *num.*76.
*Mattien.l.*7.*gloſ.*7. *num.*8. *tit.*1. *lib.*5. *Tiraq. l. ſi vn-*
*quam. verb. dona ione largitus. num.*181 *.C.de reuoc.*
*donat.& lib.*1.*retract.§.*1.*gloſ.*18. *nu.*51. *Valenzuel.*
12 *conſ.*69.*nu.*269.Cuius gaudet † priuilegijs, *l.etiam.*
*C.de iur.dot.Cephal.conſ.*773. *nu.*32. Iudicatur enim
de augumento, quod de principali, *Bald.conſ.*407.
*num.*7.*in* 1.*Dec.conſ.*331 *.num.*7. *Ruin.conſ.*53. *nu.*7.
in 2.*Noni.conſ.*92 *.num.*13.*Decian.conſ.*123 *.num.*70.
in 3.*Tuſc.lit.A.concl.*182.*concl.*555 *.lit.P.cõcl.*373.
Grauamen ergo, ſiue explicite conceſſum in priui-
legio ſit, ſiue implicitè, ſub verbis illis, *Quacumque*
Appellatione, Cuius ſpecies eſt grauamen, priuati-
13 uè conceſſum etiam fuiſſe concludimus † vt præ-
uentioni locus non ſit, *Gram.deciſ.*30.*nu.*11 *.Rolan.*
*conſ.*48. *in* 2. *conſ.*21. *in* 4. *Manent. conſ.* 109. *num.*
24.*& omnes.*

14 Reſpon. II. Quod ſi † alicui competit iuriſdi-
ctio virtute ſui priuilegij, non eſt locus præuentio-
ni, *ex Gram.deciſ.*30. *num.*12.*Baiard. ad Clar.§.fin.*
*quæſt.*38.*nu.*90. Priuilegio autẽ conceſſum dicimus,
quod eſt cõtra ius, quia hoc eſt eſſe priuilegij, *Aze-*
*ued.l.*1 *.num.*14.*tit.*1 *.lib.*4. Sed priuatiuè iuriſdictio-
nem concedere, eſt contra ius, ergo.

15 Reſpon. III. Quod ſi grauamen † præſcriptio-
ne acquiſitum ſit, priuatiuè etiam quæſitum fuiſ-
ſe dicendum eſt, Potuit enim ex conſuetudine in
ſecunda inſtantia, ſicut in prima acquiri iuriſdi-
ctio, *Schrader. de feud. p.*10. *ſect.*1. *num.*132. *Aze*
ued. l. 11. *num.*25. *tit.* 18. *lib.*4. *recop. Mantic. deciſ.*
296.*num.*1.

Reſpon IV. Quod licet ſolius Principis ſit, ſub-
ditos ſuos ab inferiori iudice grauatos releuare,
Attamen vbi grauaminis cognoſcendi iuriſdictio-
nem Meſſanæ conceſſit, & priuatiuè; ad M. R. C.
recurrendum prius non eſt, Cum nec alius adiri
poſſit, ſi certus eſt in cauſa Iudex, vt dixi *nume-*
ro quarto.

16 Non obſtat ſecundum, Quia † vt notat *Bart. l.*
præcipimus.§.officijs.C.de appel. Iudex appellationis,
reſpectu Iudicis primarum cauſarum, maior eſt iu-
riſdictione, Sed minor potentia, *c.Studuiſti.de offic.*
*legat. Amat.deciſ.*47.*num.*16.*Rebuff.ad Reg.Conſtit.*
*tit.de appell.in præfact.num.*2. *Carpan. Mediol.Statut.*
*c.*131 *.num.*262.*c.*144.*nu.*2.*p.p. Menoch.conſ.*51 *.nu.*
55. 56. Proindè non poteſt ſe intromittere, niſi in
negotijs à Iudice primarum cauſarum deciſis, *Ro-*
*uit.tit.de iuriſd.inuic. non turban.pragm.*2. *nu.*27. Sic
Princeps ipſe cum grauaminis cognitionẽ prima-
rum appellationum iudici, ſuo priuilegio Meſſanæ
conceſſo, priuatiuè ad M. R. C. tribuerit, remanſit
ſanè ſuperior in iuriſdictione, ſed minor eſt in po-
tentia, Tum in primis cauſis, Tum in grauamine
iam conceſſo, Quo à primarum appellationum Iu-
dice prius cognito, inde ad eum iure appellationis
cauſa deuoluitur, *Couar.pract.q.*9.*nu.*3. *Ball.de quæ-*
*ſtion. lib.*2.*quæſt.*27.*nu.*21.22. *Amat.d.nu.*16. Tum
17 maximè quod cauſa grauaminis † per terminos iu-
ris cognoſcitur: Nam ſi iuris eſt grauamen, per ea-
dem acta terminari debet, *Rit.*146.151.180. *Corn.*
*conſ.*10.*nu.*2.*in* 4.*Cornaz.deciſ.*80.*nu.*7. Reproductis
18 prius actis omnibus coram † ſuperiore, ne nulla
alias ſit ſententia, *Auiles, c.iudicum Sindicatus.* 21.
*gloſ.ſe præſente.nu.*1 *.Guid.Pap.conſ.*77.*num.*6. *deciſ.*
436.*num.*9. *Grattian.diſcept.* 121. *num.*24.25. *Gabr.*
*tit.de appell.concl.*5.*ad fin.Cæſar.de Graſſ. deciſ.*9. *nu.*
5.*de cauſ.poſſeſ.& propr.Valenzuel.conſ.*84.*num.*69.
*Burſ.conſ.*145. *num.*16. *Ludouiſ.Rot. deciſ.*485. *num.*
11.*Scacc.de appell.quæſt,*20.*num.*7.8.11.12.*Caualc.*
*deciſ.*11 *.nu.*13.*p.p.Gabr.tit.de appel.concluſ.*5. *Aze-*
*ued.l.*7.*nu.*76.*tit.*18.*lib.*4.*recop.* Quæ eiuſdem, non
alterius cauſæ ſint, *c.forus.de verb.ſignif.Cumi. Rit.*
76.*num.*3.*Seraph.deciſ.*377.*à num.*1 *.Ludouiſ.Rot.de-*
*ciſ.*300.*num.*1. *Ruginell. de appell.* §.10.*gloſ.*10.*num.*
12. Etſi ad eam ſatis conferre videantur, *Ludouiſ.*
*Rot.deciſ.*55. *nu.*1.2. Sed quæ neceſſaria ſunt ad iu-
ſtitiam, vel iniuſtitiam detegendam, *Ludouiſ.Rot.*
*deciſ.*320.*nu.*1.2.*deciſ.*508.*nu.*3.12. licet criminalia
ſint, *Ludouiſ.Rot.deciſ.*320.*num.*3. & cum Magiſtri
Notarij fide, quod alia nec deficerent, *Gram.cõſ.*54.
*nu.*11. *Farin. Rot.deciſ.*144.*nu.*5. *poſt conſ.vol.*2.*Lu-*
*douiſ.Rot.deciſ.*59.*nu.*6.9. *Intrigl.conſ.*18.*nu.*16. Vt
nouas inducere nec quis poſſit probationes, *latè Ba-*
*iar. ad Clar.§.fin.q.*73.*nu.*37. Si iuris grauamen eſt.
19 At ſi † facti, vt quia in procedendo grauaſſet Iu-
dex. Tunc terminum petere poteſt grauatus ad
probandum, quæ in facto ſunt, vt detegatur graua-
men, *l.à procedente. C.de appell.Bart. l.ſi ſocietatem.*
*§.arbitrorum. num.*26.27. *& ibi, Florian. ff. pro ſoc.*
*Goz.conſ.*22. *num.*15. *Cranct.conſ.*182. *num.*1. *Urſill.*
*ad Afflict. deciſ.*42.*num.*6. *Burſ.conſ.*260. *num.*43.
49.*Carpan.Mediol. Stat.*41. *num.*103.*par.p. Maſtrill.*
*deciſ.*179.*num.*34.*Cornaz. deciſ.*106. *num.*27.*Duen.*
*reg.*47.*lim.*1.*Maran.tit.de appell.à num.*153. Proin-
de *Rit.*146.151.180. ſtatuentem, per eadem Acta
grauamen cognoſcendum, intelligi oportet, niſi fa-
cti illud quoque ſit.

Ex his Fuit à M.R.C. interloquutum, *Literæ non*
exequantur Anno MDCII. Fuitque ſic obſeruatum.
Quo iure hactenus viximus omnes.

SVMMARIVM.

1 *Pœna*, Pragm.3.4.5.tit.41.de arm.prohib.p.p. *de-*
linquentem requirit, quod animum habuerit delibe-
ratum; vt nec præſumptus ſatis ſit.

2 *Statutum mortis naturalis pœnam pro homicidio im-*
ponens, dolum requirit, & deliberatum occidendi
animum.

3 *Homicidium in rixa, Appenſatum non præſumitur,*
*num.*9. *& quando hoc verum ſit, num.*15. *Declar.*
*num.*30.

4 *Homicidium in dubio præmeditatum non dicitur, ſed ex*
*rixa, potius, & caſu, num.*5.

6 *Prouocans is propriè dicitur, qui alium facto, aut ver-*
bis ad iram incitat.

7 *Occiſi inſultus, appenſatum occiſoris animum ex-*
cludit.

8 *Inimicitia præcedens non attenditur, ſi homicidium in*
rixa committitur.

10 *Occidendi animus, in homicidio præſumitur, ſed non*
deliberatus, nec doloſus: Differt vnus ab alio, num.
13.*Declar.num.*31.

11 Griuell. Dolan. deciſ. 12. num. 16. *rejcitur.*

X Quali-

Digitized by Google

12 *Qualitas à ſtatuto requiſita probanda eſt.*
14 *Ira impedit deliberationem.*
16 *Homicidium inter Affines, aut inter Amicos, citra occidendi animum præſumitur commiſſum. Secus inter inimicos, num. 32.*
17 *Scopettæ ictum ad ſe defendendum, ſi quis emiſerit, & non ad nocendum,* d. Pragm. 4. *pœna non punitur, & quando ſecus, num. 33.*
18 *Armorum timor, dicitur offenſio, & quando?*
19 *Homicidium in dubio ad defenſam præſumitur, & quando?*
20 *Deliberatus occidendi Animus, coniecturis probatur.*
21 *Animus occidendi præmeditatus ex perſonarum qualitate arguitur, quibus aſſociatus quis progreditur.*
22 *Animus præmeditatus occidendi ex armorum genere præſumitur.*
23 *Armorum delatio à Magiſtratu expreſſim non conceſſa, diſſimulatione permiſſa tacitè videtur.*
24 *Armorum delatio non facit indictium, in ſolito illa deſerre.*
25 *Tractatus dicitur, ſi plures conueniant interſe, & ſimul conſilium faciunt, ac concludunt delictum committere.*
26 *Homicidium præmeditatè ab eo committi præſumitur, qui occiſi iter ſcire quæſiuit.*
27 *Homicidium eſt appenſatum, exploratoris interuentu.*
28 *Animus præmeditatus occidendi ex verbis cognoſcitur, ante, vel poſt rixam prolatis.*
29 *Teſtes non dicuntur varij, nec contrarij, ſi vnus de formalitate verborum plus altero deponant.*
34 Iacob. Gallus, conſ. 80. *Meæ huic opinioni contrarius, à M. R. C. reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Plures alium ictu Scopettæ occidentes non in rixa (vt *Gallus*, putat, *conſ.* 80.) ſed appenſatè, An torquendi ſint omnes?

Ad intellect. Pragmat. 3. 4. 5. tit. 41. de arm. Prohib. p. p.

CONSILIVM LXIII.

MElchior Sacco amiciſſimus Franciſci Criſaphi, contra verò inimicus Marij de Ioanne, cum Dominico Munaxho, & Petro Organante ſuis conſanguineis ad Franciſci Criſaphi ędem perrexere; cortile ingreſſi, Scipionem Criſaphi & Calabrum quendam ibi inuenere, Franciſcum nomine vocarunt, qui è feneſtra ſe mox ad futurum dixit; Cum igitur ad eos deſcēdiſſet, ac paululum inter ſe collocuti ſecretò eſſent omnes, Scipionem miſere, qui inſpiceret An Ioſeph Zizo, & Marius de Ioanne inimici in Eccleſia eſſent, Tum loci ſitum cognoſceret: Scipio eccleſiam ingreſſus, inde ad Franciſcum & Socios redijt; Tum illi inter ſe quippiam collocuti, ſex numero, ſepteni ſcopettis inſtructi ad Templum profecti, Miſſæ interfuere, Qua abſoluta, in atrio eccleſiæ toruo quodam aſpectu Franciſcus Ioſephum intuetur, Atque iſte paria Franciſco reſpondit. Mox Franciſcus veluti Ioſephum irridens, *Nihil extimare Notum Syracuſas* dixit; Viciſſim Ioſeph, *Neque Meſſanæ Catanam curæ eſſe*, Tum & nates oſtentans, iubere ſe eas oſculari ſubintulit: Ad quę verba, Scipione ſcopettam exonerante, nullum per fiſtulam, ignem concepit; Franciſcus etiam, atque iterato Scipio ſcopettas ſuas exploſerunt, Tum vero Ioſeph, qui ad id vſque temporis ſcopettam lateri appenſam ocioſè geſtauerat manu præhendens, & contra inuaſores aptans, ad Eccleſiæ parietem cucurrit: Quo loci, cum nunquam illam interim exoneraſſet, multis ictibus percuſſus obijt. Eodem etiam temporis momēto, duo, tresvè ſclopporum ictus auditi fuere; Qui (etſi teſtes nihil certi affetant) haud dubiè, Sacco Organanti, & Calabro, adſcribi debent. inde Frāciſcus nudato pugione cum Scipione ad Olineta profugit, quos Saccus inſequitur, Munaxho aliam tenuit viam, aliā item Calaber, aliam Organanti; Cumque omnes carcere detruſi hodie ſint, An torturæ ſubijci poſſint, Non ſemel animo ſubſtiti, ex ſolidis hiſce rationibus.

Primo, Pœnæ *pragm. 3. 4. 5. tit. 41. p. p.* Locus non
1 eſt, ſi in rixa, † emiſſus ſit ſcopettæ ictus, ſed ſi ap-
penſate, & animo damnificandi, vt pluries in M.
R. C. iudicatum *Maſtrill. inquit deciſ. 155. num. 12.*
Muta, ad Sicil pragm. tit. 41. nu. 114. 136. & ibi Ball.
nu. 1. Cumi. rit. (ſuo ordine) 54. nu. 98. Rice. prax. ar-
chiep. deciſ. 589. nu. 6. & ita in S. N. C. iudicatum re-
fert, *Gizzarell. deciſ. 25. nu. 10. 12.* Nec præſumptus
damnificandi animus ſatis eſt, *Burg. de mod. proced.*
ex arrup. q. 19. num. 82. Ball. tract. var. lib. 5. de pragm.
regn. tit. 41. prag. 3. 4. nu. 5. Maſtrill. deciſ. 155. nu. 15.
2 quia ſtatutum † mortis pœnam pro homicidio im-
ponens, intelligitur ſi dolo, & deliberatè commit-
titur, *Marſ. l. de minore. nu. 32. ff. de quæſt. conſ. 4. num.*
27. conſ. 67. nu. 22. ſingul. 630. Farin. conſ. 35. num. 7.
quæſt. 87. num. 25. Did. Segur. de Luc r. marit. & vxor.
num. 173. verſ. adde ad idem. Carrer. in prax. § homi-
cidium. 2. num. 5. Peguer. deciſ. 14. num. 5. Bertaz. cri-
min. conſ. 100. num. 28. Surd. conſil. 33. num. 31. Becc.
conſ. 51. num. 6. 20. Clar. § fin. quæſt. 84. num. 1. Vt ſa-
tis nec ſit culpa, *Farin. quæſt. 1. num. 28. Alba, conſil.*
30. num. 1. 2. Bertaz. crim. conſil. 208. num. 4. & tra-
dit, *in term. Burg. de mod. proceden. ex arrup. quæſt. 19.*
num. 84. cum ſæpius contrahatur ſine delinquendi
voluntate *Beluiſ. prax. crim. lib. 1. cap. 13. Boſſ. tit. de*
homicid. num. 35. Marſ. conſ. 7. num. 36. Plac. lib. 1. de-
3 *lict. c. 10. num. 5.* Sed homicidium † hoc in rixa eue-
nit, in qua omnes admittunt, non poſſe dici appen-
ſatè commiſſum ex *Anchar. conſ. 216. Blanc. l. fin. nu.*
53. ff. de quæſt. Boſſ. tit. de homic. nu. 51. Surd. conſ. 40.
num. 17. 28. Bertaz. d. conſ. 208. nu. 8. Farin. conſ. 138.
num. 17. 27. Si verba præcederent iniurioſa, *Bald. l.*
1. ad fin. C. de Sicar. Iacob. Gall. conſ. 80 num. 10. Nec
pœnæ à *d. Pragm. 4.* indictæ, locus erit *Maſtrill. de-*
ciſ. 155. nu. 12. ſed puniretur exceſſus *Ball. tract. var.*
tit. de liter. diſpenſ. caſ. 5. num. 2. & de Pragm. tit. 41.
Pragm. 3. 4. 5. num. 7. Burg. de mod. proced. ex arrup.
4 *quæſt. 19. nu. 186.* Tum quia in dubio † homicidium
potius in rixa, quam præmeditatè commiſſum te-
ſtantur, *(Caſon. de indict. & tortur. in præmiſſ. cap. 5.*
num. 1.

num.1.Boſſ.tit.de homicid.num.64.Farinac.conſ.138.
num.17.Alba,conſ.46.num.2. Bertaz.crim.conſ.85.
num.2.Baiard.ad Clar.§.homicidium.num.23. Ipſaq;
rixa potius ſimplex, quam ex præuio tractatu præ-
ſumitur, Blanc.de indict.nu.54.190. Alba, conſ.46.
num.12.conſ.47.nu.6.Burſ.conſ.316.nu.34.Macerat.
lib.3.reſol.10.num.4.Tum quia reorum nemo, cau-
ſam aliquam habebat occidendi Ioſephũ: Etenim,
ſi quæ erat inimicitia, illam inter Saccum, & Ma-
rium de Ioanne fuiſſe conſtat; Famuli occaſione
5 † illud ergo ex ſuperuenienti caſu patratum præſu-
mitur, & in rixa, non præmeditatè, Gandin.tit. de
homicid.nu.9.Cephal.conſ.31.num.3.4. Bertaz. crim.
conſ.208.num.13.Burſ.conſ.271.num.12.Maſcard.de
probat.concluſ.98.nu.30. Farin. conſ.138.num.24. Si
caſu denique, & non dolo, nec appenſate commiſ-
ſum hoc fuit homicidium, de mortis pœna agendũ
non eſt, nec de alia, quæ grauis ſit, ſed aut nulla reis
inferenda eſt pœna, aut mitior pro modo culpæ,
Burſ.conſ.94.nu.21.Macerat.lib.3.reſol.10.nu.5.Me-
noch.lib.2.præſump.2.num.29. Burg. de mod.proced.
ex arrupt.q.23.num.37.Tum maxime, quod Ioſeph
ipſe occiſus, Author fuerit rixæ, & aggreſſor, qui
nates in Franciſcum oſtentans eas ſe oſculari iuſſit.
6 Prouocans † is propriè dicitur, qui alium nedum
facto, ſed etiam verbis ad iram Incitat, Anchar.c.
ſi quis ſacerdotum.nu.2.11.q.1.Aret.conſ.33. ad fin.
Crauet. conſil.119.num.11. Farinac.conſil.67.num.
4.conſil.35.num.14.24. Adeo vt ex verbis & in-
7 ſultu † occiſi excludatur omnis premeditatio, Ma-
cerat.lib.3.reſol.22.num.11. Imo in confligentibus
ad inuicem dolus, & culpa, à prouocante, & aggre-
diente, non à prouocato, prouenisse præſumitur,
Caſtr.conſ.277.in 2.Tuſc.lit.A.concluſ.246.num.1.
Maſcard. de probat. concluſ.71. Tum quia ſi factum
8 † contingit in rixa, non attenditur inimicitia præ-
cedens, ex Bart.l.poſt contractum.num.8.ff.de donat.
Blanc.l.fin.nu.90.ff.de quæſt. Surd. conſ.40. num.28.
Guaz.reor.defenſ.4.c.14.nu.22.Quæ nec damnificã-
di animũ probat, emiſſo ſcopettæ ictu, ſed indiciũ
tantum erit, quo moueri poſſit Iudex ad hoc præ-
ſumendum, Muſcatell.prax.crim.tit.de ict.ſcopet.nu.
12.Improbata aliter ſentientis, Foller.opinione, de
9 ict.ſcopet.num.44. Imo rixa † omnem præmediti
animi indicium excludit, Caſon. de indict. tract.4.
c.1.num.2.cap.5.num.4.Boſſ.tit.de homicid.num.58.
Clar.§.homicidium.num.5.Menoch. de arbit.caſ.361.
num.8.17.33.

Secundo, Etſi dixerint alij, à Marſ.relati, conſ.7.
conſ.51. & alibi ſæpe, occidendi animum in dubio
non præſumi, Boſſ.tit.de homicid.num.46. vbi Alex.
10 & Aret.citat, Verius † tamen putat, Surd.conſ.33.
num.5. illum præſumi potius, ex Angel.l.1.C.de ſi-
car. Sed non deliberatum, vt dixi num.4. nec dolo-
11 ſum, Borrell.conſ.45.num.17.etſi † dixerit, Grinell.
Dolan.deciſ.12.num.16. Si quis occiderit, vulnera-
uerit, aut quicquam in tertij læſionem fecerit, in
dubio doloſè, & animo offendendi, id feciſſe præ-
ſumitur, ex l.1.C.de ſicar. l.illud.C.de iure iur. Proin-
de magis creditur teſtibus homicidium fuiſſe ca-
ſuale, quàm deliberatum. Bald. & Felin.c.in noſtra.
de teſtib.Gabr.tit.de teſtib.concluſ.4.num.21. Cephal.
conſ.467.num.37. ſubdit, & merito, Maſcard. de
probat. concluſ.1248.nu.28. Statutum puniens vul-
nerantem animo occidendi, & ex propoſito, pro-
cedere ſolum ſi probetur qualitas, Animi appenſati
12 Quia fundamentum † Fiſci eſt, in d.pragm.4. qua-
litatem illam exigente, ex Socc. conſ.55.col.1.in 1.
Boſſ.tit.de inquiſ.nu.75.76. quos citat, Bertaz.crim.
conſ.208.num.10. Nec pœna Statuti locum habet,
niſi ab eo requiſita qualitas interuenerit, l.peculiũ.
§.quatrigæ. ff.de leg.2.Clar.§.fin. quæſt.85. Oſaſc. de-
ciſ.163.num.6.Farinac.conſ.81.num.1. ad fin. Aliud
13 enim eſt, habere † animum occidendi, aliud eſt,
habere animum deliberatum occidendi, Boſſ.tit.de
homicid.num.5. Clar.§.homicidium. nu.8.9. Menoch.
de arbit.caſ.361.à num.4.Farinac.conſ.192.num.58.
Surd.conſ.33.num.4.conſ.40.nu.29. Cumque in rixa
Ioſephum occiderit Franciſcus, iræ calore percitus,
ex in compoſitis illis Ioſephi verbis, deliberatus oc
14 cidendi animus cenſeri non poteſt, Quia † ira im-
pedit deliberationem, adeo, vt homo intenſo dolo-
re præuentus, mentis non habeat plenitudinem,
l.quicquid calore. & ibi Cagnol.num.2.3.ff.de reg.iur.
Neguſ.conſ.157.num.4.Honded.conſ.104.num.29.in
1.Maſcard. de probat. concluſ.1126.num.50. vt mi-
tius puniatur, Tiraq.de pœn.cauſ.1.Vaſq.illuſtr.quæſt.
18.num.29.Clar.§.fin.quæſt.60.num.6.& ibi, Baiard.
num.36. Honded. conſil.105.num.47.in 1.Craſſ.cle-
ric.effect.9. num.236. ita dolum omnem excludit,
Farinac. conſ.76.num.2. cum primi motus in pote-
ſtate noſtra nec ſint, Gram.conſil.56.num.17.Barz.
deciſ.182.num.9. Satiſque eſt præceſſiſſe tale, quod
prouocet ad iram, licet prouenerit à loco, rixa,
vel ebrietate, Bertaz.crim.conſil.245.num.5. Fari-
nac.quæſt.107.num.220. ad fin. Guazz. de pac. quæ-
15 ſtio.80.num.12.p.p. & licet dixerint † alij homici-
dium etiam in rixa committi poſſe, ex propoſito;
ſæpè enim, qui intendit occidere, affectat rixam,
Boſſ. tit. de homicid. num.56. Cum dolus requiratur
ab initio, nec ſufficit, vt inde ſuperueniat, Guaz.de
cant.§.3.quæſt.37.num.15.par.2.& Reor. defenſ.4.
cap.14.num.21. Prouocantis tamen verba conſide-
randa eſſe voluit, Boſſ.d.num.56.Surd.conſ.40.num.
6.Guazz. d.num.21. Tunc enim naſcitur occidendi
animus, quod præmeditatum, vel ex propoſito
homicidium dici nec poſset, ex Bart.l.fin.ff.de ſicar.
ſcripſit Blanc. in prax. crim. §.ſecunda pars defenſio-
nis.num.34. Bertaz.crim.conſ.208.nu.9. Imo reſpe-
ctu ſimplicis animi, excluditur occidendi præſum-
16 ptio, ſi † homicidium inter affines ſit, gloſ.l.1.C.de
Sicar.Bald.l.fin.num.19.C.de hæred.inſtit.Surd.conſ.
33.num.6. Aut inter amicos, Felin.c.fin.ad fin.de ho-
mic.Boſſ.tit.de homic.num.38.ad fin. Ioan. de Amic.
conſ.65.num.11. conſ.86.num.14. Burſ.conſ.437.nu.
5.Macerat.lib.3.reſol.3.num.9.Bertaz.crim. conſ.29.
num.14.conſ.133. num.5.conſ.208. num.16. Borrell.
conſ.45.num.36.Decian.conſ.59.num.6.in 3.Maſcar.
de probat. concluſ.864. num. 14. Menoch. lib.5. præ-
ſump. 40. num.22. Amicum occidiſſe caſu potius,
quam dolo præſumitur, Iaſ.l.1. num.22. ff.de legi-
bus.Marſ.l.1.num.207.conſil.51.num.47. Aret.conſ.
146.num.10. Plac. lib.1. delict.cap.43.num.7.Guid.
Pap.de præſump.num.61.Bertaz.crim.conſ.146.num.
20. conſ.309. num.5. Rot. Auenion. deciſ.20.num.8.
Fuſc. lit. A. ſing.60. Burſ.conſ.20.num.40. Menoch.d.
præſump.40.num.22.24. Amic.conſ.65.num.11. con-
ſil.85.num.15.Rebuff.Scholar.priuil.104.nu.13.Rim.

Digitized by Google

Iun.conſ.88.num.36.Flam.de Rube.conſ.41.num.47.
Soc.Iun.conſ.58.num.8.vol.1.Crauet.conſ.988.nu.47.
Imo ſi amicus Amicum occidat, licet conſtet ex
propoſito illum occidiſſe, nunquam tamen præſu-
mendum eſt, quod animum habuerit occidendi,
ſed vulnerandi tantum, Maſcard.de probat.concluſ.
71.num.5.Menoch.d.num.22.Craſs.de amicit.num.
203.204.

17 Tertio, emittens ictum ſcopettæ † nō ad nocen-
dum, ſed ad ſe defendendum pœna, d.pragm.4.pu-
niri non poteſt, Ball.tract.var.lib.5.de pragm.tit.41.
pragm.3.4.5.num.8.11.Burg.de mod.proced.ex ar-
rup.q.23.à nu.184.latè Caball.crim.reſol.caſ.88.Ric.
Prax.Archiep.deciſ.589.num.6.Rouit.tit.de ict.ſco-
pet.pragm.1.num.2.Cephal.conſil.462.num.19.20.
Malus omnino animus requiritur in offendente,
l.verum.2.l.qui iniuriæ.in princ.ff.de furt.l.ſi ſeruus.
§.ait prætor.ff.de acquir, hæredit.l.illud.ff.de iniur.l.ſi
non conuitij.C.eod.Alex.conſ.212.num.4.5.vol.2.Ce-
phal.conſ.587.num.9. Sed Ioſeph, ſcopettam lateri
appenſam, manu prius præhendit in Franciſcũ ir-
ruens, Quam ſi non exonerauit, timorem tamen
18 intulit, vt offendiſſe dicatur, Solus enim † armorũ
timor, dicitur offenſio. Gloſ.& Afflict.Conſtit.aſpe-
ritatem.nu.21.rub.11.lib.1. Attenta præſertim qua-
litate perſonę, ex Gloſ.l.metum.C.quod met.cauſ.Bart.
l.de pupillo.§.ſi quis ipſi pratori.ff.de nou.oper.nunt.
Bald.c.1.quod met.cauſ. Contra quã offenſam licuit
Franciſco, & Scipioni ad defenſam ſumere arma,
Afflic.d.nu.21. Nec expectãdum eis erat prius per-
cuti, Bart.l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad leg.Aquil.
Bal.l.1.n.17.18.C.vnde vi.Bertaz.crim.cõſ.1.nu.18.
19 Certique iuris eſt homicidium † in dubio ad defen
ſam cenſeri, Bertaz.crim.conſ.1.nu.15.conſ.31.nu.9.
conſ.36.nu.9.conſ.128.nu.4.12. Cum ſatis ſit armo-
rum terror, vt iuſta oriatur defenſio, Salic.l.1.nu.13.
C.vnde vi.Bertaz.crim.conſ.1.num.18. Nec modera-
men inculpatæ tutelæ conſideratur, ſi indelibera-
tè, & iracundæ furore accenſus, modum in defen-
dendo exceſſit inſultatus, quia in rixa moderamen
prædictum conſiderari non poteſt. Afflic.d.conſtit.
Aſperitatem.num.18.

Cæterum dixi verius, Pragm.4.tit.41. pœnam
Reis irrogandam eſſe, cum deliberatum hoc fuerit
homicidium, & ex propoſito: Vt ſolidis hiſce ar-
gumentis probari opinor. Vno prius cognito, præ-
20 ſumptionibus † & coniecturis præmeditatum oc-
cidendi animum argui, Caſon.de indict. in præmiſ.c.
5.nu.1.Honded.conſ.35.num.42.in 2.Alba, conſ.46.
num.1.Bertaz.crim.conſ.85.nu.6.8.Farin.conſ.138.
num.1.Clar.§.homicidium.num.6.

21 Primo ex qualitate † perſonarum, quibus aſſo-
ciatus is progreditur, præmeditatio arguitur, & ex-
cluditur, Marſ.l.1.§.Diuus.num.50.ff.de ſicar.Gan-
din.tit.de homicid.num.28.Cephal.conſ.206.num.12.
Bertaz.d.conſ.85.nu.13.14.Farin.conſ.138.num.21.
conſ.193.nu.69. Sed homicidium hoc commiſſum
fuit, coadunatis hominibus armatis, qui illi inter-
fuerunt: Probata ergo ſatis eſt præmeditationis
qualitas, l.qui dolo.ff.de vi public.Caſon.de indict.&
tortur.tract.3.c.7.à nu.7.Clar.§.homicidium.num.7.
Menoch.de arbitr.caſ.361.nu.40.41. Etſi armati il-
li auxilium, nec præſtiterint occiſori, Sed in rixa
ſolum aſtiterint, Farinac.quæſt.126.num.199.201.
conſ.193.num.70. Cui præſumptioni ſtandum eſt,
niſi probet inopinatam illam fuiſſe, & caſualem,
ex Menoch.d.caſ.361.nu.58.Tuſc.lit.A.cõcl.569.n.4.

22 Secundo, Ad cognoſcendum ſi offendendi ani-
mum quis habuerit, ac doloſè offenderit, Armorũ,
& inſtrumenti genus conſiderari oportet, quibus
illata offenſio ſit, Hercul.de cantion.non offend.c.44.
num.17.Guazz.de cantion.non offend.§.3.quæſt.38.
num.14.p.2.Farin.conſ.67.num.8. Adeo vt delibera-
ti animi ſit indictium, ex armis inſolitis, ſcopettis
nempè, quibus omnes erant accincti, Caſon.de ma-
lefic.tract.3.c.8.de indict.tract.13.num.4.Blanc.l.fin.
num.78.ff.de quæſt.& de indict.num.67.68.Intrigl.
conſcient.caſ.13.num.35.Menoch.d.caſ.361.num.43.
Sunt enim inſidioſa arma, quæ malum indicant
animum, Decian.lib.8.crim.c.3.num.29.Franc.deciſ.
713.Ball.d.pragm.3.4.nu.5.Copioſè Peguer.deciſ.56.
23 num.7.9.10. Niſi deferendi † licentiam eorum al-
ter haberet, ex l.1.C.Vt vſus armor.Corn.conſil.20.in
3.Roland.conſ.3.num.32.vol.2.Tuſc.lit.A.concluſ.
515.num.2. Ipſaque licentia, & ſi non concedatur
expreſsè, data tamen intelligi poteſt ſub diſſimu-
latione, l.fin.C.de Fabricenſ.lib.10.Borrell.conſ.45.
24 num.25. Sicut nec armorum † delatio indictium
facit contra eum, qui ſolitus eſt ferre arma, Nouell.
de defenſ.rub.an indict.pro reo, num.68.Borrell.conſil.
45.num.20.Maſcard.de probat.concluſ.97.num.4.Fa-
rin.q.52.num.79.86.conſ.138.nu.30. Cumque Mu-
naxho, & Calaber eſſent Rurales, ſub grauiſſimis
pœnis erant ex Regni Pragm. prohibiti, Malo ergo
animo detuliſſe præſumuntur, Iaſ.§.ex maleficijs.
nu.81.inſtit.de action.Crauet.conſ.314.nu.3.Tuſc.lit.
A.concluſ.515.nu.8.Maſcard.de probat.concluſ.128.
Armatus de rixa, & bello cogitaſſe dicitur, Muta,
deciſ.68.nu.7. Tum maximè ſi ſcopetta fuerit vſus,
qua facilius homines interfici ſolent, Foller.de ict.
ſcopet.num.13.22.Crauet.conſ.314. Eo enim ipſo,
quod cum illis emittitur ictus, indicium eſt, quod
occidendi animum habuerit, Muta, d.tit.41.ſub nu.
118. Clarè ergo colligitur, Saccum & Criſaphi, le-
nia eo die non cogitaſſe, ſed homicidium potius,
vt ex euentu, Qualis enim fuerit animus, poſterior
declarat euentus, l.Iulianus.§.perinde.ff.ad Maced.
§.pauonum.inſtit.de rer.diuiſ.Alciat.reg.2.præſump.
26.num.8.Crauet.conſ.6.num.30.Natt.conſ.43.num.
8.Burſ.conſ.429.num.18.Honded.conſ.32.nu.13.vol.
1.Rim.Iun.conſ.168.num.20.conſ.404.nu.29.Paſeth.
conſ.181.nu.9.Cephal.conſ.608.num.81.Farin.conſil.
57.num.2.20.Turret.conſ.9.nu.60.in 1.

25 Tertio, Tractatus dicitur † ſi plures conueniunt
inter ſe, & conſilio ſimul facto cõcludunt delictum
committere, Blanc.de indict.nu.225.Caual.de Brach.
reg.fragm.108.Guazz.reor.defenſ.4.cap.14.num.3.
Menoch.d.caſ.361.num.4.Farinac.conſ.193.num.54.
Vel ſi ſecreto loquantur, & inde ex illo loco pro-
deuntes maleficium commiſerint, tractatus pro-
batur, Blanc.l.fin.num.232.ff.de quæſtion.Vulpell.cõſ.
115.in princ.Maſcard.de probat.concluſ.1392.num.
12.Guaz.d.c.14.nu.12. Imo ex ſubſequuta aſſocia-
tione tractatus arguitur, Farin.conſ.55.nu.52.Guaz.
d.c.14.nu.15. Quæ cum ſatis, hoc in caſu, interue-
niſſe conſtent, ergo.

26 Quarto, Præmeditatè † ab eo commiſſum
præſumitur homicidium, qui perquiſiuit ſcire

icet

iter occiſi, Vel ſi ad eccleſiam venerit, quò ſcilicet
poſſent illum ſecurius occidere, *Farin. conſ.193.nu.*
83. Et vbi Scipionem exploratorem miſerint ad re-
27 cognoſcēdum inimicos, deliberatum eſſe † homi-
cidium, exploratoris interuentu, *ex Menoch.* tradit
Farin.d.nu.83. ſi enim occidere noluiſſent, nec illuc
iuiſſent, poſtquam relatum ab exploratore fuerat
eo in loco inimicos ſteтiſſe, & cum in atrio eccleſiæ
illum occiderint, appenſate præſumendum ait, *Me-*
noch.d.caſ.361.num.38.
28 Quinto, præmeditatio † homicidij præſumitur
ex verbis in rixa, ante rixam, vel poſt rixam prola-
tis adnotata, *per Marſ.l.1.§.Diuus.num.8.ff.de Sicar.*
& ſing.225.Blanc.l.fin.nu.196.ff.de quaſt.Gram.vot.
23.nu.8.Boſſ.tit.de homic.num.44.56. Menoch.de ar-
bitr.caſ.361. num.33. Animus ex loquela dignoſci-
tur, *l.paulus.ff.rem rat.hab.Cephal.conſ.585.num.46.*
Felic.alleg.30. num.4.p.p. Neguſ. conſ.304. num.18.
Sed ante rixam Frāciſcus veluti Ioſephum irridens,
Nihil extimare Notum, Syracuſas, dixit. In rixa,
pugione etiam euaginato, *Eia* (inquit) *Canes iſtos*
occidamus. Poſt, rixam fuga ſibi conſuluit, & licet
vbi Teſtes ad probationem præciſorum verborum
ſe aſtrinxeriot, nulla maior probatio ſit, quæ fal-
ſum indicet, niſi varietas, diſcordia, & contrarie-
tas in formalitate verborum, *ex Iaſ.l.2.num.18.C.*
de ſecund.tabul. Herculan. de negat. num.237. Farin.
conſ.193.nu.16.Rolan.conſ.33.num.11. Iuncto, *num.*
15.20. in 2.Bertaz.crimin.conſ.192.num.22. Verius
tamen cenſui, varios, aut contrarios non eſſe teſtes,
29 † ſi vnus plus, vel minus deponat, quam alius, *Butr.*
c.1.oppoſ.2.de off.leg. Alex.conſ.64.nu.11.in 2.Dec.
conſ.105. ſub num.2. conſ.163.nu.15.Ruin. conſ.145.
num.20.in 5.Apetr.de fideicom.q.12.num.755.Ludo-
uiſ.Rot.deciſ.351.num.22.deciſ.578.num.4.Farinac.
conſ.193.ſub num.90.Corn.conſ.220.volum.1.Crauet.
conſ.570.num.31.
30 Non obſtat primum, quia de animi † delibera-
tione ſatis conſtat ex ante dictis, caſuale ergo, & in
rixa homicidium commiſſum fuiſſe negamus, ip-
ſeque aggreſſor præſumitur, qui interficit, *Maſcard.*
de probat.concluſ.72.Tuſc.lit.A.concluſ.246.num.2.
Satiſque affectatam fuiſſe rixam ex verbis, compert-
tum fuiſſe ſcimus, *Boſſ.tit.de homic.nu.56.Surd.conſ.*
40.nu.6. Guazz.reor. defenſ.4. c.14.num.21. Imo ex
mendacijs, & variationibus ex reorum ore deſum-
ptis, tractatus arguitur, *Farin.conſ.55. num.3.* Tum
maximè, quod variationes circa ſubſtantialia ip-
ſius tractatus ſint, *Honded. conſ.93. num. 63. vol.2.*
Guazz.d.c.14.num.23.
31 Non obſtat ſecundum, Quia deliberatus † oc-
cidēdi animus ſatis dicitur, ſi ab initio ante rixam,
& ex interuallo acceſſerit præmeditatio, & vt *Clar.*
inquit, §. *homicidium. num.8.9.* à Sangue Freddo.
Boſſ.tit.de homicid.num.54.58.61 Surd.conſ.40.num.
29. Nec inter amicos homicidium commiſſum cen
ſeo, cum de graui conſtet inimicitia quam ſubti-
ceo: Præſumitur ergo delictum ex tractatu com-
miſſum, & appenſatè, coadunatis iam inimicis,
Merend.conſ.90.num.11.vol.2.crim.Blanc. de indict.
nu.98.Maſcard.de probat.concluſ.98.nu.4. Burſ.conſ.
144.nu.1.Decian.conſ.104.num.1.in 3. Rim.Iun.cōſ.
675.nu.6.Surd.conſ.40.à num.1.Guaz.reor. defenſ.4.
32 *c.14.nu.21.* Imo appenſatum inter † inimicos præ-
ſumitur homicidium, *Honded.conſ.87.num.99.in 2.*
maximè ſi in periculoſa corporis parte, illatum ſit
vulnus, vt in capite, ſtomaco, aut ſimili, *Marſ.l.1.§.*
Diuus.nu.15.C.de ſicar. Maſcard. de prob.concluſ.79.
nu.24.Craſſ.de amicit.nu.205. Sed multiplicata vul-
nera, ex ictu ſcopettæ à Criſaphio, & Socijs illata
in pectore fuere, & propè cor, ergo.
33 Non obſtat tertium, Quia † ſi Criſaphi fuit præ-
meditati homicidij author, ipſeque rixam affecta-
uit, ad defenſam ergo, ex ictu ſcopettæ occidiſſe nō
cenſetur, quia rixæ author ſemper in culpa eſt, *Fa-*
rin.conſ.35.num.13.
34 Scripſit pro Criſaphio aduerſus hoc meum † re-
ſponſum, *D.Iacob. Gall. conſ.80.* Cui ex antedictis
ſatisfactum cenſeo, Atque ideo M. R. C. meæ ad-
hæſit opinioni, A qua proceſſum fuit ad torturam
contra *Calabrum, & Organanti*. Cumque contra
alios omnes procedēdum eſſet (vt facto verbo fue-
rat prouiſum) tranſactum cum matre accuſatrice
fuit, & Prorex confirmauit, anno MDCII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus tentatis ad falſum deponendum plenè creditur; imo ſoli teſti tentato credendum eſt.*
2 *Teſti in ijs, quæ laudem, eiusvè vituperium concernunt, nulla fides eſt adhibenda; Niſi veritas eo in caſu aliter haberi non poſſit.*
3 *Pœna tentantis teſtem ad falſum deponendum, quæ ſit? num.5. Diſtingue, num.6.8.*
4 *Tentans teſtium ſubornationem ad nullum tenetur intereſſe ab aduerſario paſſum.*
7 Couar in c.ſi furioſus. in init.2.p.num.9.verſ.ſexto hinc, *reijcitur*.
9 *Actus proximus, quis ſit in delictis?*
10 *Attentatus in grauioribus delictis non punitur, niſi attentationis actus, ſit quaſi pars eius intrinſeca.*
11 *Subornationis actus proximus in teſte, quis ſit?*
12 *Pœnitentia, locum non habet in delictis conſumatis, ſi actio ex eo delicto deſcendens, ſui origine pœnalis ſit.*
13 *Conatus non punitur, ſi iniuria ad quam ille vertitur, non habuit effectum.*
14 *Subornatio, ex quibus probetur?*
15 *Lex in ijs, quæ difficilis ſunt probationis, ea contenta eſt probatione, quæ haberi poteſt.*
16 *Teſtis falſarius ſubornatum ſe fuiſſe aſſerens, contra ſubornantem probat ad torturam, ſi alia concurrerent adminicula. Contrar.nu.17.20.21.22.23.*
18 *Teſtis inhabilis, in delictis, quorum veritas haberi non poteſt, quando admittatur, num.19.*
24 Boſſ. *ſibi contrarius oſtenditur.*
25 *Teſtem ad falſum deponendum inducens, pœna falſi tenetur, etſi teſte illo falſo nec inde vtatur.*
26 *Subornatio falſi teſtis à Rei conſanguineo facta, an Reo noceat ad pœnam.*
27 *Teſtis pecunia corruptus, vt verum dicat falſi pœnam incurrit. Contrar. num.28.*
29 *Teſtis ſubornatus ad deponendum verum, ſed ei incognitum, An ipſe, & ſubornans falſi pœna plectendus ſit.*
30 *Præſumptiones ſi pares hinc, inde ſint, à falſi crimine abſoluendus eſt Reus.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Tentans teſtes ad falſum deponendum, An pœnam incurrat? non ſequuto effectu. Ipſiſque teſtibus tentatis, Num ſit credendum?

Subornatis teſtibus contra ſubornantem, quæ ſit danda fides? Quævè irroganda ſit Subornanti pœna, ſi depoſuerint?

Ad intellect. Pragm. 1. 2. 3. tit. 35. p. p.

CONSILIVM LXIV.

DOn Stephanus Perruni Sacerdos mutuauit Thomę Conſotto vntias centum: Quo mortuo Caterina vxor, bona eius omnia ex ſecundo decreto pro ſuis dotibus ſibi adiudicare deſiderans, Cū eo conuenit, ne impedimento ei ſit, quia decreto interpoſito, & bonorum poſſeſſione adepta, mutuatas illas vntias centum ſe ſoluturam pollicetur. Verum abſolutis omnibus, conuentionem illam negauit Caterina. Lite mota in Curia Straticotiali, pactum illud probare contendit Don Stephanus. Excipit Caterina, pecunia ſubornatos fuiſſe teſtes ad deponendum, vt alios ad falſum teſtificandum munere, & dono attentare nixus fuit. Ob id Don Stephanum coram Archiepiſcopo, de falſo ipſa accuſauit; Quæritur itaque Quæ irroganda Reo ſit pœna? Pro reſolutione differendum mihi erit.

Primo, Teſtibus ad falſum dicendum tentatis, An credendum? & quæ ſit tentantis pœna?

Secundo, Subornatio quibus teſtibus probetur? & quæ falſos teſtes Subornantis, ſit pœna?

Circa primum. Tradunt omnes, in *c. fin. de te-*
1 *ſtib. cogen.* Teſtibus † ad falſum deponendum tentatis plenè credēdum, ſi recuſent, quià nullum habent intereſſe, *Bald. conſ. 429. in 3. Gram. conſ. 1. num. 12. conſ. 3. nu. 2. Bertaz. crim. conſ. 218. num. 6. conſil. 451. nu. 8. Ponte. deciſ. 16. nu. 24. Triuſ. deciſ. 53. nu. 23. lib. 2. Magon. Lucenſ. deciſ. 46. nu. 25. Felic. allegat. 45. nu. 10. p. p. Decian. conſ. 69. num. 36. vol. 3. Bott. cōſ. 1. nu. 64.* Imo ſoli teſti tentato fidem adhibendam, inquit, *Gram. conſ. 1. ad fin. & vot. 21. num. 3. Bertaz. d. num. 8. Ponte, d. nu. 24.* Siue tentatus is ſit, vt contra alium falsò deponeret, ſiue ne contra tentantem ipſum, Quid diceret, *Baiard. ad Clar. §. falſum. num. 21. Gabr. tit. de teſtib. concluſ. 1. nu. 24.* Etſi dici
2 ſoleat, teſti † non credendum in ijs, quæ eius laudem, vel vituperium concernerent, *Abb. c. cum dilecti. nu. 12. de elect. Alex. conſ. 141. nu. 8. 9. in 1. Corn. conſ. 217. nu. 6. in 4. Curt. Iun. conſ. 165. num. 21. in 2. Ioan. de Amic. conſ. 137. nu. 23. Bimi. conſ. 282. nu. 37. Rim. Iun. conſ. 723. num. 10. Macerat. lib. 3. reſolut. 20. num. 1. ad fin. Surd. conſ. 132. nu. 13. Maſcard. de prob. concl. 1357. nu. 1. Oſaſc. deciſ. 79. num. 40. Tuſc. lit. T. concluſ. 197. nu. 32.* Quia ſi veritas aliter haberi non poteſt, plena fides danda illi eſt, *Abb. nu. 12. Bald. nu. 40. d. c. cum dilecti. Borrell. conſ. 69. num. 18.*

His ſic poſitis. Maior eſt difficultas, qua plectendus ſit pœna, qui teſtem ad falſum deponendum pecunia tentauit? Cumque *Doct.* varient, illos recenſere non grauabor.

3 Prima † fuit, *Bald.* opinio, *in l. ſi quis non dicam rapere. num. 1. C. de epiſc. & cleric.* Nullam illi irrogandam eſſe pœnam, non ſecuto effectu, in delictis non atrocibus, *Alber. ibid. num. 6. Laderch. conſ. 209. num. 2. Guaz. reor. defenſ. 28. c. 18. num. 8.* & alij à *Couar.* relati, *c. ſi furioſus. init. 2. p. nu. 9.* Nec tentans
4 † ſubornationem in teſtibus, ad aliquod teneri poteſt intereſſe ab Aduerſario paſſum, *Simon. de Prat. conſ. 191. num. 9. Guaz. d. c. 18. num. 10.*

5 Secunda † fuit *Couar.* opinio *d. num. 9.* Imo *Bald.* illic de pœna ordinaria accipiendum, non de alia extraordinaria, qua tentantem ipſum puniendum voluere, *Boer. deciſ. 319. nu. 6. Bertaz. crim. conſ. 218. nu. 6. Azeued. l. 4. num. 17. tit. 17. lib. 8. recop. Auendan. de mand. reg. p. 2. c. 27. ſub nu. 24.* Sicut extra ordinem puniendus quoque erit, qui iudicem tentat corrumpere, *l. Imperatores. ff. de iur. fiſc.* licet falſum deponere recuſauerint teſtes, *Baiard. ad Clar. §. falſum. num. 12.* Imo pœna ordinaria eos plectendos voluit, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 21. num. 3. Baiard. §. falſum. num. 78.* etſi dubius ſit, *Maſtrill. deciſ. 231. num. 28.*

6 Quid dicendū? Placuit † diſtinctio, quam probant alij mox citandi. Aut actus ad quem deuenit tentans, eſt à facti conſumatione, ſeu exequutione remotus. Aut illi proximus.

Priori in caſu, actum remotum dicimus ſi tentans ad loquelam cum ipſo teſte deuenit ſuam illi explicans voluntatem, Tunc verior eſt prima illa, *Bald. opinio in d. l. ſi quis non dicam rapere. num. 1.* Vt nullam pęnam is incurret, comprobat, *Laderch. conſ. 209. num. 4. Guazz. d. c. 18. num. 9.* Alloquutio, & tractatus eſt primus actus, qui poteſt ſequi cogitationem, vbi enim in animum quis induxit, aliquos corrumpere, eos primū alloquitur, mox alia multa facit, vt rem finiat; Nec conatus iſte alteri affert iniuriam, & ideo effectu non ſecuto pęnitentia aboletur, *Laderch. conſ. 209. num. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 360. num. 9.* Imo ſi de delicto atroci non conſumato agitur, Nec extraordinaria infligitur pœna, niſi alicui noceat initium, *Franc. c. 1. num. 7. de homic. in 6.* & in atrociſſimis concludit, *Bald. l. nō ideo minus. nu. 10. C. qui accuſ. non poſſ.* Solum tractatum, & ordinationē non puniri, Niſi ad alium actū per ſe ordinatum ad factum fuerit deuētum, *Felin. de conat. num. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 360. nu. 50. Ro-*
7 *uit. tit. de falſ pragm. 4. num. 32.* Proinde † fallitur, *Couar. d. nu. 9. verſ. ſexto hinc.* volēs interpretari *Bald.* in pęna extraordinaria, quia tractatum cogitationi aſſimilat *Bald.* & ſicut ob hanc nulla irrogari ſolet pœna, ita nec per illum: Qui enim tantum tractat, nec actum perficit, ſeparatum à Tractatu, intra ſolius cogitationis fines videretur conſiſtere: Quid enim ſi quis agat cum alio domi ſuæ de occidendo Seio, Nec vltra progrediatur, nulli ſanè pęnæ ſubijciet, quia nemini infert iniuriam, & hoc (inquam) eſt, quod edocuit *Bald. d. num. 13.* Solam ordinationem, & tractatum non puniri: Tractare enim eſt, præparatio ad delictum, quam ſequitur conſumatio, ſeu exequutio, *Bald. conſ. 131. vol. 4.*

Poſterio-

8 Poſterioti in caſu, ſi ad † actum conſumationi
proximum deuenirit, Tentans tunc extraordina-
riam is pati debet pœnam, Gramm.conſ.36. Decian.
9 lib.9.crim.c.26.num.11. Proximus eſt actus † quem
nullus alius ſequi poteſt, ex Bald.cōſ.356.in 1. Boer.
decif.316.Menoch.de arbit.caſ.360.num.36. Ladere.
10 conſ.209.num.3. Proinde in grauioribus † delictis,
attentatum non punitur, niſi attentationis actus
ſit, quaſi pars eius intrinſeca, Bald.l.ſi quis non di-
cam rapere.colum.3.C.de epiſc. & cleric.Capic.deciſ.
126.num.2.Auendan.de mandat.reg.p.p.c.22.nu.8.
11 Erit † itaque actus proximus in hoc ſubornati te-
ſtis crimine ad falſum deponendum, pecuniæ tra-
ditio; Eo enim ipſo, quod quis acceperit pecuniā,
vt teſtimonium diceret, committit falſum, Etſi ve-
rum dixerit, l.1.§.1.ff.de falſ.gloſ.l.falſam.verb.ad-
uocatus.C.ſi ex falſ.inſtrum. Franc.Marc.deciſ.488.
num.2.p.2.Capell.Tholoſ.deciſ.285.num.1.2.3.Mon-
ticel.de teſtib.tit.corruptus teſtis. Imo teſtis pecu-
niam ad falſum deponēdum acceptam ſi reſtituat,
ſeque falſum dicturum pęniteat, extra ordinem pu-
niendus eſt, quia vt ex tex.l.qui ea mente.notat, ibid.
12 Bart.ff.de furt.delictum † omne per pęnitentiam in
priſtinum ſtatum reduci poteſt, Tiraq.de pœn.cauſ.
52.Amat.deciſ.103.nu.5. Niſi originaliter actio ad
pœnam ex eo oriretur, Salic. & alij, in l.1.C.de crim.
ſtellion.Schrader.de feud.p.10.ſect.4.num.157.Aze-
ued.l.4.nu.76.tit.17.lib.8.recop.Paſet.conſ.181.nu.
12. Excuſat ſolum reſtitutio, ex l.ſi cum exceptione.
§.ſi quis non reſtituat.ff.quod met.cauſ.in actionibus,
quæ non ſunt pœnales ab origine, Salic.d.l.1.Paſet.
d.num.12. Cumque Don Stephanus, tractauit ſo-
lum de inducendis falſis teſtibus, eoſque ſi pecunia
corrumpere tentauerit, Ad nullum actum præte-
rea deuenit, Extra ordinem ergo nec puniendus
13 erit, Neque enim † punitur Conatus, ſi iniuria ad
quam conatus ille dirigitur, nullum habuit effe-
ctum, l.1.§.fin.ff.quod quiſque iur.Laderch.conſ.209.
num.3.4.Rouit. & Menoch. citati num.6. & Hæc ad
Primum.

Artic. Secundus, duæ nunc enucleandæ propo-
nuntur dubitationes, ex eadem facti ſpecie, ſupra
memorata, Altera Qua ſubornatis teſtibus danda ſit
fides. Altera, Quæ irroganda ſit ſubornanti reo pœna,
ſi depoſuerit teſtis.

14 Circa primum, Indictijs probari † ſubornatio-
nem monet nos, Guid.Pap.conſ.75.Teſſaur.lib.1.fo-
ren.quæſt.15.num.4.Maſcard.de probat.concl.1341.
& teſtibus etiam de auditu, Pute.deciſ.476.par.2.
Marta, deciſ.117.nu.4. Imo vnus teſtis ſubornatus,
& alter de eiuſdem ſubornationis auditu, ſatis ſunt
ad torturam, Felic.alleg.39.num.4.p.p. & duo teſtes
corrupti ad torturam probant, Boer.deciſ.319.num.
5.Boſſ.tit.de indict.num.159.Vulpell.conſ.103.nu.5.
Clar.§.fin.quæſt.21.Baiard.§.falſum.num.20.Felic.
d.alleg.39.num.6.Cephal.conſ.234.num.23. Farinac.
conſ.30.num.193.quæſt.45.num.45. etiam ad con-
demnandum, latè Felic.d.alleg.39.nu.5. In ijs enim
15 † quæ difficilis ſunt probationis, Lex ea probatio-
ne eſt contenta, quæ haberi poteſt, maximè in falſi
crimine, Archid. & alij, à Clar.relati.§.falſum. ſi
alia haberi non poteſt, Burr.c.cum olim.num.10.de
dol. & contum. & in c.dilecti.num.25.de elect. Triuiſ.
deciſ.52.nu.8.lib.2.non ad condemnandum, Quia
in criminali, probationes requiruntur luce meri-
diana clariores contra ſubornantem, l.fin.C.de pro-
bat.Turret.conſ.9.num.16.in 1.Burſ.conſ.314.num.2.
Surd.conſ.132.num.14.20.77.78. & infra, Bertaz.
crimin.conſ.187.num.10.conſ.201.num.2.conſ.424.
num.2.Triuiſan.deciſ.53.num.17.lib.2.Tuſc.lit.C.
concluſ.1081.concluſ.1085.lit.P.concluſ.635.con-
cluſ.789.concluſ.795.Felic.alleg.133.num.1.par.2.
& Omnes.

Ex his, dubium oritur non leue, An contra ſub-
16 ornantem † probet teſtis, dicens ſe ab eo pecunia
ſubornatum.

Prima affirmantium eſt opinio, ſi aliter veritas
haberi non poteſt, ex Bald.c.fin.num.3.de teſtib.co-
gen. & ibi, Felin.nu.3.Perronet.de teſtib.ſect.63.Mo-
nald.conſ.1.num.63.in 1. Franc.Marc.deciſ.488.nu.
9.10.p.p.Nell.de teſtib.num.202.Marſ.ſing.212.con-
ſil.61.Vulpell.conſ.103.Myſinger.centur.6.obſer.67.
Teſſaur.lib.1.forenſ.quæſt.15.num.4.Farin.quæſt.67.
num.58.280.Clar.§.fin.quæſt.53.Baiard.§.falſum.nu.
17.Valaſc.deciſ.73.num.1.3.Cala, de mod.artic.§.2.
gloſ.1.num.774.Surd.deciſ.107.num.6.conſ.132.nu.
3.Bertaz.crim.conſ.156.Larath.conſ.114.num.60.
Macerat.lib.3.reſol.6.num.18. Quia teſtes minus,
idonei (hoc in caſu) in ſubſidium admittuntur, ne
veritas pereat, Marcell.Cala, d.gloſ.1.num.775.Fa-
rin.quæſt.59.num.8.9.Clar.§.fin.quæſt.24.Felic.al-
leg.39.num.7.p.p.Decian.conſ.92.num.15.volum.2.
Menoch.conſ.92.num.87.Ponte.conſ.44.nu.2.vol.1.
Alba, conſil.786.num.7. & tradit Salic. in l.ea qui-
dem.quæſt.5.C.de accuſat. quod ſi veritas per legiti-
mos teſtes haberi non poteſt, tunc admittuntur in-
fames, & inhabiles, c.veniens.2.de teſtib.Crauet.cōſ.
56.nu.12.Marſ.conſ.22.num.11.Surd.conſ.132.nu.9.
alleg.39.num.5.p.p.Farin.quæſt.45.num.25.28.quæſt.
59.num.8.Calà, d.num.775.Vulpell.conſ.103.num.6.
Maſcard.de probat.concluſ.749.num.19.Alciat.re-
gul.1.præſump.47.Rolan.conſ.7.num.14.conſ.24.nu.
14.vol.1.Viui.deciſ.19. Idque conſuetudine rece-
ptum inquit, Tuſc.lit.F.concluſ.58.num.3. Quia te-
ſtis dicens ſe ſubornatum, licet ſit ſocius criminis,
& periurus, admittitur cum tortura, Abb.cap.ſicut
Felin.c.cum in tua.de teſtib.Gram.vot.11.num.10. &
conſ.72.Boer.deciſ.319.num.5.Bero.quæſt.58.Felic.
alleg.136.num.2.p.2.com.Clar.§.falſum.nu.3.Aze-
ued.l.2.nu.44.tit.8.lib.4.recop.Roland.conſ.16.num.
7.conſ.73.num.1.volum.1. Maximè ſi vtilis ſit teſtis,
Teſſaur.d.quæſt.15.nu.4.Triuiſan.deciſ.28.num.14.
lib.2.Honded.conſ.106.num.33.in 1. Qui ne dum ſa-
tis erit ad inquirendum, ſed ad torturam ſuborna-
tori ipſi inferendam, ſi aliquod etiam concurrat
adminiculum, Bald.num.7.Afflict.num.40.c.1.Si
de inueſt.int.dom. & vaſſ.lis oriat.Felin.in c.licet cau-
ſam.num.7.de probat.in c.fin.num.3.de teſtib.cogend.
Rom.Sing.330.Iaſ.l.1.nu.21.ff.de ſer.in l.omne da-
tum.nu.6.ff.de condi.ob turp.cauſ.in l.Diuus.num.17.
ff.ſi cert.pet.Dec.c.placuit.num.11.de teſtibus.Clar.§.
falſum.nu.5. & §.fin.quæſt.54.Guaz.reor.defenſ.28.c.
16.num.5.Boſſ.tit.de inquiſ.nu.42.tit.de indict.num.
156.Crauet.conſ.178.nu.3.Felic.alleg.39.nu.1.3.p.p.
Teſſaur.d.quæſt.15.num.4.Gabr.tit.de crimin.con-
cluſ.32.num.13.Surd.conſ.132.num.11. Etſi Iudex
ex officio procedat, Bertrand.conſ.22.num.7.in 1.
Alciat.l.cunctos populos.verb.hæretici.C.de Summ.

Digitized by Google

*Trinitat.Marſ.ſing.*112.*conſ.*61.*num.*32. *Gram. conſ.* 1.*num.*12.*conſ.*3.*num.*2.3.*Vot.*11.*num.*11.*Vulpell. conſ.*104.*num.*5.*Felic.d.alleg.*39.*num.*2.

17 Secunda fuit negantium opinio, Imo Teſtis † affirmans ſe corruptum ad deponendum falſum, ſubornatori pecuniam dantri nõ noceat, ſed ſibi ſolum accipienti, *l.fin.C.de accuſat.l.ob crimen.§.ſi ea. ff.de teſtib.c.*1.*de teſtib. in*6.*c.ſicut. de teſtib. Felin.c.cum in tua.num.*4.*eod.tit. Dec.conſ.*189.*num.*5.8.*Crauet. conſ.*6.*num.*16.*Couar.*2.*reſol.c.*13.*nu.*8. *Natt. conſil.* 298.*Boſſ.de indict.nu.*42. *Surd.conſ.*173.*num.*26.27. *Bertaz.crim. conſ.*506.*nu.*14.15.*ex comm. Viui.deciſ* 171.*nu.*6.*Honded.conſ.*106.*à nu.*22.*in* 1.*Baiard. ad Clar.§.fin.q.*53.*num.*28.*Cephal.conſ.*204.*num.*35. *conſ.*234.*num.*3.*conſ.*235.*num.*35.*conſ.*741.*num.*4. *Gomez.*3.*delict.c.*13.*nu.*16.*comm.Burſ.conſ.*34.*num.* 22.*conſ.*439.*num.*24.*Barz.deciſ.*120.*num.*9.*comm. Guaz.reor.defenſ.*28.*c.*16.*num.*1.5.*Azeued.l.*2.*nu.* 42.*tit.*8.*lib.*4.*recop.Turret.conſ.*9.*num.*19.*in* 1.*Mareſcot.lib.*2.*reſol.*35.*num.*34.35.*Triuſan.deciſ.*49. *num.*27.*lib.*2.*Bardell.conſ.*28.*num.*19.*Borrell.conſil.* 66 *num.*40.*Roland.conſ.*16.*num.*7.*in* 1.*conſ.*3.*num.* 2.46.*in* 3.*comm.Gabr.tit.de crim.concluſ.*32.*num.*1. 14.*Rouit.tit. de falſ.pragm.*4.*nu.*28.*Marcell.Calà, de mod.artic.& proban.§.*2.*gloſ.*1.*num.*774.*comm.Magon. Lucenſ.deciſ.*46.*num.*26.*Bott.conſil.*1.*num.*63. *Maſcard. de probat. concluſ.*744.*num.*1.*Villadeg. in for.iudic.lib.*2.*tit.*4.*l.*7.8.*num.*78. optime *Farinac. quaeſt.* 45. Nec contra alium teſtem, quod fuerit ſubornatus, ſed cõtra ſeipſum tantum, *ex Dec.conſ.* 189.*num.*6.*& alijs à Roland.conſ.*16.*num.*7.*in* 1.*Ludouiſ.Rot.deciſ.*194.*num.*8. Etſi veritas aliter haberi non poſſit, *Azeued.conſ.*27.*num.*33. Quod ſine dubio dixit, *Bardell. conſ.*28.*num.*19. Si de principali ipſo falſitatiſ crimine hactenus non conſtet, *ex l.ſi is, qui rem.*2.*§.ſi tu Titium. vbi Bart.& Alex.in ſcholijs.ff.de furt.latè Burſ.conſ.*311.*num.*94.*Honded. d.conſ.*106.*num.*24. Additq; *num.*25. id probari ex proceſſu debet contra ſubornatorem formato, non ex corruptorum teſtium confeſſione, *Rim.Iun.conſ.* 723.*num.*74.& hoc verius.

18 Non obſtat, Teſtem † minus idoneum admitti in delictis, Quorum veritas aliter haberi non poteſt: Quia id verum, ſi teſtis ipſe nihil de facto ſuo deponeret, ſed de inquiſiti tantum facto, *Marſ.conſil.*74.*num.*8.*conſ.*102.*num.*89.*Gram.conſ.*45.*num.* 24.*conſ.*66.*num.*3.*Oſaſc.deciſ.*79.*num.*42.*Surd.conſ.* 132.*num.*71. ergo.

19 Reſpon. II. Qualitatem † hanc, (quod veritas aliundè haberi non poſſit) articulandam & probandam voluit, *Alex. conſ.*64.*nu.*6.*in* 1.*Felic.alleg.* 10.*num.*13.*p.p.Gabr.tit.de teſtib. concluſ.*7.*num.*15. *Maſcard.de prob.concluſ.*1359.*num.*8. *Farinac.q.*62. *num.*57. Verum qualitas hæc ſatis dicitur probata, ſi ex negotij, ſeu facti ipſius natura, alij teſtes occurrere non potuerint ad corruptelam, cum enim veriſimiliter tunc non poſſit ſciri veritas, niſi per corrumpentes, rectè illi admitterentur, *ex Bald.c.fi. num.*3.*de teſtib. cogen.Marcell. Calà de mod.artic. & prob.§.*2.*gloſ.*1.*num.*775.& vbi nec actu, nec habitu alij potuiſſent interuenire. *Butr.Dec.& alij in c.tertio loco. de probat. Alex.conſ.*74.*in* 1.*Ruin.conſ.*150. *num.*18.*in* 5.*Roland.conſ.*7.*num.*15.*conſ.*24.*num.*67. *volum.*1.*Rim. Iun.conſ.*723.*num.*81.*conſ.*113.*nu.*3. *Surd.conſ.*293.*num.*2.*deciſ.*326.*num.*91.*Cornaz.deciſ.*114.*num.*5.*Maſcard. concluſ.*1364.*num.*18.*Maſtrill.deciſ.*250.*num.*17.18.*Azeued.l.*4.*num.*8.*tit.*6. *lib.*6. Hinc dicimus quæ aperiuntur in capitulo, per Canonicos probari, *c.veniẽs.§.fin.de teſtib. c.dilecti, iuncta, ibi, gloſ.de elect.Seſſe.deciſ.*196.*nu.*7.8.& quæ fiunt in domo, per domeſticos, *l.cõſenſu. C.de repud. l.quoties.& ibi, Bart.C.de naufrag.lib.*10.*Felin.& alij ex c.in literis.de teſtib. Alex.conſ.*64.*nu.*1.*conſ.*102. *in* 7.*Sfort.conſ.*77.*nu.*12.*Caball.conſ.*47.*nu.*14.*conſil.* 70.*num.*6.*vol.*2.*Becc.conſ.*158.*nu.*6.*Gabr.tit.de probat. concl.*1.*tit. de teſtib. concluſ.*10.*num.*33.*Decian. conſ.*26.*nu.*14.*in* 4.& vbi inhabiles admitterentur teſtes, nec planè probant, ſed eam facient probationem, quæ minus eſt, quàm ſemiplena, *Rim.Iun. conſ.*120.*num.*23.*Farin.q.*62.*num.*73.*Felic.alleg.*10. *nu.*14.*p.p.Azeued.conſ.*27.*num.*35. Cumque falſi crimen, eius ſit naturę, vt veritas actu, & habitu aliter haberi etiam poſſit, *ex Surd.conſil.*132.*num.*74. *Maſtrill.deciſ.*250.*num.*16. ergo.

Non obſtat *ex Boſſ.tit.de indict.num.*156. creden-
20 dum † ſaltim, ex conſuetudine teſti dicenti ſe falſum dixiſſe, ad torturam ſubornanti inferendam, *Boer. deciſ.*319.*num.*5.*Clar.§.falſum.num.*5.*§.fin.q.* 54. Primo quia de iure verior eſt opinio, Dictum teſtis corrupti, legitimum non facere indictium, etiam ad inquirendum, *Dec.conſ.*189.*num.*9.*Burſ. conſ.*34.*nu.*22.*Roland.conſ.*16.*vol.*1.& in term. firmat, *Anchar.conſ.*24.*Fulg.conſ.*173.*Marſ.conſ.*79. *num.*13.*Gram.conſ.*35.*num.*35.*conſ.*46.*nu.*10.*Curt. Iun.conſ.*170.*num.*4.*in* 2.*Bero.q.*58.*Pariſ.conſ.*169. *num.*50.*volum.*4.*Socc.Iun.conſ.*39.*nu.*44.*in* 2.*Ruin. conſ.*146.*conſil.*147.*in* 2.*Natt.conſ.*298.*Rimin.Iun. conſ.*723.*num.*47.*ad num.*54.*ex comm.* contra *Clar.* tradit, *Turret. conſil.*9.*num.*49.*in* 1.*Ludouic. Lucenſ. deciſ.*15.*num.*4.*Perrenot. de teſtib.ſect.*63.*verſ.teſti aſſerenti. Farin.quaeſt.*45.*à num.*1.*Macerat.lib.*3.*reſol.*44.*caſ.*3 *Surd.conſ.*132.*num.*74.75.*Bertaz.crim. conſ.*39.*num.*13.*conſ.*40.*nu.*11.*conſ.*61.*num.*12.*conſ.* 225.*num.*19. Qui ſic pro Reo (contra *Clar.*) iudicatum teſtatur, *& conſ.*451.*nu.*3. Quod verum ſi duo etiam eſſent teſtes, qui deponerent, *Anchar.d.cõſ.* 24.*Bertaz.crim.cõſ.*156.& in articulo mortis, *Marſ. conſ.*79.*num.*13.*Bertaz.d.conſ.*156.ac ſponte, *Ruin. conſ.*147.*in* 5.& in tortura, *Tuſc.lit.F.concluſ.*58.*nu.* 3.*Ruin.conſ.*146.*in* 2. Vt in praxi admiſſum inquit, *Roland. & Bertaz.loc.cit.*

Reſpon. II. Quod cum teſtis periurus ſit, & falſarius, contra ſubornantem non probat, *Ruin.conſ.* 147.*num.*5.*vol.*5.*Roland.conſ.*16.*num.*7.*in* 1.*Mareſcot.lib.*2.*reſol.*35.*nu.*35.& ad faciẽdum indictium ad torturam, teſtem eſſe requirunt *Doct.* omni exceptione maiorem, *Io.de Amic.conſ.*37. conſtare ergo debet corruptio, vt teſtis, qui corruptus allegatur, contra corrumpentem admittatur, *Mareſcot. d.reſol.*35.*num.*40.41.*Gram.Vot.*11.*nu.*10.11.*Rim. Iun.conſ.*723.*num.*74.

21 Nec deferendum † eſt, *Clar.* cõſuetudinem illam atteſtanti, Quia eo in loco conſuetudo attenditur, in quo viget, non alibi, *Roland.conſ.*57.*num.*26.*in* 2. *Bertaz.crim.conſ.*225.*num.*19. In ſpecie loquens de illa, *Clar.* conſuetudine, latè alios citat, eamque improbat, *Rim.Iun.conſ.*458.*num.*30.*Turret.conſ.*9. *num.*41.*in* 1.

Reſpon.

Digitized by Google

22 Reſpon.II. Doctori † conſuetudinem atteſtanti non credi, Dec.conſ.402.ad fin. Gabr.tit. de probatio. concluſ.4.Burſ.conſ.16.num.37.Vin.comm.opin.verb. Doctori.Menoch.de arbitr.caſ.360.num. 94. Stracc. tit.de decoctor.p.6.n.6.in term. Bertazz.d.conſil.156. Macerat.d.caſ.3.ergo.

23 Reſpon.III. Conſuetudinem † hanc omni iuri, & æquitati contrariam, ac proindè amplectendam non eſſe cenſuit, Crauet.conſ.96.nu.3.conſ.116.nu.5. Ioan.de Amic.conſ.42.num.3.ergo.

24 Nec curandum † nobis eſt, de Boſſ. authoritate, Quia contrarium ipſe inſequendum voluit, tit. de inquiſit.num.45. Cumque contraria, ſeu varia dicenti credendum non ſit, ex Dec.conſ.108.num.3.ergo.

Secunda dubitatio eſt, Quæ irroganda reo ſit pœna, ſi ſubornati ab eo teſtes depoſuerint? Qua in re, adeo perplexis, & confuſis, Doct. allegationibus vtuntur aduerſarij, Vt mihi vtile viſum ſit, diſtinctius aliquot in huius Quæſtionis reſolutionem caſus exponere, quibus poſſit eius expedita cognitio haberi.

25 Primus caſus eſt, ſi † teſtem munere, dono, vel pecunia corruptum, ad falſum deponendum quis induxerit, falſi pœnam is incurret, & teſtis, l.1.ff.de falſ. Rebuff.ad Gall. Conſtit.tit.de teſtib. art.1.gloſ.9. num.6.Burſ.conſ.99.num.30. Azeued.l.4. num.15.tit. 17.lib.8.recop.Triuiſan.decis.53.num.17.lib.2. ac ſi falſum ipſe depoſuiſſet, l.iubemus. C.de probat.l.fin. C.de fid.inſtrum.Decian.conſ.51.num.15.in 5. Etſi teſtibus corruptis, nec inde vti velit, Bart.l.ſi falſos.C. de falſ.Boer.decis.319.num.6. Caball. crim.reſol.caſ. 144.num.2. Alex.Stiat.in prax.c.22.num.11.Baiard. ad Clarum.§.falſum.num.12. Pappon.lib.22.tit.13. arreſt.5.Rouit.tit.de falſ.pragm.1.2.num.7.8. Azeued.d.l.4.num.17.Tuſc.lit.F.concluſ.58.num.17. Rimin.iun.conſ.345.num.15. Auendan.de mand.reg.p. 2.c.27.num.24.Farin.quæſt.67.num.255.258. quæſt. 159.d.num.37.Guazz.reor.defenſ.28.c.13.num.1.2. Villadeg.in for.indic.lib.2.tit.4.l.9. Non enim hoc in caſu requiritur vſus; nec locus pœnitentiæ eſt in authore falſitatis, ad falſi pœnam euadendam, Capic.decis.67.num.6.Gargiar.crimin.conſ.123.num.2. vol.1.Baiard.d.§.falſum.num.72.136. Farin. quæſt. 159.num.35. Etſi aliter ſenſerint alij, ac præſertim Bart.l.diuus pius.num.2.ff.de falſ. Felin.c.præſentium. num.11.13.de teſtib. Anchar.c.ad falſariorum. num. 7.de crim.falſ.Cepoll.caut.52.num.1. Corrad.rubr.de falſar.num.19. vbi ampliat, licet teſtium falſitas ſit euidens, Monticel.crim.reg.15.num.97. Imò ſi nulla præcedente interrogatione, reus ſua ſponte præceſſit ab vſu, nec falſi pœnam adhuc euitat, Capic.deciſio.67.num.7.8.9.Stiat.d.cap.22.num.16.17. Caball. d.caſ.144.num.11.Guazz.d.cap.13.num.3.Gabr.tit. de crimin.concluſ.7.num.8.Surdus, decis.263.num.1. decis.282.num.2. Macerata, lib.3. reſolut.6.num.22. Hic caſus verè non conuenit noſtro, de quo agimus.

26 Secundus caſus eſt, Si † teſtis à rei conſanguineo corruptus ſit, reo præiudicat, ſi ſpeciale ad hoc mandatum, conſanguineus ab eo habuerit, aliàs ſecus, Ioan.de Amic.conſ.134.num.11. Botta, conſ.1.num. 61.62.Perenot.de teſtib.ſect.63. Proinde graui pœna dignum non eſſe reum, inquit, Teſſaur. d.q.15.num. 5. Qui amicis ſcripſerat, vt teſtes pro ſua defenſione requirerent, pecuniam promittendo: Quia ea etiam ſoluta, ſi falſum depoſuerint, non ad falſum, eos perquirendos voluit; ſed vt promptiores ſint ad auxilium. Fuit tamen (inquit Teſſaur.) propter magnam ſuſpitionem condemnatus reus extra ordinem. Hic caſus à noſtro ſatis diſtat.

27 Tertius caſus eſt, Si † teſtis pecuniam habuit, vt verum diceret, pœna falſi, vt corruptus, plectendus eſt; cum gratis deponere debeat, Bart.& Doct.in l.1. ff.de falſ.& in l.diuus.ff.de re iudic. Nell.de teſtib.nu. 203.Dec.conſ.189.num.13.14.Tindar.de teſtib.lib.2. c.3.num.5.Viui.decis.171.num.4.Farin.quæſt.67.nu. 237.240.260.Decian.conſil.62.nu.12.in 3. Tuſc.lit. T.concluſ.227.num.1.Marta, decis.117.num.9. Azeued.l.4.num.19.87.tit.17.lib.8.& in l.8. num.7.8.tit. 6.lib.4.recop.Perenot.de teſtib.ſect.63.64.Franciſcus Marc.decis.488.num.2.p.p.Gomez. l.Taur.83.num. 11.Miſinger.cent.6.obſer.67.Triuiſ.decis.49.numero 40.lib.2.magis comm.Couar.c.quamuis pactum.p.p.§. 7.num.5.de pact.in 6. etſi aliud ipſe affirmet. Siue ſponte illi data pecunia ſit, Alexand.ad Bart.d.l.1. Tuſc.lit.D.concluſ.227.num.2.Farinac.quæſt.67.num. 250. Tunc teſtis pecunia corruptus, ſi depoſuerit verum, nec probat, Farinac.quæſt.67.num.236. Decian.conſ.62.num.12.in 3.Viui.decis.171.num.5.Miſing.cent.6.obſer.67.Lanfran.in prax.cap.8. num.73. Secus ſi precibus inductus teſtificetur, Abb. cap.1. de teſtib.Decius, conſil.188.num.4.6. Alex.conſ.78. num.17.in 2.Gomez, d.num.11. Azeued.d.l.4.nu.88. Bertaz.crim.conſ.156.num.21. Felic.allegat.10.num. 46.p.p.

28 Contrar.notat Rom.ſing.330. ad fin. Imò † teſtis pecuniam recipiens, vt verum dicat, ſubornatus nō cenſetur, eiuſque dictum validum agnouit, Specul. tit.de teſtib.§.1.Rim.iun.conſil.723.num.47.Teſſaur. lib.1.forenſ.quæſt.15.num.4. Peccat tamen teſtis, qui prævia pecunia ad veritatem deponendam venit, quia gratis debuit id facere, ſatiſque erit viaticas ſolui, c.ſtatutum.§.proferendo.de teſtib.in 6.Feder.de Sen.conſil.145.Farin.quæſt.67.nu.270. Franc.Marc. decis.488.num.6.p.p.Gizzarell.decis.27.num.10.Menoch.de arbitrar.caſ.310.num.10. Tuſc.lit.T.concluſ. 226.num.1. Azeued.l.4.num.11.tit.17. lib.8. recop. Nec aliud quærere debuit ex bene ordinata charitate, Couarr.cap.peccatum.par.2.§.3.num.2.de regul. iur.in 6.

Ego verò pro reſolutione diſtinguendum puto, Aut loquimur reſpectu teſtis pecuniam recipientis, vt verum dicat, & cum prohibitum eius reſpectu hoc ſit, corruptè cenſetur deponere, nec probat, eumque ab extraordinaria falſi pœna nec pœnitus excuſarem ex allegatis. Aut loquimur, reſpectu dantis. Tunc punibile crimen non eſt, licet dici poſſit crimen, quia res mali exempli eſt, ex Caſtr. l.2.§.ſed hic quoque.ff.de condict.ob turp.cauſ. Boſſ. tit.de oppoſ. contr.teſtes.num.146. Dec. conſ.189.num.13.ad fin. Surd.conſ.132.n.51. Cumque id à Don Stephano actum probetur, puniendus tantum eſſet teſtis, non D.Stephanus.

29 Quartus caſus eſt, Si † teſtem quis ſubornet ad deponendum verum, quod erat teſti incognitum; puniri extra ordinem ſubornantem dixit ex multis, Boer.decis.319.num.6. Caball.crim.reſol.caſ.38.num. 3.4.Baiard.ad Clar.§.falſum.num.68. Guazz. reorum defenſ.28.

defenſ.28.c.19.n.2.& Teſtem.*l.3.C.ſi ex falſ.inſtrument.Bald.conſil.20.num.16.lib.1.crimin.diuerſ.Anchar.conſil.24.Muta,ad Sicil.Pragm.tit.35.num.48.* Rationem addit, *Boſſ.tit.de falſ.num.154.* Imò ſi teſtis perſuaſus ad deponendum falſum, dixerit verum, extra ordinem punitur perſuaſor, *Afflict. conſtit.qui falſitatem.num.1.rubr.40.lib.3. Baiard.d.§.falſum.num.12.* Sed Don Stephanum nullam teſtibus pecuniam dediſſe conſtat, quibus perſuaſit ſolum, vt verum dicerent pro amico, à quo maiora receperant ſeruitia, ipſi verò abnegare debebant, ſe id depoſituros fore, quod ignoraſſent; Eorum ergo eſt culpa, eorum quoquè dolus eſt, vt nihil Don
30 Stephano imputandum eſſet. Proinde † concludimus, *ex Iul.Scarlat.conſ.120.num.8.* quod vbi hinc inde pares ſunt præſumptiones, abſolui debet reus ab impoſito falſitatis, ſeu ſubornationis crimine, *Surd.conſ.132.num.99.ad fin.*

Meſſanenſis Archiepiſcopi Vicar.Gen.D.Stephanum ab Vrbe Meſſanę exulare iuſſit per menſes quatuor; Sed Illuſtriſs. Don ANDREAS MASTRILLO Archiepiſc qua in Diœceſanos ſuos vſus ſemper fuit pietate (pro innata animi ſui humanitate, qua nos ſubditos, vt filios fouet, & amat) viſa conſultatione hac, pœnam omnem illi condonauit, remiſitque Anno MDCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Officialium quot ſint genera; & à quo eligantur. Declar.num.14.15.18.*
2 *Officium quibus modis vacet.*
3 *Eligendi ius, cui competit in caſu mortis, eidem competit in caſu priuationis.*
Declar.num.19.21.
4 *Præuentio fraudulenta, in beneficij collatione, non inſpicitur.*
5 *Officialis, officio ſuo durante, futura poſt ſucceſſoris aduentum officia, prouidere non poteſt.*
6 *Viuentis officium impetrari prohibetur.*
7 *Credentieriatus officium, Annexam habet iuriſdictionem.*
8 *Menſurarum cognitio, eſt mixti imperij.*
9 *Carceratio in criminalibus eſt ſimplicis iuriſdictionis.*
10 *Iuriſdictionem tribuit, mulctam in tranſgreſſores imponere.*
11 *Officia dare ad Regem ſpectat, non ad ciuitatem, quia de Regalibus eſt.*
12 *Officium, quod ſalarium habet annexum, ſolus Princeps confert.*
13 *Ciuitas, Officialem creare non poteſt.*
16 *Officialem confirmandi ius de regalibus eſt, & à confirmante electus ille dicitur.*
17 *Confirmatio officij, ſignum eſt ſuperioritatis.*
20 *Magiſtratum priuandi ius, de regalibus eſt, ipſeq. Princeps, qui priuat, alium eligit.*
22 Bart.l.2.§.qui pueros.ff.de vacat. & excuſ. muner. *declaratur.*
23 *Magiſtratus eligendi facultas, honor eſt, & fauor eligentis.*
24 *Verbum,* Vacare, *in materia etiam odioſa, omnem comprehendit vacandi modum.*
Declar.num.37.38.
25 Deceſſus *nomine, Officij priuatio continetur.*
Declaratur num.39.40.
26 *Mors ciuilis idem operatur, quod naturalis, ſi vtriuſque idem eſt effectus.*
27 *Priuilegium ſemel conceſſum reuocare non poteſt Rex, & quando?*
28 *Priuilegium primum non tollitur per ſecundum: Tum maximè ſi ex cauſa oneroſa in vim contractus conceſſum illud ſit.*
Declar.num.41.42.
29 *Exempla ſtatuti diſpoſitionem non reſtringunt, ſed declarant concedentis mentem, num.44.*
30 *Priuilegium, ab alio priuilegio declaratur.*
31 *Verba Meſſanenſis Priuilegij,* Per Ceſſum, & Deceſſum, *explicantur.*
32 *Officia conferendi poteſtas,* Per Ceſſum, & Deceſſum, *ad alium vacationis modum non extenditur, nec ad priuationem.*
33 *Qualitas noua, addita actui antiquo, actum nouum conſtituit.*
34 *Declaratio rem obſcuram aperit, ſed nouam ſubſtantiam non tribuit.*
35 *Officiales eligendi facultas Meſſanæ à Rege data, cumulatiuè ſuo in priuilegio conceſſa cenſetur, & quando priuatiuè?*
36 *Electus ab eo, cui Decuriones eligendi poteſtatem dederint; à Decurionibus ipſis electus dicitur.*
43 *Enuntiatiua Principis verba, diſponunt.*
45 *Officialis delinquens in officio, priuatus eſt officio.*
46 *Officialis vt ex delicto priuetur officio, ſententia requiritur.*
47 *Officialis in officio delinquere, quando cenſeatur, numero 48.*
49 *Officialis extra officium delinquens, ſuum officium exercet, donec per ſententiam priuetur officio. num.50.*
51 *Officio priuari, Differt à prohibitione exercendi officium.*
52 *Priuationis pœna, nemini eſt irroganda, niſi in caſu expreſſo.*
Declar.num.65.
53 *Sententia delicti declaratoria requiritur, vt pœna ſit impoſita.*
Declar.num.66.68.69.
54 *Infamis nemo eſt ante ſententiam.*
55 Con*feſſio ficta non infamat, ſed quando operatur id, quod vera, num.67.*
56 *Interpretatio infamiæ excluſiua ſemper ſumenda eſt.*
Declar. num.70.71.72.
57 *Sententia, pro condemnato interpretanda eſt, ne infamet.*
58 *Infamia alia iuris eſt, alia facti, ſed quid vtraque ſit, explicatur.*
59 *Infamia officialem remouet ab officio, & n.60.*
61 *Monetæ falſæ crimen, Principis maieſtatem lædit.*
62 *Condemnationis ea eſt virtus, vt beneficia, & honores conſequutiuè reus amittat.*
63 *Electus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi, dicitur legitimè electus, vt cuicumque alteri electo præferatur.*
64 *Electio de fructibus eſt iuris eligendi; & ad eum ſpectant, qui in quaſi poſſeſſione eſt.*

ARGVMENTVM.

Officialem extra Officij ſui exercitium delinquentem, ſi Prorex ex M.R.C.ſententia Officio priuet, & inde ad mortem condemnet: An idem Officium poſſit ipſe, cuique Meſſanenſis pro velle conferre? vel Meſſana Vrbs in eodem (quo priuatus ille fuit) officio conferendo, Proregi præferatur, ex Priuilegio à Rege onerosa ex cauſa ſibi conceſſo, Quod omnia eius officia Meſſana Vrbs conferat; Si *Per Ceſſum, & Deceſſum*, vacarent.

CONSILIVM LXV.

CArolus cum frumentarij Credenzerij officium (quod appellant) Meſſanæ exerceret, conſæ monetæ reus factus, ac torturæ ſubiectus, Die 5. Septembris, crimen confitetur: Cras verò interrogatus, an eam confeſſionem ratam habere vellet, negauit primū: Mox torturæ admonitus reum ſe ſceleris fatetur, monitus ſequenti die, vt præteritam confeſſionem confirmaret, eam iteratò reuocat. Torturæ, & tertio ſuppoſitus, Die 7. Septembris ſe delicti reum tertio faſſus eſt: Quare iuſſit Prorex confeſſionem illam perinde haberi, ac ſi nouo rei conſenſu rata eſſet, iuxta *Marci Antonij Columnæ olim Proregis* Decretum, inter *Pragmat. Conſtitut.* Die 12. Septembris Fiſci Patrono Tribunalis Regij, Patrimonij inſtante Prorex Carolum grauiſſimi ſceleris reum confeſſum, Credenzerij Officio priuatum declarauit, ac inſuper ad reliqua officia inhabilem, & indignum, quod in publica acta referri iuſſit. tum deindè ne officium rectore ſuo diutius careret, Paſqualium illi præfecit, qui eadem die exhibito vni ex Senatoribus Meſſanæ, Proregis reſcripto, eoque (vt moris eſt) iubente literas illas exequi officij poſſeſſionem adeptus eſt. Interim verò eum Paſqualius, & viuo; & decapitato Carulo (is enim die 13. Septembris capite plexus eſt) collatum ſibi officium exerceret. Senatores quinque numero (altero, qui reliquus erat, de more requiſito) illud idem Credenzerij officium Gaſpari contulerunt, Tum, & poſſeſſionem tradiderunt; literis de ea re ſcriptis in hanc ſententiam. *Cum igitur in præſentiarum, in manibus noſtris vacet officium Credenzerij, ob cōdemnationem factam in perſonam Caroli vltimi detentoris dicti officij.* Poſtridie verò Senator ille iam prius requiſitus negauit, ſe electioni à collegis factæ cōſentire poſſe, quod iam multò antè officij poſſeſſionem ei tradidiſſet, quem Prorex Credenzerium elegerat.

Cumque ſupplici ſuo libello Gaſpar à Prorege petierit, Paſqualis electione non obſtante ſuam vt perfectam confirmari eiuſque poſſeſſionem manuteneri, aut ſi minus id obtineri poſſit, M.R.C. de ea re cognoſceret de iuſtitia: Prorex Conſultori ſuo cauſam delegauit, qui cum vacare negotio huic vix poſſet, eiuſdem rei cognitionem Marchioni Sanctæ Crucis, Regij patrimonij Præſidi demandauit. Quę itaque confirmanda ſit electio? Quæritur.

Perplexa ſatis, & multæ difficultatis controuerſia, cuius vt facilior exiſtat explanatio, ſubiectos articulos examinabimus.

Primò, Frumentarij Credenzeriatus officij electio, Regis nè (iure communi inſpecto) ſit? Vel Meſſanæ Vrbis.

Secundo, Regis Priuilegium Meſſanæ datum, vt officia, *Per Ceſſum, & Deceſſum*, conferat, quid comprehendat? & an priuationis quoque caſum.

Tertiò, Officialis extra officij ſui exercitium delinquens, an officio priuari à Prorege poſſit? Cuius collatio, an exinde ad ipſum ſpectet, Meſſanæ priuilegio non obſtante?

Circa Primum, in quo quæritur *Frumentarij Credenzeriatus officij electio cuius ſit Regis nè? vel Meſſanæ Vrbis?* Reſpondendum, prima (vt aiunt) facie, mihi eſt: Iure communi inſpecto, non ad Regem, ſed ad Meſſanam ſpectare, ex ſolidis hiſce iuris argumentis.

1 Primò, Officialium † inquit *Rebuff. l. 2. num. 3. C. de Decur. lib. 10.* Tria ſunt Genera, Alij Iuriſdictioni præſunt, Alij rebus temporalibus, *Gloſ. rub. C. de admin. rer. public. lib. 11. vbi Bart. & Rebuff.* Alij nudā habent executionem. Nam Officium dicitur ſine iuriſdictione, & cum iuriſdictione, *Imol. in rub. de offic. deleg. Alex. & Doct. in l. 1. ff. de iuriſd. omnium iudic. Neguſ. conſil. 25. num. 6.*

Qui Iuriſdictionem habent, Romæ à Principe creantur, *l. 1. ff. de ambit. Ponte, conſil. 10. num. 5. in 2.* Prętore excepto, cuius electio ad Senatores ſpectat, *l. 2. C. de offic. prætor.* Qui maiorem habebant perſonarum notionem, *argum. tex. l. de minore. §. fin. ff. de confeſſ. & l. præcipit. §. illud. C. de canon. largit. lib. 10.* in Prouincia creatio Magiſtratuum, qui merum habent imperium, ad Prouinciæ Præſidem ſpectat, *c. 1. tit. quæ ſint regal. Capic. deciſ. 130. num. 26.* aliàs, Lege Iulia Maieſtatis, quis teneretur, *l. fin. ff. ad leg. Iul. maieſt.* confert *tex. §. eos. auth. vt iudic. ſin. quoque ſuffrag. Afflict. in Conſtit. cum ſatis. num. 11. rubr. 48. lib. 1. Aloy. Leo. in l. 1. num. 21. C. de emancipat. Capic. deciſ. 130. num. 23. Menoch. de arbitrar. caſ. 320.* Imò (iure communi inſpecto) Ciuitas ordinariam quandoque confert Iuriſdictionem, *§. interim. authent. de defenſ. ciuit. Affl. d. Conſtit. cum ſatis. num. 8. 9.* Minorum verò, (vt Municipalium Magiſtratuum) electio ad Decuriones pertinet, *l. 2. C. de decur. lib. 10. l. 1. C. de magiſtr. municip. l. honores. §. pen. ff. eod. l. 1. in princ. ff. de magiſtr. conuen.*

Eorum verò electio, qui rerum temporalium adminiſtrationi præſunt, ſi ciuitatis adminiſtrationi præſint, ad Decuriones (quos nos Senatores appellamus, vulgus iuratos) pertinet, *l. 2. C. de decurion. lib. 10. l. 2. §. geſtum. ff. ad municip. l. 1. §. ſolenni. ff. quand. appell. ſit. Bartol. l. 2. §. qui pueros. ff. de vacat. muner.* Si de illis ſit quęſtio, qui rerum fiſcalium adminiſtrationi prouident, *Rebuff. d. l. 2. num. 3.*

Officiales denique, qui nudam habent executionem à Iudicibus ordinarijs, quibus inſeruiunt, eliguntur,

guntur,

guntur, *Rebuff.d.num.3. Ponte.conſ.10.num.5.in 2.*
Sic tabellionarij, qui priuatorum contractus ſcri-
bunt à Decurionibus creantur, *Rebuff.l.duos tabula*
*rios.num.4.C.de ſuſcept.lib.*10. Quia idoneas perſo-
nas diſcernere non poteſt Princeps, *l.1.ff. de decret.*
ab ordin.facien.l.magiſtros. C.de profeſſ.& medic.li.
10.*Rebuff.d.num.4.Anguiſ.conſ.5.lib.4. Auiles, ad*
l.prætor.c.17.gloſ.eligan. Cumque Credenzerij offi-
cium ſit, vt temporalium Vrbis rerum adminiſtra-
tioni præſit, Decurionibus ergo competit electio,
non Proregi. Proinde Iudicis officium meritò im-
plorat Gaſpar à Senatu electus, qui conferendi ius
habet, contra Paſqualium non legitimè electum, vt
Credenzerij officium dimittat, ſiue in poſſeſſorio,
ſiue in petitorio, *Innoc.in cap.cum venerabilis.de re-*
lig.domib.& in cap.fin. de iudic. à Baldo relatus *in l.*
Barbarius, ff.de offic. prætor. Boer.deciſ.151.numero
1.2.3.

2 Secundò, varijs licet † modis officium vacare
poſſit, *à Staphil.de lit.grat.tit.de var.mod.vacat.Cor-*
raſ.de benefic.p.1.cap.8. Panin.de Capit. ſede vacan.
prælud.vlt.Rebuff.in prax.benef. tit. de requiſ.ad col-
lat.à num.49. & in Concord. tit. de Reg. ad prælatur.
nomin.§.monaſterijs.verb.vacantibus, & in c.nulla.2.
de conceſſ.præben.6.præmiſſ. Garz. de benefic.p.7.à c.
1.Viuian.de iur.patron.p.2.lib.5.c.6.à num.2. Potiſſi-
mum tamen vacat morte, renuntiatione, & priua-
tione, *Boer.deciſ.2.num.1.Borrell.Summ.deciſ.tit.21.*
num.19. Renuntiatione, *tot.tit.de renunt.Viuian.d.c.*
6.num.3.& alij nuper citati. Priuatione, *cap.ex literis*
c.grauem.de exceſſ.prælat.c.ſi Papa.diſtinct.40.cap.2.
c.fin.de cleric.non reſiden. Abb.& alij in c.ad petitio-
nem.de accuſat.Viuian.d.c.6.num.7. Morte, *c.ſuſce-*
ptum.de reſcrip.in 6.Gonzal.reg.cancell.gloſ.15.à nu.
3 *3.Viuian.d.c.6.num.2.* Sed cui † eligendi ius compe
tit in caſu mortis, eidem, & in caſu priuationis, *d.c.*
ad petitionem.& ibi, Abb.num.4.Felin. num.1. Aret.
num.8.9.Soce.num.7.confert, tex.l.1.& ibi, gloſ.verb.
corpus.Barul.num.4.Plate.num.6. C. de primicer. lib.
12.*Bald.conſ.325.conſ.326.in 5. Angel.conſil.320.*
Viuian.d.num.7.Socin.iun.conſ.42.num.2.in 3. Viui.
deciſ.34.num.10.43.D.Carol.Tapp.de Conſtit.Princ.
p.2.c.11.num.80. Tuſc.lit.E.concluſ.88.numero 1.3.
Rimin.iun.conſ.259.num.11.Surd. deciſ.202.num.1.
Maſtrill.deciſ.6.num.21. de Magiſtr.lib.1.c.26.à nu.
16.Anna, alleg.92.num.5.Fab.Anna, conſ.14.num.9.
Proinde tabellione mortuo, ſicut electio pertinet
ad Præſidem, ita & eo priuato, *Perez.l.1.verſ.eligit.*
tit.2,lib.2.ordin. Clari enim iuris eſt, quod ſi electio
ex poſt facto irritatur, vel propter mortem electi,
vel aliam ob cauſam ſuperuenientem, ius eligendi,
vel ſubſtituendi alium in locum defuncti, remoti,
vel excluſi, ad illum pertineat, qui primam electio-
nem fecit, *cap.ſi electio.vbi Gloſ.& Doct.de elect.in 6.*
Abb.num.13.Bellamer.num.22. in c. cum Vuilonien-
ſis.de elect.Tiraq.l.boues.§.hoc ſermone.num.4.5.ff.de
verb.ſignif.Schrader.de feud.par.10.ſect.11.num.68.
70.Gabriel.tit.de regul.iur. concluſio.2.num.32. Cui
enim competit electio, competit deſtitutio, *ad tex.*
c.cum ex iniuncto. de hæret. & ibi Hoſtien. ſunt enim
hęc correlaria. *Anchar.conſ.60.* Quomodocunque
vacaret prælatura, quoad illam deceſſiſſe Prælatum,
reſoluit *gloſ.c.1.verb.prædeceſſor.de renunt.* ideo no-
tat, *Bald.conſil.325.vol.5.* Superior habens ius eli-
gendi, poteſt etiam priuare. Cumque collatio, in
caſu mortis, ad Vrbis Senatores ſpectet; præferen-
dus ergo eſſet, qui ab eis ius habet.

Tertio, ſi Princeps, quouis iure, Credenzerium
eligere potuiſſet, eo tamen tempore eligere non po
terat, Quo iam erat priuatus ob damnationem ad
4 mortem iam emiſſam. Nec in beneficij † collatio-
ne fraudulenta præuentio inſpicitur, *Franc. Marc.*
deciſ.494.num.35.p.p. Nec reſignatio in fraudem
eminentis vacationis, *c.2.de renunt.in 6.& ibi, Fræc.*
num.2.Doct.l.filia mea.ff.ſol.matrim.cap. ad hæc. vbi
Couar.de teſtamen.Sarmien.de reditib.eccleſ.p.4.c.4.
num.6.Gonzal.cancell.regul.5.§.11.num.23. Magi-
5 ſtratus † durante ſuo officio, prouidere non poteſt
de officijs poſt ſucceſſoris aduentum vacaturis, *Bal*
dus, c.1.qui ſucceſſ.tenean. Afflict. deciſ.101. Aloyſ.
Leo.in l.emptorem.num.4.5.C.locat. Maſtrill.de magi-
ſtrat.lib.1.cap.25.num.19. Franc.deciſ.393.num.5.
6 Nec officij † poſſeſſore adhuc viuente, alter idem
officium impetrare permittitur, *ex Reg.Martin.cap.*
30.Alfonſ.c.73.Ferdinand.c.13.Carol.c.26.exornat
Petr.Gregor. de conceſſ. feud. p.p. quæſt. 3.num.9.10.
Maſtrill.d.c.25.à num.7. Sic in viuentis beneficio, *c.*
1.de conceſſ.præben. Caſſador.deciſ.21.tit.de præben.
Creſcent.deciſ.116.lib.1. Gomez, ad regul. de impet.
benefic.viuent.quæſt.7.Franc.Marc.deciſ.481.num.4.
deciſ.495.num.21.deciſ.199.p.p. Pute. deciſ.280.nu.
10.p.2.Rot.deciſ.9.num.3.4.deciſ.42.num.2.p.2. Ca-
bed.deciſ.20.num.1.Borrell.Summ.deciſ.tit.20. num.
21.Seraphin.deciſ.997.num.1. Ac proinde, ad eccle-
ſiam vacaturam non fit præſentatio, *cap.fin. de con-*
ceſſ.præbend. Viuian. de iur.patron.p.2.lib.5.cap.6.
num.19.

Re tamen ipſa, diligentius excuſſa, opinor, Cre-
denzeriatus officij collationem (iure communi in-
ſpecto) Proregis eſſe.

7 Primo, Credenzeriatus † officium annexam ha-
bet iuriſdictionem, quæ conſiſtit in puniendis ma-
giſtris nauium, qui Meſſanam cum frumentis ac-
ceſſerint, & literas reſponſales non attulerint: vi-
ctualium menſuratores à Credenzierio carcerātur,
ſi non data ab eo menſurandi licentia, illa menſura
re auderent: quos falsò menſurantes ipſe caſtigat:
Falſas quoquè menſuras cognoſcit. Piſtores ad exol
uendum Mercatoribus frumenti precium cogit Cre
denzerius, alios condemnans, abſoluens alios. Fru-
mentorum dominis, qui pluris vendere non poſ-
ſunt, quanti taxatum eſt precium, ſub pœna, pecu-
niaria iniungit, in tranſgreſſores aduertit: victualiū
debitores carceribus quoquè emancipat: Cęteroſq.
ad ius gabellæ compellit. Hęc, & alia quæ ſubijcimi-
mus magnam ſanè Iuriſditionem denotant; Tum
8 quia ſola † Menſurarum cognitio eſt mixti imperij,
& de regalibus, *Guid.Pap.deciſ.490.Renat.Chopp.de*
Domin.Franc.lib.3.rub.22. Afflict. ad Conſtit. ad le-
gitima pondera.num.5. rub.35. in Conſtit. ad officium
baiulorum.num.4.rub.64.lib.3. Anna, ſing.388.alleg.
52.num.80.Surgent.de Neap.illuſtr.lib.1. c.7.nu.17.
9 Tum quia carceratio † in criminalibus eſt ſimpli-
cis iuriſdictionis, *Bart.num.8. Alex.Iaſ.Bologuet.&*
alij, in l.imperium.ff.de iuriſd. omn.iud. Claper. de im-
10 *per.& iuriſd.concluſ.8.num.4.* Tum quia Mulctam †
in tranſgreſſores imponere, maximam tribuit iuriſ
dictionem, *l.fin.C.de mod.mulct. Bart.d.l.imperium.*
num.11.

Digitized by Google

num.11.Doct.l.1.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp. Peregr.de fiſc.lib.4.tit.8.num.29. Rendin.in prompt.iur. tit.de mulct.77.num.1. Quam indicat quoquè illa ad ſoluendum coactio, Doct.d.l.imperium. quæ ex iuriſdictione prouenit, l.2.& ibi Doct.ff.de iuriſdict. omn.iudic. c.ex literis.de off.deleg.c.cum contingat.de for.compet. Innoc.c.dilecto.num.4.de off.archid. Direct.inquiſit.p.2.quæſt.54.comment.79. Macerat. lib.
11 1.reſol.103.num.2. At qui,collatio † officij habentis iuriſdictionem ad ſolum Regem ſpectar, non ad Meſſanæ Senatum, Auth. de defenſor.ciuit.§.nos igitur.col.3. Auth.v: iudic.ſin.quoq.ſuffr. §.illud. Bart. & alij,in l.1.ff.de damn.infect. Innoc.& Doct. in cap. cum acceſſiſſent.de conſtit. Valenzuel.conſ.93.nu.41. Couar.pract.quæſt.19.Azeued.rub.tit.25.num.2.lib. 4.Borrell.de Reg.præſt.in.c.36.num.23.c.71. num.43. Auendan.de exequen.mand.p.p.c.1.num.11. Mattien. dialog.relator.p.4.c.10.num.3. quia de Regalijs eſt, Iſern.c.1.tit.quæ ſint.regal.Cagnol.l.2. num.102.103. ff.de reg.iur.Affl.ad Regni Conſtit. cum ſatis. num.8. rub.48.lib.1.Valenzuel.d.num.41.Marant.in prax.p. 4.diſtin.5.num.10.Crauett. conſ.338.num.2. Peregr. de iur.fiſc.lib.1.tit.1.num.10.tit.2.num.97.Decianus lib.8.crim.c.23.num.1.Seſſe,deciſ.187.num.29.Marta,deciſ.40.num.7. Auendan.d.num.11. Nouar.p.p. forenſ.quæſt.164.num.1. latè Maſtrill. de Magiſtr.lib. 1.c.1.à num.1.2.9.Borrell.de Reg.præſtant.cap.36.n. 23.c.71.num.43.Capic.feud.inueſt.gloſ.& noſtri fiſci. Frecc.de ſubfeud.lib.2.auth.13. Sixtin.de regalib.lib. 1.c.2.num.34.lib.2.15.num.6.Roſentall.de feud.cap. 5.concluſ.3.num.2. Menoch.conſ.302.num.29. Chopp. de domin.Franc.lib.3.tit.9.num.5.tit.20.num.1.Petr. Gregor.de Republ.lib.9.c.1.num.34. Vulte. de feud.c. 5.num.7.& firmat, Oldrad.conſ.75. quod poteſtas creandi officiales, paruam etiam habentes iuriſdictionem,vel Notarios, qui officialibus inſeruiunt, ad Principem pertinet, Affl.in Conſtit.in Locis demanij.num.6.rub.77.lib.1. Franc. deciſ.166.num.3. Franc.Marc.deciſ.515.num.1.p.p. & vbi officium, condemnandi habet autoritatem in ęre & perſona, aut mulctandi facultatem, eſt de mero imperio, & ſpectat ad Principem,à quo id communicatur, Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.2.num.97. Creatio enim officialis,fructus eſt iuriſdictionis, cap.noſti. cap. tranſmiſſam.de elect.Bald.l.fin.in princ.ff.ſol.matrim. Alber.l.vſufructu legato.ff.de vſufruc.Gregor.de conceſſ. feud.p.p.quæſt.10.num.12. Ruin. conſ.2.num.4.vol.4. Peregr.Tract.var.lib.1.de iuriſdict. num.124. Capic. deciſ.27.Pariſ.de reſign.benef.lib.7. quæſt.21.nu.12. Bonadill.lib.2.polit.c.16.num.41. Capiblan. de baron. pragm.5.num.60.Mantic.deciſ.296.num.2.Ipſaq.iuriſdictio eſt,officialium creatio, Bald.de pac.iuram. firmat.§.ad hoc.num.4. Ob id,ad Dominum iuriſdictionis ſpectat,c.1.verb.poteſtas.tit.Quæ ſint regal. l. fin.C.de off.magiſtr.offic. Seſſe, deciſ.187. numero 29. Qui in creando fundatum habet intentionem, Menoch.lib.3.præſumpt.97.num.30. Addit etiam Molin. lib.1.de primog.c.25.num.1.2. Quod vox (eligendi officialem) commodum eſt, & fructus veri dominij,ex not.à Felin.c.cum olim. nu.2.de maior.& obed. Etſi reſtrictum ad vitam dominium haberet, quia poſſet adhuc ad officia ſecularia pręſentare,Gugliel. Benedict.in quæſt. de Theſaur. poſt cap. ranutius. num. 10.de teſtam. Proinde ex officialium creatione præſumitur locus de iuriſditione creantis eos, Bald. c. querelam.de elect. Petra, de fideicom. quæſt.12. num. 400.cum de iure nulli competat,niſi cui ex priuilegio Princeps conceſſerit,gloſ.l.1. verb.dare poteſt. ff. de tutor.& curat.dat.ab his. & in §.agi. verb.iuriſdictione.auth.de defenſor.ciuit. Franc.deciſ.166.num.4. Maſtrill.d.lib.1.c.11. num.12. Sic officialium electio, inquit, Molin.d.num.2. Soli iuriſdictionis Domino competit, Nouar.forenſ.quæſt.164.num.2.p.p. Seſſe,d.num.29. & qui merum habet imperium,poteſt Rectores omnes, Decuriones, Tabelliones, cæteroſque Officiales creare, quos eligere non poteſt Ciuitas, Bald.l.quicunq.num.10. C.de ſenten.quæ ſin. cert.quant.Capiblan.d.num.60.61.Niſi ex priuilegio datum ei ſit,Maſtrill.d.lib.1.c.7.num.17. Montanar. de admin.vniuerſ.pragm.2.num.180.

12 Secundo, Officium † quod annexum habet ſalarium conferre non poteſt ciuitas, ſed ſolus Princeps,licet ſit paruum, l.1. & ibi Plate. num.1. C.de præben.ſalar.lib.10. Montanar.de adminiſtr. vniuerſ. pragm.1.num.1.11.Sed hoc habet ſalarium,ergo.

13 Tertio, Peculiaris † in Regno eſt, Conſtit. cum ſatis.rub.48.lib.1. Qua vniuerſitati cuicunque prohibitum eſt creare,& eligere quoſuis officiales, eiſque iuriſditionem conferre conſuetudine quauis non obſtante,Capic.deciſ.130.num.23. Montanar.de admin.vniuerſ.pragmat.2. num.180. Proinde notat, Afflict.d.conſtit.cum ſatis.num.9. Corrigi ex ea ius commune, quo, ordinariam ab vniuerſitate dari poſſe iuriſditionem, probat tex. §.interim. auth.de defenſ.ciuit.ergo.

14 Non obſtat Primum,quia Doct.citati.num.1.de † officio iuriſditionali nõ loquuntur, ſed de eo,quod nudi miniſterij eſt, vt creare porterium, ſeu bidellum:Credenzerium vero eligere, qui de natura officij adnexam habet iuriſdictionem in carcerando, mulctando, falſaſq.menſuras cognoſcendo non ad Senatores, ſed ad Proregem ſpectat.

15 Reſpon.II. Quod in officijs, † quę nudi ſunt miniſterij abſquè alia iuriſdictionis cognitione, ſi quis eligatur, à Principe de iure confirmandus eſt.
16 Quia † nedum de Regalibus eſt Magiſtratum conſtituendi ius,ſed & confirmandi, Abb. conſ.6.num. 2.in 2.Cur .ſen.conſ.65.num.2. Crauet.conſ.963.num. 2.Sixtin.de regal.lib.2.c.15.num.23.& ab eo electus dicitur,l.item eorum. §.ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſ.nom.gloſ.l.procuratores. Ioan.Plate.l.2. num. 3.ad fin.C.de decur.lib.10.Alber.l.1. vbi Bald. num. 6.C.de ſeru.reipubl.manumiſſ.& in l.omnes.num.8. C. de epiſc.& cler. Bart. l.actuarius.num.1.C.de numer. lib.12.& in l.nulli.vbi Caſtr.num.8. ff. quod quiſq.iur. vni erſ.nomin.Angel.auth.de defenſor.ciuit. §.de cætero.col.3.Bart.num.1. Caſtr.& Padill. l.vnum ex familia,§.1.ff.de leg.2.Abb.in c.1.de iud.vbi Scholiaſt. dixit comm.Rebuff. l.duos tabularios. num.4. C.de ſuſcept.lib.10.comm. Montanar. de adminiſtr. vniuerſ. pragm.2.num.264.266.Auendan.de mandat.reg.p.p. c.19.ſub num.21.Loſa.de iur.vniuerſ.cap.3.num.102.
17 p.p.Ipſaque confirmatio † ſignum eſt ſuperioritatis,ex Bald.l.fin.C.de legib.Felin.c.1. col.7. de conſtit. & altæ iuriſditionis, Baldus. cap.cum omnes.num.22. eod.tit.Auendan.d.num.21.Proinde non ab eligente, ſed à Domino, confirmante iuriſditionem ille recipiet,Molin.de primog.lib.1.cap.25.nu.10.Atque

ideo

Digitized by Google

ideo Officiales à Prorege ipſo eligi etiam poſſent,
*Montanar.d.pragm.2.num.*186. *Couar.pract.quæſt.*4.
*n.*6.*Molin.lib.*1.*de primog.c.*25.*n.*20. Iure ergo Com
muni, ſolus Princeps elegit.

18 Reſpon.III.Id euidentius † oſtendi, ex implora-
to à Meſſana Vrbe priuilegio, dum Alphonſo Regi
ſupplicat, vt dignetur eidem gratiosè concedere
ius creandi certos Officiales, & Credenzerium,ſic-
que præſupponit facultatem hanc ſibi de iure non
competere,*l.*1.*C.de Theſaur.lib.*10.*Abb.c.veniens.*
*num.*7.*de præſcript.Lanar.conſ.*67.*num.*7.

19 Non obſtat Secundum,Quia id † verum ſi eligen
di facultas de iure competit, *Aret.in l.ſerui electio-*
*ne.col.*2.*verſ.inde poſſimus dicere.ff.de leg.*1. At ſi ex
priuilegio, tunc non poteſt ille officialem priuare,
qui potuit eligere, *Hoſtien.in cap.cum ex iniuncto.de*
*nou.oper.nunt.Domin.& Calder. in c.dilectus.*1.*verſ.*
*An autem viſitator.de reſcrip. Abb.in c.ea quæ.col.*1.
de ſtat.monach.in c.acceptam.de reſtit. ſpoliat. Felin.
*in c.auditis.num.*12.*de præſcript.* Niſi priuilegio, pri
uandi facultas data ſit, *Lambert.de iur.patr.p.*3.*lib.*
2.*quæſt.*1.*art.*14.*Viuian.de iure patr.p.*2. *lib.*12.*cap.*
20 3.*num.*12.Cumq.Officialem priuandi ius † de rega
libus ſit,*Crauet.conſ.*338.*num.*1.*conſil.*592.*num.*99.
*Sixtin.de regal.lib.*2.*c.*15.*num.*24.Sicut conferendi,
& confirmandi ius eſſe dixi,*num.*16.Hinc *Bald.con-*
*ſil.*333.*num.*1.*vol.*1. non ſolum gradationem, ſed,
& degradationem ad Principem pertinere, inquit,
*Crau.conſ.*963.*num.*2. Solus ergo Princeps, qui pri-
uat,alium eligit,*Aret.d.l.ſerui electione. Tiraq. l.bo-*
*ues.§.hoc ſermone.limit.*1.*num.*14.47. *ff.de verb. ſi-*
*gnific.Ponte,conſ.*10.*num.*4.*in* 2. & ita procedit,*tex.*
*l.*2.*§.quæ ita.ff.de vacat.& excuſat.muner.*Eius enim
eſt ſoluere,cuius eſt ligare, *c.verbum. de pænit.diſt.*
1.*c.cum inferior.de maior.& obed. Tuſc.lit.A.concl.*
40.*num.*1.

21 Reſpon.II. Aut electum iure † ordinario Supe-
rior priuat, tunc ad Decuriones eligentes deuolu i-
tur electio, aut Superior illum remouet, & ex offi-
cio priuat, tunc ad Superiorem ipſum remouētem
electio deuoluitur, vt pro ſui munere alium ſubro-
get, licet prior electio ad ipſos eligentes ſpectet, *l.*
1.*§.ſolent.ff.quand. appell.ſit.l.*2.*ff.ad municip.* Nec
Decuriones iterum eligere poſſunt, etſi iure pro-
prio id ad eos pertineret,*Bart.l.*2.*§.Qui pueros. ff.de*
vacat.& excuſat.muner. Aret.d.l.ſerui electione. col.
2.*Peralt.in l.cum quidam.num.*17.*ff.de legat.*2.*Tira-*
*quell.d.§.hoc ſermone.limit.*1.*num.*45. & licet *Bart.d.*
22 *§.Qui pueros.*Intelligat † ideo ad Præſidem alterius
electionem,loco illius iam priuati,deuolui, quia à
Præſide fuerat electus. Hoc tamen diuinare eſt, *vt*
*Aret.Tiraq.& Peralt.loc.nuper cit.*firmant. Proinde
notat,*Bald.in l.*2.*num.*1.*C.de decur.lib.*10. quod ſi
Præſes electum à Decurionibus remouet, ipſe a-
lium eliget, Si vero remotus quis ſit à Decurioni-
bus, noua electio ad eos ſpectat. Hactenus ad pri-
mum.

Articulus Secundus. Quò facilior ſit cauſæ exi-
tus,diſſerendum nunc eſt, *Regis Priuilegium Meſſa-*
næ datum,vt Officia per Ceſſum, & Deceſſum *confe-*
*rat,*Quid comprehendat? *& an Priuationis quoque*
caſum? Qua in re priuationem ex his comprehendi
videbatur.

23 Primò,Magiſtratus † eligendi facultatem habe-
re,honor eſt eligentis,& fauor, *gloſ.l.*1.*verb.fauorē.*
*ff.ad l.Iul.de ambit.*quia officia conferre iuriſdictio-
nis eſſe,dixi *num.*12.Proinde,vt innumeris aliis de-
corata fuit priuilegiis Meſſana Vrbs, ſic & ſpeciali
hoc ab Alphonſo Rege ornatam ſe eſſe voluit, quo
vacantia officia ſuis Ciuibus conferre poſſit, quæ
iuriſdictionem habeant inter omnes, *ex Bolognet.*
*conſ.*1.*num.*66. Siue temporalium rerum admini-
ſtrationem,quorum electio ad Vrbis Senatores, de
iure etiam ſpectaret, vt *dixi, num.*1. Sed vacationis
24 verbum † omnem comprehendit vacandi modū,
*gloſ.cap.cupientes.verb.vacationibus.de elect.in*6.*c.ſi*
*propter.de reſcript.in*6.*Riua,reſpon.*21. *Rota.deciſio.*
196.*deciſ.*407.*in nouiſſ. Cabed. deciſ.*23.*num.*10.*p.*2.
*Borrell.Summ.deciſ.tit.*21.*num.*64.*par.*1. *Maſtrill.de*
*magiſtrat.lib.*1.*cap.*26.*num.*34. & in materia etiam
odioſa,*Felin.in c.ad petitionem.ſub num.*1.*de accuſat.*
*Garz.de benefic.p.*11.*c.*1.*num.*3.4.5. *gloſ. d. c.ſi pro-*
*pter.verb.vacabunt.de reſcript.in*6. vbi,*Domin.*no-
tat,ciuilem quoque vacationem contineri,*gloſ.cle-*
men.ne romani.de elect. Felin.cap.licet. de offic.deleg.
*Bart.l.Deo nobis.num.*10.*& ibi,Bald. C.de epiſcop.&*
*cler.Boer.deciſ.*206.*Grat.conſil.*21.*vol.*2. Hinc, *gloſ.*
*cap.*1.*verb.prædeceſſor.de renunciat.in*6.Quomodo-
cunq.(inquit) vacet eccleſia, prælatus quoad illam
dicitur mortuus,*Felin.d.num.*1. *Anna, conſil.*14.*nu-*
mero 9.*Rot.deciſ.*575.*nu.*4.*p.p.* Eo magis in gratio-
ſo Principis priuilegio,*ibi,Gratiosè concedere.*Cuius
lata eſt interpretatio,etiam in odioſis,*Felin.c.in no-*
*ſtra.n.*38.*de reſcrip. Menoc.de arbitr.caſ.*201.*n.*108.
*Fab.Anna,conſ.*84.*num.*7. *Molina.de primog.lib.*1.*c.*
4.*num.*25.26.

Secundo, Alteri etiam innititur priuilegio, Meſ-
ſana Vrbs,à Rege conceſſo, cum enim Murorum
refectione Meſſana indigeret, officia per *ceſſum, &*
deceſſum, vacantia ſuſpendi ad tempus poſſe obti-
nuit,quorum ſalaria interim neceſſaria illam in cau
ſam,qua ipſa premebatur, implicari voluit, Cum-
25 que *Deceſſus* nomine † officii priuatio contineatur,
tum quia mori in officio dicitur, qui eo priuatur,
*Abb.d.cap.ad petitionem.Felin.num.*1.*Plate.l.proxi-*
*mos.C.de proxim.ſacror.ſcrinior.lib.*12.*Bero.conſilio*
76.*num.*128.*in* 1.*Queſad.diuerſ.quæſt.c.*17.*num.*25.
*Tuſc.lit.P.concluſ.*716.*num.*3. Tum quia iuris eſt
26 mortem † ciuilem operari,quod naturalis, *Bart.in*
l.ex ea parte.§.inſulam.ff.de verb.obligat.Imol.& Fe-
*lin.in c.licet.de offic.delegat.Honded.conſ.*74.*num.*40.
in 2.*conſ.*62.*num.*35.*in* 1. *Seraphin. deciſ.*998.*nu.*11.
*Franc.deciſ.*102.*num.*10.*Guttier.lib.*2.*canon.queſt.*1.
*num.*43.*Maſtril.deciſ.*165.*num.*28.*Pacian.conſ.*131.
*num.*15. *Bimi.conſil.*269. *num.*24.*Suarez,allegat.*20.
Præſertim ſi ciuilis, & naturalis mortis idem ſit *effe*
ctus,*Barboſ.l.*2.*num.*154.*ff.ſol.matrim. Bimi.conſilio*
271.*num.*15. *Pariſ. de reſignat.lib.*9.*quæſt.*32.*nu.*3.
*Grat.conſil.*21.*num.*69.*vol.*2. *Pariſ. conſ.*67.*num.*18.
in 4.*Molin.lib.*1.*de primog.cap.*13.*num.*94. *Guttier.d.*
*num.*43. *Honded.d.conſil.*62.*num.*35. Etſi materia,
cuius eadem eſt ratio,ſit correctoria,*ex Bart.l.gallus*
*§.& quid ſi tantum.*ibi,*ad ſimilitudinem mortis,cæteri*
caſus ſunt admittendi.ff.de liber.& poſth. Satiſq. eſt,
quod peculiari in caſu,cuius eſt quæſtio, idem ſit ci
uilis,& naturalis mortis effectus, *Baldus, num.*155.
*Garz.num.*47.*in d.§.& quid ſi tantum.Honded.conſil.*
55.*num.*8.*in* 2.*Bimi.conſil.*149.*num.*12.*conſilio* 271.
*num.*3.

num.3.Torniol.conſ.15.nu.5.quamuis, gloſ.c.placuit.
quæſt.1.c.ſuſceptum. de reſcrip. in 6. non æquiparari
reſtetur niſi in caſibus à iure expreſſis, comm. Pa-
cian.conſ.19.nu.10.13.conſ.115.num.15. Viui.lib.1.
opin.90.lib.2.opin.525. Vacat ergo per Ceſſum,& De-
ceſſum, Officium ex ciuili morte, Seraph. deciſ.998.
n.11. Vt ex naturali, quia priuatus, dicitur mortuus,
Pariſ.de reſignat.lib.9. quæſt.32.num.2.
27 Tertiò, Semel conceſſum † Priuilegium reuocari
non poteſt, Afflic.tit.quæ ſint regal.n.73. Bart.l.2.n.
6.ff.de iur.immunit. Bald.l.qui ſe patris. nu.34. C.vnde
liber. Bero.c.cum veniſſent.num.23. de iudic. Iaſ.conſ.
233.num.2.3.in 2. D.Tapp. de Conſtit.Princ.p.2.c.9.
num.1 Menoch.conſ.702.num.2.7.Girond.de priuileg.
num.585.Burſ.conſ.309.num.9. Iacob.Gall.conſ.104.
Bimi.conſ.61.num.2.conſ.207.n.30. Nouar.quæſt.84.
n.15.p.p.Sfort.conſ.23.num.8. Morot.conſ.45.Turret.
conſ.9.num.8.in 2. Schrader.de feud.p.10.ſect.1.num.
134.Cephal.conſ.369.num.108.Decian.conſ.25.num.
29.in 1.Sixtin.de regalib.lib.1.c.5.nu.61. Tuſc.lit.P.
concluſ.751.à num.1.Molin.de primog.lib.3.c.3.num.
16.Viui.deciſ.226. Tum maximè à Protege, Iacob.
Gall.conſ.125.num.25. Imo Princeps, nec illud dero
gare velle præſumitur, Peregrin.conſ 4.num.36.in 1.
Decian.conſil.23.num.5.in 3. Nec in dubio reuoca-
tum cenſetur, gloſ.c.in ſumma. 25. quæſt.5. Gammar.
de off.legat.tit.de poteſ.legat.in legib.num.45. Federic.
de Sen.conſil.133.ad fin. Ancharan.conſ.161.num.3.
Caſtr.conſ.258.ad fin.vol.1. Roman.conſ.237.num.1.
Calder.conſil.11.tit.de priuileg. Cardin.conſil.52.n.6.
Dec.conſ.371.num.12.18.conſ.380.num.24. Alciat.
conſ.19.num.4.Pariſ.conſil.61.ad fin.in 2.Turret.con-
ſil.9.num.12.in 2.Rim.iun.conſ.628.num.39.Gonzal.
reg.cancell.gloſ.9.§.2.num.29.30.gloſ.36.nu.80. Ro-
ta, deciſ.139.n.5.6.p.2.deciſ.468.num.1.p.p.Menoch.
lib.6.præſumpt.37.num.7.conſ.735.num.10. Decian.
conſ.23.num.25.in 3.Iacob.Gall.conſ.125.nu.13.20.
23.24.26.28. Nec in conceſſionibus alteratio per-
mittitur, Paſet.conſ.113.n.6. Si nulla præſertim limi
28 tandi vrget cauſa. Nec per † ſecundum tollitur pri-
mum Priuilegium, l. hac ſaluberrima. C.de præpoſ.
agent.lib.12.l.ſi ruffinus.& ibi, Alex.n.4.Iaſ.nu.4.C.
de teſtam.milit.c.1.& ibi.Abb.nu.6.de reſcrip.Dec.c.
cum acceſſiſſent.num.17.de Conſtit. & conſ.197.nu.3.
Pute.deciſ.83.p.3.Sola, ad Decret. Saband.tit.de vlt.
volunt.gloſ.2.n.16.Gonzal.ad reg.Cancell.gloſ.53.n.
45.ad fin.vſq.Cancer.3.reſol.c.3.num.278.Peregr.d.
conſ.4.num.37.Canal.deciſ.41.num.18.p.p.Viu.deciſ.
126.n.9.deciſ.207.n.3. Valenzuel.conſ.79.num.109.
Tuſc.lit.P.concluſ.752.à num.1. Ponte. conſ.131.nu.
41.in 2.Diaz, regul.596.Ferret.conſ.223.in 2.Borrell.
conſ.1.à nu.123.Sacca, conſ.13.n.49. Niſi primo ex-
preſſim contradicat, gloſ.c.veniens.verb.renuntiaſſe,
& ibi.Imol.num.6.Abb.num.18. Butr.nu.15.de præ-
ſcript.Bart.l.pacta nouiſſima.num.1.C.de pact. Verall.
deciſ.309.n.3.p.p. Gonzal. d.gloſ.53.num.57. Cancer.
d.c. 3.num.279. Prior enim, à poſteriori Lege dero
gatur, ſi contrariæ ſint, gloſ.verb.prior em. vbi Doct.
in c.1.de conſtit.in 6.Felin.c.non nulli.nu.4.de reſcript.
Rip.c.1.n.55.eod.tit.Iaſ.l.barbarius.num.44.ff.de off.
prætor.Dec.conſil.3.Gabr.tit.de iur.quæſit.non tollend.
concluſ.1.num.77.Pute.deciſ.164.nu.2.lib.2. Ponte,
conſ.76.num.2.7.vol.2.optimè Gonzal.regul.cancell.
gloſ.9.§.1.num.51.gloſ.53.num.57. Cum in dubio
iudicandum ſit primum à poſteriori priuilegio de-
rogatum non eſſe, Crauet.conſ.21.Ponte.d.conſil.76.
num.2.4.conſ.131.num.41.Tuſc.lit.P.concl.751.nu.
53.Seraph.deciſ.296.n.1. Niſi de eo fiat mentio, c.1.
& ibi Rip.num.48.53.c.plerumq.de reſcrip. c.veniens.
1.de præſcrip.Sacca, conſ.72.n.6. Pute. deciſ.109.lib.
1.Crauet.conſ.126.n.4.Oter.quæſt.12.n.1.p.p.Girond.
de priuileg.n.324. propter præſumptam ipſius Prin-
cipis ignorantiam, l.decurionibus. C.de ſilenc.lib.11.
Iaſ.l.poſtquam liti.n.11.C.de pact. Felin.c.nonnulli.nu.
23.de reſcript.Dec.cap.quæ in eccleſiarum. num.44.de
conſtitut.Pute.deciſ.93.p.3.Ferret.d.conſ.223.Marc-
ſcot.lib.2.reſol.40.num.24. Seraph. deciſ.1293.nu.4.
Menoch.conſ.36.num.22.& lib.6.præſumpt.40.à n.1.
Additque, num.7. ſiue primum priuilegium ſit gene
rale, & ſecundum ſpeciale, Ac inde num.8. ſiue pri-
mum ſit ſpeciale, ſecundum generale, Menoch.conſ.
36.num.48.Sacca, conſ.13.nu.30. Gutier.lib.2.canon.
quæſt.15.n.92. Imo primum priuilegium, nec à ſe-
cundo in dubio reuocatur, Iacob.Gal.conſ.125.num.
8.Crau.conſ.21. Maximè ſi ex cauſa oneroſa in vim
contractus illud ſit, ſiue ius ſit quærendum, ſiue quæ
ſitum, ſiue in re, ſiue ad rem, ex Felin.c.1. de reſcrip.
docuit Ponte, d.conſ.76.num.12. Maior namque re-
quiritur expreſſio in derogando priuilegio, quod
eſt de ſui natura irreuocabile, Seraph.deciſ.296.n.5.
At qui ſecundum priuilegium, ea ex cauſa conceſ-
ſit Rex, vt reparentur Vrbis mœnia, quæ cauſa po-
tius conferendi officia facultatem ampliat, quam
reſtringit: Siquidem poſterioris priuilegij verba
Per Ceſſum, & Deceſſum, demoſtratiua potius ſunt,
29 & per viam exempli. Quæ diſpoſitionem † ad ca-
ſum expreſſum non reſtringunt, cap.1. vbi, Abb.&
alij, Ne cler.vel monach.c.romana.§.ſin autem. & ibi
Gemin.de capell.in 6.c.ſi papa.§.licet.& ibi, Franc. n.
1.de priuileg.in 6.§.hactenus. Inſtit.de gradib.cognat.
l.damni infecti.ad fin.ff.de damn.infect. Corn. conſ.88.
conſil.195.in 3.Dec.conſ.102.num.4.conſ.51.num.2.
Neuiz.conſ.56.num.4.Decian.conſil.2.num.29.conſil.
48.n.18.in 4.Gallin.de verb.ſignif.lib.3.c.12.num.8.
lib.9.c.8.num.10. Viui.deciſ.91.num.12. Maſcard.de
ſtatut.interpr.concluſ.5.nu.19. Schrader.de feud. p.6.
c.num.6.Bero.conſ.92.num.7.in 2.Gabr.conſ.34.num.
5.in 2.Rim.iun.conſ.813.num.83. Maſcard.de probat.
concl.666.nu.32.in 2.Cephal.conſ.356.num.32. in 3.
Imo concludit caſus ſimiles, eandem, vel maiorem
rationem habentes, Bart.d.l.damni infecti. Rim.iun.
conſ.656.n.52.Monald.conſ.96.num.9.in 2. Ex his er-
go verbis, ſtricta non eſt habenda interpretatio, Do-
ctor.l.1.§.quod vulgo.ff.de vi armat.gloſ.clem.1. ver-
bo, præſidentes.de reſcrip. Maſcard.de gener.ſtatut.in-
terpr.concluſ.4.num.206.

Re tamen ipſa, diligenti, accuratoq. ſtudio per-
penſa, contrariam ſententiam, veriorem, eſſe exiſti-
mo. Officia in priuationis nempè caſu, à Meſſana
Vrbe conferri non poſſe, quam ſententiam, vt pro-
bem, & ſequar, multa me mouent.

30 Primo, Iuris eſt, vnum † ab alio priuilegio decla-
rari, Bald.c.auditis.num.4.de præſcrip. Ponte, conſilio
65.n.7.in 2.Alba, conſ.64.nu.36. & pars vna, ab al-
tera.l.vtrum.ff.de pet.hæred.l.quemadmodum. §.hæc.
verba.ff.ad l.aquil. & ibi, Bart. Doct. l.qui filiabus. ff.
de legat.1.Girond.de priuileg.num.331. Bimi. conſilio
212.num.13. Sed primum Meſſanæ priuilegium,
etſi

Digitized by Google

etſi officia quæcunquè, etiam Credenzeriatus, con-
ferendi facultatem contineat, Quouis modo vaca-
uerint: Ex poſteriori tamen, ad duos tantum vaca-
tionis caſus moderatum à Rege fuit, *Per Ceſſum, &*
31 *Deceſſum*, hoc eſt † per renuntiationem, vel mortẽ,
*ex Pute. deciſ. 357. lib. 1. deciſ. 177. lib. 3. Caſſador. de-
ciſ. 3. de renunc. Marta, clauſ. 182. p. p. Cæſar. Argel. de
contradict. legit. quæſt. 15. Pariſ. de reſignat. benef. lib.
2. quæſt. 9. num. 23.* Quinis ergo alter vacationis ca-
ſus à priori priuilegio abrogatus cenſetur, *c. ſuſce-
ptum. de reſcript. in 6.* Nec de vno, ad alium caſum
extenditur priuilegium, *c. ſanè. de priuileg. c. 1. 2. de
filijs presbit. in 6. l. cum patronus. ff. de legat. 2. Bald. c.
eam te. num. 13. de reſcrip. Franc. d. c. ſuſceptum. num.
6. Imol. & Domin. in cap. quamuis. 2. de præbend. in 6.
Abb. c. cum dicat. num. 3. de eccleſ. edific. Valaſc. de-
ciſ. 136. num. 8. latè Mantic. deciſ. 82. nu. 1. deciſ. 163.
num. 3. Suarez, tit. de las ganane. num. 10. Tiraqu. 1. re-
tract. §. 1. gloſ. 14. num. 97. Valenzuel. conſil. 33. num.
271. Canal. deciſ. 33. nu. 17. p. 2.* Ex identitate etiam
rationis, *Butr. d. c. ſanè. Grat. conſ. 130. nu. 2. in 1. Va-
lenzuel. conſ. 33. num. 272. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 8. tit. 12. num. 11. Girond. de priuileg. nu. 304.* Cer-
tiq. iuris eſt caſum à priuilegio omiſſum, pro omiſ-
ſo haberi, *Grat. conſ. 65. nu. 46. vol. 1. Intrigl. de feud.*
32 *art. 36. num. 103.* Vt ad alium † vacationis modum
poteſtas conferendi officia, *Per Ceſſum, vel Deceſ-
ſum*, nec amplietur, *c. ſicut. de verb. ſignif. in 6. gloſ. d.
c. quamuis. 2. & ibi Archid. Pariſ. de reſignat. lib. 8. q.
7. num. 132. Boer. deciſ. 3. num. 2. Borrell. ſumm. deciſ.
tit. 21. num. 90. Garz. de benefic. p. 11. c. 1. num. 8.* In-
ſpiciendusq. ſemper eſt, ad veram ſui interpretatio-
nem, priuilegij tenor, *c. porro. c. recepimus. c. ſanè. c.
cum plantare. ad fin. c. petiſtis. de priuileg. Bald. l. 1. §. ſi
is qui. lect. antiq. ff. de exercit. act. Bota. conſ. 87. à num.
12. Tiraq. l. ſi vnquam. verb. libertis. num. 8. C. de reuoc.
donat. Bimi. conſ. 206. num. 41. Azeued. l. 1. num. 54.
Ex his, *Facto verbo D. Proregi*, prouiſum fuit. *Confirmetur electio à Prorege facta in Paſqualium.* Reiecta illa, quam Senatus fecerat in Gaſparem. Anno MDCIX. vt hactenus Proreges omnes, vſos fuiſſe, in proceſſu conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Fiſci indemnitas idonea fideiuſſione muniri ſolet, quæ ſibi, & Reipublicæ conſultum ſit.*

2 *Ordinarij ſui iudicis iuriſdictionem, nemo ſubditus declinare debet. Declar. num. 15.*

3 *Fugiens ob locum non tutum, vel ob aliam iuſtam cauſam, excuſatur à fuga.*

4 *Fugere non dicitur, qui ad Superiorem accedit, pro iuſtitia aſſequenda, nec pœnam fracti carceris incurrit.*

5 *Appellare eſt, Iter ab inferiore ad Superiorem iudicem arripere.*

6 *Reus, eiuſque fideiuſſor, ad Superiorem fugiens, vt à pœna ſtipulatæ fideiuſſionis, de tuto carcere, liberetur, Quid ſeruare debeat?*

7 *Carceribus emancipatus, grauiter vexari dicitur, & quando.*

8 *Vaſallis vetitum non eſt ad M.R.C. appellare, à quouis grauamine per Baronem illato, etſi merum ipſe habeat, mixtumque imperium.*

9 *Regis eſt, vaſſallos, etiam Baronis, defendere, & num. 22.*

10 *Recurſus ad Superiorem, inferioris iudicis ſuſpendit iuriſdictionem, ne vlterius procedat.*

11 *Recurſus appellationis vim habet, vt ſine alia appellatione, cauſam ſuperior cognoſcat.*

12 *Appellatione prohibita, Recurſus prohibitus non cenſetur.*

13 *Recurſus, inferioris iudicis manus non ligat, ſicut appellatio, donec ſit inhibitum.*

14 *Remiſſoriales literæ à Superiore non requiruntur, ſi nullum fuiſſe illatum grauamen ipſe pronuntiet, ſed poteſt inferior ad cauſam procedere.*

16 *Baroni moderatè vaſallos coercere permittitur, & num. 26.*

17 *Saluaguardia Vaſallo concedenda non eſt, niſi Baro prius, à Superiore ter moneatur, ne in eum ſæuiat. Declar. num. 27. 28. 29.*

18 *Baro in primis cauſis, ratione ſui vtilis dominij, præfertur Superiori Domino, qui directum habet, à quo inhiberi, non poteſt nè ſe intromittat. Declar. num. 30. 31.*

19 *Clauſ.* Citra præiudicium priuilegiorum, cauſa remaneat, *M.R.C. vti non poteſt, vt iuriſdictionem, Baroni conceſſam auocet. Contrar. num. 32.*

20 *Saluaguardia Baronis vaſallo à Prorege concedenda eſt, ex cauſa. num. 23. 25.*

21 *Baro ſua priuatur iuriſdictione, ſi ſubditos inhumaniter grauet.*

24 *Cauſa legitima quæ ſit, vt poſſit Princeps vaſallum à Barone eximere.*

32 Camill. de Curt. diuerſ. feud. p. p. §. poteſt quoque, num. 12.

Digitized by Google

num. 12. fol. 28. *reprobatur.*

33 *Pœna fracta Saluaguardiæ, cui ſit debita Principis, vel Baronis Fiſco.*

ARGVMENTVM.

Diſcedens à Loco pro tuto carcere ſibi dato, ſi facto proteſtationis actu, recto tramite Proregem, iuſta ex cauſa adierit, ſtipulatæ fideiuſſionis pœnam An committet.

Saluaguardia, quibus ex cauſis à Prorege concedenda ſit Baronis Vaſallo? ipſaque Fractæ Saluaguardia pœna, Cuius ſit?

Ad intellect. Rit. 163.

CONSILIVM LXVI.

ANgelus Gambaza homicidij reus delatus in Curia Baronali Terræ S. Filadelfi, cum ob eam cauſam iudicis iuſſu, Fideiuſſionis vnciarum ducentarum obſtrictus fuiſſet de retinendo domum pro carcere; Ad M.R.C. Tribunal fugit. Proinde Baroniſſa actione contra fideiuſſores inſtituta, veluti commiſſa ob rei fugam fideiuſſionis ſtipulatione, eos ad pecuniæ ſolutionem coegit. Angelus interim cum recta via, ſe coram Superiore Iudice, M.R.C. nempè ſtetiſſet: Literas ad Baroniſſam præſcribi poſtulabat, quibus iuberetur exactas pecunias ſuis fideiuſſoribus reſtituere: Tum deinde ſi ob prætenſum crimen ad bannum, vel bonorum deſcriptionem deuentum eſſet, Ea omnia acta cancellari? Ac deniq. Saluæguardiæ literas aduerſus Baroniſſam concedendas eſſe? Ne inhumaniter vexetur amplius: Quæſitum igitur fuit; Num Angeli poſtulata admittenda eſſent? Qua in re, ad Priorem iuris Articulum, negatiuè reſpondendum mihi erat.

Primò, cum reorum ſit fugere, *Doct. l. ſciendum.*
1 *ff. qui ſa'iſd. cogan.* Fiſci † indemnitas idonea fideiuſſione muniri ſolet. *l. 1. C. de locat. prædior. ciuil. li.* 11. qua Reipublicæ conſultum erit, *l. ſi benè. §. 1. ff. de vſur.* ne iudicia reddantur eluſoria, *l. ſi prætor. ff. de iudic. l. fin. ff. ne quid in loc. publ. Hering. de fideiuſſ. cap. 16. num. 25.* Sed ſpreto iudicis præcepto, ſi Superiorem à reo aditi poſſe admittimus, fruſtratorium eſſet primum iudicium, *Caball. crim. reſol. caſ. 42. nu. 2.* Nec licitus eſt recurſus, Si inferior, qui potuit expedire, non fuit requiſitus, immediatus namque Superior tunc contemnitur, *l. litigatores. ff. de arbitr. Rom. conſil. 332. num. 2. Tuſc. lit. R. concluſ. 64. num. 6.* Non enim vaſallus, pro conſequenda iuſtitia, ad Principem debet accedere per ſaltum, *Pute. de Sindicat. rub. de exceſſ. baron. erga ſubdit. gloſ. an baro. nu. 4. Seſſe, de inhibit. cap. 26. num. 11. Scacc. de appellat. quæſt. 7. ſub num. 2.* Mali enim exempli res eſt, permittere, quod carceratus via facti vti poſſit, Si per viam iuſtitiæ poſſet eius indemnitati prouidere. remedio appellationis, vel nullitatis, nec recurſus tūc locum habet, *Caſtr. conſ. 89. in 1. Tuſc. lit. R. concluſ. 64. num. 9.* Non enim Superiorem adire potuit, niſi petito prius, & deciſo grauamine, *Caball. d. caſ. 42. num. 2.* Cumq. fideiuſſor pœnam, ſub conditione promiſerit, *Si diſcederet Reus*, Eaq. promiſſio ſub conditione ſtatim committitur, an condictio verificatur, *Bart. l. ita ſtipulatus. num. 52. ff. de verb. oblig. ex l. quidam cum filium. ff. eod. Pariſ. conſil. 34. num. 32. in 1. Socin. iun. conſil. 23. num. 17. in 2. Marta, deciſ. 234. num. 2.* Regula ergo ſtat pro Fiſco, quod pœna exigi poſſit: Conſtat enim reum diſceſſiſſe. Ferendum ergo non eſt, quod iudicis authoritate detemptus cognoſcat, an benè, vel malè fuerit carceribus mancipatus, & in propria cauſa iudicans, ſeipſum à carceribus vi eximat, ac inde vocatus nullitatem, & iniuſtitiam capturæ alleget, quod ſi impunè permitteretur, omnes carcerati aufugerent, & validitatem carcerationis in diſputationem ponerent, ac ſæpius ipſi obtinerent, quod non ſine maximo iudicum cōtemptu, & iuſtitiæ dedecore ſequeretur, *ex Boer. deciſ. 215. n. 30. 33. Farin. quæſt. 30. num. 130.* Etſi coram Superiore ſe præſentaſſet, *Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. num. 49. Caball. d. caſ. 42. num. 4.*

2 Secundò, Iuriſdictionem ſui iudicis declinare non debet ſubditus, *Hering. de fideiuſſ. c. 23. n. 25.* ad Principem etiam recurrens, ſi iuſta ei non ſit recurſus cauſa, *Farin. quæſt. 30. num. 174. Marta, deciſ. 234. num. 16.* Nec recurritur ad ordinarium, quandiu iudex proprius, & ſuperior adeſt, *Dec. c. nouit. num. 8. de iudic. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 12. num. 124.* Imo carceratio facti, appellationem nec admittit, *Clar. §. fin. quæſt. 46. num. 2. Marta, deciſ. 234. num. 14.* cum iuſta præſumatur, *Farin. quæſt. 30. nu. 143. Macerata. lib. 1. reſol. 102. nu. 10.* & à Iudicis arbitrio pendet, *Menoch. de arbitr. quæſt. 88. à num. 1.* à quo non datur appellatio, *Felin. cap. ſuper his. num. 7. de accuſat. Baldus, conſ. 111. in 5. Farin. quæſt. 27. num. 126. Menoch. de arbitr. quæſt. 70. num. 3. Marta, deciſ. 234. num. 18.* Cum ad rei capturam, leuis ſuſpicio ſatis ſit, *Gloſ. l. ſed etſi. ff. de in ius vocand. Salicet. l. nullus. num. 4. C. de exhib. reis. Marſ. in prax. §. conſtante. num. 5. & ſingul. 93. Clar. §. fin. quæſt. 28. Boſſ. tit. de captur. num. 1. Rolan. conſ. 17. num. 7. in 1. Marta, deciſ. 234. num. 7. Farin. quæſt. 27. num. 115. 126. Macer. lib. 3. reſol. 36. nu. 2.* & atroci in delicto poteſt iudex, nullo etiam probato indictio hominem carcerare, *Bald. l. etſi certarum. ff. ad Syllan. in l. 2. C. de his qui à latronib. Angel. l. apud labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. latè Salicet. d. l. nullus.* etſi diſſentiat, *Honded. conſil. 108. num. 23. in 1.* Sed homicidium, atrox eſt delictum, pro quo mortis pœna irroganda eſt: iuſta ergo fuit carceratio, quam arbitrariam dixit, *Farin. d. num. 126. Macerat. d. nu. 2. Menoch. d. num. 1.* Imo cogebatur id facere, alias litem ſuam feciſſet iudex, illo aufugiente, *Boſſ. tit. de carcerat. num. 13.* etſi culpæ reus non ſit, *Marta, deciſ. 234. num. 9.* Cum ex generali conſuetudine, iudex ex ſola accuſatione contra aliquē propoſita, poſſet illum carcerare. Vel ex ſola inquiſitione particulari contra certam perſonam, *Caſtr. conſ. 328. in 2.* & licet dixerit, *Clar. d. quæſt. 28.* quod ſi delictum eſt graue, iudex tenetur reum carcerare, vt aſſecuraretur de perſona; conſuetudo tamen admiſſit in omni crimine.

Re tamen ipſa diligentius excuſſa contrarium

dixi

di*x*i verius, ex ſolidis hiſce rationibus, & argumen-
tis, Quæ me ſatis, ſuperque mouent.
3 Primò, Si quis metu † Iudicis fugiat, timens ne
ipſe ſæuiat, Aut, quid iniuſtum in eum commit-
tat, exeuſatur à fuga, *l. contra pupillum. ff. de re iudic.*
l. capitalium. §. ad ſtatuas. ff. de pœn. l. milites agrum. §.
deſertorem. ff. de re milit. Bald. l. ſed etſi per prætorem.
§. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Ghirland. de relaxat. car-
cer. tit. de fug. num. 20. Pute. de ſindic. verb. fideiuſſor.
§. ſubiicio ſubtilem. & verb. fuga. §. An Iudex. num. 1.
Bertaz. crim. conſ. 468. num. 6. 7. Caluan. conſ. 12. num.
8. Caball. dict. caſ. 42. num. 3. Boer. deciſ. 215. num. 27.
28. Perez, l. 34. ad fin. tit. 19. lib. 8. ordinam. Gramm.
Vot. 37. & conſ. 66. num. 70. Calephat. conſ. 87. nu. 47.
vol. 1. crim. Guazz. reor. defenſ. 5. c. 4. ſub num. 13. Sac-
ca, conſ. 53. num. 44. Honded. conſil. 94. num. 27. in 2.
Azeued. l. 7. num. 3. tit. 26. lib. 8. recop. ſumi. rit. 68.
num. 1. Valenzuel. conſ. 50. num. 21. Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 265. num. 101. Bertaz. crim. conſil. 560. à num.
1. Fachin. lib. 9. iur. controuerſ. 71. ad fin. Duen. regul.
307. limit. 4. regul. 390. limit. 6. Seruus qui iuſte au-
fugit, non dicitur fugitiuus, *l. quis ſit fugitiuus. ff. 1.*
ff. de edil. edict. Beltrand. conſ. 41. num. 11. in 1. Valen-
zuel. conſ. 50. num. 23. & qui fugit ad Dominum, fu-
gere non dicitur, *Cepoll. d. l. quis ſit fugitiuus. nu. 21.*
Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. num. 46. Honded. conſil. 94.
num. 22. in 2. Farin. quæſt. 30. num. 142. 173. Nec qui
4 † ad Superiorem accedit, vt iuſtitiam aſſequatur,
Pariſ. de Sindic. verb. fuga officialis. c. 2. num. 4. Sac-
ca, conſ. 53. nu. 43. Nec in pœnam fracti carceris in-
cidit, *Hoſtien. Innoc. Abb. num. 19. in c. vt debitus. de*
appell. Iacob. à S. Georg. l. 1. num. 9. C. de ſeru. fugit. Al-
ber. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. Cepoll. d. nu. 21. Pe-
rez, l. 34. ad fin. tit. 19. lib. 8. ordin. Amic. conſ. 7. num.
20. Boer. deciſ. 215. num. 28. Gramm. vot. 39. num. 12.
Duen. reg. 393. lim. 3. Honded. conſ. 94. num. 23. in 2.
Griland. d. tit. de fug. num. 10. 20. Caccialup. de debit.
ſuſpect. quæſt. 1. num. 2. Boſſ. de carcerat. fideiuſſ. num.
46. Azeued. l. 7. num. 3. tit. 26. lib. 8. recop. Maſtrill. de-
ciſ. 295. num. 32. Menoch. de arbitr. ad caſ. 301. num.
7. Marta, deciſ. 234. num. 6. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 820. num. 13. Cum vexationis timore, is fugiſſe
præſumatur, Cuius cauſa eſt inquiſitio, vel accuſa-
tio, quam nemo innocens pati vult, *Bart. l. 1. num.*
1. ff. de bon. eor. & alij à Farinac. quæſt. 30. num. 171. q.
48. num. 27. licet citatus adhuc non fuerit Reus,
Dec. conſ. 283. num. 25. Bertaz. ad crim. Patris, conſil.
133. lit. B. verſ. vltimũ caput. Marſ. ſing. 215. Menoch.
conſ. 283. num. 25. Iuſtumque eſſe inquit, *Farinac. q.*
48. num. 30. Futuræ inquiſitionis timorem, ſi teſtes
recipere incepiſſet iudex, vel proceſſum contra ali-
quem formare, Additque *num. 31.* quod iuſtus erit
timor, ſi poſt comminatam accuſationem, vel in-
quiſitionem, aufugiat reus, licet non dum inſtitu-
ta fuerit, Sed M. R. C. adiuit Gambaza, poſt diu-
turnam carcerationem, quam non ſemel in ſcri-
ptis fuerat proteſtatus, & ob denegatam iuſtitiam,
ergo &c.
5 Secundò, Itineris arreptio ad Superiorem † qui
per querelam adiri poteſt, vim habet appellatio-
nis, ipſumque iter arripientem protegit, *cap. cum*
olim. de dol. & contum. c. cum cauſam. de offic. deleg. c.
audita. de reſtit. ſpoliat. Ioan. Andr. c. dilecti. de appel.
Angel. l. cum quidam. num. 2. ff. de appell. Lapus
leg. 39. num. 5. Lancell. de attent. p. p. c. 11. ampl. 16. à
num. 1. Marta, deciſ. 234. num. 6. Tuſc. lit. I. concl. 366.
num. 3. Rice. deciſ. 153. num. 1. p. p. Adeo vt Reum,
6 † eiuſq. fideiuſſores de tuto carcere retinendo, li-
beratos eſſe dixerit, *Rit. 163. Ioan. de Amic. conſ. 7.*
num. 21. Gram. conſ. 42. num. 18. Fachin. lib. 9. iur. con-
trouerſ. 68. Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. num. 47. Carrer.
in prax. §. tertium eſt indictium. num. 38. Farin. quæſt.
30. num. 172. Guazz. d. c. 4. nu. 16. Maſtrill. deciſ. 295.
num. 33. Vrſil. deciſ. 130. num. 3. Baiard. q. 21. nu. 78.
102. Gabr. conſ. 181. num. 9. vol. 1. Herculan. de cau-
tion. non offend. c. 50. num. 21. Honded. conſ. 94. nu. 12.
in 2. Bertaz. crim. conſ. 560. num. 2. Modò proteſta-
torium, penes Notarium, recedendi actum ipſe fe-
cerit, *l. ſed etſi per prætorem. §. fin. & ibi Bald. ff. ex*
quib. cauſ. maior. Duen. reg. 307. limit. 4. iuſtamque
adeundi Principis cauſam habuerit, *Farinac. q. 30.*
num. 174. Marta, deciſ. 134. num. 16. Quem recta via
ſtatim adierit, *d. l. quis ſit fugitiuus. Anna, ſing. 961.*
Caball. crim. reſol. caſ. 42. ſub num. 4. Guaz. d. c. 4. num.
13. Valenzuel. conſ. 50. num. 22. Nec aliter accipien-
dus eſt, *Rit. 163.* quàm tribus hiſce concurrentibus
(de iure) qualitatibus, At ſi ex interuallo, ad ex-
traneos actus conuerſus, Principem adire vellet,
Tunc ſtipulatæ fideiuſſionis pœnam commiſſam
dicerem, *ex Marta, deciſ. 234. num. 18. Guaz. reor. de-*
fenſ. 5. c. 4. num. 13. Si verò ſine cauſa, vel cum cau-
ſa, ſed iniuſta; vel ſaltim non colorata fideiuſſoris
ſtipulatio tunc committetur, ceſſante enim cauſa
itineris arreptio, pro appellatione non habetur,
Oſaſc. deciſ. 7. ſub num. 5. Ruginell. de appell. in præfact.
num. 45. & licet propriam fracti carceris pœnã non
ſubeat, mitius tamen puniendus eſt, *Farinac. q. 30.*
num. 4. 174. 175. Caball. d. caſ. 42. num. 5. Guazz. reor.
defenſ. 5. c. 4. num. 13. Cauſa ſatis vrgens fuit, iniuſta
ſui carceratio, Ob quam, è publicis carceribus lici-
tè fugam arripere potuit Gambaza, *ex Bart. l. vis*
eius. in princ. C. de probat. Felin. c. 1. col. 4. lim. 4. ad fin.
de conſtit. Socc. l. 1. num. 13. ff. ne quis eum. Alex. l. ſed
ſi eximendi. §. item ſi quis. ff. eod. Natt. conſ. 499. num.
14. Gram. conſ. 51. num. 6. Roland. conſ. 40. num. 16. in
4. Surd. conſ. 182. num. 6. Rimin. Iun. conſ. 125. num. 1.
conſ. 135. num. 9. Clar. §. fin. q. 21. num. 16. & ibi Scho-
liaſt. lit. Q. verſ. declaratur tamen. Honded. conſ. 94. nu.
10. in 2. Farin. q. 30. num. 120. Bertaz. crim. conſ. 35.
num. 32. Matth. Brun. conſ. 61. num. 9. Menoch. de arbi.
caſ. 301. num. 14. Caball. crim. reſol. caſ. 42. num. 1. Fa-
chin. lib. 1. iur. controuerſ. 31. Guazz. reor. defenſ. 5. c.
4. num. 11. 12. 13. Quo in caſu, nec pro confeſſo ha-
betur Reus, nec ad pœnam tenetur de tuto carce-
re, *Pute. de Sindic. §. fuga officialis. c. 2. nu. 4. Grilland.*
de relaxat. carcer. rub. de Fug. carcer. num. 10. Hon-
7 *ded. d. conſ. 94. num. 23.* Cumque † carceribus man-
cipatus per annos duos extiterit Reus, non leuiter
grauatus videtur; Nam ſi non datur ad pœnam,
Carcer, tamen in ſe pœnam dicitur habere, *Caball.*
crim. reſol. caſ. 42. nu. 3. quia mala manſio eſt, *l. item*
apud Labeonem. l. quæſtionis. ff. de iureiur. Tuſc. lit. C.
concluſ. 79. num. 2. Eugen. conſ. 76. nu. 159. & crucia-
tus corporis, *Natt. conſ. 319. Magon. Lucenſ. deciſ. vlt.*
num. 13. Guazz. d. c. 4. num. 11. & ſpecies eſt ſeruitu-
tis, *l. Titio. §. 2. ff. de condict. & demonſtr. l. 1. 2. ff. de*
lib. hom. exhib. Tuſc. d. concluſ. 79. num. 3. Maſcard. de
prob. concluſ. 266. num. 6. Eugen. conſil. 76. num. 160.

Ameſc.

Digitized by Google

Ameſe.de poteſ.in ſe ipſ.lib.1.c.16.num.12. aliaquè incommoda affert carcer, *Franc.deciſ.317.num.4. Caual.de Brach.reg.p.2.num.93.* Ipſaque carceratio grauamen continuum infert, Ob id appellādi tempus nec tranſire dicitur, *Franc. c.ſuper eo.num.4. de appell.Gomez.variar.p.3.delict.c.10.num.10.Baiard. ad Clar.q.46.num.5. Guaz.reor.defenſ.6.c.1.num.13. Guid.Pap.deciſ.236.Tuſc.lit.C. concluſ.90.num.5.* vt de carceris iniuſtitia ſemper excipi poſſit, *Seraph. iuram.priuileg.132.num.9.Farin.q.30.num.68.q.34. num.180.Macerat.lib.3.reſol.29.num.20.Caualc.de Brach.reg.p.2.num.318.* Cui non minus atrox infertur iniuria, quam mortis, *Eugen.conſ.76.num.161.* Imo diuturna carceratio prohibetur: Etenim carceratus aut meretur pœnam, & debet puniri, Aut pœnam non meretur, & debet liberari, *l. fin. C.de cuſtod.reor. Anchar.conſ.253. Tuſc.d.concluſ.79.nu. 8.* non enim carcerari quis debet, ſi puniendus non eſt nec inquirendus, *Bart. l.ſi quis. §.ſi matri. C.vt nem.priuat. Curt.l.vbi. C. de tranſact. Macerat.lib.3. reſol.32.num.1. Clar.§.homicidium. verſ.alia quoque eſt.* ipſique Baroni mero, ac mixto imperio conceſ-
8 ſo, abnegatum † vaſallis non eſt, ne M.R.C. appellationis iure adeant, *Catalan. de indult. c.46. num. 67.68.Franc.deciſ.510.num.14.* Pro quouis à Barone illato grauamine, *Catalan.d.num.67.Franc.deci-*
9 *ſione 529. num.1.* Regis enim † eſt Baronis etiam vaſallos defendere, *Oliban.de fiſc. cap.14.num.118. Marta, clauſ.7. num.11.p.2.* & Oppreſſos quoſcumque *Abb.c.qualiter, & quando. num.8. de iudic.Oliban.de fiſc.c.3.num.28.c.14. à num.100. Seſſe, de inhibit.c.8.§.3.num.60.*

10 Tertio, Ex recurſu † ad Superiorem ſuſpenditur inferioris Iudicis iuriſdictio, *l.2.C.vt lit.penden.Rip. l.2.num.8. C.de eden.Anton.Sola, ad Decret.Saband. tit.de accuſat.gloſ.4.num.4.* vt ſi quid actum interim ſit, nullum cenſeatur, *l.eos.C.de appell.* quæ loquitur de recuſſu, & de iure canonico, probat, *tex.c.licet. ad fin.de elect.Lapus, alleg.39.num.4. Innoc.Abb.& reliqui, in c.vt debitus.num.19.de appell.Ceual.de cognit.per vim, & violen.q.14. num.42.43. Lancell.de attent.p.2.c.19.num.7. Tuſc.lit.I. concl.366.num.3.* Ligatæ enim ſunt Iudicis manus, ne vlterius procederet, *Alex. ad Bart.in l.ſi ſocietatem. §.arbitrorum. verb.ſentētia.ff.pro ſoc.Bald.c.ſancimus. tit.quo temp. miles. Neuiz.conſ.44.num.10. conſ.97.num.24. Maſtrill.deciſ.289.num.11.deciſ.295. num.29. Ceual.d. q.14. num.45.* ſi monitus fuerit iudex, aut pars ne procederet, vel inhibitus ſit, *Franc.c.vt debitus. nu. 33.de appell. Natt.conſ.606.Lancell.d.par.2.cap.12. ampl.11.num.17. c.19.num.30.* & facta poſt euocationem non ſunt nulla, ſi is, à quo euocatur cauſa, euocationem ignoret, cum non fuerit intimatus, *c.eccleſia.2.vt lit.pend. Rebuff.de nomi..at. quæſt.14. num.70.71. Montier.deciſ.43. num.4.* Quo in caſu,
11 poteſt † Superior ſine alia appellatione cauſam cognoſcere, *Gugliel.Bald. & Alex.ad Bart.in l.1.mo. C. de iuriſd.omn.iud. Neuiz. conſ.97. num.23.* Quia recurſus ad Superiorem ſecundum appellationis terminos regulatur, *Bald.c.ſancimus. num.3. quo tempor.miles, inueſt.pet. Marſ. in prax. §.opportunè. num. 65. Azeued.l.4. num.8. tit.9.lib.4. recop. Tuſc. lit.R. concluſ.64.num.5.Menoch.de arbitr.q.7.num.18. Ceual.d.quæſt.14.num.44.* Quod ergo commiſſæ fideiuſſionis prætextu à Barone fuerit exactum, attentatorum iure reſtituendum eſt, deciſo grauamine, *Lancell.d.ampl.11.nu.17.18.* Neque tunc iudicium, & iudicem contempſit reus, *Guazz. d.c.5.num.13.* Iniuſta enim quæuis cauſa excuſat à contemptu, *Gloſ.l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. Farinac. quæſt.30.num.173.* Nec reo culpa, & facto Iudicis aufugiente tenetur fideiuſſor, *ad tex. l.ſancimus. C. de pœn.Boſſ.tit.de caut.fideiuſſ.num.62.Guaz.d.cap.5. num.13. Macerat.lib.3. reſolut.30. num.7.* Præceſſit (inquam) Iudicis culpa, propter ſæuitiam, qua in Reum vſi ipſe, & Baroniſſa fuere, vt conſtat, ergo.

12 Non obſtat primum, Quia recurſus † ad Superiorem, nemini eſt prohibitus, licet prohibita ei ſit appellatio, *Roman.conſ.325.num.14.& ibi Scholiaſt.verb.officij.Ferr.obſer.p.3.c.22.Menoch.de arbi. quæſt.70.num.24.25.Franc.deciſ.148. Farin.q.101. num.105.106.Tuſc.lit.R.concluſ.64.num.1.Sebrad. de feud.p.10.ſect.4.num.148. Cancer.3.reſol.cap.18. num.16.19.* Quia recurſus, regalia eſt, quæ non abdicatur à Rege, *Oliban.de fiſc. c.3.num.40. c.14.nu. 6.114.* Imo ijs in caſibus, quibus recurſum à ſe abdicare permittitur, nec in totum à ſe abdicare poſſet, *Oliban.de fiſc.c.11. num.50.* Cum nec ius ſuperioritatis à Principe abdicatum cenſeatur, *Bald.l.ſi. num.4.C.de iuriſd.omn.iud.Ponte, de poteſt.proreg.tit. 2.de abund. ciuit. §.1. num.16. Natt. conſ.487. num. 12.Menoch. conſ.1156.num.36.* Inferioris ergo Iudicis iudicium non redditur eluſorium, Quia ſi
13 † ea in cauſa, ad Superiorem recurrit Reus, cuius prohibita fuit appellatio, Iudicis, *A quo*, manus non ſunt ligatę in ſuam ſententiam exequendo, donec ſit inhibitus, *Abb.c.paſtoralis.num.9.15.de appell.Marant.tit.de appell.num.118.Cancer.d.c.18 nu. 17.18.19.Farin. q.101.num.105.106.109. Ludouiſ.*
14 *Rot.deciſ.435.num.3.* & vbi † pronuntiauerit ſuperior nullum fuiſſe grauamen, nec literæ requiruntur remiſſoriales, ſed ſtatim prior Iudex vlterius procedet, *Franc.c.vt debitus.num.37.de appell.Gail.lib. 1.reſol.121.num.4.5.*

Non obſtat ſecundum, Quia ordinarium ſuum
15 † Iudicem nō ex contemptu præterijt, nec vt eius iuriſdictioni præiudicet, ſed iure ſuo vſus Principē adijt, latè, *Hering. de fideiuſ.c.23.num.25.* à quo in inferiorem iuriſdictio prouenit, *l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſc.& cler.l.pactum.ff.de pact.l.ſi index. ff.de minor. Gail.lib.1. obſer.1.num.29.obſer.40.& lib.2.de pac.public.c.2. num.25. Sehrader.de feud.p. 10.ſect.1.num.137.* & cum recto (vt aiunt) tramite ad M.R.C. venerit, non tenetur de fuga, *Valenzuel. conſ.59.num.22.* nec fugitiuus dicitur, *Galuan.conſ. 12.num.8.* At ſi poſt temporis interuallum, fideiuſſionis pœnam commiſſam dicerem, & maximè ſi ea iam exacta, ſe exhibuiſſet, *Marta, deciſ.234.num. 18.* Cum nec aliter, quam oppreſſionis prætextu, cauſa ad Principem ex recurſu auocetur, *Oliban.de fiſc.c.3.nu.35.* eſt enim recurſus, refugium oppreſſorum, via iudicum errantium, *ad tex.l.ſi quis in ea culpa.* ibi, *Vt Judicibus immodicè ſæuientibus, freni quædam temperies adhibita videatur. C. de cuſt.reor. Bart.l.fin.num.7.ff.de appell.recip.Oliban.de fiſc. cap. 4.num.116.* Hoc enim auxilium ſibi Princeps reſeruauit, vt ex quacumque prouintiæ ſuę parte oppreſſo-

Digitized by Google

preſſorum cauſas ad ſe anocaret, & opprimentes reprimeret, Rebuff. in Proem. conſtit. Gall. gloſ. 5. num. 48. 49.

Reſpon. II. Licet Baronũ merum Princeps conceſſerit imperium, ſub eo tamen priuilegio regaliæ non continentur, c. per tranſlationem. de off. deleg. Siebard. l. quoties. num. 9. C. famil. hæreiſc. Afflict. deciſ. 122. num. 3. Boer. deciſ. 50. num. 13. Myſing. conſil. 39. num. 6. 7. Veſembec. conſ. 32. num. 11. conſ. 45. nu. 37. conſil. 92. num. 13. Roland. conſ. 1. num. 103. in 3. Oliban. de fiſc. c. 6. Ponte. deciſ. 2. num. 21. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. num. 76. 80. Anna alleg. 52. num. 48. 49. Frec. de ſubfeud. lib. 3. §. ſecunda formula. num. 26. 28. Imo exceptæ ſemper illæ cenſentur, maximè in criminalibus, in quibus Princeps ex officio eius nobili tenetur procedere, iuſtitiam facere, Terram purgare maleficijs, l. 3. l. congruit. ff. de offic. præſid. propter generalem, quam habet iuriſdictionem à ſe non ſeparabilem: reſeruata namque ſemper eſt Superioris authoritas, Ponte, d. §. 1. num. 21. Vt licet meri imperij exercitium in animaduerſione conſiſtens contra facinoroſos, affligentes, opprimentes, Baronibus fuerit conceſſum, Princeps tamen manum apponendo, ſi de huiuſmodi criminibus, velit ipſe cognoſcere ex alicuius cauſæ qualitate, quæ regias prærogatiuas reſpiciat, & alta Principis iura; recuperat ipſe à Baronibus, illa in cauſa, meri imperij exercitium, eorumque manus ligat, ne poſſint illam cognoſcere, niſi regaliam, & Principis proceſſum adiuuando, Oliban. de fiſc. c. 14. num. 119. cum propter iniuſtitias ad ſuum principium reuertatur ipſa iuriſdictio, Cual. de cognit. per vim & violen. in Proem. c. 4. num. 16. Hæc ad primum.

Artic. Secundus. Ex propoſita facti ſpecie diſcutienda illa eſt dubitatio, An aduerſus Baroniſſam iniuſtè eum Reo agẽtem Saluaguardia à Prorege concedenda ſit. Cuius diſputationis diffinitio ab his pendet (vt mox conſtabit) quæ nuper excuſſimus, Quam opinor, poſſe ita commodius terminari.

Cum ex publicorum actorum fide ſatis conſtet, Angelum Gambaza, non modò in iſta (quam hactenus diſſeruimus) cauſa: Sed & in pleriſq; alijs ante actis à Baroniſſa grauatum, vexatumque ſe fuiſſe dixerit, meritò Saluaguardiæ reſcriptum à Prorege ſibi decernẽdum petit, Quo nimirum diſtinctè Baroniſſa Terræ S. Filadelphi, eiuſque Curia Baronalis, & Officiales omnes, Angeli cauſis ſe in poſterum ingerere prohiberentur, Sed quæcumq; in eum quæſtiones proponerentur, Proregi, omnino & M.R.C. reſeruatæ cenſeantur. Quæſitum igitur fuit; Num Saluaguardiæ literæ concedendæ ei ſint? Dubium oritur ex his.

16 Primò, Moderata vaſalli † coertio Baroni permittitur, Afflict. conſtit. vt dignitatum. num. 5. rubr. 32. lib. 3. Carrer. prax. §. circa. num. 72. & cum cauſa, Paſqual. de virib. patr. poteſt. p. 3. cap. 4. num. 34. Sunt enim non minus, quam filij à patre tractandi, l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtamen. l. fin. ad fin. C. de debit. ciuit. lib. 11. Crauet. conſ. 314. nu. 2. 3. Natt. conſ. 445. num. 6. Lancell. Gall. conſil. 46. num. 20. Capiblanc. de Baron. pragm. 3. num. 50. ac diligendi potius, quam ſeruituti ſupponendi, Lancellot. Gall. conſilio 46. num. 23.

17 Secundò, Saluaguardia † Baronis ſubdito concedenda non eſt, niſi ter à ſuperiore monitus fuerit Baro, ne in eum ſæuiret amplius, Roland. conſil. 18. num. 29. in 3. conſ. 40. nu. 29. in 4. Boer. deciſ. 304. Paſqual. d. c. 4. num. 36. Cum Princeps contra vaſallos, Subditis ipſius vaſalli Saluaguardiam concedere non ſoleat, Pappon. lib. 13. tit. 2. arreſt. 5. Tepat. lib. 1. variar. tit. de Saluaguard. col. 2.

18 Tertiò, ſuperior, conceſſo feudo, in cauſis † ſubditorum ſe immiſcere non debet, cum iura vtilia ad Baronem pertineant, Bald. l. 1. quæſt. 43. ff. de rer. diuiſ. Abb. c. ex tranſmiſſa. not. 4. de for. compet. Peregrin. Tract. var. lib. 1. de iuriſdict. num. 15. 16. conſ. 3. num. 6. in 4. & de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 88. Anton. Sola, ad Decret. Sabaud. tit. de guard. gloſ. 3. num. 10. Roland. conſ. 42. num. 16. conſ. 48. num. 27. in 2. conſil. 75. num. 15. in 3. Natt. conſ. 659. Capiblan. de Baron. pragm. 8. num. 77. Pancirol. conſ. 181. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 11. num. 3. 4. Manent. conſ. 108. nu. 4. Ruginell. pract. q. 46. num. 10. 18. Nec poteſt ſuperior inhibere inferiorem, Quin ſua vtatur iuriſdictione, Bald. l. 1. quæſt. 13. ff. de off. conſul. Capiblanc. d. pragm. 3. num. 132. pragmat. 6. num. 94 Sola, d. gloſ. 3. num. 11. aut cum voto talis procedat, Cancer. 3. reſol. c. 13. num. 308. Surd. conſ. 210. num. 3. Natt. conſil. 408. Niſi grauaminis iure, cauſa ad eum deuolueretur, Capiblan. d. pragm. 8. num. 81. aut alio iuris remedio, l. 4. ff. de accuſat. Anton. Sola, d. num. 11. Etſi iuriſdictionem ipſe habeat ad nutum ſuperioris l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. Sed Baroniſſa vtile ſuæ Baroniæ habet dominium, ex c. 1. vbi Gloſ. & Bald. de controuerſ. inueſt. Abb. c. ſi diligenti. de præſcript. Anton. Sola, d. num. 11. in cuius bonis ſunt feuda, Gloſ. & Bald. c. 1. per quos fiat inueſt. in ſuæ ergo iuriſdictionis exercitio præferri debet habenti directum feudi dominium, Bald. c. 1. §. ſimiliter. de leg. Corrad. ex l. à procuratore. ff. de procur. Sola, d. nu. 11. Cartar. deciſ. 68. num. 28. Capiblanc. d. pragm. 8. num. 82. Natt. conſ. 408. Non enim ſuo mero, & mixto imperio, à Principe diſueſtiri poteſt Baro, Iaſ. conſ. 57. in 3. Nec iuriſdictio in primis cauſis auocari, Camill. de Curte. in diuer. feud. p. p. §. poteſt quoque nu. 12. fol. 28. Capiblan. d. pragm. 3. num. 138. aut actum aliquem exercere, Lanar. conſ. 53. num. 5. Peregr. d. tit. de iuriſd. num. 16. Quod eueniet, ſi ſubditi in Baronis territorio delinquentes ſubtraherentur, ex Angel. l. vtinam. ff. de ſepulc. viol. Vi. alin. de clauſul. verb. Nil noui ſecurit. penden. num. 15. Maſtrill. deciſ.
19 263. num. 8. Proinde aduerſus Baronem † vaſalli cauſam ad forum ſuum remitti petentem, prætextu iuriſdictionis ex Regis priuilegio adeptæ, ſententiam proferri non poſſe notat Camill. de Curte. d. §. poteſt quoque num. 12. coaddita etiam clauſula, Quod citra præiudicium priuilegiorum, cauſa pro iſta vice remaneat in M. R. C. Hoc enim colore cauſæ omnes à Barone auocarentur; Priuatiua licet ſit eius iuriſdictio, quæ cum ex cauſa oneroſa à Rege fuerit conceſſa, irreuocabilis dicenda potius eſſet, ex Bald. l. 1. quæſt. 43. ff. de rerum diuiſ. Curt. Iun. conſil. 3. Siluan. conſ. 64. Gramm. deciſ. 30. num. 10. 11. Oſaſc. deciſ. 34. num. 8. Cancer, 3. reſolut. cap. 13. num. 159. Roland. conſil. 48. volum. 2. Pancirol. conſ. 185. Petra, de Princip. poteſt. cap. 22. num. 2. 3. Menoch. conſil. 1156. num. 38.

Cæte-

Digitized by Google

20 Cæterum Saluæguardiæ † literas à Prorege con-
cedendas cenſui: Ne contra Angelum, eiuſque bo-
na amplius Baroniſſa procederet, *Perez.l.34.ad fi.
tit.19.lib.8.Ordin. Azeued.l.7. num.3.ti.26. lib.8.*
Quia timeri magis ſolent, quæ à ſuperiore ſpecia-
tim conceduntur, *l.ſi aduerſus.C.de hæret.l.item apud
Labeonem. §.hoc edictum.ff.de iniur. Natt.conſil.237.
Anton.Sola, ad Decret.Sabaud.tit.de guard.gloſ.1.nu.*
13. Eiſque maior debita eſt reuerentia, in honorem
ſuperioris protegentis, *Iaſ.conſ.57.in 3.ex c.recepi-
mus. & ibi, gloſ. de priuileg.* illa eſt enim omnium
opinio, vt expoſitis eius incommodis, quibus à
Barone quis vexatur, poſſit Prorex vaſallum ab
eius iuriſdictione eximere, *Auend.de mand.reg.p.p.
c.11.num.3.Caualc.de Brach.reg.p.2. num.268.272.
Ponte, de poteſt.proreg.tit.10. de diuerſ.prouiſ.rub. de
inſign.& arm.num.13.Tuſc.lit.I.concl.421.num.4.* &
ſub alio Iudice collocare, *l.1.C.de comit. & archiat.
ſacr.palat.lib.12.l.officium. C.de off.proconſ. Gugliel.
Bened.c. Raynutius. verb.condidit.num.46.de teſtam.
Iaſ.auth.qui rem.C.de ſacroſ.eccleſ.Gram. conſ.10.de-
ciſ.104.Caſſador.deciſ.6.num.4.de priuileg.Curt.Iun.
conſil.137.num.4.conſil.174.num.39.Boer. deciſ.34.
num.7. deciſ.275.num.3. Catalan. de indult.cap.46.
num.69.Marta, clauſ.7.num.11.p.2.Paſqual. de vi-
rib.patr.poteſt.c.4.num.38.Cancer, 2.reſol.c.2. de iu-
riſd.num.166.Peregr.conſ.3.num.15.in 5.Lanar.con-
ſil.5. num.13.* Sicut concedi etiam à Principe con-
ſueuit, Saluaguardia litiganti cum Barone, *ex
Petr. Greg. de conceſſ. feud. par. 8. quæſt. 16. num.6.
Maſtrill. deciſ. 263. num.7. de magiſtrat. lib. 5. cap.
6.num.210.*

21 Secundò, Si iuriſdictione † priuari poteſt Baro,
qui ea abutitur; ſubditum inhumaniter, aut minus
iuſtè grauans, *Bald.& alij, c. Federicus. §.quicumque
de pac. tenend. Innoc. Ioan. Andr.& Franc. in c.2. de
re iud.in 6.Petr.Iacob.in libel.quo agit.ad reuoc.feud.
gloſ.nec ſuperſtitibus.cauſ.29. Afflict.deciſ.265.num.
11.Camill.de Curte.diuerſ.feud.p.p.§.licet autem. nu.
46.* vel illam in eius damnum ſuſpendere poteſt ſu-
perior, donec viuet Baro, *Bald. l.ſi dominus. §.1.
ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* optimè *Roſentall.
de feud.cap.10.concluſ.33. num.55. Crauet.conſ.109.
num.6.Gram. deciſ.104.Roland. conſ.18.num.19. in
3.conſ.40.in 4.Vaſques, illuſtr.controuerſ.lib.1.cap.8.
num.17.Gail.lib.1.obſer.17.num.5.Cancer. d.c.2.nu.
167.& 3.reſol.c.3.num.89.Ponte, deciſ.16.num.34.
Peregr.tract.var lib.1.num.139.conſil.3.num.15.in
5.Bertaz.crim.conſ.281.num.6.Vin.deciſ.447. Paſ-
qual.d.c.4.num.35.Tuſc.lit.I. concluſ.421.nu.4. Pe-
guer.deciſ.36. num.10.* Subdito etiam tacente, *Bor-
rell.de Reg.præſtan.c.62.num.110.111.* Facilius er-
go Saluaguardiam illi concedere poteſt, cum dixe-
rit, *Guid.Pap.deciſ.62.* Superior poteſt grauatum à
grauantis iuriſdictione eximere, *Capiblan.de Baron.
pragm.3.num.52.Camill.de Curte, d.§.licet autem.nu.
45.Tuſc.lit.I.concl.521.num.4.Roſentall. d.concl.33.
nu.70.* ſic iudex ſeuerus à iudicandi munere repel-
litur, & Dominus à dominio ſerui, *Bart.l.1.ad fin.
Bald.l.ſi dominus. §.1. ff.de his qui ſunt ſui, vel alien.
iur.§.fin.inſtit.eod.Ponte, deciſ.16.num.33.* Sic Filius
à ſæuientis patris ſui poteſtate liberatur, *d.l.1.§.in-
ſpiciamus.Rom.conſ.37.Tuſc.lit.E.concluſ.554.nu.7.*
Intereſt ſuperioris, ne auxilium contra ſæuitiam,
aut iniuriam denegetur ijs, qui iuſta deprecantur.
*l.2. §.dominorum. ff.de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.
Borrell.d.c.62. num.108.* intereſt quoque reipubli-
cæ, ne quis re ſua malè vtatur, *§.ſed maior.Inſtit.de
22 ijs qui ſunt ſui, vel alien.iur.* Ad Principem † ſpectat
oppreſſos releuare, *c.ad Romanam eccleſiam. 2.q.6.
conſtit.eum, circa.rub.71.lib.1.Oliban.de fiſc.cap.14.
num.103. Ceual. de cognit.per violen. gloſ.5. num.33.
34.Burſ.conſ.397.ſub num.19.Borrell.de reg.præſtan.
c.62.num.117.* & ex officio, *Oliban.de fiſc.c.3.num.
46.c.11. num.49.* Ipſe enim ſubditorum protector
eſt, *Bart.num.7.Cagnol.num.20.in proœm. digeſt. An-
ton.Sola, ad Decret. Sabaud.tit. de guard.gloſ.1.nu.2.*
& Pater, *Ceual.de cognit. per violen. gloſ.5. num.32.
Collant. de re frument.lib.1.c.13.num.2.* ſiue media-
ti, vel immediati eius ſint ſubditi, *Sola, d. gloſ.1.
num.5.*

23 Tertiò, Saluaguardiam non aliter, † quam iuſta
ex cauſa concedendam dixit, *Petr. Iacob. in prax.
tit.de condict.ex cauſ.Iaſ.conſ.57.in 3. Anton.Sola, d.
tit.de guard.gloſ.2.num.6.Neuiz.conſ.83. nu.5.* Ipſe-
que Princeps circumſpectus eſſe debet, *Rom. conſ.
30.* Nec facilis ad illam concedendam, *Franc.deciſ.
256. ad fin.* aliàs de facili reuocari deberet, *Caualc.
de Brach.reg.p.2.num.281.Maſtrill.de magiſtrat.lib.
5.c.6.num.214.& deciſ.263. num.16.* Eaque legiti-
24 ma eſt, † quæ ex inimicitia oritur, *Salic.l.denun-
tiamus. C. de his qui ad eccleſ.confug. Sola, d.num.6.*
Vel ſi iuſta ex cauſa in perſona offendi timeat, *l.ſan-
cimus.C.de ſacroſ.eccleſ.l.æquiſſimum. l.capitalium. ff.
de pœn.l.diffamari.C.de ingen.& manumiſ.Bart.l.illi-
citas.§.ne potentiores.ff.de offic.præſid.Cyn.& Fab.d.
l.denuntiamus.Boer deciſ.168.num.13.deciſ.297.ſub
num.8.Guid.Pap.deciſ.56.deciſ.418. Auend. d.c.11.
num.3. Sola, d.gloſ.2.num.4. Muta, deciſ.29.num.9.*
Vel damnum in rebus dari, *l.eorum. ff.de damn. in-
fect. Auend.d.num.3. Sola, d.num.4.* licet is qui eam
peteret, timendi cauſam dediſſet, *Bart.l.qui bona.§.
ſi quis iuſta.& ibi, Alex.ff.de damn.infect. Felin.rub.
de treug.& pac.num.10. Aufrer.ad Capell. Tholoſ.de-
ciſ.490.Clar.§.fin.q.42.Sola, d.num.4.* ad quam ob-
tinendam, timoris etiam cauſa eſt exprimenda, *Fa-
ber.§.poſtquam.inſtit.de fiduc. hæred. Aufrer. d.de-
ciſ.490.Sola, dict.num.4.* Nec vanus timor ſatis eſt,
Franc.deciſ.259.num.6.Maſtrill.deciſ.263. num.21.
Poſſet tamen expediri Saluaguardia, moleſtia non
illata, *Franc. deciſ.254. Ricc. collect.275. Molin. de
primog.lib.1.c.15.num.11.c.16.num.21.22.* ductus,
tex.l.3.C.qui bon.ceder.poſſ. vbi notat, *Bald.* quod il-
le, qui ex facto alterius, timet grauari, poterit ante
factum, Iudicis officium implorare, vt inhibeat ne
id fiet, *Molin. d. cap.15. num.11.* Proinde vaſallum
25 † à Baronis ſui iuriſdictione ſine cauſa eximere nõ
poteſt Princeps, *ex Alex.& Vin.* ſcripſit, *Capiblan.
de Baron.pragm.8.num.81.* Imo iniuſtam à Baronis
ſui iuriſdictione, Subditorum exemptionem Prin-
ceps reijcere debet, *§.ſit tibi quoque. Auth.de mand.
Princip.& §.ſi quis vero. Auth.vt differ.Iudic. Rom.
conſ.30.* Quia regulariter præſumptio eſt pro Ba-
rone, cum ſit Officialis, *c.in præſentia. de renunt.c.
ſicut nobis.de re iudic.l.cum precibus. C.de prob.Bald.
l.errore. C.de teſtam. Specul. tit.de inſtrum. edict.§.7.
Gail.lib.1.obſeruat.17.num.6.Muta, deciſ.63.num.6.
Maſtrill.deciſ.263.num.13.*

Non

Digitized by Google

26 Non obſtat primum. Quia † ſatis conſtat exceſſiuam fuiſſe coertionem, nec ita coercendi cauſam habuit Baroniſſa: Meritò ad Principem potuit ipſe confugere, Cuius eſt Saluaguardiam concedere, *Menoch. de arbitr. caſ.338. num.3. Tepat.lib.1.Var. tit.de Saluag.col.2.Petra de princ.poteſt.cap.15.num. 89.90.Caual.de Brach.reg.p.2.num.*268.272. Quæ, cauſæ etiam cognitione adhibita concedenda erit, cum ſupplicanti reſpondeat Prorex, M. R. C. prouideat auditis partibus, *Nenizan. conſil.* 83. *num. duodecimo, Menoch. de arbitr. caſ.*338. *num. octauo, Maſtrill.deciſ.*263.*num.*20. Sed poteſt, omiſſa partis citatione concedi, *Menoch.d.num.*8. quia illa (*addit num.9.*) nemini nocet, & tunc clauſulam inquit, *Menoch. num.* 10. continere debet iuſtificatiuam, comprobat *Caualc. d.par.2.num.282. Maſtrill.deciſ. 263.num.19.*

27 Non obſtat ſecundum, Quia ſatis † eſt monitio, quam Regni conſtitutiones præmittunt, cum ſint omnibus notæ, *l.ſacratiſſimæ. C.de legib. Bald.rub.de conceſſ.recti feud.* nullam ergo requiri monitionem voluit, *Foller.in conſtit.Præſenti.num.*15. *Paſqual.de virib.patr.poteſt.p.3.c.4.num.37.*

28 Reſpon. II. Monitionem † tunc requiri, vbi Baro deliquerit in omittendo; Ac ſi in committendo, ſecus, *Innoc.c.extirpandæ.de præben.Natt.conſ.174. num.12.Peregr.conſ.3.num.14. in 5. Paſqual. d.c.4. num.*38. Cumque ex commiſſis in Angelum ſæuitijs, eius inimica effecta fuerit Baroniſſa, ab eius iuriſdictione eximendus eſt reus, *l.1.C.ſi quacum.prædit.poteſ.l.prætor dixit.§.præterea.ibi, nec patietur.ff. de iniur. Afflict.conſtit.iuriſgentium.d num.1.rub.15. lib.1.* Iuris eſt inimicum Iudicem eſſe non poſſe, *Innoc.c.cum inter. de re iudic.Franc.c.poſtremo. num. 20.de appell. Caſtr. conſ.313. in 1. Anfrer.de recuſat. num.4.Capic.deciſ.138.num.32.Milan.deciſ.16.num. 5.lib.1.Tuſc.lit.I. concluſ.421.num.5. Maſtrill. deciſ. 263.num.2. Roland.conſ.16. num.4. in 2.Viui. deciſ. 363.num.3.Gail. lib.1. obſer.33.num.9. Scacc.de appell.quæſt.17. lim.47.memb.1.num.18. Maſcard.de probat. concl.952.num.16. Craſſ. except.24. num.28. 29.Morla, in empor.tit.2.de iuriſdict.in præmiſſ. num. 200.Ponte, deciſ.30.à n.1. Ambr.deciſ. 50.n.49.50.*

29. Reſpon. III. Id procedere † ſi de omni feudi ipſius priuatione agatur, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud. p.8.q.16.num.1.2.Petra,de Princ.poteſt.cap.8.num. 74.75.Roland.conſ.18.num.20.in 3.conſ.40.in 4.Peregr.conſ.3.num.15.in 5.Gramm.deciſ.104.Paſqual. d.num.38.Menoch.conſ.2.num.196.Capiblanc.de Baron.pragm.3.num.53.Roſentall.de feud. c.10. concluſ. 33.num.55.74.75. Frecc.de ſubfeud.lib.2. author.8.* At ſi de eximendo vnum, vel duos, à ſæuientis Baronis iuriſdictione, ſit quæſtio, nulla tunc requiritur monitio.

30 Non obſtat tertium, Quia licet † Princeps in terra Baronis, qui merum, mixtumque habeat imperium, iuriſdictionem aliquam exercere non poſſit; Iuſtitiæ tamen defectu, illa vti permittitur, *c.irrefragabili.de offi.ordin.c.cæterum. de iudic.c.dudum. de præben.in 6.Doct. c.paſtoralis. de offic. ordin.c.Romana.eod.tit.in 6. l.iudicium ſoluitur. ff.de iudic. Alber.Brun.conſ.169.in 2. Gram. deciſ.30.num.11. Cabed.deciſ.85.p.2. Natt.conſ.408. Parlador.lib.2. rer. quotid.c.1.num.26.Cancer.3.reſol. c.13. nu.155. Peregr.tract.var.lib.1.de iuriſd. num.17.* Cartar. *deciſ. 68.num.26.* Etenim ſi Baroni omnimodam alicuius loci conceſſerit iuriſdictionem, poteſt tamen vnum ex vaſſallis ab eius iuriſdictione eximere, nec ſuæ conceſſioni (ex hoc) præiudicaſſe cenſetur, *ex l.neminem. cum ibi, not. C.de re milit.lib.12. Cancer. 3.reſol.c.3.num.318.*

31 Reſpon. II. Baronem ſua † iuriſdictione diſueſtire non poteſt Princeps, cuius Saluaguardia, nec inferioris Domini iuriſdictionem penitus remouet, *Faber.deciſ.5.C.de iuriſd.omn.iudic. Ricc. collect. 275.* Sed eam limitat, reſtringit, vt debet, *d.l.iudicium. ſoluitur.Bart.conſ.187.num.4.Foller.de cenſib. gloſ.& ſummiſſione. num.19.Cancer.3. reſol.c.13.nu. 277.Peregr.de fideicomm.artic.23.n.19.Capiblanc. de Baron.prag.8.num.87.Rim.Iun.conſ.551.num.52. Ramirez,de Leg.reg.§.30.num.54.§.36.num.23.27.* Poteſt enim ordinarium ſuum vetare, ne in aliqua cauſa procedat, *§.& iudicare.de defenſor.ciuit. l.iudicium ſoluitur. ff.de iudic. c.veſtrum. de appell. Cancer.3.reſol.cap.13.num.275.* Cauendum ergo nobis eſt, à *Camill.de Curt.d.§.poteſt quoque.nu.12.* Quem merito increpat, *Marta, clauſ.7.p.2.* Cum (*citra priuilegiorum præiudicium*) remanere coram Principe poſſit cauſa (ſi quid iniuſtum ab inferiore actum, ſuſpicaretur) abdicatiua eius iuriſdictione non obſtante, & hoc iure vtimur.

32 Cæterum, frangi, † vel non obſeruari Saluaguardia à Barone ex multis poteſt, quæ *Auendan.* recenſet *d.c.11.num.4.5.* ipſaque fractæ Saluaguardię cauſa tota ad Regē deuoluitur, vt ipſe cognoſcat, *Caſſan.in conſuet.Burgun.rubr.1.in princ. verſ.ſecundus eſt. Auend.d.num.4.* Pœna autem cui ſit applicanda, tradit *Iaſ.conſ.57. in 3. Surd.conſil.152.num. 14.Teſſaur.deciſ.132. Ricc. collect.275.Tepat.lib.1. Variar.tit.de Saluaguard.colum.2.* etſi à *Iaſ. & Surd.* diſſentiat, *Muta, deciſ.29. num. 9.* immemor, *Teſſaur.deciſ.132.*

Ex his, pronuntiauit M. R. C. facto prius verbo, *Fuiſſe illatum grauamen, & procedatur in cauſa, coram* M.R.C. *& pecuniæ, pro ſtipulata fideiuſſionis pœna, exactæ reſtituantur.* Demum ſuper alio eiuſdem Angeli Gambaza incartamento, dixit M. R.C. *Fiant literæ Saluaguardiæ.* Fuitque ſic exequutum Anno MDXCII.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus non litigat ſine poſſeſſione in ijs, quæ ex confiſcatione, aut aliter quomodocumque ad eum deuenient.*
Declar.num.19.20.22.

2 *Fiſcus regulariter procedit captis pignoribus, & manu plena.*
Declar.num.24.25.27.28.

3 *Reſtitutorium iudicium ceſſat, ſi iuſta ex cauſa, poſſeſſione, quis priuatur.*

4 *Banniti bona, quatrimeſtri elapſo, iuſta ex cauſa Fiſco ſunt acquiſita.*

5 *Reſtitutorium iuris remedium contra eum non competit, Qui propria, aut Principis authoritate, Alterius poſſeſſionem ingreditur; cum poſſit, & abſque violentia.*
Declar.num.30.31.32.33.

6 *Bannum Secularis Iudicis contra clericum, nullum eſt*

eſt ipſo iure, etſi tamquam laicus, Bannitus ſit.

7 *Iuriſdictione contra clericum, vti ſecularis Iudex, iure diuino prohibetur, atroci etiam in crimine.*

8 *Bannum, vt ſit validum, legitima requiritur Rei citatio, in domo ſal im eius ſolitæ habitationis, non per publicum proclama.*

9 *Contumax quis dicitur, ſi legitima præceſſit citatio, vel in perſona, vel ad domum eius ſolitæ habitationis.*

10 *Habitatio ſolita, quæ dicatur?*

11 Decian.conſ.18.num.94. lib.1. *reijcitur.*

12 *Directus feudatarium iudiciario ordine non ſeruato expellere non debet.*

13 *Fiſcus lite pendente inter eum, & priuatum, rem litigioſam in manus ſuas trahere, & priuatum ſua poſſeſſione diſueſtire, quando poſſit?*

14 *Fiſcus vtitur iure priuati, in ijs, pro quibus ſpeciatim ſe priuilegiatum non oſtendit.*

15 *Fiſcus non poteſt de facto poſſeſſionem apprehendere, quæ ab alio eſt occupata.*

16 *Fiſco, reuocatarijs actionibus, contra poſſeſſorem agendum eſt.*

17 *Sequeſtranda à fiſco non eſt, Alterius poſſeſſio.*

18 *Confiſcatis bonis, dominium tranſit in Fiſcum, non poſſeſſio; Proinde reiuendicatio ſibi competit.*

21 *Confiſcatio bonorum, ſi viuo delinquente fieri potuit, & facta non ſit, Eo mortuo fieri non poteſt.*

23 *Conſuetudo, de loco ad locum, non extenditur ex identitate, etiam rationis.*

26 *Priuilegium de caſu ad caſum ob identitatis rationem non extenditur.*

29 *Clericus, nec tacitè, nec expreſsè, in iudicem laicum conſentire poteſt.*

ARGVMENTVM.

Princeps, & eius Fiſcus non litigant ſine poſſeſſione, & quando?

Clericus (tanquam Laicus) publico proclamate citatus, & in ſui contumaciam bannitus, ſi confiſcatis bonis eius omnibus capiatur, An bannum nullum eſſe allegare poſſit? vt reſtituenda etiam ei ſint bona ad Fiſcum iam peruenta.

Ad intellect. Pragm. 5. tit. 12. p. p.

CONSILIVM LXVII.

MAtthæus Sillutius homicidij reus, à Magiſtratu Ciuitat. Palazzioli citatus, & in ſui contumaciam, Die 15. Octobris, 1608. bannitus, à Capitaneo Ferulæ die 21. Nouembris, 1608. fuit captus: Cumque carceratus, ſe Clericum oſtenderit, Terræ eiuſdem Vicario fuit remiſſus, & ab eo ad Syracuſarum Epiſcopum tranſmiſſus, à Quo ſub redeundi fideiuſſione fuit excarceratus. Inde à banniente Palazzioli Magiſtratu, iterum pro eodem banno carceribus fuit Matthæus emancipatus, Quo demum purgato Die 3. Februarij, 1610. cancellata Iudicis iuſſu fuit banni ſententia. Sed eo ſub prætextu, quod intra menſes quatuor, à die banni, in Curia banniente nō ſe præſentauerit: Bonorum eius partem, vt confiſcatam mox ſibi incorporauit Fiſcus Palazzioli, ſtante Iudicis decreto Die 19. Septembris, 1614. *Quod incorporentur bona.* Eo tamen non citato, nec audito. Cumque deceſſiſſet Matthæus, Die 8. Martij 1616. Iterum reliqua (ſi quæ erant) eius bona, idem Fiſcus, ſibi incorporauit, alterius Decreti prætextu ab eodem Iudice, Matthæi hæredibus nec citatis Die 26. Auguſti, 1620. *Quod incorporetur.*

His ſic poſitis. Supplici eorum libello Proregi dato, Grauatos ſe dixerunt Matthæi hæredes, Tum in modo procedendi, Tum in cauſæ meritis. Cum bona clerici, vt à ſeculari Iudice confiſcata, ſibi incorporauerit Fiſcus, illius banni prætextu, Quod iuriſdictionis, & citationis defectu, nullum ſatis conſtat. Prorex, cum hanc Grauaminis cauſam à M.R.C. cognoſcendam demandauerit. Pro Fiſco reſpondendum erat.

1 Primo, Generale eſt, Principi in † ſuo Principatu, & Regi, in ſuo Regno priuilegium competere, *Vt ſine poſſeſſione, eorum Fiſcus non litiget.* Quoties enim ius in aliqua re, ipſe prætendit, & controuerſiam ſuperinde cum aliquo habiturus eſt, poſſeſſionem in primis eiuſdem rei ingreditur, inde iura partium diſcutiuntur, *ex Boer. in conſuet. Bitur. tit. de feud. §. 13. col. 2. Rebuff. ad Gall. conſtit. tit. de mater. poſſeſſ. artic. 2. gloſ. 2. num. 26. 27. 28. Menoch. retinen. remed. 3. num. 154. remed. vlt. num. 24. Couar. practic. quæſt. 17. num. 6. Sacca, conſ. 1. num. 29. conſil. 5. num. 104. Peregr. conſ. 3. num. 109. in 1.* Tum in bonis delinquentium confiſcatis, quattrimeſtri elapſo, *Rouit. rubr. de ſenten. foriud. num. 5. Sacca, d. conſ. 1. num. 29. conſ. 5. num* 104. 105. Tum in deuolutis, aut quæ ab indignis auferuntur, aut aliter quomodocumque ad Fiſcum deuenerint, *Sacca, conſ. 1. num. 29. conſ. 5. num.* 105. Tum in his, quæ ſibi vti Principi, ſummo iure conceduntur, *Couar. d. num. 6. Rebuff. d. num. 26. Peregr. d. num. 109. Menoch. d. num. 24. & conſ. 1002. num. 24. Guttier. lib. 3. pract. q. 19. num. 17.* Hinc defendentem iura fiſcalia monet, *Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. num. 37. ad fin. & d. conſ. 3. num.* 110. Sit cautus is, vt bonorum quæ ad Fiſcum pertinere credit, poſſeſſionem ſtatim apprehendat, *Couar. 1. reſol. c. 16. num. 11. Sacca, conſ. 5. num.* 104. 105. Nullaque præmiſſa citatione detentorem remoueat, & expellat, *Sacca. conſ. 1. num. 29.* Prępoſitio exinde ædicto, quo prætendentes in hiſce bonis certo tempore compareant laceſſiti, & iuxta *tex. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.* de eorum iuribus doceant, *Sacc. d. conſ. 1. num. 29. 45. 70. conſ. 2. num.* 149. Cumque is ſit aliorum Principum, Fiſci mos, & ſtylus, præſertim totius Italiæ, vt notorius, non eſt ab eo diſcedendum, *ex Menoch. conſil. 264. num. 46. 48. Sacca, conſ. 1. num. 30. Gratian. diſcept. 353. num. 23.*

Secundo, priuilegiatus eſt Fiſcus, vt regulariter
2 † captis pignoribus procedat, & manu plena; Proinde grauaminis iure, ad captæ poſſeſſionis recuperationem aſpirare nō poſſunt Actores, cum enim Lege permittente id egerit, grauatos ſe dicere non
3 poſſent. Nec reſtitutorium competit † iudicium, ſi iu-

ſi iuſta ex cauſa poſſeſſione, quis priuetur, *ex com. Soccin.in l.rem quæ nobis.num.8.ff.de acquir.poſſ.Afflict.deciſ.392.num.27.Vrſill.ad Afflict.deciſ.97.nu.3.Menoch.recuper.remed.15.num.95.ad fin.Sacca, conſ.1.num.31.Cephal.conſil.168.num.56.* Sed Ban-
4 num † in quo per annum ex iure, *Conſtit. Grandis vtilitas.rub.1.& conſtit.pœna eorum.rub.3.lib.3.* & in Regno per menſes quatuor *ex Pragm.1.tit.12.p.p.* Perſeuerauit; iuſta ergo, eſt cauſa, vt omnia contumacis bona, Fiſco ſint confiſcata, *Afflict. d. conſtit.Grandis vtilitas.Farin.conſ.14.num.4.*

5 Tertio, Reſtitutorium † remedium, non datur, ſi propria authoritate quis poſſeſſionem licitè ingreditur, & abſque violentia, *ex Cepoll.conſil.60.dub.2.* ſcripſit *Dec.conſ.191.Corn.conſ.171.in 3.Gozad.conſ.39.ad fin.Crauet.conſ.302.nu.6.Cephal.cõſ.168.nu.56.Ludouic.Peruſ.deciſ.17.nu.16.Gabr.tit.de acquir.poſſ.concluſ.1.num.118.Cumi.rit.* (ſuo ordine) *40.num.391.Pontan.de ſpol.lib.3.num.19.20.Menoch.recuper.remed.1.num.232.remed.9.num.208.remed.15.num.95.Sacca, conſ.1.num.32.* Cumq; licitè bonorum poſſeſſionem ingreſſus fuerit Fiſcus, & abſq; violentia, quia authore prætore iuſte poſſidet; Imò ſi Principis authoritate, quis ſpolietur reſtituendus nec eſt, *ex Bald.conſ.345.in 1.* Sequuntur, *Rip.c.ſæpè.nu.87.de reſtit.ſpoliat.Anton.Matthæ.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.68.ff.de acquir.poſſ.Peregr.conſ.3.nu.112.in 1.Pariſ.conſil.99.num.19.in 4.Alba, conſ.416.* ergo, &c.

Re tamen ipſa, diligentius excuſſa, illatum fuiſſe Grauamen cenſui: Hoc prius cognito; Banni ſen-
29 Non obſtat ſecundum, Quia † Proregis literæ Ordinarijs locorum directæ, ad quos ſpectat cauſæ cognitio, excitatiuæ potius ſunt iuriſdictionis, vt iuſtitiam miniſtret Iudex, & cauſam expediat iuxta Ritum, & Curiæ eius mores, in qua pendet. Nec maiorem (quam ipſe habet) iuriſdictionem, tribuunt, *ex Reg. Ioan. c. 39.* & clauſula, *Lifarreti complimento di iuſtitia,* Nil noui inducit, ſed ad ius ſe refert, *Iaſ. l. 1. C. de diuerſ. reſcrip. Rot. decis. 9. alias, 28. de reſcrip. in nouiſ. decis. 1. alias, 25. eod. tit. in antiq. Caſſador. decis. 67. de appell. Menoch. de arbitr. quaſt. 52. nu. 11. Monald. cōſ. 20. nu. 10. in 1. Scholiaſt. ad Bertaz. conſ. 478. Rot. Auenion. decis. 61. Valenzuel. conſ. 86. nu. 44. Fab. Anna, conſ. 23. Petra, de Princ. poteſt. c. 25.* Proinde ſi ex clauſula, *Vices, & voces Noſtras,* mandaſſe Princeps videretur, facultatem ea omnia faciendi, quæ facere ipſe poteſt: in dubio tamen ea mandaſſe intelligitur, quæ iure, & ratione naturali regulantur, ſpreta illa ſtricta iuris communis ſolemnitate, *ex Menoch. de arbit. q. 7. nu. 64. ad finem. Oſaſc. decis. 67. num. 15.* Clauſula enim *Iuſtitiam faciat,* denotat iuris ordinem ſeruandum,

& cau-

& cauſæ veritate comperta, ex iuſtitia eam decidendam eſſe, *ex Ang. auth. de hæredib. & falcid. §. exhæredatos. collat. 1. Bal. l. pen. ad fin. ff. de iuſt. & iur. Dec. conſ. 232. nu. 2. conſ. 483. nu. 1. 2. Marant. conſ. 65. num. 10. Tuſc. lit. C. concluſ. 365. nu. 1. 2. Valenzuel. cōſ. 86. nu. 44. Oſaſc. decıſ. 1. nu. 38. deciſ. 141. Bertaz. crim. conſ. 359. nu. 16. conſ. 366. nu. 26.* & quod iuſtum eſt operatur, *Afflict. deciſ. 128. num. 14.*

30 Reſpon. II. Quod cum Princeps legibus viuat, nec ſolutus eis ſit, *ex l. Princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eod.* Conſequens eſt, vt ſi leges ſeruare Princeps debeat, ſic & is, cui ſuas mandauit vices, adeo vt, quod nō licet Principi, minus illi, *d. l. digna vox.* Intelligimus ergo, *Tex. d. l. Princeps.* in rigoroſis tantum ſolemnitatibus, quę non ſubſtantiam, & in terminandis litibus æquitatem, ſed illum dumtaxat rigoroſum procedendi modum recipiunt, *ex Coraſ. lib. 2. Miſcell. iur. c. fin. Menoch. de arbitr. q. 7. num. 70.* Condemnare ergo non potuit Iudex, niſi quatenus iuſtitia ſuadet, *ex Bald. l. vbi pactum. ad fin. C. de tranſact. & in l. 1. ff. de teſtam. milit.*

Secundū erit dubium. *Quæ ſit iudicis pœna, ineptè Reo mortem inferentis?* Difficilis ſanè controuerſia,
31 cum indefinitè † ſcripſerit, *Scala, de conſil. ſapien. lib. 4. c. 23. 24.* Puniendum eſſe Iudicem, qui male iudicauit, *Carpan. Mediol. Stat. c. 40. nu. 4. p. 2.* & indebitè puniens, punitur eadem pęna, *Amanel. de Claris, ſing. 102. Carpan. d. c. 40. num. 28.* At quia poterit plerumque eius examen iuris vtriuſque profeſſoribus conducere, operæ precium erit, quæſtionem iſtam propoſitis aliquib. caſibus diſtinguere.

32 Primus eſt, Si Iudex, vel alius † Officialis iuris ordine non ſeruato, ex pecunia forte innocentem aliquem ad mortem condemnet, pœna homicidij punitur, *Clar. §. homicidium. verſ. item Iudex. Carpan. Mediol. Stat. c. 40. nu. 48. p. 2.* Iudex enim ſi pecunia corruptus iudicet, magis delinquit, *Capic. deciſ. 155. nu. 13. Carpan. Mediol. Statut. c. 41. num. 2. p. 2.* Per ſordes autem latam fuiſſe ſententiam, ex qualitate Iudicis dignoſcitur, *Boſſ. tit. de off. corrup. num. 18. Carpan. Mediol. Stat. d. cap. 40. num. 7.* Caſus hic, noſtro non conuenit.

33 Secundus caſus eſt, Si Iudex, † vel alius Officialis, iuris ordine non ſeruato, iracundiæ calore aliquem occidit, Tunc extra ordinem eum puniendum, inquit *tex. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iul. reput.* & plerumque vel exilio, vel etiam durius, vt admiſerint.

34 Tertius caſus eſt, Si Iudex, † vel alius Officialis doloſè, non tamen pecunia ei data iudicet, Tunc ad omne intereſſe tenetur, & infamis fit, *Boſſ. tit. de offic. corrup. nu. 11. Carpan. d. c. 40. num. 8. Viui. deciſ. 467. num. 56. Carrab. de Sindic. p. 2. num. 1. 2. Cumi. de Sindic. c. 9. nu. 11.* At ſi ſola culpa Iudex reū ad mortem cōdemnet, corporaliter puniri poteſt, nō mortis ſed arbitraria pęna, *Gomez, 3. reſol. c. 3. de homic. num. 16. Carpan. d. c. 40. num. 17.* Si dolo malo punitur pœna mortis, *Gomez, d. nu. 16. ad fin. Gram. deciſ. 99. nu. 1. 2. Boer. deciſ. 153. nu. 12. Carpan. d. c. 40. nu. 18.* Dolo autē condemnaſſe dicitur, qui per euidentem iniuſtitiam condemnet, *l. filius fa. ff. de iud. Maſcard. de prob. concl. 532. num. 4.* Caſus iſte à noſtro diſtat.

35 Quartus caſus eſt, Si Iudex † malè iudicet ex imperitia aliquem ad mortem condemnans, ipſe debet decapitari, *Rauen. ſing. 265. Carpan. d. cap. 40. num. 29.*

Contrar. dixi verius, Imo extra ordinem puniendum eſſe, inquit *tex. l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. l. 2. ff. quod quiſque iur. §. 1. vbi Faber, & Aret. inſtit. de oblig. ex delict. Bald. c. 1. §. Iudices. num. 1. de pac. iuram. firm. Barboſ. l. ſi filiusfam. num. 1. ff. de iud. Menoch. de arbitr. caſ. 339. num. 3. caſ. 341. num. 2. caſ. 581. num. 2. Viui. deciſ. 467. num. 56. Morla, in empor. iur. tit. 2. de iuriſd. q. 6. nu. 8. Carrab. d. num. 1. 2. Cum. d. c. 9. num. 14.* Neque enim debet quis officium ſibi aſſumere, in quo intelligat, imbecillitatem ſuam alijs periculoſam fore, *l. idem iuris. ad fin. ff. ad leg. Aquil. Morla, d. num. 8.* Tum maximè, quod in dubio ex imperitia potius iudicaſſe pręſumatur, quā ex dolo, *Bald. l. obſeruare. §. proficiſci. num. 14. ff. de off. proconſ. Iaſ. l. 1. C. vt omn. iudic. Carpan. d. cap. 40. num. 41. Boſſ. tit. de offic. corrup. num. 19. Cumi. de ſind. c. 9. num. 15.* Cumque ex imperitia Iudex iſte ſuam protulerit ſententiam, extra ordinem puniendum eum eſſe concludimus.

Ex his pronuntiauit M. R. C. facto prius verbo D. Proregi, *Condemnetur Iudex in Caſtrum à D. Prorege eligendum per Annos ſeptem, & non concurrat amplius ad Officia.* Fuitque ſic exequutum, Anno MDCX.

SVMMARIVM.

1 *Officialis Regius, ambaſciatam vniuerſitatis aſſumere prohibetur, ſine Principis licentia.*
Declar. num. 8.
2 *Pœna, à Lege non expreſſa, iudicis arbitrio imponenda eſt.*
3 Tex. l. ſi quis decurio. C. de Decurion. lib. 10. *declaratur, & num. 9. 10.*
4 *Pœna irrogari non poteſt, vbi non eſt delictum.*
5 *Ciuitas cogere poteſt Ciues ad ſuſcipiendam Legationem.*
6 *Coactè facere, vel metu coactionis, paria ſunt.*
7 *Puniendus non eſt, qui id egerit, quod ſibi licere credit, aut Lege permittente.*
11 *Ciuitas Ambaſciatores Regi mittere non poteſt, ſine Proregis licentia, & quando ſecus? num. 18.*
12 *Priuilegij, vim habet Immemorialis conſuetudo.*
13 Tex. §. ſit tibi quoque. verſ. ſcito namque Authen. de mandar. Princ. *declaratur, & num. 21. 22.*
14 *Gratia gratis data, re integra poteſt à Principe reuocari.*
15 *Gratia pro pecunia, aut alio titulo oneroſo conceſſa, reuocari non poteſt.*
16 *Priuilegium ex contractu conceſſum, in contractum tranſit, & in eo, idem ſtatui debet, quod de contractu.*
17 *Gratia in contractum tranſit, ſi pecunia, pro qua conceſſa fuit, longè minus ſit ipſa gratia.*
19 *Carceres non frangit, qui ad Superiorem fugit.*
20 Tex. l. fin. C. de Legation. lib. 10. *declaratur.*
23 *Barones prohibere non poſſunt, ne eorum vaſalli Regem adeant.*

ARGVMENTVM.

Ambaſciatores, pro Cauſis publicam vtilitatem concernentibus, An liceat ad Regem mittere, ſine Proregis licentia.

Ad intellect. Regis Martin. Cap.27.

CONSILIVM LXIX.

NOuiſſimum (quod Meſſanenſes appellant) Priuilegiũ, Meſſana à Rege ex contractu obtinuit pro ſcutis quincentis mille (donatiui nomine) ſolutis, Anno MDXCI. Cumq; illi in multis cõtrauenerit Prorex, Sæpius Meſſana Vrbs conqueſta, ac inſtanter proteſtata coram eo fuit, pro iuſtitia cõſequenda; Nec quod iuſtum erat, ab eo potuit impetrare. Regem denique adeundum operepretium duxit, Quò in Proregem indignationem ſuam cõuerteret, & quæ iurato contractu promiſit, ſeruari, ac exequi dignaretur, & pro alijs etiam cauſis publicam vtilitatem concernentibus. Proinde congregato Ciuium conſilio, Duos ex Senatorum numero, Ambaſciatores delegendos eſſe ſtatuerũt omnes, Nobilem vnum, popularem alterum; Qui ſine Proregis licentia, Hiſpaniam verſus, non ſine magno Vrbis diſpendio nauigantes, Gennam appulerunt; Vbi, cum defunctus fuerit Nobilis; Meſſanam remeauit popularis.

Ex his non leuis orta fuit contentio, *An ſine Proregis licentia potuerit Meſſana, duos Senatores ad Regem mittere*. Verum quò res facilius explicetur, ac meis pro viribus illi ſatisfaciam, Animaduertendum cenſeo, duo in controuerſia eſſe.

Primum, diſcutiendum nobis erit reſpectu Ambaſciatoris.

Secundum, reſpectu Senatus eligentis, & omnium qui conſilio interfuerunt.

Primæ itaque dubitationi reſpondendum opi-
1 nor, officialem Regium † vniuerſitatis ambaſciatã aſſumere non poſſe, ex Regis Martin. c.27. ibi, *Item quod nullus officialis Regius audeat aſſumere ambaſciatam vniuerſitatis ſine licentia Principis*, Pęna autem
2 † cum non fuerit à lege dicta, Iudicis relinquitur arbitrio, *l. nemo. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 1. §. expilatores. ff. de eff. act. l. 1. §. ait prætor. ff. de iure delibe. l. hodie. ff. de pœn. Peguer. deciſ. 1. num. 3.* Sed compertum ſatis eſt, Meſſanenſes Senatores, Regios eſſe conſiliarios, & Officiales, ergo.

Secundo, Iuris eſſe probat, *tex. l. ſi quis Decurio. iuncta gloſ. conſequatur. C. de decur. lib.* 10. Neminem
3 antea diſceſſurum, † quam inſinuato Iudici deſiderio, proficiſcendi licentiam conſequatur, *Capiblan. de Baron. pragm. 3. num.* 138. Addit *tex. d. l. ſi quis decurio.* Quod ſi pro ſua audacia, parui aliquis fecerit hanc iuſſionem, indignationem competentem ſortiatur, & ibi *Rebuff.* not. arbitrariam eſſe pœnam, ſubdit *Bal. in auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cleric.* Extra ordinem eum puniendum eſſe, copioſus *Ponte. de poteſt. prereg. tit. 2. de abund. ciuit. §. 7. num. 2.* & addit, quod ſi Proregem non adierit, ne dum audientia à Rege deneganda erit, Sed extraordinariè puniri debet, ex *§. ſit tibi quoque. verſ. ſi vero.* ibi, *Remittimus eum cum omni correctione, & reſponſum non dabimus. Auth. de mand. Princip.*

Cæterum dixi verius, nullam Ambaſciatoribus irrogandam pœnam, ſi Meſſanenſis vniuerſitatis ambaſciatam aſſumpſerint, ſine Proregis licentia:
4 Quia † vbi delictum non eſt, non debet eſſe pęna, *l. ſancimus. ff. de pęn. Caſtr. conſ. 208. in 1. Crauet. conſil. 311. num. 2. Loſæ. de iur. vniuerſ. p. 4. c. 1. num. 59.*
5 *Tuſc. lit. P. concluſ. 211. num. 4.* Cumque poſſit † Ciuitas inuitos ad ſuſcipiendam pro Patria legationem, cogere, *l. 1. §. 1. l. munerum. §. legati. ff. de muner. & honor. l. poſt legatum. §. aduocatum. ff. quib. vt indig. l. cum poſtulaſſem. ff. de damn. infec. l. ſciendum. §. ordini. ff. de legation. Surgen. de Neap. Illuſtr. lib. 1. c. 25. num. 24. Auenion. deciſ. 126. num. 3. Maur. alleg. 1. nu. 1. p. p. Ponte, d. §. 7. num. 8.* Cui ciuem quemlibet parere oportet, *l. veluti. ff. de iuſt. & iur. l. poſtliminiũ. §. filius. ff. de capti. Anchar. conſ. 75. nu. 4. Tuſc. lit. P. cõcluſ. 133. nu. 3. 4.* & cum legationis Officium, munus ſit publicum, *l. 1. §. 1. l. munerum. §. legati. ff. de muner. & honor. l. 2. ff. de legation.* Quempiam excuſari non licet, *gloſ. l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10. Surgen. d. nu. 24. Loſa. de iur. vniuerſ. p. 2. c. 3. num. 59.* Ortus enim noſtri (inquit *Cicer. Offic. 1.*) partem Patria vendicat, partem Amici, vt *ex l. 1. §. generaliter. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten. exornat, Iaſ. l. 1. §. huius ſtudy. num. 13. ff. de iuſt. & iur.* Sed coactè facere,
6 † vel metu coactionis paria ſunt, *l. nouiſſimè. ff. quod falſ. tut. auth. Suárez. alleg. 23. nu. 3. Pinell. l. 2. c. 3. nu. 16. C. de reſcind. vend. Aldouin. conſ. 15. nu. 8. Gratian.*
7 *diſcept. 227. nu. 13.* Imo qui fecit, † quod ſibi licere credidit, puniẽdus nec erit, *l. qui ſit fugitiuus. §. apud celſum. ff. de edilic. edict. Tuſc. lit. P. concluſ. 208. num. 7.* & pœnam non meretur, qui facit lege permittente, *l. Gracchus. C. de adult. Tuſc. d. concluſ. 208. nu. 1. Turret. conſil. 8. num. 64. in 1. Macerat. lib. 3. reſolut. 42. num. 2.*

8 Non obſtat primum, Quia † *Reg. Martin. c. 27.* in eo procedit, qui alterius vniuerſitatis, quam Patriæ, ambaſciatam velit aſſumere, cum ſi Patriæ illa ſit, coactè aſſumpſiſſe dicatur, nec velle eſt, qui obſequitur imperio cogentis, *l. cura. ff. de muner. & honor.*

Non obſtat ſecundum, Quia *tex. d. l. ſi quis decu-*
9 *rio.* intelligendum † dixit, *Ponte, d. §. 7. nu. 4.* ſi non expectata Proregis licẽtia Regem adiuerit ſed pro iuſtitia conſequenda ſæpius eum poſtulauit, nec potuit obtinere, ergo.

10 Reſpon. II. Durante † officio, licet quicumque officiales non poſſint officium deſerere, etiam per breue tempus, & animo redeundi, nec recedere à loco adminiſtrationis abſque licentia Baronis, aut alterius Domini iuriſdictionis, *d. l. ſi quis decurio. Licentiat. de Piſa, in ſua decur. Piſan. lib. 3. c. 2.* Limitat tamen, *Apenn. in l. ſi quos ſpontaneos. col. 3. verſic. quamuis autem. C. de decur. lib. 10.* Si ſuperueniat iuſta, aut neceſſaria cauſa, ob infirmitatem nempè propriam, aut filij, ſeu maioris rei familiaris, aut capitis famæq; periculum, *ex l. neq; infantes. in prin. ff. de fidcic. libert. Rouit. pragm. 2. num. 2. de offic. iudic.*

Sed

Digitized by Google

Sed neceſſaria eorum fuit cauſa pro patriæ ſalute, ergo.

Secunda Dubitatio eſt, reſpectu Senatus, & omnium, qui Conſilio interfuerunt. Et mea quidem
11 ſententia dicendum videbatur; Meſſanam † eiuſq. Senatores omnes, & Conſilium ſine Proregis licentia duos illos mittere non potuiſſe, *ex l.fin.C.de leg. lib.*10. Vbi legatio ad Imperatorem mitti non debet, niſi volente Conſilio, & Præfecto Auguſtali, qui Præfectus erat ab Imperatore deputatus in Aegypti, & in Alexandria Metropolitana Ciuitate, in qua reſidens Præfecturam conſequutus fuerat, *l.1. cum gloſ.ff.de offic.præfect.Auguſt.* Sed Prorex in tota Sicilia à Rege mittitur, qui modò Meſſanæ, modò Panormi reſidens gubernium Regni accipit, vt loco Præfecti Auguſtalis ſit, licentia ergo ab eo non obtenta, Ambaſciatores ad Regem mitti non poterant *ad tex.§.ſit tibi quoque. verſ.ſi vero. Auth. de mandat.Princ.* vbi Imperator addit, *Si vero cum te non adierit, venire ad hanc Regiam præſumpſerit Ciuitatem, & remittemus eum, cum omni correctione, & reſponſum non dabimus.*

Re tamen ipſa diligentius perpenſa, contraria ſententia viſa eſt verior, & probabilior. *Meſſanam,* nempè *liberè, & impunè ad Regem confugere potuiſſe, eiq. Ambaſciatores mittere, licentia à Prorege non obtenta.* Quo autem tota hæc diſputatio clarior reddatur, Præmittendum prius eſt.

12 Immemorialis conſuetudo † Priuilegij vim habet, *cap.cum quæſtus.9.quæſt.3. cap.mos antiquus. 95. diſtinct. cap.cum contingat. de foro compet. cap.ſuper. §.præterea.de verb.ſignif.l.hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.& æſt.l.1.§.fin.ibi,* vetuſtatem, vicem Legis obtinere, *l.in ſumma. ibi.* vetuſtas quæ ſemper pro lege habetur, *ff.de aqua pluuia arcend. Iſern.cap. imperialem.num.50.de prohibit.feud.alien.per Feder. Bald.tit.quæ ſint regal.c.7.Bart.l.de quibus.2.quæſt.5. quæſt.princ.ff.de legib. Dec.conſil.456.num.5. Corn. conſil.24.num.20.in 4.Alex.conſil.6.volum.1. Gozadin.conſil.8.num.37.Crauet.conſil.111.num.25.Surdus,conſil.262.nu.19.Rouit.rubr.de priuileg.vniuerſ. pragm.1.num.6.Girond.de priuileg.num.850. Sixtin. de regalib.lib.1.cap.5.num.140. Reyger.theſaur.iur. lit.Pr.num.51.Bardell.conſil.22.num.14.* Hinc ſi Lege, Conſuetudine, vel Conſtitutione deciſum ſit, vt ſolo priuilegio probari quid tantum poſſit, ſatis quoque erit probatio immemorialis, quæ ſupplet priuilegium, *Pute. de reintegr.feudor. cap.an inter. num.12. Garz.de nobilit.num.63. Girond.de priuileg. num.851.* & licet priuilegium præſcriptione quæſitum reuocari poſſit. *Natta, conſil.511.conſil.512.* ex Conſuetudine tamen immemoriali reuocari non poſſe, probat, *Dec. capit.nouit. à num.81. de iudic.* Quod expreſſius probat *Ioanna, & Carol.* ſuo Priuilegio Meſſanæ conceſſo, Anno MDXVII. in illis verbis.

Tenore præſentis cartæ noſtræ omni futuro tempore firmiter valituræ, ex certa noſtra ſcientia deliberatè, & conſultò omnia, & ſingula, Priuilegia, Capitula, & Conſtitutiones, Conſuetudines, & Bonos Vſus, ſcriptos, & non ſcriptos, ſeu ſcripta, & non ſcripta, tam per Conſules, & Imperatores Romanos, & Græcos, quam per quoſcumque Sereniſſimos Reges, prædeceſſores noſtros, Indicibilis Memoriæ, & modò, per Nos prædictæ Nobili Ciuitati, eiuſque Ciuibus, & Vniuerſitati conceſſos, & conceſſa, tam confirmatos, & confirmata, quam per longum vſum in vim Priuilegij tranſactos, vel tranſacta, Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, & quatenus opus eſt de nouo concedimus, Noſtræque huiuſmodi Laudationis, Approbationis, Confirmationis, & nouæ Conceſſionis munimine, ſeu præſidio roboramus, & validamus, iuxta eorum ſeriem continentiam, & tenorem, ſi & prout melius, & plenius dicta Vniuerſitas ei hactenus vſa ſit, & nunc eſt in eorum poſſeſſione, & obſeruantia, Sed immemorialis eſt Meſſanæ mos, vt nulla Proregis licentia habita, Ambaſciatores ad Regem mittat, ergo ex Priuilegio poteſt, Quod validum dicimus, cum non ſit contra ius naturale, *Gregor.Lopez, l.31.tit.18.p.3. Giron.de priuileg.num.576.* Nec contra iura Regia, vel contra Fidem, *Gregor.Lopez, l.29.tit.18.p.3. Girond.de priuileg.num.577.* His præmiſſis.

13 Primo mouet † me *Tex.§.ſit tibi quoque. verſ.ſcito namque. Auth.de Mandat.Princ. vbi Si quis veniat* (inquit Imperator) *& Aditionem nobis faciat, & à nobis interrogatus, ſi prius te adijt, deinde te dicat adijſſe, & quod iuſtum eſt non impetraſſe, & hoc verum inueniamus, in te indignationem conuertemus.* Modò ſic, Vrbs Meſſana Proregem adijt eiuſque Conſilium, inſtanter petens, vt Iurato Regis contractui ſe conformem redderet in omnibus, eumque obſeruet, vt decet, Nã ſi quid à Rege vaſallis ſuis conce-
14 ditur, Gratia † eſt, vt (re integra) reuocari ab eo poſſit, *Gloſ.cap.decet.de reg.iur.in 6. Doct. cap. nouit.de iudic.Bald.l.qui ſe patris.num.13.C. vnde liber. Tuſc. lit.G.concluſ.65.num.3.Bardell.conſil.22.num.7. Rouit.ad R.N.Pragmat. rub.de reuoc.& ſuſpen.gratiar. num.4.Roland.conſil.13.num.6.in 3. Decian.conſ.25.*
15 *nu.3.in 1.* At ſi pecunia interuenit † Gratia in Onus transfertur, vt oneroſo titulo id acquiſitum cenſeatur, non amplius reuocabile, *Bald.d.l.qui ſe patris. n.* 10. optimè *Caſtr.l.digna vox.num.6. C.de legib. Afflict.deciſ.128.num.9.Gramm.deciſ.65.num.25.Rom. conſil.436.num.18.ſing.463. Alex. conſil.216.num. 16.in 2.Dec.conſ.404.num.8. conſil.689.num.5.conſ. 293.Ponte, conſil.53.num.14.in 2.Rim.iun.conſ.556. num.107.138.Tuſc.lit.P. concluſ.751.num.8.9.lit.G. concluſ.67.num.1.2.4.Menoch.conſil.2.nu.139.140. conſil.75.num.43.conſil.112.conſil.350.nu.25.conſil. 331.num.66.conſil.1156.num.38. Roland.conſil.13. num.45.in 3.Gabr.tit.de iure quæſit. concluſ.5. à num. 1.Surd.conſil.140.num.38.conſil.419. num.5. Maur. alleg.16.num.18.allega.28.num.11.alleg.78.num.2. p.2.Sixtin.de regalib.lib.1.cap.6.num.6.13. Maluaſ. conſil.68. Franc.Marc. deciſ.152.p.p. deciſ.920.p.2. Tuſc.lit.P.concluſ.690.à num.58.Morot.conſil.45.nu. 9.D.Tapp.de conſtitut.Princip. par.2.cap.9. num.10. Reyger.Theſaur.iur.lit.Pr.num.109. Bolognet.conſil. 1.num.176.Otalor.de nobilit.p.4.cap.5.nu.9. Georg. alleg.15.num.13.Azeued.l.14.num.42. tit.3.lib.1.in l.3.num.10.tit.10.lib.5. recop. Bardell. conſ.22.num. 15.16.19.Gail.lib.1.obſer.60.ad finem. Natt.conſilio 106.num.42.conſil.669. num.11. conſil.511. num.9. conſil.512.num.16.Marta, de iuriſdict.p.p.cap.33.nu. 104.Crauetta, conſil.411.num.36. Paſqual. de virib. patr.poteſt.p.p.cap.1.num.49. Peregr.de iure fiſc.lib. 1.tit.3.num.28.Roſentall.de feud. cap.10. concluſ.11.*
16 *lit. A.* Etenim priuilegium † per modum contra-

ctus

Digitized by Google

-ctus impetratum, in contractum tranſit, & in eo idē
ſtatui debet, quod de contractu, Bart. l.2.num.6.ff.
de iur.immun. Bald. d.l. qui ſe patris.num.34. Afflict.
rub. quæ ſint regal.num.73. Bardel.conſil.22.num.20.
Roland.conſil.66.num.33.in 2. Becc. conſil.56.num.
8. Ruin.conſil.196.num.8.in 1. Petra, de Princ.poteſt.
cap.32.à num.156. Sixtin. de regalib. lib.1.cap.5.nu.
61. Marta, de iuriſdict.p.4.cent.2.caſ.190.nu.10.11.
12. Surdus, conſil.419.num.45.53. Schrader.de feud.
p.10.ſect.1.num.134. Rim.iun.conſi.834.num.20.21.
D.Tapp.de conſtit.Princip.p.2.cap.9.num.1. Peregr.
d.tit.3.num.44.& lib.6.tit.1.num.10. Tuſc.lit.P.con-
17 cluſ.751. Etſi † quod pro gratia datum fuerit Prin-
cipi, longè minus ſit ipſa gratia, ex l.titius puerum.
ff.de obſeq.à liber.præſtand. vbi libertas, etſi ineſtima
bilis res ſit, l.libertas.ff.de reg.iur. Si tamen pro ea
conſequenda pretium detur, non poterit ſeruus ſi-
ne cauſa in ſeruitutem reuocari, nec dicitur conceſ-
ſio illa, libertatis gratia, beneficium, vel liberalitas,
Franc.Aret.in cap.1.col.2.ad fin. de conſtitut. Maur.
d.alleg.16.num.39.& ſentit Petra, d.cap.32 num.60.
Quia liberalitas, quæ Principes decet, ſupplet om-
nia, & maior eſſe debet, quam priuatorum, Decian.
conſ.25.num.79.in 1. Sixtin.de regalib. lib.1.cap.6.
num.26. Eius enim eſt proprium, munificum eſſe,
Menoch.conſil.307.num.11. Bardell.conſil.22.nu.35.
18 Sed poſtulata † impetrare Vrbs non potuit, quin
contrarium fuerit exequutum: Potuit ergo abſque
alia Proregis licentia ad Regem confugere, pro ſua
iuſtitia, eique Ambaſciatores mittere, confert tex.
§.ſi quis verò. Authen. vt differen.Iudic.& tradit.in
term.Trentacinq.conſ.4.ſub num.1. vol.1. Surgent.de
Neap.illuſtr.lib.1.cap.25.num.21.
19 Secundo, Si carcerem non frangit † qui ad ſupe-
riorem fugit, Hoſtienſ.Innoc.& Abb.num.19. in c.
vt debitus.de appell. Iacob.à S.Georg.l.1.num.9.C.de
ſeru.fugit. Alber.l.Et ſi poſt tres.ff.ſi quis caut. Perez,
l.34.ad fin.tit.19.lib.8.Ordin. Amic.conſi.7.num.20.
Boer.deciſ.215.num.28. Maſcard.de probat.concluſ.
820.num.13. Boſſ.tit.de carcer.fideiuſſ.num.46. Duen.
reg.393.lim.3. Honded.conſil.94.num.23.in 2. Gram.
vot.39.num.12. Maſtrill.deciſ.295.num.32. Azeued.
l.7.num.3.tit.16.lib.9.recop. Menoch.de arbitrar. caſ.
301.num.7. Marta, deciſ.234.num.6. Griland.tit.de
fug.num.10.20. Caccialup. de debit.ſuſpect. quæſt.1.
num.2. Sacca, conſ.53.num.43. Nec Officialis à Sindi
catu fugiſſe dicitur, qui M.R.C. adijt, Carrab.de ſin-
dic. p.p. num.214. Nec in ſtipulatam fideiuſſionis
pœnam incidit, ex Rit.163. Amic.conſil.7.num.21.
Gramm.conſil.42.num.18. Fachin. lib.9. iur.contro-
uerſ.68. Boſſ.tit.de carcer.fideiuſſ.num.47. Farinac.
quæſt.30.num.172. Guaz. reor.defenſ.5.cap.4.nu.16.
Vrſill.deciſ.130.num.3. Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.
21.num.78.102. Gabr.conſil.191.num.9.in 1. Hercu-
lan.de caut.non offend.cap.50.num.21. Honded.conſil.
94.num.12.in 2. Bertaz.crim.conſil.560.num.2. An-
na, ſing.561. Caball.crim.reſol.caſ.42.num.4. Valen-
zuel.conſil.53.num.22. Carrer. in prax. §.tertium eſt.
num.38. Quia itineris arreptio, appellationis loco
eſt, cap.cum olim. de dol. & contum. cap.cum cauſam.
de offic.deleg.cap.audita.de reſtit. ſpoliat. Ioan.Andr.
cap.dilecti.de appell. Angel. l.cum quidam.num.2. ff.
eodem. Lap.allegat.39.num.5. Boer.deciſ.215. Car-
rabb.d.num.214. Lancellott. de attentat.p.p.cap.11.
ampliat.16.à num.1. Marta, deciſ.134.num.6. Tuſc.
lit.I.concluſ.366.num.3. Ricc.deciſ.153.num.1.p.p.
ergo.
Non obſtat, tex.l.fin.C.de legat.lib.10. Quia pro-
20 cedit † ſolum in Ciuitate Alexandrina, in qua Præ-
fectus Auguſtalis Aegipti, vt in Ciuitate Metropo-
litana reſidebat, ex l.1 iuncta, gloſ.ff.de offic.præfect.
Auguſt. & ſic cum Superioris illius Ciuitatis licen-
tia requiratur, quæ Principi Ambaſciatorem, ſeu
hominem deligit: Cumque in Ciuitate Alexandri-
na, ſuperior Iudex eſſet Præfectus Auguſtalis, mi-
rum non eſt, ſi illius licentia ibi requiratur, etſi alij,
ibi eſſent Officiales, quia tamen ipſe Præfectus erat
Superior, meritò ergo licentia ab ipſo petenda
erat, Trentacinq.d.conſil.4.ſub num.2. Certiq. iuris
eſt, quod ſi in Ciuitate plures ſint Officiales, ab
vno, omnium Superiore licentia impetranda eſt,
cap.1.§.officiales autem. de offic.ordin. in 6. gloſ.clem.
1.verb.dioceſanis. de for.compet.
Non obſtat Tex. d.§.ſit tibi quoque. verſic.ſi verò.
Quia etſi ex prędictis ſatisfactum ei ſit, vt facilior
tamen ſit cauſæ exitus: Duos conſtituendos eſſe ca-
ſus cenſui.
21 Primus eſt, Si pro aliqua lite † vel negotio ad
Regem mittitur, quod expediri à Prorege poteſt,
ipſeque Prorex non denegat, nec declarat nolle pro
uidere, Tunc procederet, tex.d.§.ſit tibi quoque.verſ.
ſi vero. Vt abſque Proregis licentia nemo ſit ad Re-
gem mittendus, pro re etiam publicam Reipubli-
cę vtilitatem concernente, ob maximum eius di-
ſpendium, Minad.in Conſtitut.in aliquibus.gloſ.Comi-
tum, vel Baronum.num.55. Trentacinq.d.conſil.4.n.4.
Ponte, de poteſt.Proreg.tit.2.§.7.num.1. Quo in caſu
Prorex Ciuitatem poterit prohibere, ne Legatos
ad Regem mittat, Surgen. de Nap. Illuſtr.lib.1.cap.
25.num.21.
22 Secundus Caſus eſt, Si de eo † ſit quæſtio, quod
à Prorege fieri non poteſt, ſed ad Regem ſpectat,
vel ſi prouidere poteſt Prorex, ſed non vult, aut cō-
trarium prouidet: Tunc ſi recurſus haberi non po-
teſt, niſi ad ſolum Regem, poteſt Ciuitas nulla ob-
tenta Proregis licentia, Ambaſciatorem ad Regem
mittere, Ponte, d.§.7.num.9.10. Cum enim recurſus
hoc in caſu, non prohibeatur, impediendus ergo
non eſt, ad tex.l.cuiuſque.3.reſpon.ff.ad l.Iuliam maie-
23 ſtatis, ex quo Doct. inferunt, Barones † eorum vaſal-
los prohibere non poſſe, ne Regem adeant, & qui
eos prohibuerit, in læſæ Maieſtatis crimen incidet,
Apen.in l.1. ad finem. C. Vt nemo ad ſuum patrociniū.
lib.11. Pute. de Sindic. rubr.de exceſſ.baron.§.an Ba-
ro. Capiblanc.de baron.pragmat.3.num.127. Campan.
R.N.cap.grauamina.num.60. Anna, ſing.62. Affl.
deciſ.265.num.97.& ibi, Vrſill.num.101. Boer.deciſ.
215.num.28. Capic.deciſ.130.nu.10. Surgent.de Nea-
pol.Illuſtr.lib.1.cap.25.num.13. Pręterquam in ſuæ
iuriſdictionis præiudicium, Fab.in l.1.C.de offic.præ-
fect.vrb. Boer.deciſ.114. Maſull.deciſ.9.num.5. Ac ne
coram alio Iudice (inuito Domino) litigent, Frecc.
de ſubfeud.lib.2. auth.10.num.10. & in term. quod
vaſalli prohiberi non poſſint, ne Regem adeant,
etſi Barones pro eorum negotijs non poſſint ad eū
mittere inconſulto Prorege, ac ſine ſuis literis, edo-
cuit Minad.in Conſtit. in aliquibus. gloſ. Comitum, &
Baronum.num.54. Trentacinq.d.conſil.4.n.4. Surgent.
d.cap.25.

d.cap.25.num.21. Sed Meſſana Vrbs, ſæpius Protegem adijt, quod ex inoleto eius more, in vim priuilegij iam tranſacto, & à Regibus confirmato, ſeruatum non ſemel conſtat: Licuit ergo abſque metu pœnæ, Protege etiam inconſulto ad Regem mittere, Memoria itaque repetendum eſt ſingulare illud, *Bald.* verbum *in l.decernimus.num.6. C.de ſacroſ. eccleſ.* Nota (inquit) Quod largè loquendo, omnis Ciuitas eſt ſub Tyrannide, ſi ſubditi libera voce nõ poſſent bonum publicũ defendere, *Ponte, de poteſt. Proreg.tit.2.de abundant.ciuit.§.7.num.17.*

Hæc ſunt in cauſa, pro Meſſanæ Vrbis iuſtitia, eiuſque Ambaſciatoribus, dixiſſem copioſius, niſi res eſſet clariſſima.

His maturius diſcuſſis, Moleſtatus non fuit, popularis Ambaſciator, qui mortuo Nobili in Patriã redijt, nec Meſſanenſis Senatus, eiuſque Conſilium. Sed Senatu inſtante, condemnatus ipſe tantum fuit, ad receptas pecunias reſtituendum, deductis viaticis, acceſſus etiam, & receſſus ab Vrbe, in Ciuitatem Genuæ, fuitque ſic exequutum, Anno MDXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegus, qui clericum occidit, vulnerat, percutit, aut rixatur, Eccleſiæ non gaudet immunitate, Contrar.num.2.6.*

3 *Regulæ ſtandum eſt, in caſibus non exceptis.*

4 Tex.c.nullus clericorum.§.ſi quis clericus. c.frater. 17.quæſt.4.*declaratur, & num.5.*

7 Farin.quæſt.28 num.28.29.*ſibi contrarius,* De immunit.eccleſ.num.99.101.*oſtenditur.*

8 Decian.lib 3.crim.c.28.num.11.*defenditur.*

9 P.Gambacurt.de immunit.eccleſ. lib.5.c.5.num.2. *reprobatur.*

10 *Sacrilegij cognitio mixti fori cum ſit, prauentionem admittit.*
Declar.num.16.

11 *Prauentio alterius iuriſdictionem elidit, ne vlterius procedat.*

12 *Citatio ad domum, quæ verbalis prauentio eſt, praefertur reali prauentioni.*

13 *Realis prauentio præfertur verbali.*

14 *Prauemens in captura vnius, ex delinquentibus, præueniſſe etiam cenſetur reſpectu aliorum, qui capti exinde eſſent ab alio.*

15 Farin.quæſt.7.num.72. *reijcitur.*

17 *Principis Secularis indulto gaudet, Sacrilegus pro corporali criminis pœna.*

18 Text. cap.cum ſit generale. de foro competent. *declaratur.*

19 *Fiſcum habere debet Epiſcopus, ad iuſtitiam miniſtrandam.*

20 *Officialis ſine quo Epiſcopus ſuam exercere non poteſt iuriſdictionem, habet fori priuilegium, & dicitur de eius familia, licet delictum commune ſit.*

21 *Fori priuilegio gaudent Epiſcopi familiares.*

22 *Aſſaſſinij in crimine probabilia ſufficiunt argumenta.*

23 *Aſſaſſinij indictia, ex quibus tortura inferri poſſit, ſatis ſunt, ne reus Eccleſiæ gaudeat immunitate.*

24 *Pecunia in aſſaſſinio requiritur, data, vel promiſſa tantum.*

25 *Incerta rei promiſſio ſatis eſt ad aſſaſſinium.*
Declaratur num.37.38.

26 *Verba,* Che non ti manchira la caſa mia. *Aſſaſſinium probat.*

28 *Animus complacendi ſatis eſt ad aſſaſſinium.*
Declar.num.39.40.

28 *Pecunia poſt commiſſum homicidium data, probat aſſaſſinium.*
Declar.num.41.42.43.

29 *Occidendi mandatum, ſi quis noluit acceptare, Teſtis eſt integer.*

30 *Teſtis ſingularis probat in Aſſaſſinio, ſicut teſtis de auditu.*
Declar.num.44.

31 *Mandans per Aſſaſſinium, homicidium committi, ab ordinaria ſaltim homicidij pœna excuſatur.*

32 Clar.§.fin.quæſt.89. *reijcitur.*

33 *Mandatarius, an ſit alias facturus, ex indicijs probatur.*

34 *Mandatum, in aſſaſſinio, acceptatum adeo eſſe debet. Vt ſi rei licita ſit, actio ad id petendum competat.*

35 *Præceptum omne, an ſit mandatum.*

36 *Teſtis redditur ſuſpectus, ſi vocati ab eo in conteſtes, totum negent.*

45 *Teſti vltro ſe ad deponendum offerenti, credendum non eſt.*

ARGVMENTVM.

Sacrilegus, Eccleſiæ An gaudeat immunitate; ipſumquè Sacrilegij Crimen à Seculari, vel Eccleſiaſtico Iudice puniendum ſit. & quando eorum alter prę ueniſſe dicatur, cum ſit mixti fori? & an pro omni pœna.

Fiſcus, Iudicis eccleſiaſtici, An pro homicidio, eius foro gaudeat.

Aſſaſſinium, in Eccleſiæ immunitatis Iudicio, quibus ex coniecturis probatum cenſeatur?

Ad intellect. Gregori XIV. Bullæ, de Immunit. Eccleſ.

CONSILIVM LXX.

IOannes de *Lyſi*, Terræ S Petri Montisfortis, inquiſitus à M.R.C. de homicidio, per Aſſaſſinos, pecunia mediante, commiſſo, in perſonam P.Iacobi Camà Sacerdotis, & Venetiæ eius matris, eccleſiæ immunitate nedum gaudere poſtulat, ſed etiam Curiæ Secularis forum declinat, Tum quia, cum in dicta terra Procurator Fiſcalis, & Officialis ſit Curię Eccleſiaſticæ, de prętenſo crimine, ab eodem Eccleſiaſtico Iudice cognoſci debet; Tum quia eadem Curia re, & verbo prę uenerit cum ipſo Ioanne, in prętenſo crimine ſacrilegij.

Pro faciliori itaque omnium reſolutione præſciendum omnino duxi, Presbiterum Iacobum Camà duas habuiſſe inimicitias, Alteram Ioannis

de

de Lyſi, alteram Ioſeph Locandro, Ioannis Zirilli,
& conſortum. Illa ortum habuit ex cauſa ſatis leui,
Quod cum Gubernator eſſet Ioannes in Terra præ-
dicta, male ſe geſſerat cum ciuibus illius loci, adeo
vt frumentum ferè fętidum illis vendiderit, cęteris
verò emere renuentibus ante ianuas proiecerit, &
eo etiam pretio, quanti optimum emebatur: Qua-
re coacti fuerunt iurati ad Proregem recurrere, à
quo moderatum fuit pretium inſtantibus præſer-
tim d. de Camà. Cumque exindè à Barone redime-
re merum, & mixtum imperium voluiſſent iurati
Terrę prædictæ, cum eodem Barone denique tran-
ſigerunt; fuitquè pręſertim conuentum, ne Ioannes
de Lyſi ſit amplius Gubernator, nec officium ali-
quod exerceat in dicta Terra; quin ab ea diſcedere
omnino debeat, Quare ſupponit Fiſcus Secularis,
Capitalem (ex hoc) contractam fuiſſe inimicitiam
inter Lyſi, & Camà. Altera inimicitiæ ſpecies, quã
habet Camà cum dictis de Zirilli, & de Locandro,
cauſam habet, Quod ipſe de Camà eorum ſoro-
rem ſtuprauerit, cuius rei certioratus cum fuerit
Prorex, mandauit Vicario Generali Meſſanæ, vt di-
ctum de Camà carceraret, receptis itaque teſtibus,
& conſtito de ſtupro ab eo commiſſo, tum ex alijs,
tum ex eiuſdem mulieris confeſſione, in Curia Ar-
chiepiſcopali facta, Vicarius eundem carcerauit, &
licet Ioſeph Locandro mulieris frater exinde liti
ceſſerit; Fuit tamen Camà ad pœnam edicti con-
demnatus, qui cum carceres euaſerit, in eoſdem de
Locandro, & Zirilli, famoſi libelli accuſationem
propoſuit. Hac ergo ex cauſa, nulli dubium capita-
lem initam fuiſſe inimicitiam: Cumquè ciues om-
nes illos ignominioſos reputauerint; Adeo vt Secu-
laris Fiſci teſtes dixerint, Ne dum verbis, ſed etiam
ſignis, illos *Cornutos* in vicis, & plateis oſtenderint,
acclamauerint, tum in terra prędicta, tum in hac
Meſſanæ Vrbe, & alibi.

His ſic poſitis, in facilioris doctrinæ gratiam, tri-
bus hiſce articulis totam diſceptationem complen
dam duxi.

Primò, cum homicidium hoc in Pręsbit. de Ca-
mà commiſſum ſacrilegium cenſeatur: Diſceren-
dum eſt, an eccleſiæ gaudeat immunitate? Vel cum
mixti fori crimen ſit, Eccleſiaſticusnè magiſtratus,
vel Secularis pręuenerit?

Secundò, An Ioannes retinendus hodie ſit, à Cu-
ria Eccleſiaſtica, ab eaque puniendus, cum ſit eius
curię Fiſcus in eadem Terra S. Petri.

Tertiò, An ex actis curię Secularis (quibus ſtan-
dum eſt) probatum ſit homicidium in Pręsbit. de
Camà, eſſe aſſaſſinum?

Circa Primum, Hęc propoſita dubitatio, duo
reſpicit. Alterum, *An Sacrilegus Eccleſiæ gaudeat
immunitate?* Alterum, *Quis in ſacrilegio Iudex ſit, ſe-
cularis nè, vel Eccleſiaſticus?*

1 Ad Primum. Sunt, qui putant ſacrilegum ad † Ec-
cleſię immunitatem non admittendum, *ex cap. nul-
lus clericorum. §. ſi quis clericus. cap. frater. 17. quæſt.
4. Ioan. de Viſchis, de immunit. eccleſ. num. 10. 38. 73.
Anchar. & Anan. cap. ea quæ. de reg. iur. in 6. Hoſtien
ſis, in Summ. de immunit. eccleſ. num. 9. Foller. in prax.
canon. cap. 17. num. 10. Decian. lib. 6. crim. cap. 28. nu.
11. Gigas, lib. 1. de crimin. læſ. maieſt. rubr. qualit. & à
quib. quæſt. 10. num. 16. Barber. in Viator. iur. rubr. 33.
de violator. immunit. verſ. ſecundus.* Atque ita, in vul-
nerante Sacerdotem teſtatur, *Boer. deciſ. 109. num.
3. deciſ. 110. num. 9. Petr. Gregor. Syntagm. iur. part. 3.
lib. 33. cap. 22. num. 2. 46. 59. Remig. de immun. eccleſ.
fallen. 21. 32. 35. Iodoc. prax. crimin. rubr. de violator.
templor. cap. 106. num. 14. Guttier. lib. 3. pract. quęſt. 1.
num. 33. Tuſc. lit. E. concluſ. 11. n. 19. 52. Paz. in prax.
tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. num. 169. Clarus, §. fin. quæſt.
30. ad finem.* Quod verum ait, *Farinac. quæſt. 28. nu.*
28. ne dum in occidente, ſeu vulnerante clericum,
ſed in percutiente, aut rixante, quia ſacrilegus eſt,
Farinac. ſequitur, *Bouadill. lib. 2. polit. capit. 14. nu-
mero* 47.

2 Contrar. dixi † verius, *ex Nauar. in Manual. cap.
25. num. 19. Ambroſ. de immunit. eccleſ. cap. 5. num. 6.
Mari. Ital. lib. 1. de immunit. eccleſ. cap. 5. §. 3. num. 75.
Vilagut. de extenſ. leg. tit. de immun. eccleſ. nu. 43. Fa-
rinac. de immun. eccleſ. num. 99. 101. P. Gambacurt. de
immunit. eccleſ. lib. 5. cap. 5. num. 1.* Clerici namque
homicidium non eſt de priuantibus immunitate
eccleſiæ, cum ex Gregor. XIV. conſtitutione tale cri
men exceptum non fuerit; Exceptos ſolum in ea
legimus perpetrantes, *Homicidia, & Membrorum*
3 *mutilationes in Eccleſia;* Standum ergo eſt † Regulę,
in caſibus non exceptis, *l. quæſitum. §. deniquè. & ibi,
Bart. ff. de fund. inſtruc. Bald. l. ſi tutor. C. de commun.
ſeru. manumiſſ. Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de reg. iur. Cra-
uet. conſil. 214. Lanar. conſil. 26. num. 18. Decian. conſ.
124. num. 10. in 3. Roland. conſil. 15. nu. 18. in 1. Car-
tar. deciſ. 67. num. 17. 73. Natta, conſil. 113. num. 4.
Menoch. conſil. 202. num. 109. conſil. 216. nu. 21. conſ.
250. num. 55. Aldouin. conſil. 10. num. 38. conſilio 27.
num. 3. conſil. 41. num. 9. conſil. 85. num. 1.* & vbi excc-
ptio non ſit per regulam, nec per hominem fieri de-
bet, nec per iudicem, *Lancellot. Gall. conſi. 3. num. 45.
in term.* immunitatis eccleſię, idem cum alijs fir-
mat, *Decian. conſil. 80. num. 16. 17. in 3. Guttier. lib. 3.
pract. quæſt. 4. num. 15.*

Non obſtat, *Tex. d. cap. nullus clericorum. §. ſi quis*
4 *clericus.* Quia † nulla in eo ſit mentio, aut de confu
gio ad eccleſiam, eius, qui clericum interficit, aut
de immunitatis priuatione, vt *Gambacur.* aduertit,
5 *d. cap. 5. num. 2. Tex.* verò † *d. cap. frater.* aliquid mo-
menti habere puto, propterea quod licet de alio
caſu ſacrilegij tractet, fundat tamen ſe in ipſa ſacri-
legij ratione, quę cum omni ſacrilegio competat,
probabiliter videtur omne ſacrilegium excludere
ab immunitate. Verum, quia in pœnalibus, cuiuſ-
modi eſt immunitatis priuatio: Poteſt dici non eſ-
ſe à paritate, ſeu identitate rationis faciendam ex-
tenſionem à caſu expreſſo, ad caſum non expreſ-
ſum, *Gambacur. d. cap. 5. num. 2.*

6 Non obſtant citati † Patres, Quorum opinio pro
cederet ſolum, iure canonum inſpecto, propter fun
damentum illud, quod habere ſupponunt, *in d. cap.
frater.* Neque verò tantus in eum conſeurit *Doct.*
7 numerus; vt nos aſſentiri cogat, tum † quia *Farin.*
immemor Gregor. Conſtit. negantium opinionem
inſequutus, *d. quæſt. 28. num. 28. 29.* Contrarius ſibi
ſit, cum affirmantium exindè amplexus ſit ſenten-
tiam, *de immunit. eccleſ. num. 99. 101.* Cui nec pęni-
8 tus † aduerſatur, *Decian. d. cap. 28. num. 11.* quia di-
ſtinguit ipſe, *lib. 6. crim. cap. 26. num. 7.* Quod ſi aga-
tur de puniendo ſacrilegum, pœna ſacrilegij, quod
com-

commiſit, & pro quo non fuit punitus, tunc tutus
ipſe non eſt in Eccleſia, ſecus ſi ageretur de eo pu-
niendo pro alijs delictis, ſi pro ſacrilegio fuerit cō-
demnatus, & bannitus. Fateor tamen iſthęc tunc
ſcripſiſſe, *Decian.d.cap.26.num.7.& d.cap.28.num.
11.* cum promulgata nondum illa eſſet Gregorij
Conſtitutio, quam ſi vidiſſet, abſque dubio, & ipſe,
hoc idem indiſtinctim affirmaſſet, ſacrilegum nem
pè ad Eccleſiæ immunitatem admitti. Atque ideo
9 ſatis erraſſe † cenſui, *P.Gambacurt.d.cap.4.num.2.ad
finem.* Aſſerentem quod ſicubi, vel eſt conſuetudo
recepta, vel ſaltim extat memoria, quod ſic aliquā-
do iudicatum ſit, non auderet ibi contrarium pra-
cticare. Vbi vero neque apparet de hac conſuetudi-
ne, nequè extat memoria, quod aliquando ita iudi-
catum ſit, non videtur illi in rigore neceſſario ne-
ganda immunitas ſed aliquam habet probabilita-
tem poſſe ad eam admitti. Errat inquam *P.Gamba
curt.* quia inſpecta Gregor.XIV.Conſtitutione, nul-
la requiritur conſuetudo, nulla memoria, nulla ſen-
tentia, ſatis erit ſacrilegij crimen in ea exceptum
non fuiſſe: vt ex Pontificis mente, concludendum
mihi ſit ſacrilegum eccleſię gaudere immunitate,
qui clericum etiam occiderit.

Secunda, Artic. huius, Dubitatio eſt. Pręuentio-
ni locus nè ſit in ſacrilegij cognitione? Qua in re
10 duximus reſpondendum; Homicidium † clerici
ſacrilegium eſſe. quod mixti fori eſt, *cap.cum ſit ge-
nerale.vbi Butr.& Abb.de for.competen.& in cap.1.
num.3.6.de offic.ordin. Balder.conſil.12.num.2.de iu-
dic.Boer.deciſ.254. Couarrun.3.reſolut.cap.3.num.1.
Teſſaur.deciſ.224.num.2.Clar.§.fin.quaeſt.37.num.6.
Marta, deciſ.235.num.1.Roland.conſil.24.num.13.in
2.Franciſc.Marc.deciſ.123.num.6.deciſ.595.num.3.
deciſ.597.num.3.deciſ.608.p.2. Oſaſc. deciſ. 103.nu.
7.Franc.deciſ.104.Maſtrill.deciſ.68.nu.4.Guazz.reo-
rum defenſ.1.cap.11.num.11. Farinac. quaeſt.8.num.
132.Tuſc.lit.S.concluſ.295.n.5.* ſicut, & aſſaſſinium,
*Decian.lib.4.crim.cap.26.num.17. Guazz.d.cap.11.
num.23.* vt pręuentioni locus ſit, *ad text.in Conſtitut.
multæ Leges.vbi Afflict.notat, num.6.cap.propoſuiſti,
de for.compet.Guid.Pap.deciſ.562. latè Clar.§.final.
quaeſt.36.num.42.& quaeſt.38.Griland.de pœn.num.2.
Boſſ.tit.de ſacrileg.ad fin. Tuſc.lit.S.concluſ.6.numero
11.Caball.crim.reſolut.caſ.194.num.9. Sacca, conſ.2.
num.9.Decian.lib.6.crim.cap.36.num.6.Couarr.1.re-
ſolut.cap.4.num.8.Scacc.de iudic.lib.1.cap.12.nu.57.
Burſat.conſil.90.num.29. Craſſ. cleric.effect.1.num.
613.Maſtrill.deciſ.68.num.4.5.deciſ.210.numero 7.
11 Surdus, conſil.498.num.20.* Qua potiſſimum ſilet †
alterius iuriſdictio, ne vlterius procedat, *d.cap.pro-
poſuiſti.& l.ſi quis poſtea.ff.de iudic.Decian.lib.4.cri-
min.cap.22.num.1.conſil.51.num.7.in 5.Maſtrill.de-
ciſ.210.num.3.Tuſc.lit.P.concluſ.446.num.1.2.Scac.
lib.1.cap.12.num.57. Guazz.reorum defenſ.1.cap.8.
num.1.Sacca, conſil.2.num.11. Farinac. quaeſt.7.num.
52.* maximè ſi opponatur, *Decian.conſil.18.nu.319.
volum.1.Scacc.d.cap.12.num.67. Guazz. d.defenſ.1.
cap.10.num.27.* Quod procedere volunt, *Farinac.d.
num.52.* ſi pręueniens, inferior iudex ſit pręuento,
*Decian.lib.4.crim.cap.20.numero 7.Scacc.d.cap.12.
num.57.66.Maſtrill.d.deciſ.210.num.5. Guaz.d.cap.
10.num.6.* Sed eccleſiaſticus dignior eſt in his, quę
ſunt mixti fori, *Maſtrill.d.deciſ.210.num.7.* Secula-
rem ergo iudicem, ſi pręuenit, pręferendus eſt, *Seſ-
ſe, deciſ.153.num.8.Menoch.de arbitrar.caſ.371.nu-
mero 9.Decian.lib.4.crimin.cap.22.Pariſ.conſil.109.
num.5.in 4.* Ne pluribus iudicijs vexetur reus, & vbi
cęptum eſt iudicium, finem accipiat, *l.vbi cęptum.
ff.de iudic.Gabr.tit.de iudic.concluſ.1.* Additque *Ho-
ſtien.in d.cap.cum ſit generale. & ibi, Abb. in princ.
de for.competen.* quod Eccleſiaſticus ſi pręuenit, pu-
niet pœnis omnibus ex delicto, per quas non impo
nitur pœna ſanguinis, *Tuſc.lit.S.concluſ.6.num.12.*
Proinde ſi verbali pręuentioni ſtandum eſſet, *ex De-
cian.lib.4.crim.cap.21.num.2.Scac. de iudic.cap.12.
num.53.* nulli dubium Curiam Archiep. pręueniſſe
12 ſecularem, & ſufficit citatio † ad domum, quę prę-
fertur citationi reali, & perſonali poſtea factę, *Socc.
cap.propoſuiſti.num.21.de foro competen. Angel. de
malef.gloſ.Iudex commiſit. Decian. d.cap.21.nu.13.
Scacc.d.cap.12.num.79.Maſtril.deciſ.210.numero 2.*
13 At ſi realis pręuentio † pręualeret verbali, *ex Fari-
nac.quaeſt.7.num.53. Scacc.d.cap.12.num.75. Capi-
blanc.de baron.pragmat.9.num.254.Franc.deciſ.18.
deciſ.505.Teſſaur.deciſ.90.* Tunc ſecus, ſi pręuenieris
verbaliter, ex contumacia proceſſiſſet ad ſententiā,
*Angel.d.gloſ.iudex commiſit.num.14. Bald.conſ.418.
in 2.Decian.lib.4.crim.cap.21. Farinac.quaeſt.7.num.
53.Maſtrill.deciſ.210.num.8.* Cumque Secularis Iu-
ſtitię Capitaneus (Prorege Meſſanę commorante)
Ioſeph, & Ioannem Lyſi, cęteroſque ſacrilegij com-
plices, in Eccleſia Sancti Nicolai, Archiepiſcopa-
tus Meſſanę vidiſſet, & Miniſtri Curię Archiepiſco-
palis illos depreheuſos ad carceres deduxiſſet, con-
cludendum cenſeo Eccleſiaſticum iudicem pręue-
niſſe, ſic enim ex actis conſtat, quibus contra Cu-
14 riam Secularem adeo vrget pręuentio, vt facta † in
vnum ex correis, contra alios cenſeatur inducta, ex
multis à *Scacc.* relatis, *d.cap.12.num.78. Guazz.reo-
rum defenſ.1.cap.8.num.6.* cum etiam dixerit, *De-
cian.lib.4.crimin.cap.21.num.16.* Pręuentio contra
mandatarium, facta etiam dicitur contra mandan-
tem, *Caualc.de brach.reg.p.4.num.343.Scacc.d.num.
15 78.Guazz.d.num.6.* & licet aliter † opinetur, *Farin.
quaeſt.7.num.72. ex Bart.Bald.Alex.& Medic.* quos
citat, cum tamen eorum neminem inueniſſe dixe-
rit, *Scacc.d.num.78.* qui id aſſeueret, *Farinac.* ergo
dictum de iure improbandum ipſe teſtatur, *d.num.
78.Guaz.d.num.6.*

Verum, His non obſtantibus, inueterata Regni
16 praxis eſt, Iudices † Laicos de hoc crimine ſolum
cognoſcere, quoad pœnas temporales; Eccleſiaſti-
cum verò quoad Spirituales, *ex Bart.l.ſi cui.§.fin.ff.
de accuſat. Aloyſ.Leo.in l.ſi quis in hoc genuſ.num.52.
C.de epiſcop.& cleric. Abbas, num.29. Felin. & alij,
in cap.inter alia.de immunit.eccleſ. Marſil.de bannit.
verb.Eccleſiæ.num.26. Amod.de Sindic.numero 179.
Decian.lib.4.crimin.cap.26.num.1.Farinac.quaeſt.28.
num.62.Guazz.reorum defenſ.1.cap.11. numero 20.
Guid.Pap.deciſ.562.num.2. Tuſc.lit.S. concluſ.293.
num.22.Clar.§ fin.quaeſt.36.num.47. & ad eum, Ba-
iardus, quaeſt.37.num.2. Camill.de Curte, diuerſ.feud.
par.2.cap.2.num.170. Craſſ.cleric.effect.1.num.620.
Gomez.3.reſolut.tit.de immunit.eccleſ.ſub num.2.Ca-
ball.crimin.reſolut.caſ.94.caſ.194.num.5.10.Maſtril.
deciſ.68.num.7. Roland.conſil.24.num.6.8.in 2. Ca-
ualc.de brach.reg.p.num.87.* Tum maximè, ſi pœ-
na ſan-

Digitized by Google

na ſanguinis eſt imponenda, Curiæ Seculari traden
dus eſt reus, *Tuſc.lit.S.concluſ.6.num.*12. vt ſi ab Epi
ſcopo, ſacrilegus fuerit condemnatus, à Seculari e-
tiam Iudice condemnari adhuc deberet. Imo Lai-
cus offendens Clericum, etiam in Eccleſia, à Secu-
lari Iudice puniendus eſt, *ad text. l.ſi quis in hoc ge-
nus.C.de epiſcop.& cleric. Angel.de maleſic. gloßa,in
ſcalis.num.1.Menoch.conſil.*100.*num.*27.*Teſſaur.de-
ciſ.*224.*num.*2.*Guazz.d.cap.*11.*num.*20.*Scacc.de iu-
dic.lib.1.cap.18.nu.13. Caball. crim.reſolut.caſ.*194.
*num.9.Tuſc.lit.S.concluſ.*293.*nu.*27.*Caualc.de brach.*
17 *reg.p.p.num.*75. Hinc † Secularis Principis indulto
gaudet ſacrilegus pro pœna corporali, *Pariſ.conſil.*
2.*num.*112.*in* 4.& pluries in Regno deciſum, refert
Maſtrill.deciſ.68.num.8.

Non obſtat *Text.cap.cum ſit generale.de for.com-*
18 *pet.* Quia † locum habet in terris eccleſiæ, & contra
eos, qui in temporali iuriſdictione ſubiecti ei ſunt,
*Camill.de Curte, d.cap.2.num.*178. *Maſtrill. deciſ.68.
num.7.*

19 Articulus Secundus, Fiſcum ad † iuſtitiam mini-
ſtrandam habere poteſt Epiſcopus, *Felin.cap.irre-
fragabili.§.caterum.num.11.de offic.ordin. Peregrin.
de iure fiſc.lib.1.tit.2.num.102.Couarr.2.reſolut.cap.
9.num.11.Tuſc.lit.F.concluſ.396.num.3.* Sed qui Ar-
20 chiepiſcopalis Curiæ officium aliquod exercet † ſi-
ne quo Archiepiſcopus ſuo munere fungi non po-
teſt, Eccleſiaſtico foro gaudet, vt à Seculari cogno-
ſci non poſſit, *Gratian.deciſ.233. num.6.8.diſcept.
340.diſcept.341.Craſſ.cleric.effect.1.nu.128. Sbroz.
de Vicar.epiſc.in proœm.num.8. Ricc. in prax. deciſ.
549.Macerat.lib.1.reſol.75.* Siue prætextu officij de-
linquat, ſiuè extra officium, ipſumque delictum cō
mune ſit, *Ponte, deciſ.36.* cumque teſtentur omnes
21 † fori etiam priuilegio gaudere Epiſcopi familia-
res, *ex cap.cum non ab homine.de iudic. cap.fin. de off.
archid. Abbas, cap.2.num.6. de foro compet. Vulpell.
de libert.eccleſ.p.3.num.24.Capic.deciſ.12.numero 1.
Theſſaur.deciſ.22.num.6. Bombin. conſil.10.num.10.
Zerol.prax.epiſc.verb.epiſcopus. Craſſ.d.effect.1.num.
128.Clar.§.fin.quaſt.35.num.11.* & ad eum, *Baiard.
quaſt.36.num.2.Leon. Theſaur.for.eccleſ.p.p. cap.11.
num.19.Viui.deciſ.116. Farinac.quaſt.8.nu.46. Burſ.
conſil.25.num.15.Marc.Ant.Genuen. prax.Archiep.
cap.9.nu.6.* Quod ſpeciale eſt in familia Epiſcopi,
*Aloyſ.Leo.Auth.Caſſa.num.23.C.de ſacroſ.eccleſ. in
l.1.num.11.12. .de epiſcop.& cleric.Villalob.comm.
opin.lit.F.num.33.Suarez, comm.opin. verb. clericus.
num.129.* ſiue ad expenſas Epiſcopi viuant, *Menoc.
conſil.901.num.48. de arbitrar. caſ.552.numero 17.
Henya,in Curia Philipp.par.3.§.1.num.15.* Aut pro
ſuæ iuriſdictionis adminiſtratione, *Gratian.Mace-
rata,Craß.& alij nuper citati.* Sed aſſaſſinus amittit
forum, vt mox dicemus, ſub *num.35.* ergo.

Articulus Tertius. Illud eſt memoria repeten-
22 dum, in aſſaſſinio † probabilia ſufficere argumen-
ta, *cap.1.& ibi, Doct.de homicid.in 6.Gramm.vot.18.
num.6.Marſil.in prax.§.examinanda.num.24.& in l.
1.num.127. .de rapt.virg. Dec. conſil. 189. num.4.
Gramm.Vot.11.num.22. Boſſ.tit.de conuict.num.25.
Caball.de omn.gener.homic.num.516. Carrer.in prax.
§.circa.num.18. Felic.allegat.3.num.17.p.p. Marta,
deciſ.238.num.1. Farinac. conſil.99.num.3.quaſt.8.
num.85.quaſt.86.num.41.quaſt.123.num.46. Ma-
ſcard.de probat.concluſ.137.num.1.concluſ.1223.nu.
13.Decian.lib.9.crimin.cap.30. Bouadill.lib.2.politic.
cap.18.num.56. Intrigl.deciſ.40.num.47.Guazz.reo-
rum defenſ.4.cap.13.num.11. Catalan.de indult. cap.
32.num.34.Craſſ.cleric.effect.1.num.711. Guttierez,
lib.3.pract.quaſt.7.num.21. Anguiſſ. conſil.25.nu.5.
lib.1.* Ad ordinariam etiam mortis pœnam, *Felinus,
d.cap.afferte.num.10.de præſumpt. Plac. lib.1.delict.
cap.19.num.16.Maſcar. de probat. concluſ.121.num.
77.Ludouic.concluſ.45.ampl.1. Grinel.Dolan. deciſ.
93.num.3.Intrigl.deciſ.40.num.40.48. Farin. quaſt.
86.num.43.48.quaſt.123.num.47.conſil.196.num.8.
Clar.§.aſſaſſinium.numero 6.& §.final.queſt.20.Mar-
ta,d.num.1.Guaz.d.cap.13.num.11.12. Gabr.tit.de
crim.concluſ.1.num.20.Decian.d.cap.30.num.22.Ce-
ual.comm.quaſt.901.num.43.*

Probabilia autem ſunt Argumenta, ex quibus
indubitatum oritur indicium, *Felin. d.cap.afferte.
num.10.Gramm.Vot,11.num.22.conſilio 1.num.64.
Decius,d.num.4.Guazz.d.num.12. Capic.deciſ. 155.
num.25. Marſil.dict.§.examinanda.num.24.Campan.
R.N.cap.frequens.num.68. Rolandus,conſil.72.in 1.
Matth.Brun.conſil.64.num.44. Maſcard.de probatio.
concluſ.130.Catalan.de indult.cap.32.num.34.Farin.
conſil.99.num.29.conſil.196.num.9. quaſt.86.nu.43.
Intrigl.deciſ.12.num.20.Marta, de iuriſdict.p.4.cent.
2.caſ.129.num.16. D.Carol.Tapp.de iur.Neapol.rub.
2.de ſacroſ.eccleſ.num.15.* Indubitatum dicitur, ſi ta
le ſit, vt ex eo, res ita apud iudicis oculos clara red-
datur, ne ad aliter credendum iudicem moueat,
*Tapp.d.rubr.2.num.19.Marta,deciſ.248. Nouar.col-
lect.163.num.23. Farinac.conſil.70.num.10.conſ.99.
num.30.quaſt.9.num.29.30.quaſt.86.num.43. Guaz.
defenſ.33.cap.15.num.1.Caball.caſ.288.num.10.* Vel
23 vt torturæ ex eo † locus ſit, *Gamma.deciſ.179.num.
2.deciſ.281.Guazz.defenſ.1.capit.31.num.9. Caſtill.
deciſ.156.num.9. Maſtrill. de indult.cap.29.num.22.
Decian.conſil.88.num.3.in 3.* Imo ſatis eſt, ne eccle-
ſiæ quis gaudeat immunitate, ſi præſumptiuè ſal-
tim conſtet, *Farinac.conſil.211. num.18.* iuxta Cle-
ment. VIII. declarationem, in Panorm. illa, quam
recenſet, *Genuen.in prax. Archiep.cap.94.* vbi ſuffice-
re in hoc, Summariam (inquit) & extraiudicialem
informationem, pro conſcientia ipſius Archiepiſco
pi, ſubdit, *Ameſc. de poteſt. in ſe ipſ.lib.1.quaſt.19.
num.9.* vt ſi de formanda inquiſitione in aſſaſſinio
agatur, leuia ſufficiant indicia, ſi de tortura inferen
da, vrgentia eſſe debeant, & veriſimiliora, Ad con-
demnandum verò indubitata, & ita accipiendum
eſſe, *cap.1.de homicid. in 6.* notat ibi, *Ameſc. Felic.
alleg.3.num.43.p.p.*

His ſic prænotatis, Ad controuerſiam venio, in
qua dicendum mihi erat. Eccleſiæ eos non gaude-
His ſic poſitis. Scio pleroſque hac in re dubitaſſe ſatis: Duxi idcirco, plures diſtinguendos eſſe caſus, ad faciliorem Controuerſiæ huius intellectum.

4 Primus eſt, Si pro reo † falſum dixerit Teſtis, in eius defenſione contra Fiſcum, pœna mortis, in cauſa etiam capitali non punitur de iure, ſed alia mitiori, & extra ordinem pro iudicis arbitrio, *Marſil. l. 1. §. præterea. num. 8. ff. de ſicar. Boſſ. tit. de falſ. num. 138. Gramm. vot. 5. num. 2. Clarus, §. falſ. m. num. 8. & i, Baiard. num. 32. Alex. conſ. 58. ad finem, in 1. Bertaz. crim. conſ. 248. num. 1. conſ. 249. num. 12. Menoc. de arbitr. caſ. 306. num. 37. Guaz. reor. defenſ. 28. cap. 18. num. 11. Farin. quæſt. 67. num. 18. Ludouic. Lucenſ. deciſ. 51. nu. 79. Caball. crim. reſol. caſ. 165. n. 23.* Qui, à Iudice animaduertendum voluit, *num. 26.* ad qualitatem cauſæ, in qua commiſſa fuit falſitas, vt non eamdem omni in caſu Teſtibus pœnam imponat, alia enim exigitur in capitali, alia in graui, alia in leui, ne Iudex ipſe de iniquo redarguatur arbitrio, ſed vt iuſtum omnibus proferret iudicium: Pro-
5 prium namque punitiuæ Iuſtitiæ eſt † pœnam pro ſceleris menſura imponendam eſſe, *c. fœlicis. §. illud autem. de pœn. in 6. c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maior. par. capit. l. 1. §. ſed, & quæ. ff. de abige. auth. omnes peregrini. ad fin. vbi, Bald. & alij, C. comm. de ſucceſſ. l. reſcriptum. ff. de ijs. quib. vt indign. l. paulus. ff. ad leg. falcid. Marſ. in prax. §. opportunè. num. 46. Cranetta, conſ. 45. num. 15. Macerat. lib. 3. reſol. 39. num. 39. reſol. 45. num. 13. Menoch. de arbitr. quæſt. 83. n. 2. quæſt. 90. num. 38. Nouar. collect. 210. num. 11. Scacc. de iud. c. 58. num. 12. Surd. conſ. 321. num. 55. conſ. 250. n. 10. Caball. reſolut. crim. caſ. 31. num. 19. caſ. 145. num. 5. Guaz. reor. defenſ. 33. c. 4. num. 3. Farin. quæſt. 4. num. 10. quæſt. 17. num. 9. Tuſc. lit. P. concluſ. 211. nu. 1. Caual. de brach. reg. p. 4. num. 28.* in term. *Monald. conſil. 58. num. 16. in 1.*

6 Cæterum hæc iuris ſunt, Noſtrati † tamen in Regno, ob falſorum teſtium frequentiam, & ſubornandi vſum, vt *Gram.* inquit *Vot. 12.* Duæ ſunt, *Pragm. 1. 3. tit. 35. de falſ. p. p.* quibus naturalis mortis pœna ei imponitur, qui criminali in cauſa, tum ad offenſam, tum ad defenſam, falſum dixerit, meminit *Baiard. d. §. falſum. nu. 41.* Quod ideo à *d. Pragm. 3.* ſancitum cenſuit, & meritò *Rouit. R. N. pragm. 4. n. 18. tit. de falſ.* vt iuris communis remoueat difficultatem, quam excutit, *Gram. Vot. 5.*

Secundus caſus eſt, Si quis criminali in cauſa fal-
7 ſum † dixerit contra reum, ſimilitudine ſupplicij puniendus quoque erit, ſiue reus fuerit condemnatus, ſiue abſolutus, *cap. ſatis. ad fin. 33. quæſt. 5. l. 1. §. præterea. ff. de ſicar. vbi Marſ. num. 6. & conſ. 27. num. 5. Gramm. Voto 5. numero 2. Gomez, l. Thaur. 83. numero 7. l. 73. num. 9. Cornaz. deciſ. 111. num. 7. Bertaz.*

crim.

crim.conſ.218.num.16. Claud.ad Bertaz.crim.conſil. 72.lit.A.Peguer.deciſ.19.num.5. Auenion.deciſ.98. num.1.2. Tarret.conſ.9.num.73.in 1. Guazz. reorum defenſ.28.c.18.num.1. Oſaſc. deciſ.19.num.1.2. Menoch.de arbitr.caſ.306.num 2. Ludouic.Lucenſ.deciſ. 15.num.11.12.Couar.cap.quamuis.p.p.§.7.num.6.de pact.in 6.& lib.2.reſol.c.9.num.1.ad fin. Caball.crim. reſol.caſ.165.num.12.13. Etſi ſolus ſit teſtis, Clar. §. falſum.num.4. Azeued.l.4.num.8.tit.17.lib.8.recop. & Aend.de mandat. reg. lib.2.cap.27.num.22.illat.4. Modò cauſa fuerit capitalis, & delictum non ſit publicum, licè ex alijs probet, Caball. d.caſ.165.num. 4.qui Tex.d.§.præterea.ſic ex comm. intelligendum putat, & num.10. Plures declarationem hanc inſequentes citat addo, Guaz. d.c.18.num.2. Azeued.l. 4.num.27.50.51.tit.17.lib.8.recop. Nouar.collect.2. num.18. At ſi criminalis, in ea tamen pœna corporalis imponenda non eſt, niſi falſi pœna ordinaria, l.1.in princ.ff.de falſ.Bald.l.ſi legibus.nu.2.C.ſi contr. ius, vel vtilit.publ.vbi, Salic.num.4. Boſſ.tit.de falſ.nu. 169. Azeued.d.l.4.num.27.Guaz.d.c.18.n.5. Eritque arbitraria, Azeued.d.l.4.num.97. Caball.d.caſ.165. n.18.vbi ediſſerit, quæ ſit falſi pęna in nobili, & vili perſona: Si vero merè ciuilis eſſet cauſa, tunc alijs pęnis à iure præſcriptis puniendus eſt falſus teſtis, Azeued.d.l.4.num.28.quod arbitrarium eſſe dixit, num.97.

Conſuetudo autem aliud admiſit, vt reo nempè abſoluto, mitius puniatur falſus teſtis, Gram.Vot.5. num.2.Oſaſc.deciſ.19.num.3. Clar. §.falſum. num.8. Farin.conſ.115.num.3. Guaz.reor.defenſ.28. cap.18. num.3. Alba, conſ.140.num.3. Caball. d.caſ.165.nu. 14.Ludouic.Lucenſ.deciſ.15.num.44.52. Quam veriorem, & in praxi ſeruatam opinionem teſtatur, Farinac.quæſt.67.nu.17. Si vero ſecuta ſit rei mors, tunc teſtis debet mori, Ludouic.d.deciſ.15.num.51. Caball.d.caſ.165.num.17.Guaz.d.cap.18.nu.4.& addit, ibid. hoc intelligendum, ſi mors in reo ex illius teſtis depoſitione fuerit inſequuta. Si verò ſine illius diſpoſitione, conuictus ex crimine reus ſit: Teſtis qui falſum dixit, mortis pęnam pati non debet, eo enim caſu, verum depoſuiſſe dicitur, ſibi tamen ignotum: Sicquè Doct. concludunt, illum præpoſuiſſe falſum vero, propter quam falſitatem, mortis pęna irroganda non eſt, ſed mitior, Anchar.conſ.24. num.5.Boſſ.tit.de falſ.num.122. Caball.crim.reſol.caſ. 38.num.1.Guaz.d.c.18.num.4. & deponens ad defenſam contra Fiſcum, mitius punitur, quàm ſi pro Fiſco ad offenſam depoſuiſſet, Farin. conſ.115.num. 5.25.26.

Tertius caſus eſt, ſi conuictus ex ſeipſo eſt teſtis, falſum nempè ſe dixiſſe ſponte manifeſtans, tunc diſtinguendum cenſui, aut quæritur, credendum nè ei ſit in tertij, vel ſui præiudicium?

8 Priori in caſu, illi non credi † dicimus, niſi per alios quoque teſtes probetur falſitas, c.ſicut nobis. de teſtib.Felin.c.cum in tua.num.7.de teſtib. Dec.conſ. 189.num.5.6.18.Marſ.conſ.78.nu.18. copioſè Surd. conſ.173.num.80.deciſ.135.d.num.1.deciſ.107.num. 6.Maſcard.de probat.concluſ.744.num.1.Cephal.conſil.233.num.10.Rolan.conſ.16.num.7.in 1. Monald. conſ.1.num.63.in 1.Farin.conſ.171.num.4.30.conſil. 112.num.14.Gabr.tit.de crim.concluſ.32.nu.1. Burſ. conſ.311.num.94. Guaz. reor.defenſ.28.c.16.num.1. Honded.conſ.106.num.23.in 1. Viui.deciſ.171.num. 6.Mareſcot.2.reſol.c.35.num.34.35. Macerata.lib.3. reſol.44.ſub num.3.Valaſc.deciſ.73.num.2. Etſi duo eſſent teſtes, Anchar.conſ.24.Bertaz.crim.conſ.156. Macerat.d.num.3.& in articulo mortis, Bart.l.ſi quis in graui.§.1.ff.ad ſillan.Gabr.d.concluſ.32.num.2.Gomez,3.reſol.c.13.num.16. Clar.§.fin.quæſt.13. Guaz. d.cap.16.num.2. Surd.deciſ.107.num.1. deciſ.135. num.14.15.Ronit.R.N.pragm.4.num.28.tit.de falſ. Farinacius, conſ.112.num.13. Marſ.conſ.79.num.13. Bertaz.d.conſil.156. Macerat.dict.num.3. ac ſponte, Ruinus, conſil.147.in 5. & in tortura, conſil.146.in 2.Macerat.d.num.3. Vel in iudicio criminali, contra tertium moto, Ruinus, conſil.151.ad finem, volum.5. Guaz.d.cap.16.num.2. Gabr.d.concluſ.32.num.3. ad infringendum tamen eius teſtimonium credo eum plenè probare, Monald.d.num.63. Sic in notario fal-
9 ſum in fauorem † rei ſcripſiſſe affirmante, Bart. l.ſi quis in graui.§.1.& Caſtr.l.Seia.ff.ad ſillan. Specul.tit. de inſtrum.edict.§.poſtremo.Boer.deciſ.255.ad finem, Alex.conſ.133.vol.7.Sfort.conſ.78.num.7. Menoch. conſ.37.num.147.Gabr.d.concluſ.32.num.5.Farinac. conſil.200.num.7. Roland.conſ.18.num.7.in 1.conſil. 58.num.11.vol.2. Maſcard.d.concluſ.744.numero 4. Guaz.d.cap.16.num.3. Surd. deciſ.107.num.1. deciſ. 135.per tot.Caball.crim.reſolut.caſ.151.num.4. Sed aliquam facit præſumptionem, Natta.conſ.124.nu. 15.Sfort.d.num.7.8.Guaz.d.num.3. maximè ſi alia concurrant, Boſſ.tit.de falſ.num.99.Farin.conſil.200.
10 num.7.Surd.conſ.135.num.5.15. Sic in iudice † falſam promulgaſſe ſententiam aſſerente, Gabr.d.concluſ.32.num.7.Guaz.d.cap.16.num.4. Maſcardus, de probat.concluſ.744.num.1.Peregr.conſ.8.num.8.in 1. Niſi ſententia iniuſtitiam contineret, tunc enim ſuper ea credendum erit iudici, Guaz.d.c.16.num.4. Gabr.d.concluſ.32.num.8. & addit num.9. Quod ſi plures ſint iudices, qui in ſententia interuenerint, aſſerentes falſam tuliſſe ſententiam, & per ſordes in præiudicium tertij, fides illi, tunc eſt adhibenda, Guaz.d.num.4.

Cæterum ſi cum aſſertione teſtis, notarij, vel iudicis, alia concurrerent adminicula, grauarent vtique imputatum ipſum ad torturam, Gabr. d.concluſ.32.num.13. Guaz.d.cap.16.num.5. Viui.deciſ. 282.num.27.

11 Poſteriori in caſu, in ſui † nempè præiudicium, An confitenti ſe falſum dixiſſe credendum ſit? & qua pęna puniri poſſet? Controuertunt Doct.

Prima eorum fuit opinio, Confeſſionem etiam ſpontaneam reo non nocere, vt ordinaria condemnari poſſit pœna, niſi conſtet de corpore, & ſubſtantia delicti, aliter quàm per confeſſionem eius, Bald. Caſtr.& aly, in auth.ſed nouo iure. C.de ſeru.fugit. Iaſ. l.iuſiurandi.§.procurator. num.23.ff.de iureiur. Felin. cap.ſedes.num.5.de reſcript. Marſ. rubr.de probation. num.104.& conſ.53.num.37. ſibi contrarius, conſilio 41.num.11.Gugliel.Benedict.cap.rainutius.gloſ.quam alib matrimonium contrahens.num.259. de teſtamen. Alex.conſil.19.num.4.vol.7. Angel.conſil.22.ad finem.Gabr.conſ.147.num.11.vol.1. Crauett.conſ.260. conſil.262.Farinac.quæſt.2.num.7.Grat.conſil.91.nu. 4.in 2.Mirant.in prax.p.6.de appell. num.29. Caball. crim.reſol.caſ.255.num.1.2.3. Gramm. deciſ.2.num. 38.deciſ.48.num.4. Clar.fin. quæſt.4.& plenius, quæſt.

55.*num.*10.*Macerat.lib.*3.*reſolut.*44.*ſub num.*4.*Hon-
ded.conſil.*108.*num.*50.*in* 1.*Tuſc.lit.D. concluſ.*171.
*num.*3.4.5.17.*Maſull.ad Capic.deciſ.*155.*nu.*6.*Gabr.
tit.de crimin.concluſ.*17. *Rolandus, conſil.*51.*num.*9.
in 1.*conſil.*17.*num.*55.*in* 3.*Cartar. de exequut.ſenten.
capt.bannit.cap.fin.num.*9. *Burſ. conſil.*201.*num.*32.
in 2.*conſil.*316.*num.*5. *Rim.iunior, conſ.*426. *num.*6.
*Maſcard.de probat.concluſ.*354.*num.* 1.*Turret.conſil.*
51.*nu.*13.*in* 2. Et mitius puniendus eſt, ſi aliter con-
uictus non ſit, *Caball.reſolut.crim.caſ.*294.*num.*141.
Nec contra alium teſtem, eius probat ſubornatio-
nem, *Dec.conſ.*189.*num.*6. *Roland.conſ.*16.*n.*7.*in* 1.
*Ludouiſ.deciſ.*194.*num.*8.

Secunda eorum fuit opinio, in ſui præiudicium
12 credendum eſſe † teſti ſe falſum dixiſſe pecunia
corruptum, *Felin.cap.cum in tua.num.*4. *de teſtibus.
Marſ.rub.de fideiuſſ.num.*39. *Socc.iun.conſil.*61.*num.*
19.*in* 2. *Franciſc.Marc. deciſ.*488.*num.*8.*p.p.Ludouiſ.
deciſ.*194.*num.*8. *Guazz.reor.defenſ.*28.*cap.*16.*num.*
5.*Honded.conſ.*106.*num.*22.*in* 1.*Burſ.conſil.*99.*num.*
26.*conſ.*439.*num.*24.*conſ.*311.*num.*94.*Rolan.conſil.*
16.*num.*7.*in* 1.*Surd.deciſ.*107.*nu.*5. *Viui. deciſ.*171.
*num.*6.*Bardell.conſ.*28.*num.*19. *Gabr.de teſtib.concl.*
32.*num.* 14. & admitteret, vt ſui ipſius accuſator,
*Specul.tit.de probat.§.videndum.num.*25. *Honded.d.
num.*22. Sic in notario falſum ſcripſiſſe affirmanti,
& in iudice falſam ſententiam protuliſſe confiten-
ti, *Gabr.d.num.*14. *Guazz.d.num.*5.*Sforz.conſil.*78.
*num.*7.8.

Tertia eorum fuit opinio, Quod etiam ſi falſus
13 † teſtis ſe falſum dixiſſe manifeſtet, adeo vt per ma
nifeſtationem hanc pars illæſa remanſerit, adhuc
puniretur, *ex l.qui ea mente.ff.de furt. vbi Bart.* no-
tat, quod licet delictum per pœnitentiam in priſti-
num ſtatum, retrahi poſſit, ſi tamen ex illo, ab ori-
gine oriebatur actio ad pœnam, non admittitur pę-
nitentia, maximè cum per eum ſteterit à principio,
*Azeued.l.*4.*num.*.76.*tit.*17.*lib.*8.*recop.* Imo & for-
tius, ſi ex ſolo dicto ſuo non vitiaretur eius teſtimo-
nium, Addit tamen hoc in caſu, *Bar.d.l.qui ea men-
te.* Pœna ordinaria puniendum eum non eſſe, ſi te-
ſtis ita de falſitate doceat, quod eius dictum vitia-
ri poſſit, tunc enim iam ſtetit per eum nolentem
falſum teſtimonium occultare, probationem ſub-
miniſtrans per quam (coaddita etiam ſui confeſſio-
ne) conſtare poſſit falſitas, *Gomez.l.Thaur.*83.*num.*
8. Qui & *num.*9. inquit, quod ſi dictum teſtis habe-
ret formam, vt quia in figura iudicij depoſuerit, li-
cet alias illud eſſet nullum, adhuc puniretur, *Aze-
ued.d.l.*4.*num.*77. ſed extra ordinem ſi pęniteat, *Sa-
lazar.de vſu & conſuet.cap.*5.*num.*29. *Azeued.d.l.*
4.*num.*78. Sic in teſte, quem falſum deponentem in
cauſa hęreſis, ſi pęnituit, ac ſe ſponte detulit, non de
hæreſis, ſed de falſi crimine puniendum voluit, *Si-
manc. Inſtit.Cathol. tit.*64.*de teſtib.num.*94.95.98.&
mitius, *num.*99.*Rojas, de hæret. p.*2. *aſſert.*8.*nu.*159.
*Gomez.d.nu.*8. *Azeued.d.l.*4.*n.*65.66.68. cum ſpon-
te confiteatur, *Gabr.tit.de crim.concluſ.*19.*n.*7.*Oſaſc.
deciſ.*60.*num.*9.*Bertaz.crim.conſil.*450. *Macerat.lib.*
3.*reſol.*35.*num.*2.

Quid dicendum? Ad veram quæſtionis huius
14 reſolutionem † obſeruandum cenſui, Quod ſi, *ex
Pragm.*1.*tit.*35.*de falſ.* contra hunc falſum teſtem,
ſtatuta eſt naturalis mortis pœna, ſi criminalis cau-
ſa mortis pęnam reo irrogandam expoſcat, *argum.
l.*1.*§.præterea.ff.de ſicar.Felin.cap.ſicut.num.*2.*de te-
ſtib.Boſſ.tit.de falſ.num.*138.169.*Clar.§.falſum.num.*
8.*Farin.conſ.*115.*num.*2.*Turret.conſ.*9.*num.*73.*in* 1.
*Cornaz.deciſ.*111.*n.*7.*Menoch.de arbitr.caſ.*306.*n.*2.
*Peguer.deciſ.*19.*num.*5. *Bertaz. crim.conſ.*218.*n.*16.
Siue ad defenſam falſum dixerit teſtimonium, ſiue
ad offenſam, *ex pragm.*3.*d.tit.*35. Nec iudex ab ea
recedere poteſt, *Iſern.c.*1.*num.*41.*de regalib. ex l. ſi
ita ſtipulatio.ff.de verb.oblig. Did.Perez.l.*1.*tit.*6.*lib.*
8.*Ordinat.col.*2.*fol.*188.*Azeued.d.l.*4.*num.*63. *Ro-
uit.R.N.pragm.*1.*num.*24.*tit.de pœn.Muſcatell.prax.
crim.tit.de falſ.num.*48. Niſi in ſui perſonam, pœ-
nam pati ipſe velit, quam falſo teſti imponere omi
ſerit, *l.ſeruus.C.ad l.iul.de vi publ.* exornat, *Rom.ſing.*
77.*Azeued.d.num.*63. Cumque ſponte ſe detulerit
teſtis, falſum dixiſſe affirmans in cauſa aſſaſſinij,
quam contra Cęlium, & Rendam propoſuerat Re-
gius Fiſcus; Cui dubium? *Naturalis mortis*, pœnam
15 irrogandam illi eſſe: Tum maximè, quod † ſcientiæ
cauſam ipſe reddens, addidit ſono cognouiſſe pe-
cunias, ſed hæc atteſtationis ſuæ ratio, eſt inepta,
*ex Purpur. conſ.*369.*ſub num.*5.*in* 1. *Ball. lib.*1.*tit.de
indict.quæſt.*10.*num.*29. Faciliter enim decipi poſſet
teſtis ex ſono, An ſit pecunia, *vel* quid aliud ſonum
16 etiam præſeferens. Tum quia facta † loci inſpectio-
ne, patet ipſum videre non potuiſſe, ad locum vſ-
que, in quo, mandatarium pecuniam recepiſſe te-
ſtatur, ſed ex hac loci inſpectione teſtem de falſo
conuinci tradit, *Bertaz.crim.conſi.*71.*num.*27.*Felic.
allegat.*111.*num.*3.*p.*2. & ea quidem ratione, quod
probatio, quæ fit per inſpectionem loci, oculata fi-
de, alias ſuperat probationes, *§.fin. inſtit.de gradib.
cognat.* impoſſibile ſanè fuiſſe exiſtimarunt omnes,
17 id teſtem vidiſſe: Sed quod eſt impoſſibile, † ſtare
non poteſt cum veritate, ergo falſum inquit, *Bald.
l.conuenticulam, col.final. C.de epiſcop.& cleric.Salon.
l.gallus.§.quidam recte.num.*4.*ff.de lib.& poſth.Felic.
allegat.*134 *num.*7.10.*p.*2. *Euerard. centur. legal.in
loc.ab impoſſibili. Bertazz.crimin.conſil.*285. Hinc ſi
18 quid veriſimile † non eſt, pro falſo habetur, *c.quia
veriſimile.de præſumpt.l.qui habebat.ff.de leg.*3. *Rui-
nus, conſil.*1.*num.*2.*in* 5. *Cranett.conſil.*202.*num.*48.
*Cephal.conſ.*76.*num.*52.*conſ.*85.*num.*38.*conſil.*287.
*num.*21.*Intrigl.deciſ.*12.*num.*12. *Guarg.Patrot.*68.
*num.*28.*Rim.iun.conſ.*266.*num.*18.*Schrader.de feud.
p.*9.*cap.*2.*num.*68.*Surd.conſil.*303.*num.*39.*conſ.*489.
*num.*13.*conſ.*518. *num.*2. *conſil.*546.*num.*3. *Anat.
deciſ.*60.*num.*7 *Valenzuel.conſil.*97.*num.*2.*Menoch.
conſil.*2.*num.*300.*conſil.*151.*num.*14.*conſ.*283.*num.*
20.21.*conſil.*374.*num.*40.*conſ.*468.*nu.*12.*conſ.*598.
*num.*7.*Monald.conſ.*30.*num.*10.16.*in* 1.*Farinac.con-
ſil.*121.*num.*40.*conſ.*122.*num.*16.*conſ.*138.*num.*13.
*conſ.*166.*num.*14.*conſil.*110.*num.*5.*conſ.*147. *Felic.
alleg.*138.*num.*13.*p.*2.*Turret.conſ.*74.*num.*70.*conſil.*
67.*num.*28.29.*vol.*1.*Honded.conſ.*102.*num.*51.*conſ.*
106.*num.*45.*in* 1.*Neguſ.conſ.*50.*num.*18.*conſil.*190.
*num.*82.*conſ.*198.*num.*17.*conſil.*272.*num.*3. *Pacian.
conſ.*106.*num.*36.*conſ.*117.*num.*24.*conſil.*153.*num.*
25.*conſ.*113.*num.*44. *Roland. conſ.*100.*num.*114.*in*
4.*Viui.deciſ.*199.*num.*3. *Aldoin. conſil.*13.*num.*19.
*conſil.*26.*num.*48.*conſ.*43.*num.*29.*conſil.*68.*num.*46.
*conſi.*71.*num.*18.*conſ.*74.*num.*7.*Morot.conſ.*99.*num.*
34. Tum quia pecunia ſe corruptú, ad falſum depo-
nendum

Digitized by Google

nendum teſtatus ipſe fuit, *Roland.conſ.38.num.37.*
19 in 1. Cum nec † precium pro teſtimonio iuſtè etiam ferendo potuerit accipere, *Menoch. de arbitrar.caſ. 310.Rouit.R.N.pragm.4.num.3. tit.de falſ.* Etſi ſola pecuniæ corruptio falſum dixiſſe non probaret, *Valaſc.deciſ.51.nu.12.* Tum quia aſſaſſinium, mandatarij confeſſione etiam qualificata, ad mortis pœnam ſatis eſt, *ex Capic.deciſ.155.num.11.27.* & falſum rei confeſſione ſatis probari dixit, *Iul. Clar.§. falſum.Felic.alleg.29.num.2.p.p.* Tum, quia in tortura lecta ei cum fuerit prima eius atteſtatio, iterum ſe falſum dixiſſe non negauit; Naturalis ergo mortis reus eſt teſtis, *ex Muſcatell.prax.crim.tit.de furt.à num.51.* vt in term. ſtrangulatum alias fuiſſe teſtem refert *Auenion.deciſ.98.* qui falſum ſe depoſuiſſe in tortura affirmauit.

20 Non obſtat, Falſum teſtem † pro modo læſionis puniendum eſſe, *ad tex. cap.1. de crim. falſ.* Tunc enim delicti pœna punitur, ſi ex ſuo dicto ſecuta ſit condemnatio, & executio, *Marſ.l.1.§.præterea.num. 6.ff.de ſicar.Gram.vot.5.num.2. Oſaſc.deciſ.19.num. 2.ad fin.Caball.crim.reſol.caſ.165.num.13.* Proinde
21 ſatis non eſt, quod falſitas † ſit nocibilis in potentia, ad ordinariam criminis pœnam, niſi actu nocuerit, *Bald.l.ſi falſos.C.de falſ. Soccin. conſ.60.ad finem. vol.4.Menoch.de arbitrar.caſ.306.num.33. Ludouic. Lucenſ.deciſ.15.num.51.* Ob quam nocendi aptitudinem, extra ordinem puniendus quis eſt, *gloſſa l. damus.& ibi, Alex.ad Bart.C.de falſ. Boſſ.tit.de defenſ.reor.num.20.tit.de falſ.nu.82.83. Marſ. d.§.præterea.num.23. Afflict.deciſ.404.num.13. Foller. gloſ. & ſi confitebuntur.num.102. Caball. reſol.crimin.caſ. 144.num.2.Cornaz.deciſ.111.num.4.5. Gargiar.Patroc.26.num.21.Patroc.27.num.27.Patroc.28.num. 47.Patroc.73.num.7. Rouit.R.N.pragm.4. num.35. tit.de falſ.Schrader.de feud.p.9.c.2.num.58. Clar.§. falſum.Soccin.conſ.63.num.4. conſ.104.num.1.vol.1. Farin.quæſt.150.num.355.Muſcatel.prax.crim.tit.de falſ.num.22.Seſſe,deciſ.109.num.11.Ludouic.d.deciſ. 15.num.23.43.*

22 Reſpon.I. Hæc † Noſtrati in Regno pęnitus ceſſare, cum ex pragm.1.tit.35. de falſ.ſancitum ſit, Teſtem criminali in cauſa de falſo conuinctum, *Morte Naturali* afficiendum eſſe, ſi cauſa *Mortis* pęnam præſeferret, & *ex Pragm.3.tit.eod.* addit Protex vltimi ſupplicij pęna puniendam eſſe teſtis falſitatem, quam offendendo dixerat, vel defendendo, tam contra priuatas perſonas, quam contra Fiſcum, quod omne ampliandum voluit *Rouit. tit.de falſ.pragm.4.nu.1.* Etſi reus contra quem depoſuit teſtis capitaliter nec eſſet condemnandus, vt iuri communi ſtatutum adderet, *l.1.§.præterea.ff.de ſicar.Bart.l.4.§.prętor ait.ff.de damn.infect.Alex.conſil.196.n.2.in 6.conſ.30.nu.2.in 7. Schrader. de feud. p.10.ſect.3.num.3.Tiraq.1.retract.§.9.gloſ.1.nu.56. Tuſc.lit.S.concl.ſ.774.nu.3.* Quod procedere etiam dixit *Rouit. d.num.1.* ſi reus fuerit abſolutus, *ex Felin.cap.ſicut.num.2.de teſtib. Guid.Pap.deciſ.44.nu. 1.2.Bobic.cap.1.de falſ. Marſ. conſil.27.num.5. Peguer.deciſ.19.* Vel ſi condemnatus cum fuerit teſtis gratiam obtinuerit à Principe, *Caball.crim.reſolut. caſ.165.num.17.Azeued.l.4.num.73.titul.17.lib.8. recop.* Nec nouo indigemus proceſſu, ſed ſatis eſt terminum ad ſe defendendum, datum fuiſſe, ex *Muſcatello,prax.crimin.rubr.de falſ.num.40.*

Ex his, Carroza falſum teſtem Straticotiales Iudices, *Ad ſuſpendia furcarum* condemnarunt. Fuitq. Meſſanæ ſic exequutum de Menſe Octobris 1620. Cælius verò, Renda, & Panarioti à carceribus dimiſſi, non ſine magna populi lætitia.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſindicatum officiali remittere non poteſt, niſi derogatum ab eo ſit Legi.*
2 *Pœna officiali irroganda non eſt, ſine dolo, niſi negligentia ſit diſſoluta.*
3 *Sindicari officialis debet, quouis priuilegio, aut pacto non obſtante.*
4 *Iudex, qui iuſtitiam alteri, vel denegat, vel adminiſtrare negligit, dolo malo id egiſſe præſumitur.*
5 *Lata culpa dolo non eſt ſimilis, in criminalibus, maximè ad Triremium pœnam.*
6 *Baractaria præſumitur in dubio, ſi quid etiam mutuo reciperet iudex, vel alio colore.*
7 *Iudicis baractariam committentis, quæ ſit pœna.*
8 *Culpa in eo non conſideratur, qui iuxta patriæ conſuetudinem procedit, nec adſcribitur facienti, quod fieri eſt conſuetum.*
9 *Theſaurarius ſi publicam pecuniam expendere non poteſt, ſine mandato in ſcriptis, ita nec iurati ſine Theſaurario, aliàs digni ſunt pœna.*
Declar.num.11.12.
10 *Conſuetudo à dolo, fraude, & pœna excuſat, licet probata non ſit.*
13 *Baractaria, ſola promiſſione committitur, ſi iudex annuat.*
14 *Pœnitentiæ locus non eſt in baractariæ crimine, etiam re integra.*
15 *Probationes in ſindicatu, luce meridiana clariores eſſe debent.*
16 *Mediator in barattariæ crimine teſtis non eſt idoneus.*
17 *Pragm.3.tit.13.p.p. declaratur.*
18 *Officialis ſi iniuſtè aliquem carcerauit, quando excuſetur.num.19.20.21.*
22 *Officialis frumenti mercaturam exercere non poteſt, & quando ſecus, num.23.25.*
24 *Mercatura, vel negotiatio, ex vna venditione non probatur.*
26 *Frumentum pluris vendere, an poſſint iurati, quanti emerint, & num.27.29.*
28 *Effectus malæ adminiſtrationis, non modus inſpicitur.*
30 *Publicam Vniuerſitatis pecuniam in proprium vſum conuertere iuratus non poteſt, & quando excuſetur, num.31.*
32 *Reipublicæ pecuniam, certam in cauſam deſtinatam, in aliam cauſam conuertere iurati non poſſunt, & quando ſecus, num.33.*
34 *Priuati carceris crimen quando officialis, committet; Aut ab eo excuſetur, num.35.36.37.38.*
39 *Concuſſionis crimen ab officiali commiſſum quibus modis excuſetur, num.40.41.*
42 *Sententiam iniuſtam ſi iudex pronuntiet, tenetur in ſindicatu, & quando ſecus. num.43.44.45.46.*
47 *Officialium actus, vel ſententia præſumptionem pro ſe habet.*

48 *Iurati ſi Capitaneo officij poſſeſſionem dederint nulla ab eo præſtita fideiuſſione,* De ſtando Sindicatui, *An à Fiſco accuſari poſſint? & quibus medijs excuſentur? num.49.50.*

51 *Officialis contrauenien*s *Pragmaticis, aut Proregis ordinationibus, in Sindicatu, ex quibus excuſetur? nu. 52.53.54.*

55 *Inimici etiam officij cauſa, vel aliter condemnati, contra officialem teſtes eſſe non poſſunt.*

56 *Iudex, lata ſententia, an ſit inimicus eius contra quem pronuntiauit; Adeo vt ipſe, vel reus à teſtimonio repellatur? & quando?*

57 *Carcerati, qui fuerunt à iudice, Teſtes in ſindicatu contra eum eſſe non poſſunt.*

ARGVMENTVM.

Officialis quibus ex cauſis ſindicari poteſt? Quibuſuè mediis excuſari, & defendi poſſit? Copioſè diſſeritur.

Ad intellect. Reg. Ferdin. cap. 39.

CONSILIVM LXXII.

Condemnauit, Sindicator Iuratos Terræ Ali, ad remigandum ſuper regijs Triremibus per annos ſeptē; Nouum ſanè condemnandi genus, contra Officiales, & Reipublicæ adminiſtratores; Cumque appellatum ab eis fuerit ad M.R.C. Abſoluendos eos eſſe cenſui, diſcuſſis, ac non leui ſtudio, & diligentia perpenſis omnibus Regij Fiſci argumentis, quibus ſententiam confirmari petit.

1 Hoc vno prius præmiſſo. Licet Sindicatus à † Principe remitti non poſſit, *Affl. conſtit. volumus. num.4. rub.93. lib.1. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.73. num.44. Rodolfin. de Princ. poteſt. c.6. num.69. Auiles. de indic. ſindic. c.1. num.7. Anna, c.1. num.228. de vaſall. decrep. ætat. Carrab. de ſindic. p.p. nu.21.* ſine expreſſa Legis derogatione, *Auiles, de indic. ſindic. c.22. gloſ. 1. num.4. Rouit. de ſindic. official. pragm.1. nu.61. Teſtay. allegat.15. num.78.80.* Cum ſit iuſtitiæ neruus, *Azeued. l.39. in princ. tit.6. lib.3. Seſſe, de ſindic. num. 1.*

2 Pœna tamen à lege † vel ſtatuto officiali irroganda non eſt, niſi præcedat dolus, *Bald. l. final. ff. quod quiſq. iur. Dec. conſ.9. num.2. conſ.83. num.3. Oſaſc. deciſ.71. num.17. Menoch. conſ.28. num.15. Alba, conſ. 97. Bero. conſ.77. num.9. in 1. Becc. conſ.6. num.17. Turret. conſil.8. num.59.60. in 1. Bertaz. crim. conſ.88. nu. 6. conſ.163. n.4.* Præſertim, quod non in rem, ſed in perſonam, Pragm. loquantur, *Burſ. conſ.141. num.9. Bertaz. crim. conſ.113. num.12.* & Sindicator de dolo, officiales inquirit, *Amod. de ſindic. num.136. Ludouic. Lucenſ. deciſ.3. num.39.* non de negligentia, *§. illud. Auth. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. Angel. l. ſi ſeruus. num.1. ff. de legat.1. de ſindic. num.247. Caſtald. de ſindic. num.12. Boſſ. tit. de offic. corrupt. num.26. Clar. §. fin. quæſt.73. Schrader. de feud. p.10. ſect.4. nu.174.* Niſi diſſoluta illa ſit, quę dicetur dolo proxima, *Amod. de ſindic. num.247. Pute. de ſindic. verb. negligentia. num.11. Polid. Rip. obſer.335. num.3. Bertaz. crim. conſil.71. num.4.5. lit. F. Gram. deciſ.54. nu.17. Bonadill. lib.5. polit. c.1. num.143. Seſſe, de ſindic. nu. 26. Schrader. d. num.174. Baiard. ad Claram. §. finali. quæſt.73. num.35. Maſtrill. de Magiſtr. lib.6. c.10. num. 44. Carpan. Mediol. ſtat.40. num.20. Menoch. de arbitrar. caſ.301. Canalc. de brach. reg. p.5. num.72.170. Maſcard. de probat. concluſ.1088. Georg. alleg.42. nu. 16.* Sindicari itaque debet iudex de dolo, & baractarijs, vt conſuetudine receptum ait, *Gram. conſilio 54. num.11.16. Boſſ. tit. de offic. corrup. num.26. Bertaz. crim. conſ.71. num.4. & ibi, Scholiaſt. lit. F. conſilio 81. num.2. Ludouic. Lucenſ. deciſ.1. num.50. deciſ.3. n. 39. Comm. concluſ.38. num.101. Eugen. conſ.60. ad finem. Merlin. deciſ.1. num.1. Polid. Rip. obſeru.335. nu. 1. Farin. quæſt.111. num.425. conſ.207. nu.7. Intrigl. lib.3. ſing.82. num.9.11. Baiard. d. quæſt.73. num.36. Turretta. conſ.15. num.23. conſ.4. num.3. in 1. Grauat. Theorem.11. num.8. Seſſe, de ſindic. nu.7.* Etiam ſi officium habuerit cum pacto, ſiue priuilegio, ne ſindicatui ſtare teneatur, vel ſi ex Principis literis ſindicatus fuerit remiſſus. Literę namque priuilegium, & pactum, intelligenda tantum ſunt de culpis, & negligentijs, non de baractarijs & extortis, *Affl. d. conſtit. volumus. num.4. Baiard. d. quæſt.73. n.37.* Scrupuloſa, namque dicitur inquiſitio de negligentia, *Clar. d. q.73. Pute. de ſindic. in princ. Gram. conſil.54. Bertaz. crim. conſ.71. num.3.4. Teſtay. alleg.9. n.201. Azeued. l.10. n.11. tit.7. li.3. Intrigl. d. ſing.82. n.10.*

4 Niſi † iuſtitiam alteri, vel deneget iudex, vel adminiſtrare negligeret, tunc enim, cum in dubio, id dolo malo egiſſe præſumatur, in ſindicatu tenetur, *Bart. l.4. §. in eum. & ibi, Alex. num.5. ff. de damn. infect. & conſil.103. num.13. in 1. Bald. l. mancipia. num. 1. C. de ſeru. fugit. Felin. c. excommunicamus. 1. num.6. de hæret. Dec. conſil.110. num.7. Schrader. de feud. p. 10. ſect.4. num.176. Cranet. conſ.115. num.2. Phanut. de in lit. iuran. p.2. §. ſecundum membrum. nu.29. Plot. de in lit. iuran. §.47. num.15. §.49. num.30. Carrab. de ſindic. p.2. à num.23.* Imo nec de lata culpa ſindicari officialem voluit, *Iaſ. l.1. num.11. C. vt omn. iudic. Bertaz. d. conſ.71. num.5.9. Turrett. conſ.15. num.29. in 1.* niſi dolo proxima ſit, *Boſſ. tit. de offic. corrupt. nu. 26. Clar. d. quæſt.73. Bertazz. crim. conſil.71. num.3. conſ.91. num.4. Ball. Tract. var. lib.6. quæſt.4. num.4. Intrigl. lib.3. ſing.82. num.9.* quia vbi dolus requiritur, Lata culpa ſatis non eſt, *l.1. §. ſi quis adeo. ff. ne vis fiat eis. l.2. §. actio. ff. vi bonor. rapt. Bart. l. quod ſeruus. num.20. ff. depoſit. & in l.1. §. non autem. num.2. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. Burſ. conſ.47. num.7.8. 13. conſil.141. num.9. Cephal. conſil.76. num.82. Menoch. de arbitrar. quæſt.65. num.8.* In criminalibus la-

5 ta † culpa, non eſt dolo ſimilis, ſed ciuili in cauſa. *l. in lege cornelia. ff. de ſicar. gloſ. Bart. & alij à Marſilio conſil.25. num.6. conſ.62. num.2. Clar. §. fin. quæſt.84. Caball. crim. reſol. caſ.31. num.12. Turret. conſ.15. nu. 31. in 1.* Nec ex culpa in dubio quis condemnatur, *Morot. conſil.35. num.42.* Tum maximè ad remigandum, *Burſ. conſ.141. nu.10.11.* Cum ſi perpetua illa ſit, morti naturali æquiparetur, *Caball. crim. reſolut. caſ.8. num.48. Bertaz. crim. conſil.92. num.2.* vel ab ea parum diſtat, *Bertaz. crim. conſil.206. nu.4.* vel mors ciuilis dicitur, *Canalc. deciſ.21. num.6. parte 5.* At ſi ad tempus, corporalis eſt, *Capic. deciſ.153. num.3. Burſ. conſ.141. num.10.* Imo capitalis, *l. capitalium. ff. de*

Digitized by Google

ff.de pæn.Granut.Theorem.3.num.10.Tuſt.lit.P.con-
cluſ.223.Merlin.deciſ.76.num.1.Farin.quæſt.19.nu.
14. Sed ad corporalem, vel capitalem pœnam ſine
dolo non damnatur reus, Clar. §. fin. q.84. Cephal.
conſ.104.num.7.Caual.deciſ.28.num.8.par.5.Bertaz.
crim.conſ.46.num.11.Cepol.conſ.33.Viui.com.opin.
verb.ſtatutum.num.239. Hinc ex Bald. monet Cra-
uet.conſ.18.num.18. Ab hac triremium pœna abſti-
neat iudex, Bertaz.crim.conſ.82.nu.21.Caball.crim.
reſol.caſ.8.num.62.Cumi.de ſindic.cap.24.num.49.
Cum pro Officiali ſtet omnis præſumptio, ad ip-
ſum excuſandum, à dolo culpa, vel negligentia, l.1.
C.de præd.curial.lib.10.l.ſi quis.C.de decur.Bald.l.2.
C.qui accuſ.non poſſ.l.obſeruare.§.proficiſci.q.11.ff.
de offic.proconſul.Abb.c.afferte.de præſump.Plate.in
l.moneta.num.4.C.de delator.lib.10.Afflict.deciſ.
243.Crauet.conſ.976.num.21.Aldoun.conſ.46.num.
13.Schenard.conſ.1.à num.99.p.2.Larat.conſil.114.
num.8.Seſſe, de ſindic.num.6.43.Menoch.lib.6.præ-
ſump.77.num.2.conſ.1274.num.62.

Primum itaque Fiſci obiectum in eos eſt, quod
ſalarium (appellat vulgus la prouiſione) à conliti-
6 gãtium altero ex ſe ipſis receperint, ſed nemo † iu-
dex in quouis Officio conſtitutus recipere illud po-
teſt, niſi à Magiſtro Notario, & poſt latam ſenten-
tiam, Paſeth.conſ.181.in princ. Alias baractariam
committet Iudex, licet coloratum aliquem mutui
titulum alleget, l.quiſquis.vbi, Bal.& Salic.C.ſi cert.
pet.l.venales.C.quand.prouoc.non eſt neceſſ.Alber.l.
qui etiam.ff.de calum.Gram.conſ.35.num.8.Carrab.
de ſindic.p.2.num.85.Pute.de ſindic.verb.mulcta.nu.
4.5.Farin.q.111.num.171.Maſtrill.de magiſtrat.lib.
6.c.8.num.27.28.Auiles, ad l.prætor.c.1.gloſ.dona-
tione.Caball.crim.reſol.caſ.195.num.1.Intrigl.lib.3.
ſing.82.num.26.Rouit.tit.de ſind.pragm.1.num.40.
Viui.deciſ.113.num.3.Paſeth.conſ.181.num.2.conſ.
182.num.1.2.Maſcard.de probat.concluſ.164.nu.1.
5.Baiar.ad Clar.§.fin.q.73.nu.27. & recipiendo iu-
ra, vltra pandectas à ſponte dantibus, per Magiſtrũ
Notarium non taxata, baractaria eſt, Pragmat.2.§.
4.de Offic.Iud.M.R.C.Martin.Rex,c.36.Alfonſ.cap.
16.20.89.Maſtrill.d.c.8.num.11. licet ſcripta ſen-
tentia ſit, Paſeth.conſ.181.num.5. Quia, mutari po-
teſt, donec pronuntietur, l.prolatam.C.de ſent.omn.
iudic.Ponte,conſ.60.à num.25.Paſeth.conſ.181.num.
6. Pronuntiata verò cum ſit, effectum ſortiri debet,
l.quoties.ff.de reb.dub. Nec Iudex illam amplius
mutare, poteſt, l.1.C.ſenten.reſcind.non poſſ.Caball.
crim.reſol.caſ.236.num.63.Carrab.de Sindic.par.2.
num.22. Iudices ſunt, iurati Patres Terræ Ali, ciui-
li in cauſa, cum aſſeſſoris Iuris periti voto, quem
eligere non poſſunt, niſi citatis prius partibus, ad
minus ſuſpectorum liſtam exhibendam, Bald.l.1.in
princ.C.de relator.& conſ.170.num.3.in 3.Aſin.in
prax.§.25.c.15.ad fin.Capic.deciſ.138.ad fin.Anna.
ſing.174.Carrab.de Sindic.par.2.num.18.Viui.deciſ.
363.num.10.Felic.alleg.80.num.1.p.2. Cumque iu-
ratus à Seio in Curia litigante, vncias ſex recepe-
rit, Baractariam ab eo commiſſam probat Fiſcus;
etſi ſponte ipſe ſoluerit, Paſeth.conſil.181.num.1.
7 Vt in pœna † quatrupli, exilij, & fuſtigationis pu-
niendus ſit, iure communi inſpecto, §.ſcriptum.&
ibi, Bart.Catald.de Sindic.q.66.Rauden.conſ.49.num.
25.vol.1.Clar.§.fin.quæſt.73.num.2.Maſcard.de pro-
bat.concluſ.164.165.166.Capiblan.de Baron.pragm.
4.num.18.Carrab.de Sindic.p.2.num.86.Grammat.tot.
25.num.6.Tuſc.lit.I.concluſ.408.num.2.Menoch.de
arbitr.caſ.342.caſ.343.Carpan.Mediol.Stat.40.p.2.
Caual.de Brach.reg.p.5.nu.107.Seſſ.in reſponſ.de ſin-
dic.poſt tract.de inhibit.nu.42.Bouadill.lib.5.polit.c.
1.num.201.208.220.Decian.lib.8.crim.c.38.Teſtay.
alleg.7.num.30.Magon.de rect.patroc.ration.cap.24.
num.16. Siue ad iudicandum, vel non, dummodo
accipiat quod non debet, d.§.ſcriptum.Maſcard.d.
concluſ.164.Paſeth.d.num.1.Calà, de mod.artic.§.1.
gloſ.2.num.492.493.

8 Reſpon. I. Culpam in eo non conſiderari, † qui
iuxta Patriæ conſuetudinem procedit, & facit actũ,
vt fieri eſt ſolitum, l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeo-
nem.ff.de edilic.edict.l.3.ff.ad Maced.l.pignus.C.de
pignor.act.Dec.conſ.473.num.8.Morot.conſ.13.num.
14.Raudenſ.deciſ.4.num.126.Crauet.conſ.319.num.
17.conſ.353.nu.6. Nec culpa imputanda eſt facien-
ti, ſi id fieri conſueuit, Raudenſ.deciſ.6.num.4.Mo-
rot.conſ.35.nu.28. Sed ex facto prædeceſſorum ex-
cuſatur Officialis, Gloſ.c.venerabilis.de conſuetud.c.
denique.8.diſt.Celſ.Hug.conſ.71.num.10.Cum.de ſin-
dic.c.17.num.66.Ball.lib.6.q.6.Bertaz.crim.conſ.81.
num.3.4.& ibi, Scholiaſt.lit.D.Maſtrill.de magiſtr.
lib.6.cap.10.num.126. & conſuetudo ſolius vltimi
præceſſoris excuſat, Pute.de Sindic.verb.ſalarium.c.
6.num.16.Surd.conſ.42.num.13.Schenard.conſ.1.nu.
18.p.2. Niſi eius factum de ſe malum ſit, Caualc.de
Brach.reg.p.5.num.177.Maſtrill.d.c.10.num.127.
Sed id præceſſorem egiſſe conſtat, ergo.

Secundum eſt Fiſci obiectum in iuratos; Quod
9 ſi Reipublicæ † theſaurarius de pecunia communi
aliquid ſine eorum ordine ſoluere, aut expendere
non poteſt, ex Bart.l.quoties.ff.ad municip.Bald.rub.
C.de conſtit.pecun.num.14.Montanar.de adminiſtr.
vniuerſ.pragm.5.num.2. & addit, quod ſi de ſuo ali-
quid ſoluat, vltra id, quod eſt ei iniunctum non re-
petit, l.qui aliena.§.libertos.ff.de negot.geſt. & in ſcri-
ptis iniunctum eſſe debet, l.1.C.de canon.largit. Iu-
rati ergo pecuniam à gabellottis propria authori-
tate exigentes, ſi abſque Theſaurario expendunt,
digni ſunt pœna, Bouadill.lib.5.polit.cap.4.num.81.
Eſcobar.de ratiocin.c.14.num.24. Cumque vncias
quatraginta ſic expenderint, puniendos eos con-
cludimus.

Reſpon. I. Nullum dolum in expendendo, nul-
lamq; fraudem à iuratis commiſſam conſtat, con-
ſuetum namq; eſt in Terra Ali, poſſe iuratos quam-
cumque pecuniarum ſumma abſque Theſaurario
10 expendere † ipſaque inueterata conſuetudo à do-
lo, & fraude excuſat, Bald.conſ.311.in 3.Bertaz.cri-
min.conſil.193.num.5.Tuſc.lit.O.concluſ.58.num.1.
Imo à culpa, & pœna, Bertaz.crim.conſ.132.nu.1.
Etſi improba illa ſit, Raudenſ.deciſ.6.num.9.& var.
reſol.c.23.num.18.Ioſeph.Ludouic.tit.de conſuet.il-
lat.61.129. Vel ſi plenè non probetur, Bertaz.d.
conſ.132.num.4. eamque allegare ſufficit, ſi eſt no-
toria, Burſ.conſ.138.num.45. Imo qualibet colora-
ta cauſa officialem excuſat, Boſſ.tit.vt non procedat.
crim.num.19.Maſtrill.de magiſtr.lib.6.cap.10.num.
138.Caual.de Brach.reg.p.5.num.57.

11 Reſpon. II. In rem vniuerſitatis verſam fuiſſe
pecuniã illam, ſatis conſtat, nec malæ expenſionis
cogni-

Digitized by Google

cognitio,ad Sindicatorem ſpectat,ſed ad Regij Pa-
trimonij Tribunal, à quo delegatus ad computo-
rum viſionem deſtinatus fuit, ergo.

Reſpon. III. Iuratos omnem pecuniam capere
12 † potuiſſe, eamque abſque Theſaurario expende-
re,ſi ſucceſſoribus expenſionis computa exhibeāt,
à Quibus, vocatis Terræ Antianis,& Archipresby-
tero,reuideri hactenus conſuetum eſt,ſub quo con-
ſuetudinis beneficio iuratiæ munus eos acceptaſſe
voluit, Bertaz.crim.conſ.71.num.22.conſ.81.num.5.
Schenard.conſ.1.num.28.p.2. Etſi legibus conſuetu-
do repugnaret, Farin.q.111.nu.222. Bertaz.d.conſ.
71.num.16.Bero.conſ.190.num.3.in 3.Randen. conſil.
49.num.99.100.104.107.125.Schenar.d.conſ.1.nu.
29.ipſaque conſuetudo Procuratorum,& Notario-
rum fide probatur, Anton.Monach. Bonon.deciſ.32.
num.8.Randen.conſil.50.num.179. in 1.Schenard.d.
conſ.1.num.31.Macerat.lib.3. reſol.21.nu.6. Imo ab
eis, Fiſco non citato informari poteſt Sindicator,
l.3.§.fin.vbi Bart.ff.de teſtam. Oſaſc.deciſ.22.nu.17.
Surd.conſ.377.num.39. Rot.Genuen. deciſ.206.nu.2.
deciſ.140.num.4.

Tertium eſt obiectum, quod Piſtorum alter,cæ-
teris conuocatis, donarium iurato faciendum pro-
poſuit, quia non aliter in eos ſe bene geſturum iu-
ratus dixerat: Proinde quiſque ratam contribuit:
Idemque Piſtor cum vntias ſexdecim iurato obtu-
liſſet, noluit ille recipere, ſed ab eo ſeruandas di-
13 xit: Cumque baractariæ crimen ſola † promiſſione
committi probauerit Fiſcus, ex Pute.de Sindic.verb.
mulcta.num.4.Paſeth.conſ.181.num.13.conſ.182.nu.
15.Baiard.ad Clar. §.fin.q.73. num.22.Intrigl.lib.3.
ſing.82. num.14. quod atrox cum ſit crimen, puni-
tur affectus, nullo ſecuto effectu, vt ex Felin.c.1.de
præſumpt. edocuit Paſeth.conſ.181.num.14. Si pro-
miſſioni Iudex annuit: ſed annuiſſe ſatis dicitur,
qui donarium illud ſeruandum ab eo voluit, arg.l.
quod meo.ff.de acquir.poſſeſſ.& tex.in conſtit. Capita-
neorum.vbi Afflict.num.31.& in conſtit.corruptelæ.
num.5.Amed.de ſindic.num.66.Menoch.de arbit.caſ.
342.num.28.29. Maſcard.de probat. concluſ.164.nu.
8.Maſtrill.de magiſtrat.lib.6.cap.8.num.52. Secus ſi
Iudex ſilentio non expreſſit conſenſum, Raudenſ.
conſ.50.num.312.360.vol.1 Schenard. conſ.1.nu.39.
p.2. Nihil refert, an officialis ipſe pecunias recipiat,
vel eas vxori mandet per alterum tradi, l.2.ff.de ca-
lumn.Port.conſ.94.num.9.10.Baiard.d.q.73.num.28.
14 Nec re integra, pœnitentiæ † locus eſt in baracta-
riæ crimine, vt euitare poſſit pœnam, Iaſ.§.quatru-
pli.num.80.Inſtitut.de action.Bald.l.generaliter.§.ſi
igitur.ff.de calumniat.in l.1.§.ad beſtias.ff.de poſtul.
Marſ.ſing.332.Bocr.deciſ.153.nu.22.34.35.Intrigl.
lib.3.ſing.82.num.13.Ball.lib.6.q.6.num.11.Paſeth.
d.conſ.181.num.13.Viui.deciſ.146.nu.2.Coſta,de re
integr.diſtin.31.num.7.Maſtrill.de magiſtrat.lib.6.c.
10.num.35.Nouar.collect.210.num.18.Baiard.ad
Clar.§.fin.q.73.num.22.Cumi.de Sindic.c.17.nu.63.
Caball.crim.reſol.caſ.56.num.97.98.Teſtay, alleg.9.
num.150. Nec in alijs atrocioribus, quibus pœna
imponitur ipſo iure, Marſ.ſing.321.nu.2.3.Carpan.
Mediol.Stat.c.41.num.12.p.2.Viui.Nouar.& alij nu-
per citati. Cum poſt perfectum crimen in delictis
ab origine pœnalibus, pęnitentia nō excuſet, Bart.
l.qui ea mente.ff.de furt.Paſeth.conſ.181.num.12.Sic
fur rem domino reſtituens, furti adhuc tenetur,
Bart.l.ſed ſi vnus.§.ſi ea mente.ff.de iniur. Alex.d.l.
qui ea mente.Viui.deciſ.146.num.1.

15 Reſpon. I. Probationes, etſi arbitrariæ ſint Iu-
dici, l.3.§.1.ff.de teſtibus.Neguſ.conſ.297.num.39.
conſ.460.num.18.Rot.Gen.deciſ.191.num.8.deciſ.
128.num.1.Pacian.conſ.8.num.11.Gallia.conſil.56.
num.27.Caball.crim.caſ.231.num.25. Criminali ta-
men in cauſa, luce clariores eſſe debent ad condem
nandum, l.fin.C.de probat.Bimi.conſ.171.num.89.
Caball.crim.caſ.230.num.24. Cephal.conſ.652.num.
3.Maſcard.de probat.concluſ.1360.num.4.Becc.conſ.
67.num.4. Larat.conſil.114.num.8. & in Sindicatu,
Bald. l.obſeruari.§.proficiſci.q.10.ff.de off.proconſ.
Pute.de Sindic.in princ. num.186.Gramm. conſil.34.
num.5.conſ.35.num.36.37.Maſcard.de probat.concl.
165.num.4.Turret.conſ.4.num.88.in 1.Rauden.conſ.
49.num.28.34.conſ.50.num.586.vol.1.Bertaz.crim.
conſil.71.num.11.Ludouic. Lucenſ.deciſ.3.num.57.
Schenard. conſil.1.num.104.p.2.Baiard. d.quæſt.73.
num.17.Menoch.de arbitr.caſ.116.num.23.24.De-
cian.lib.8.crim.c.38.num.1.Farinac.quæſt.111.num.
264.Peregr.conſ.3.num.7.in 5.Plot.de in lit.iuran.§.
30.num.4.5. Sed teſtis ſeipſum repellit, nulla alia
16 probatione admiſſa, cū deponat ſe † Mediatorem
ad corrumpendum, Gloſ.§.in his. verſ.admunerato-
rem. auth.de Inſtrum.fid. Catald. de Sindic. quæſt.66.
Amod. de Sindic. num.187. Pute. de Sindic. in princ.
num.168.num.187. Bertaz.crimin. conſ.81.num.13.
conſ.71.num.34 Decian.d.c.38.num.2.Farinac.quæſt.
60.num.406.quæſt.111.num.271.Gram. conſ.35.nu.
44.Tiraq.in præfact.retract.num.26.Franc.Marc.de-
ciſ.919.num 6.p.2.Maſcard.de probat. concluſ.1038.
num.27.concluſ.1137.Ponte,deciſ.16.num.25. Gabr.
tit.de teſtib. concluſ.20.num.1.Teſtay, alleg.7.nu.26.
Magon.de rect.patroc.ration c.24.num.28.Azeued.l.
10.num.20.tit.7.lib.3 Seſſe,deciſ.214.p.2. Mediator
enim ſeipſum exonerat, dum quod ab alio recepit
ſolniſſe aſſerit, Gram.conſ.35.num.33.Benint.deciſ.6.
Bertaz.crim. conſ.71.num.29.conſil.81.num.11.13.
18.Raudenſ.d.conſ.49.num.62.d.conſil.50.num.330.
Farin.quæſt.111.num.272.Auguſt.Dulc.de ſindic.nu.
31.Carrab.de ſindic.p.p.num.190. Schenard.conſil.1.
num.136.p.2. pro ſe ipſo namque probat; cum re-
cipiens vt det, præſumatur pro ſe retinuiſſe, Rau-
den.d.conſ.50.num.519.Schenard.d.conſil.1.nu.137.
Addit, Vrſill. ad Afflict.deciſ.369.num.12. creden-
dum non eſſe teſti dicenti pecuniam alteri tradi-
diſſe, Larat.conſ.114.num.7. dummodò actum ſit
criminaliter, c.1.de teſtib.in 6.Boſſ.tit.de oppoſ.cont.
teſt.num.59. & de Official. corrup.num.15. Gramm.
conſil.35.num.29.35.44.45.& in conſtit. corruptelæ
crimen.num.9.Maſcard.de probat.concluſ.165.num.
4.concluſ.1132.num.28.Farinac.q.43.num.53.quæſt.
60.num.422.Bertaz.crim.conſ.71.nu.34. Licet me-
diator ipſe ſit clericus, vel in dignitate conſtitutus,
Rim.Iun.conſ.213.nu.8. At ſi ciuiliter, ſecus eſt, cap.
1.de teſtib.in 6.Gram.conſ.35.num.94.Carrab.de ſin-
dic.p.2.num.90. etſi aliter ſenſerint, Magon. Floren.
deciſ.12.num.17.Larat.conſ.114.num.1.

Reſpon. II. Ex Carol. V. Imper.Pragm.3.tit.13.
17 p.p. Quæ licet † in corruptelæ criminis deteſtatio-
nem, ſtatuerit tribus tantum teſtibus etiam ſingu-
laribus id probari, Larat.conſ.114.num.5. Si ad de-
ponendum

ponendũ ſint idonei: cum diſpenſet ſolum teſtium ſingularirati, non eorum inhabilitati, Teſtay, alleg. 7. num. 35. quia bonæ vitæ, & opinionis eos eſſe requirit Imper. & notat, Auendan. de exeq. mandat. c. 2. nu. 21. p. p. Quod licet probanda regulariter non ſit teſtium qualitas, niſi illa fuerit impugnata, in dubio enim quilibet bonus præſumitur, argumen. l. merito. ff. pro ſoc. Vbi tamen cõtra Iudices procederet Superior; probari tunc neceſſe eſt, teſtes ipſos bonos eſſe, & legales, omnique exceptione maiores, alias non concluderet, Bald. & Doct. in l. cum precibus. C. de probat. Angel. l. 2. §. diem. ff. quemadmod. teſt. m. aper. Seſſe, de inhibit. c. 1. §. 3. num. 33. 34. & de ſindic. num. 43. Garz. de expenſ. c. 9. num. 14. Rauden. d. conſ. 49. num. 37. Bouadil. lib. 5. polit. c. 1. num. 224. Teſtay. alleg. 7. à nu. 35. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 6. c. 8. num. 48. Dec. conſ. 321. Quia vt addit, Seſſe. de ſindic. num. 43. voluit Lex, teſtes bonæ vitæ, & famæ, probanda ergo eſt hæc qualitas, Angel. d. §. diem. Gram. conſ. 35. num. 36. Larat. conſ. 114. num. 8. Garz. d. num. 14. Maſcard. de probat. concluſ. 1240. à nu. 12. Sed Fiſci teſtes tales non ſunt, ergo.

Quartum eſt Fiſci obiectũ, Quod iniuſtè Seium piſtorem carcerauerint iurati, ac ſine legitima cau-
18 ſa, Iuris ordine non ſeruato, tenentur † ergo ad expenſas, damna, intereſſe carcerati, & iniuriarum actione, Boer. deciſ. 215. num. 34. Bonacoſ. comm. opin. verb. carcerari faciens. p. 2. Farin. quæſt. 27. num. 135. 142. Caball. crim. reſol. caſ. 86. num. 1. Imo illi ſic capto vim infert, ipſumq; ſe propria libertate ſpoliat, Caball. crim. reſol. caſ. 291. num. 14. & cum fideiuſſorem dare ipſe voluerit, iniuriarum tenentur omnes in ſindicatu dum retentum non relaxarunt, Suar. de fideiuſſ. in cauſ. crim. nu. 2. Caual. deciſ. 1. num. 48. p. p. Aldouin. conſ. 25. num. 26. hinc Iudex qui carceratum relaxare tenetur data idonea fideiuſſione, teneretur etiam idoneis datis pignoribus, quod ſi nõ fecerit, iniuriarum actione conueniretur, faciens litem ſuam, Marſ. in prax. §. attingam. nu. 11. Tuſc. lit. I. concluſ. 404. num. 9.

19 Reſpon. I. Nimis tepidos reddi Iudices in † capturis reorum, ſi circa eas ſcrupuloſè contra ipſos agendum eſſet, maxime cum in his lex plurimum tribuat eorum arbitrio Foller. in prax. p. 1. p. 2. verb. notatos capiat de perſona. num. 2. Clar. §. fin. q. 28. num. 2. Caball. d. caſ. 86. num. 3. copioſè Farin. q. 27. nu. 126. Nec in arbitrarijs Iudex reprehendi poteſt in ſindicatu, Granut. theorem. 3. ad fin. Ludouic. Lucenſ. deciſ. 1. num. 30. Maſtril. de magiſtrat. lib. 6. c. 10. num. 142. Menoch. de arbitr. caſ. 176. num. 5. Anchar. famil. q. 5. Schenard. conſ. 1. num. 33. p. 2. Cancer. 3. reſol. c. 12. num. 77. Sed hoc arbitrium, inquit Farin. q. 27. num. 127. 133. à iure regulatum eſſe debet, Caball. d. num. 3. & excuſari ſolet Officialis, ſi aliquem pro modica coertione carcerauerit, Peguer. deciſ. 82. Nouar. collect. 210. num. 153. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 6. c. 10. num. 153. Cum in dubio Iudicis arbitrio remiſſa ſit carceratio, Decian. lib. 7. crimin. cap. 10. num. 17.

20 Reſpon. II. Quod cum reus † iniuſtè carceratus excarcerari obtinuerit, cum cautiõne de ſe præſentando toties, quoties; ſnam carcerationem approbaſſe cenſetur, vt pro ea ſindicari Officiales non poſſint, Ferrar. cautel. 14. Amed. de ſindic. nu. 258. Rondinell. de ſindic. num. 288. ad fin. Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. de debit. ſuſpect. q. penul. Rouit. tit. de ſindic. pragm. 1. num. 46. Monticell. prax. crim. reg. 10. num. 21. reg. 12. num. 11. Socc. conſ. 113. num. 3. 4. in 3. Herculan. de caut. non offenden. tit. de captur. num. 17. ad fin. Corrad. in prax. tit. de captur. num. 17. ad fin. Vbi de debitore loquitur, qui vt à Iudice relaxetur, fideiuſſorem præſtat de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, Celſus, Hugo. conſil. 71. num. 10. conſil. 121. num. 2. ſequitur ſub dubius Cancer, 2. reſol. c. 2. num. 154. Farin. q. 27. num. 150. Quæ cautela non prodeſſet, ſi proteſtetur pars, Azeued. l. 10. num. 14. tit. 7. lib. 3. recop. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 6. cap. 10. num. 21. Vel ſi incompetens Iudex fuerit, cuius iuriſdictio prorogata nec erit, ex præſtita fideiuſſione de parendo mandatis; Cum conditio huic fideiuſſioni ineſſe videatur, ſi Iudex ſit competens, Pariſ. conſil. 48. à num. 1. in 1. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 42. num. 4. Decian. lib. 4. crim. c. 23. num. 19. Farinac. q. 27. num. 150. ad fin.

21 Reſpon. III. Vt licet, eo in caſu, verſemur † quo poſſit iudex ſindicari. Si tamen dubia res ſit, ſindicari ipſe non poſſet, Socc. conſil. 132. nu. 5. in 2. Turret. conſ. 4. num. 87. in 1. & in dubio contra Fiſcum iudicamus, ex l. non puto. ff. de iudic. Iaſ. l. ſi is qui. ad fin. ff. de vſucap. Neuiz. conſ. 73. num. 11. Lancell. Gallia, conſ. 43. num. 48. Tuſc. lit. F. concl. 399. à nu. 1. Maximè officialium fauore, pro quibus lex præſumit, Gram. conſil. 35. num. 36. Bertaz. d. conſil. 71. num. 8. conſ. 81. num. 7. conſil. 180. num. 15. Siluan. conſ. 94. nu. 6. Franc. Marc. deciſ. 645. deciſ. 685. p. p. Farin. q. 111. num. 1. 281. Gratian. diſcept. 549. num. 34. Rauden. d. conſ. 49. num. 29. 134. conſil. 50. num. 244. Decian. lib. 8. crim. c. 38. num. 5. Schenard. conſ. 1. num. 99. par. 2. Neguſ. conſ. 271. num. 35. Nec in ſindicatu rigidè eſt agendum, Becc. conſil. 1. num. 17. 19. Turret. d. conſ. 4. num. 89. Proinde carceratum indebitè, nulla tamen vindicta, fraude, vel inimicitia, ſine expenſis relaxandum eſſe, imo nec iudicem teneri voluit, Boſſ. tit. de captur. num. 4. Roland. conſil. 40. num. 12. in 4. Farin. q. 27. num. 146. Caball. d. caſ. 86. num. 2.

22 Quintum eſt Fiſci obiectum. Mercaturam † ſeu negotiationem, per medium ſui amici, Alterum ex iuratis exercuiſse eamque conſtitiſſe in vendendis frumentis, ſed negotiari, prohibẽtur Officiales per interpoſitam etiam perſonam, l. principalibus. ff. ſi cert. pet. l. non licet. l. qui officij. ff. de contrah. empt. l. 1. C. de contrar. iud. l. ſcrinearios. C. de numer. & actuar. lib. 12. l. aufertur. §. quod à præſide. ff. de iur. fiſc. Mattien. dialog. relat. p. 3. c. 27. num. 1. c. 28. num. 1. Lanar. conſil. 43. num. 17. 24. 25.

23 Reſpon. I. Frumentum † iurati illius proprium fuiſse, probandum omnino à Fiſco erat, vt colorato Amici ſui nomine negotiaſse, ipſe videretur.
24 Imo vna venditio † negotiationem non probat, l. 1. §. licet. & ibi, gloſ. verb. omnes. ff. de tributor. actio. Bart. l. ſeruis legatis. num. 4. ff. de legat. 3. Bald. rubr. C. de conſtit. pecun. q. fin. conſ. 495. in 1. Strac. de mercat. p. p. num. 6. Mattien. d. c. 28. num. 2. Marant. in prax. p. 4. diſt. 9. num. 62. Ponte. conſ. 146. num. 68. in 2. Rebuff. ad Gall. conſtit. tit. de mercat. minut. venden. gloſ. 1. nu. 10. Barz. deciſ. 99. num. 19. Bertaz. inſtrum. clauſ. 21. gloſ. 12. num. 2. Tuſc. lit. M. concluſ. 209. num. 1. Rot. Gen. deciſ. 185. num. 11. Bero. q. 115. ſub nu. 4. Azeued.

l. 19.

Digitized by Google

l.19.num.8.tit.11.lib.5.Marcabr.conſil.58.num.120. Intrigl.conſcien.caſ.18.num.4. optimè *Guttier. de gabell.queſt.93.num.41.45.* Addit, *Bart.l.mariti.§.qui quæſtum.ff.de adulter.* nomina verbalia officium ſignificantia, vt mercatoris, ſutoris, & ſimilia, aſſiduitatem requirere, *l.1.§.1.ff.de exercitor.Iaſ.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.quæſt.6.ff.de non.oper.nunt. Mattien.d.c.28.num.3.Tuſc.d.concluſ.209.num.10.Rebuff.d.glo.r.n.11.Barz.deciſ.99.num.10. Guttier.d.quaſt.93.nu.41.Stracc.de mercat.p.p.in princ.nu.6. Laſſart.de decim.vendit.c.19.num.87.*

25 Reſpon.II. Probaſſe reum † frumentum pro familiæ ſuæ vſu emiſſe, Cumquè tanta quantitate nõ indiguerit, ſi vendidit, ſtatuto prohibenti non contrauenit, quia inſpicitur deſtinatio, non accidens, *Bart.l.cætera.§.fin.num.3.ff.de legat.3. Afflict.tit.quæ ſunt regal.verb.vectigalia.num.36. Laſſart. d.cap.19.num.81.82. Mexia, de tax.pan. concluſ.1. num.170. Azeued.l.7.num.8.9.tit.18.lib.9.recop. Ponte, dicto num.68.* Nec ſufficit, ſi negotietur, niſi quæſtuaria ſit negotiatio, *Bart.d.l.ſeruis legatis.num.3.Mattien.dicto cap.28.num.3. Guttierez, d.quaſt.93.num.16. Laſſart.d.c.19.num.64.* & cum penuriæ tempore, in bonum publicum, id egerit, excuſatur, *Mattien.d.c.28.num.16.*

26 Sextum eſt Fiſci obiectum. Quod frumenta † emerint iurati vntijs tribus, & tarenis decem ſingula ſalma, eaque vendiderint vntijs quinque, & tarenis viginti.

27 Reſpon.I. Licet partitum ſub eo † precio fuerit contractum, vbi tamen à frumentis conſignandis defecit venditor, propter prohibitam extractionẽ, ne perirent homines, congregata eorum multitudine, ac pluribus factis expenſis, obuiam itum fuit à iuratis Vaxello frumentis onerato, quod ſumma vi in Terræ Aliſcarum retraxerunt, frumenta capientes pro ciuium ſubuentione. Proinde aggregatis impenſis auctum fuit à iuratis precium vltra ſummã quanti emerint, recte ergo id agere potuerunt, *Mexia, de tax.pan.concluſ.2.num.7.* Nec vllus inueniri poteſt caſus, qui hanc impenſarum deductionem impediat, *l.fundus qui dotis.ff.famil. herciſc. Mexia, d.concluſ.2.num.88.* His itaque ex cauſis ſunt excuſandi, *l.igitur.ff.de liber.cauſ.Tiraq.de pæn.cauſ.430.num.2.Oſaſc.deciſ.71.num.17. Becc.conſil.96.num.10.17.Bertaz.crim.conſ.193.num.12.* Leuis enim, & irrationabilis cauſa, Officialem excuſat, *Bertaz.crim.conſil.38.num.10.conſ.50.num.13.conſ.62.nu.28.conſil.140.num.192.conſ.141.num.11.conſ.236.num.13.* Etſi in iure errallent, *Alciat.reg.3.præſum.30.num.3.* Imo, & colorata quæuis cauſa, *ex Boſſ.Canale.& Maſtrill.* citatis, *num.10.* Sicut nimia, vel fatua credulitas, *Socc.l.1.numero 13.ff.de eo quod fact.eſt, Becc.conſil.128.num.192.* Neque enim curamus
28 † de modo, ſed effectum inſpicimus bonæ, vel malæ adminiſtrationis, *ad textum l.1.2.C.ſi mater indemnit.promiſ.Caſtr.l.quæro.ff.locat.Randen.deciſ.4.num.26.*

29 Reſpon.III. Penuriæ † tempore adminiſtratores Reipublicæ ſtatuere debent, quantum panis cocti ſingulis diebus vendi debeat & per liſtam, ſeruata diſtributionis æqualitate, *ad tex. l.prouidendum.C.de poſtul.l.1.C.de frumen.vrb.Conſtant.lib.11. Caput.de regim.reipubl.cap.7.§.14.num.24.* Sed congrega-
29 to Conſilio † id omne actum conſtat, cui iuſtum pondus pani imponere incumbit, *Aegid.Colum.de regim.princ.lib.3.cap.19. Caput. de regim.reipubl.§.14.cap.7.num.1.* Eiuſque pretium taxare, *l.1.§.cura carnis.ff.de Præfect.vrb.* confert *tex. l.1. l.illicitas.ff.de offic.præſid.gloſ.verb.venalibus.per tex.ibi, in l.munerum.§.item epiſcopo.ff.de muner. & honor. l.decuriones.ff.de adminiſtr.rer. ad ciuit.pertin. l.non debere.ff.ad municip.Mexia, de tax.pan.concluſ.4.num.11.* Quod enim à Iuratis fit communicato Conſilio, ab Vniuerſitate ipſa factum inquit, *Angel.l.metum.§.animaduertendum.ff.de eo quod met.cauſ. Anan. cap. dilectus.2.de ſimon. Imol. l.municipibus.ff.de condict. & demoſtr.Muſing. conſil.1.num.15.decad.11.* Ipſi ciuitatem repreſentant, *gloſ.rub. C.quæ ſit long. conſuet.gloſ.l.aliud.§.refertur. ff.de reg.iur. l.nulli. & ibi not.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom.Bart.l.2.num.8.C.de decur.lib.10.& in rubr.ff.eodem. in l. ciuitas.num.2.ff.ſi certum petatur. gloſ. l.de quibus. & ibi Bart. num.10.ff.de legib.in l.omnes populi. num.16.ff.de iuſtit.& iur.Franc.Marc.deciſ.780.num.4.p.p. Alexan.conſi.186.num.8.in 2,conſil.17.num.1.vol.6. Dec. conſilio 228.num.1. Platc, rubr.C.de decurion.lib.10. Ponte, deciſ.18.num.13.Cranet.conſil.195.num.5.9. Rolan. conſil.90.num.1.volum.1.Menoch.conſil.426.num.4. Oſaſc.deciſ.95.num.13.22.Lancellot.Gallia.conſil.25.num.60.Tuſc.lit.D.concluſ.127.num.11. Loſæ.de iur.vniuerſ.p.p.cap.3.num.48.* Populo, nè dum acclamãte, nè fame periret, ſed Prorege ſuis literis ratum habente. Adeo vt de eius conſenſu, id omne actum fuiſſe dixerim, & ex certa Principis ſcientia, *Soccin.Iun.conſil.92.nu.1.2.in 2.* latè *Maſtrill. de magiſtrat.lib.6.cap.10.num.112.* quod enim deficiente eius conſenſu abinitio fuerat nullum, eo ſuperueniente conualeſcit, optimè *Rebuff.conſ.165.verſ.ideo valere.Socin.conſ.165.col.pen.in 2. Dec. conſil.367.num.4. Ludouiſ.Rot.deciſ.41.num.5.* nec faciens aliquid Principis mandato punitur, etſi factum illud ſit iniuſtum, *Maſcard.de probat.conluſ.1135. Tuſc.lit.O.concluſ. 101.*

Septimum, eſt Fiſci obiectum. Vniuerſitatis pe-
30 cuniam cum in proprium vſum † eorum alter conuerterit, prædo dicitur, *ex Afflict. Conſtit. Officialis reipublicæ.num.1.rub.35.lib.1.Ruin.conſil.143.num.3.in 5.Soccin.conſil.46.in 1. Oſaſc. deciſ.70. num.9. Decian.lib.8.crim.cap.30.nu.17.* quod in omni adminiſtratore verum profitetur, *Iaſ.conſil.219.vol.2. Purpur.conſil.450. Maſtrill.de magiſtrat.lib.6.c.10.num.31.* optimè *Teſtay, alleg.7.num.67.* Imo Lex punit Officialem diu pecuniam retinentem, *l.1.C.de ſuſcept.lib.10.vbi Plate.& alij. Caput.de regim.reipubl.§.10.cap.7.num.35.* quam ſtatim aſſignare tenetur, *Cepoll.conſil.39.nu.61.* Ne furti titulo is poſſidere dicatur, *Rom.l.principalibus.ff. ſi certum petat. Felic.allegat.32.num.18.19.20.21.p.p.Ruinus, conſilio 143.num.3.in 5. Burſat. conſil.325.num.73.* & in crimen incidit de reſiduis, *§.præterea. vbi, gloſſa, & Doct.Inſtit.de public.iudic. Decian.lib.8. crimin.cap.28.num.29.Iaſon.conſilio 111. num.1.4.in 1. Clarus, §.final.quaſt.68. Randenſ.deciſ.4.num.25. Bouadill.lib.5.politic.cap.6. numero 28. Eſcobard. de ratiocin.cap.9.ſub num.69.* Sed in hoc plura ſunt conſideranda, aut de pecunijs loquimur, quæ iuratis datæ fuerunt, vt Proregem Panormi, tunc commorantem

adirent,

adirent, quò frumenta impetrarent. Aut de alijs pecunijs.

31 Reſpon. I. Nemo proprijs † expenſis militare, *c.cum ex officij.de præſcript.Montier. deciſ.29.num.2.* ne officium ſuum ſit cuique damnoſum, *l. ſed & ſi quis.ff.quemadm.teſtam.aper.l.videlicet. ff.ex quibus cauſ.maior.Surd.conſ.365.num.25.deciſ.309.num.6. deciſ.153.num.18. Eſcobar. de ratiocin. c.7.num.57. comput.13.num.5.Montier.d.num.2.Tuſc.lit.O. concl. 94. Grilenz. conſ.83.num.7.Morla, in empor. tit.8.q. 23.num.16.tit.9.in præmiß. nu.64.& q.19.num.8.9. Alba,conſ.210.nu.14.* Dignus eſt mercenarius mercede ſua, *c.1.13.q.5.Menoch.conſ.228.nu.14. Schenard.conſ.1.num.6.p.2.* exornat, *Mexia, de tax.pan. concluſ.2.num.86.Grilenz.conſ.83.à num.1.* Proinde proprias pecunias, quas in vtilitatem Terræ impendit, potuit iuratus de publicis ipſius pecunijs, ſibi propria authoritate ſatisfacere, *Caball. crim. reſol. caſ.284.num.431.* Suum enim iactare nemo debet, & ſine cauſa, *l.ſi eum aurum.ff.de ſolut.l.cum de indebito.ff.de probat.Bece.conſ.227.nu.12.Aldouin.conſ. 13.num.22.conſ.63.num.19.* Imo ſibi inſidiatur, qui cum poſſit lucrum recipere, recuſat, *Raudenſ.conſ. 50.num.505. in 1. Schenar.d.conſ.1. num.20.* id ergo dimittere non debuit.

32 Non obſtat vniuerſitatis † pecunias in vnam cauſam deſtinatas, in aliam etiam licitam conuerti à iuratis non potuiſſe, *ex Angel.§.fin.inſtit.de public.iudic.Plate.l.ſciant Iudices.per tex.ibi, C.de his, qui ex public. collatt.lib.10. Teſtay, alleg.7.num.66.* Quia huius criminis cõtentio pendet hodie in Tribunali R.Patrimonij, cuius eſt cognitio, à Sindica-
33 tore ergo moleſtari non poſſunt, & tradit, † *Decian.lib.8.crim.c.32.num.6.* Excuſari Officialem, ſi pecuniam in certum vſum deſignatam, in alios etiam Reipublicæ cauſa conſumpſerit, credens id ſibi licitum, *Curt. Iun. conſ.19. num.13.Maſtrill. de magiſtrat.lib.6.c.10.num.30.*

Octauum eſt Fiſci obiectum, De priuato carce-
34 re, † quo vſi fuerunt iurati, cuius criminis pœna eſt vltimum ſupplicium, imo delinquens in læſæ Maieſtatis crimen incidit, *ex l.1.C.de priuat.carcer. Corrad.in prax.tit.de laeſ.maieſt. num.5. tit.de carcer. priuat.num.1. Gig. de crim. laeſ.maieſt. tit.qua lit.& à quib.committ.quaeſt.35. num.1. Farin.q.27.num.9.* & tenetur ad omnia damna, & intereſſe à carcerato paſſa, *c.pœnale. cum, ibi, no.num.14.q.5. Guazz.de caut.non offend.§.3.q.60. num.1.p.2.* Sed habens iuriſdictionem priuatum carcerem non committit, *l.1.C.de priuat. carcer. & ibi* declarat *Fulgoſ. Bart.l. capite.num.3.ff.de adult.Grilan.de relax.carcer.rubr. de fug.incarc.q.1.lim.6.num.16.Macer. lib.3.reſolut. 43.num.2.Decian.lib.7.crim.c.10.num.16.* vel ſi habitu ſaltim iuriſdictionem habeat, *Felic. alleg. 78. num.6.p.2.Decian.d.c.10.num.17.*

35 Reſpon. II. Retentio † non fuit ad effectum carcerationis, ſed ad inueniendа bona extorta, ceſſat ergo diſpoſitio, *d.l.1.* & ſubintrat *tex.d.l.capite.* vbi licet detinere, donec comprobetur vxorem fuiſſe in adulterio, confert *tex.l.verum.ff.de furt. Decian. d.c.10.num.3.Macerat.d.reſol.43.num.3.* Requiritur namque dolus, *Rolan.conſ.12.num.9.in 3.* à quo iniuſta etiam cauſa excuſat, *Alex.conſ.127.num.8.in 4.Gramm.deciſ.10.num.22.Decian.conſ.22.num.26. in 4.* Licet ſit turpis, *Felic.d.alleg.78. nu.5.* Cumque ſolitum id ſit, excuſatur reus, *Maran.conſ.131.num. 4.* Etſi praua ſit conſuetudo, *Bohic.c.ſanè.de tempor. ordinat.Anchar.c.cum venerabilis.de conſuet.c.denique.4.diſt.Socc.conſ.7.ad fin.in 1.Felic.alleg.17.num. 34.p.p.Rim.Iun.conſ.234.num.234.Lanar.conſil.43. num.13.* Sunt enim officia in dubio conceſſa, iuxta conſuetum, *Bart.l.magiſtratus. ff.ad municip. Lodouic.comm.concl.tit.de conſuet.illat.94. Claper. cauſ.fiſcal.35.q.1.nu.6.Valenzuel.conſ.73.num.15.* imo leui pœna priuati carceris reus hodie punitur, *Farin. q.22.num.35.Felic.d.alleg.78.num.8.*

36 Reſpon. III. Vſurpatã † non eſſe iuriſdictionem (vt ſupponit Fiſcus,) ſi actus fuerit momentaneus, *Bald.d.l.1.num.1. Marſ.conſ.136.num.7. Macerat.d. reſol.43.num.5 Sola, ad Decret. Saband.tit.15. gloſ.3. num.3.* & notat *Felin. in c.cum cõtingat.ad fin.de for. compet.* Locum non eſſe, *d.l.1.* Si quis in camera detineatur, ſub cuſtodia, *Iaſ.l.ſi idem. §.fin.lim.3.ff.de iuriſd.omn.iud. Macerat. d.num.5.* & ad horas vſque vigintiquatuor, *d.l.capite quinto. Decian.d.cap.10. num.2.Borrell.conſ.10.nu.1.Macerat.d.num.5.*

37 Reſpon. IV. Vſurpatæ iuriſdictionis † crimen non committi, ſi ſemel id actum fuerit, *l.2. ff.de vſucap. Afflict.in conſtit.duram.& diram.num.8.14. ad fin.rub.46.lib.1.Intrigl.lib.1.ſing.139.Borrell.cõſ. 10.num.21.Ball.lib.6.q.5.num.10.* Vſurpatio namq; eſt in malum vſum deductio, Vſus autem dicitur per duas vices, *l.2.C.de epiſc.& cleric.* Si appenſatè id egerit, & malitioſè, ſecus ſi imaginatè, *Afflict. conſtit.ea, quæ ad decus. not.8.rubr.47.lib 1.Marant. conſ.114.num.1.*

38 Nonum eſt Fiſci obiectum, ex concuſſione † pro qua ſindicatur Officialis, *l.1. ff. de concuſſ. Pute. de ſindic.rub. de offic.ſindic. §.ſindicantur etiam. Amed. de ſindic.num.165.Carrab.de ſindic.p.2.num.78. Peregr.conſ.3.num.7.in 5.Intrigl.lib.3.ſing.82.num.25.* Cuius pœna, arbitraria eſt, *Menoch. de arbitr. caſ. 341. num.12. caſ.342. num.10.caſ.343.num.4. Carrab.d.p.2.nu.83.* dicitur autem concuſſio, quaſi per vim facta pecuniæ extorſio, *Bart.l.Iulia.ff. de vi public.l.quod euitandæ. ff.de condict. ob tur.cauſ.gloſ.l.ſi quis concuſſerit.& l.iubemus. C. de vi public. Cumi.de ſindic.cap.8.num.15.Carauit.rit.276.num.5.Gramm. conſ.51.num.5.Intrigl.lib.3.ſing.82.num.26.* latè *Farin.q.111.à num.39. Carrab. d.p.2.num.78. Grilenz. conſ.173.à num.17.* & crimen eſt publicum, *Farin. q.111.num.54.Decian.lib.8.crim.c.35.num.24.* cum pro debito Officij, iuſtitiam miniſtrare teneatur, *Maur. alleg.33. num.4.p.2.* & Gratis, *alleg.32. num. 2.par.2.*

Reſpon. I. Quod licet minæ ad concuſſionem, per teſtes ſingulares probentur, *Carrab. de ſindic.p. 2.num.84. ex Gram.deciſ.5.num.5.Anna, ſing.520.* Vnus tamen, hoc in caſu, teſtis eſt, qui de leuibus,
39 & minutijs deponit, † de quibus nemo ſindicatur, *Bald.c.cum te.num.1.de ſentent.& re iudic.l.obſeruare.§.proficiſci.q.33.de offic.proconſ.Seſſe, de ſindic.nu. 6.Tiraq.de reb.exig. num.13. Auiles. ad leg.prætor. 1.gloſ.dadiuas.num.10.Giacear.poſt Clar.in conſ. ſindic.num.44.310.Reyger.Theſaur. Iur. verb.officium. num.3.Caball.ad conſtit.Egid.lib.2.c.40.nu.2.Auendan.de exeq.mandat.lib.1.c.2.num.5. Azeued.rubr. tit.7.num.11.lib.3. Raudenſ. d.conſ.50. num.76.* & addit,

Digitized by Google

& addit, num.524. viginti aureos non eſſe habendos in conſideratioue: Quod ſindicatoris arbitrio relinquendum alias cenſui, ex Menoch.de arbitr.caſ. 88.num.51. Schenard. conſ.1.num.43.p.2. Nec concuſſionis crimeu tunc eſt, nec baractariæ, quod dolum exquirit, vel culpam dolo proximam, Soc.reg. 37.Baiard.ad Clar.§.fin.q.73. num.26. Farin.q.111. num.220.Bertaz.crim.conſ.71. num.23.59.conſ.81. num.6.29.conſ.190.num.14.Raudenſ.conſ.49.nu.82. conſ.50.num.316.434.559.in 1.Schenard. conſ.1.nu. 49.p.2.quæ, hoc in caſu, penitus ceſſant, ergo.

40 Reſpon. II. Baractariæ † crimen ceſſare, ſi corruptionis ceſſat occaſio, Anchar.conſ.271.nu.9.Raudenſ.d.conſ.49.num.85. conſ.50.num.433.483.667. de Analog.c.31.num.35.Menoch. de arbitr.caſ.342. num.39.caſ.517.num.8. Farin.q.111.num.220. Baiard.ad Clar.§.fin.q.73.num.29.Bertaz.d.conſil.71. num.32.& in Scholijs lit. B. Maſcard.de probat. concl. 164.num.14.concluſ.166.num.8.Schenard.conſ.1.nu. 39.p.p.Ipſumque baractariæ crimeu tunc committitur, ſi corruptionis pendet periculum, Bertazz.d. conſ.71.num.6.7. Rauden.d.conſ.50.num.591. Schenard.d.conſ.1.nu.41. Etſi in mutui cauſam data pecunia etiam fuerit, Bald.conſ.330.in 3.Tuſcus,lit.O. concluſ.100.num.2.

41 Reſpon.III. Extorſionis crimen † receptione commiſſum(re integra) reſtitutione purgari, Boer. deciſ.153.num.36. Menoch. de arbitr. caſ.342.num. 32.Quod ſi pœnitentiam non admittant,Pariſ.Pute.de ſindic.in princ.num.67. Baiard.ad Clarum.§.fin. quæſt.73.num.22. Si tamen pœnitentiæ additur recepti reſtitutio,tunc ſecus, Boer.deciſ.153.num.36. Menoch. & Baiardus à Schenardo citati, d.conſilio 1. num.55. Quæ tamen reſtitutio parti facienda erit, Bald.conſ.194.num.3.in 2.Baiard.ad Clarum.§.finali quæſt.73.num.23.Schenardus,d.conſil.1.nu.56.Cumque id omne, etſi minimum, reſtitutum fuerit parti,ergo.

42 Decimum eſt Fiſci obiectum, Quod iniuſtam † pronuntiauerint ſententiam, tunc quauis conſuetudine non obſtante,tenentur in ſindicatu,Carrab.de ſindic.p.2.num.13.Anton.Sola, ad Decret.Sabaud.tit. de Caſtell.gloſ.3.num.5.Licet grauatus non appellauerit,Gloſ.Abb. & alij, in cap.paſtoralis.§.quia vero. de off.delegat.Magon.de rect.patroc.ratio. cap.24. nu. 30.Anna,ſing.48.in fin. Ronit.tit.de ſindic.pragm.1. num.42.Surdus,conſ.167.num.7.Carrabb.d.p.2.num. 9. Idem ſi appellationi renuntiatum expreſsè ſit, Bald.l.fin.§.ſin autem.C.de tempor.appell. in cap.ſæpè. col.pen.de appellat.Socc.conſ.24.num.9.in 1.Gratian. reg.41.num.8.Ronit.d.pragm.1.num.42. Vel tacitè, quia deſerta ſit appellatio, Ioan.Andr.d.cap.paſtoralis.ad finem.de offic.deleg. & in cap.ſæpè. de appell. Niger,Campan.ad R.N. cap.item ſtatuimus.132. nu. 17.Catald.de ſindic.quæſt.26.num.19.Viui.deciſ.47. num.13. Vel ſi ſententia ſimul,aut bis fuerit confirmata,Innocen.cap.ſæpè.de appellat. Ripa,l.quod iuſſit, num.32.ad finem,ff.de re iudic.Nig.Campan.d.c.item ſtatuimus.132.num.16.Ronit.d.pragm.1.numero 42. 44.Menoch.de arbitr.caſ.339.num.13. Intrigl.lib.3. ſing.82.num.42. Carrab.de ſindic.p.2.num.10. Surd. conſil.167.num.7.Viui.deciſ.47.nu.13. Vel ſi in cauſa appellationis, ſententia fuerit reuocata, Schrad. de feud.p.10.ſect.4.num.171.173. Imo appellatione pendente, poteſt Iudex, qui iniquam ſententiã dixit,ad litis ſumptus conueniri,gloſ.l.1.§.1.ff.quod quiſq.iur.Bald.de ſindic.num.50. Puté. de ſindic.rubr. de ſindic.official.§.an ſtante dicto.num.10. Intrigl.lib. 3.ſing.82.num.41.

43 Reſpon.I.Quod cum ſententia † in cauſa appellationis fuerit confirmata, amplius non tenetur Iudicem,inquit Auiles,cap.1.prætor. gloſ.à las partes.nu. 13.Dec.cap.ſæpè.num.10.de appellat.Gabr.tit.de ſenten.concluſ.5.Carrab.d.p.2.num.11.12. Niger, Campan.d.cap.item ſtatuimus.132.num.52. Nec tenetur Iudex iniuſtè pronuntians, ſi ſententia executa non fuerit,Amed.de ſindic.num.148. Bertaz.crim.conſil. 81.num.18.Gramm.conſ.54.num.10. Maſtrill.de magiſtrat.lib.6.cap.10.nu.145. Imo nec tenetur Iudex in ſindicatu, ſi ex nouiter deductis reuocata ſit prima ſententia,ex Bald.l.fin. C.de pœn. iud. qui mal.iud. Amed.de ſindic.num.137.Granut.Theorem.11.num. 2.ad finem.

44 Reſpon.II. Iudicem iniuſtè † iudicantem poſſe ex nouiter deductis ſuam ſententiam iuſtificare, ne in ſindicatu teneretur, Bart.l.emilius.ff.de minorib. Boer.deciſ.259.num.9. Bouadill.lib.5.polit.cap.3.nu. 14.Auiles.d.gloſ.à las partes.num.34. Ronit.d.pragmat.1.nu.45.Nouar.collect.210.n.17.Niſi torquendi ſententia ſit,quæ à principio debet eſſe iuſta,Clarus.§.fin.quæſt.61.n.6. ad fin.

45 Reſpon.III. Pœnæ locum non eſſe, † ſi Iudex ex ſui Aſſeſſoris conſilio iudicet, l.2. vbi Bart.Dec. & omnes.ff.quod quiſq.iur.Bald.l.1.num.7. C.de pœn.iudic.qui male iudic.Intrigl.lib.3.ſing.82.num.43. Boſſ. tit.de offic.corrupt.num.27.29. Maſtrill.de magiſtrat. lib.6.cap.10.num.133. Menoch. de arbitrar.caſ.339. num.37.Qui hoc procedere intelligunt, ſi Iudex ipſe Iuriſperitus non ſit, ipſeque Aſſeſſor à Principe, vel à Republica electus fuerit, Menoch. d. num.37. Vel ſi partium conuentione, aut ſtatuti diſpoſitione conſilium Sapientis ſequi debeat, Menoch.d.caſ. 339.num.36. Bouadill.d.cap.3.num.26.27.

Reſpon.IV. Quod ſi variæ, hac in re, ſint Doctor.
46 opiniones, † vt diſcerni nec poſſit, quæ ſit verior, Tunc Iudex non tenetur,etſi alter eo prudentior,& doctior, aliam opinionem forte eſſet amplexus, Amed.de ſindic. num.123. Cataldin. de ſindic. num. 33.35.ex gloſ.cap.temerariam.11.quæſt.4.Dec.l.1.§. hac autem verba.ff.quod quiſq.iur. Nam opinionum multiplicitas excuſat, ne iudex litem ſuam feciſſe dicatur,Bald.cap.1.§.Iudices.num.4.de pac.tenen.& in l.obſeruare.§.proficiſci.quæſt.30.ff.de offic.proconſ. Qui & illud dixit arbitrarium eſſe iudici,cui ſindicandi munus eſt iniunctum, An qui ita iudicauit, excuſatione dignus ſit, Menoch.d.caſ.339.num.19. 20.21.Seſſe,de ſindic.num.29. Inde eſt, vt ſi de iniuſtitia notetur iudex, euidentem eam eſſe oportet, vel ſi doloſè,malè iudicauit, quo in caſu, nedum parti ad omne intereſſe teneretur, ſed infamis erit, l.fin.C.de pœn.iudic.l.filius.§.Iudex.ff.de iudic. vt criminaliter adhuc puniri poſſet, l.1.§.1.l.lege Cornelia.ff.de ſicar.Boſſ.de offic.corrup.num.11.Seſſe,de ſindic.num.8. At ſi occulta, vel præſumpta ſit, excuſaretur,Beluiſ.in §.ſi quis autem. verſic. iniuſtitia. auth. vt iudic.ſine quoque ſuffrag. Rondinell. de ſindic.num. 151.Pute.de ſindic.verb.fui ſemel. num.3. Grammat. conſilio 35.Maſtrill.de magiſtrat. lib.6. cap.10.num. 146.

Digitized by Google

47 146. Cum axioma ſit vulgare, pro † Officialium actu præſumi, *l.2.C.de offic.ciuil.iud. cap.illud.de præſumpt.Card.cap.in præſentia.num.9. de probat. Bald.l. accuſationis.num.1.C.quod met.cauſ.Crauet.conſil.75. num.8.Neguſ.conſ.271.num.35. Aldouin.conſil.46. num.13.Larat.conſ.114.num.8. Gratian.diſcept.540. num.34.* eiuſque ſententia, *l.herennius.ff.de euict.* copioſè *Gabr.tit.de ſenten.concluſ.5. num. 14.concluſ.6. Peregr.conſ.26.num.6.in 3.Aldouin.conſ.46.nu.14. Turret.conſ.66.num.11.in 1.conſ.54.num.8.in 2.Burſat.conſ.113.num.1.* & quod fideliter ſe geſſerint, *Alba,conſ.205.num.80. Decian. conſ.2.num.213.vol.1. Menoch.lib.2.præſump.85.num.1.2. Tuſc.lit.O.concl. 96.& omnes.*

48 Vndecimum eſt, Fiſci obiectum, Quod à Capitaneo † fideiuſſionem de ſtando ſindicatui præſtari non curauerint iurati, *iuxta tex.l.1. C. vt omn.iud. & §.neceſſitatem.auth.vt iudic.ſine quoq.ſuffrag.Ponte,de poteſt.Proreg.tit.3. de elect.official.§.6.num.17.* quorum negligentiam latæ culpæ, ſeu præſumpto dolo ſimilem eſſe, ait, *Bald.l.mancipia. C.de ſeru.fug. Marta,deciſ.86.num.17. Burſ.conſ.320.num.38. Cephal.conſ.577.num.23. Aldouin.conſ.19.numero 10.* cum feciſſe eos non conſtet, quod facere debebant, in dolo ergo præſumuntur, *l.dolus.l.ſi procuratorem. §.dolo.ff.mandat.Crauet.conſ.115.num.2.Marta,conſil.574.num.11. Felic.allegat.17.num.34.p.p. Neguſ. conſil.12.num.1. Honded. conſil.35. num.22.vol.1. conſil.51.num.47.in 2.Menoch.lib.3.præſump.54.nu. 10.& de arbitr.caſ.208.num.35.Maſcard.de probat. concluſ.531.num.24.71. Anton. Sola ad Decret. Sabaud.tit.5. Quo temp. proceſ.gloſ.1.num.5.* & vbi temedijs vſi non fuerint, ad id opportunis, *Maſcardus d.concluſ.531.num.42.Bim.conſ.226.num.19. conſil. 282.nu.119.* Imo ſi ignoranter id facere omiſerint, quod tenebantur in dolo ſunt, cum ignorantia non ſit iuſta, *Salic.d.l.dolus.num.2.3. Honded.d.conſ.35. num.23.d.conſ.51.num.48.*

49 Reſpon.I. A nemine † requiſitos eos fuiſſe, vt illam præſtandam curarent iurati, *Cataldin.de ſindic. num.34.* Vtque Officialis de negligentia teneatur in ſindicatu monitio procedere omnino debet, *l.2.C. de offic.ciuil.iud.l.2. C.de ſuſceptor.& archar.lib.10. Archid.cap.1.de iureiur.Angel.l.ſi vacantia. verbo, præſens.C.de bon.vacan. lib.10. Auiles ad l.prætor.1. num.43.Seſſe,de ſindic.num.26.Mercabr.conſ.18.nu. 250.* iudex enim non dicitur negligens, niſi requiſitus, *ex Bart.l.damni.§.Sabini.ad finem.ff.de damn.infect.Bald.cap.iudices.num.6.de pac.iuram.firmat.Innocen.cap.extirpandæ.§.qui vero.de præbend.Felinus cap.ſicut.num.3.de reſcript.Ripa,l.ita ſtipulatus.num. 4.ff.de verb.oblig. Afflict. deciſ.370.num.9.Anton. Sola ad Decret.Sabaud.tit.5.Quo emp. proceſ.gloſſ.1. num.2.Becc.conſ.172.num.17. Menoch.conſ.131.nu. 8.Decian.conſ.47.num.25. in 4.conſ.1.num.13.in 2. Alba,conſ.48.num.10.Seſſe,d.num.26. Auiles, d.nu. 43.ad tex.l.argentarius. §.cum autem. ff.de edend.* & ter requiri oportet, *Gratian.conſ.84.num.4.5.8. Bertaz.crim.conſ.71.num.55.56. Azeued.l.10.num.11. tit.17.l.2.num.6. it.25.lib.5.recopil. Auiles,l.1.prætor.num.42.44.45.46.Sola,d.gloſ.1.num.11.* imo, & neceſſariam eſſe proteſtationem voluit, *Imol. d. §. Sabini.Cepoll.conſ.234. Menoch.de arbitrar.caſ.301. Seſſe,d.num.26.* Sed huius rei vbi notitiam habuerunt iurati, pluriès illum ad fideiuſſionem præſtandam, adhibito omni conatu, requiſiuerunt. Atqui Miles Hieroſolimitanus erat Capitaneus illum per ſonali coertione cogere minimè potuerunt: imputari ergo negligentia non poteſt, ſi diligentia, eo in caſu, non profuiſſet, *Azeued.l.22.num.1.4.tit.5.lib. 3.l.10.num.11.tit.17.lib.5.recop.* Nec conſiderari poteſt negligentia, ſi impoſſibilitas vrget, *Medic.de caſib.fortuit.p.p.quæſt.11.num.20.Aldouin.conſil.19. num.75.* Nec in culpa eſt, qui aliquid facere ex eo recuſaret, quod de aliquo ſui damno dubitet, *ex Abb.tradit,Crauet.conſ.8.num.21. Aldouin.conſ.19. num.76.* Sibi ergo potius imputet, qui talem elegit, quem eligere non debebat, *Anna,ſing.460.Carrab. de ſindic.p.p.num.108.* Omniſque dolus excluditur in faciente id, quod ab alijs fieri conſueuit, *l.pignus. C.de pignor.act.l.quis ſit fugitiuus.§.apud labeonem.ff. de edil.edict.Honded.conſil.100. num.53.in 2.Anton. Sola,ad Decret.Sabaud.tit.23. de inſult. anim. deliber. gloſ.2.num.5.* Nec probatur negligentia, eo ipſo, quod non fuerit aliquid factum, ſed probandum omnino eſt, quod talis facere potuiſſet, & non fecit, *Bart.l.ab hoſtibus.§.1.ff.ſolut.matr.& in l.idemq. ff.pro ſoc.Tuſc.lit.N.concluſ.32.nu.7.*

50 Reſpon.III. Quod cum ſe † præſentauerit coram Sindicatore, & præſtiterit de ſtando ſindicatui, habito ergo effectu, de modo curandum nec eſt.

Duodecimum eſt Fiſci obiectum, Quod contra-
51 uenerint omnes, Pragmaticis † cæteriſque Regni Legibus, ſiue Actis à Prorege editis, in ſindicatu ergo tenentur, *ex Prag.Conſtit.tit.de ſindic.§.15.* Maximè ſi in detrimentum Reipublicæ, eorumq. commodum, & vtilitatem contrauenerint, *Maſtrill. de magiſtratib.lib.6.cap.8.num.110. ex Cumi.de ſindic. cap.18.num.30.31.Bellug.de Princip.rubr.11. §.his igitur.& ibi,Borrell.Peguer.in prax. cap.9. Auiles,ad leg.prætor.gloſ.mandamientos. Nouar.collect.210.nu. 32.* Sicut, & literis Viceregijs, quæ comminatam habent pœnam *Pro quanto Gratiam ſuam caram haberent*, quo in caſu Officialis punitur, & ſuo etiam priuatur Officio, *Gramm.deciſ.40.num.22. Maſtrill. d.cap.8,num.111.* imo ignorantia eum non excuſat, cui ex officij ratione ſcientia incumbit, *Coſta, de ſcient.reg.2.num.1.*

52 Reſpon.I. Pragmaticas † in loco non promulgatas, non ligare ignorantes, *l.ſi.ff.de decret.ab or din, facien. Alex.conſil.181.num.13.in 6.Maluaſ.conſilio 93.num.71.Burſat.conſil.200.num.95.106. Carpan. ad Diplom.Pontif.in Mediol.Statut.num.57.p.p.Tuſc. lit.L.concluſ.255.nu.4.12.lit.S.concluſ.443. Bertaz. crim.conſil.160.num.3. Rim.iunior, conſil.108.num. 10.11.Gabr.conſil.178.num.26.54.in 2.Rip.de noct. temp.cap.5.num.16.Gabr.tit.de legib.concluſ.4.* vt de proclamate ignorato cenſuit, *Bertazz.crim.conſilio 141.* requiritur enim publicatio in loco, vbi actus contrarius conſtitutioni geſtus eſt, *Burſat. conſilio 255.num.30.Decianus,conſil.8.num.84.in 1. Turret. conſil.42.num.11.in 2. Coſta, de ſcient.cent.2.diſtinct. 98.num.3.4.* Etſi in Curia Regis publicatæ illæ ſint, *Oſaſc.deciſ.141.num.2. Carpan.d.Diplomat.num.55.* Hinc ad it, *Coſta,d.num.4.* Scripturam, & publicationem de ſubſtantia Legis eſſe, ad obligandum ſubditos, non ad alia *Abb.Coſta,& alij, rubr.de conſtit.Carbon.de Legib.lib.3. diſput.2. Menoch. conſilio*

1250.

Digitized by Google

3250.*num.*34.& licet notet.*Bald.l.2.verb.pro roſtis.*
ff.de orig.iur. Pragmaticas,cæteraſque Extrauagan-
tes,eo ipſo ligare omnes, quod impreſſæ cum ſint,
in pub lico archiuio ſunt poſitæ, vt communiter
earum copia habeatur, ac omnibus pateant, *Lan-*
cell.Gallia.in Conſuet.Alexandr.præfact.1.num.6. ex
Iaſ.in l.cum prolatis.num.6.ff.de re iudic. Felin.cap.1.
ampliat.3.de re iudic.Corn.conſ.156.col.1.vol.3. Ro-
man.conſil.260.num.3.Roland. conſ.99.num.38.in 2.
Tuſc.lit.L.concluſ.255.num.2.19. Ludouic. commun.
opin.tit.de Statut.concluſ.1.fall.1.Thob.Nonius,conſi.
93.num.9. Etſi aliter ſenſerit,*Gabr.conſil.178.nu.54.*
in 2. Tum maximè ſi lapſum ſit longum tempus,
Roland.d.conſi.99.num.36. Tuſc.d.concluſ.255.num.
2. licet iudici productæ, & allegatæ non fuerint,
alias litem ſuam faceret,*Bald.l.1.num.2.C.vt quæ ſit*
long.conſuet.Felin.d.cap.1.num.5. Ripa,l.4.§.hoc au-
tem iudicium.ff.de damn.infect. Lancell.Gallia.d.præ-
fact.1.nu.7. Cumque Pragmaticæ, & Proregis actus
omnes, Typis editæ in aliorum volumine non ſint,
ergo.

53 Reſpon. II. Excuſandos † eos etiam eſſe ob Prag
maticæ illius ignorantiam, quæ exequuta quando-
que non fuerat,*Lanar.conſil.43.num.34.* iuris etiam
non frequentati ignorantia excuſat, *Ioan.And.cap.*
ignorantia.de reg.iur.in 6. Alex. ad Bart.l.non fate-
tur.ff.de confeſſ.Lanar. d.num.34. Sed ignoranti ne-
gligentia,aut delictum imputari non poteſt, *Caſtr.*
conſil.30.num.17.in 3. Coſta,de ſcien.inſpect.85.num.
15.Hondcd.conſil.42.num.42.in 1.Eugen.conſilio 86.
nu.34.Surd.deciſ.25.n.30. Decian. conſ.44.n.36.in 1.
Rim.iun.conſ.314.n.11.Petr.de fideicom.queſt.14.n.
247.Alba,conſ.770.n.35. ergo.

54 Reſpon. III. Actus Viceregios,† qui in vim prag-
maticæ facti non fuerint lapſu anni expiraſſe, *ex*
Reg.Ioan.cap.59. imo qui cum voto Sacri Conſilij
non fuerint editi,nulli ſunt ipſo iure,ex *Pragm.*da-
ta Panormi,die 15.Maij.12.indict.1584.vel durãt,
quouſque Statuentis officium finitum non ſit, *Bal-*
dus,& alij,in l.1.C.de poſtul.Bart.l.fin.ff.de pæn.& ibi
Alex.Specul.de aduoc.§.1. Afflict.deciſ.128.num.2.
deciſ.290.num.2.4.Maſtrill.de magiſtrat.lib.5.cap.6.
num.48.Teſtay,alleg.8.num.42. Larat.conſ.103.n.6.
Canecr.2.reſol.tit.de iuriſd.2.num.14. imo ob crebas
Decurionum mutationes, iuſta quoque erit Vni-
uerſitatis ignorantia, *Crauet.conſ.652.num.13.Lan-*
cell.Gallia,conſil.60.nu.26. & quæ antea geſta ſunt,
probabiliter ignorat Vniuerſitas, per Rectores, &
Decuriones repreſentata,qui annuatim mutari ſo-
lent,*Siluan.conſ.4.num.20.Alciat.conſil.7.nu.33.lib.*
4. Lancell.Gallia,conſil.25.num.60.

Non obſtat teſtes à Fiſco(hac in cauſa)producti.
55 Quia alij † inimici, Officij etiam cauſa, *Raudenſ.*
conſil.49.num.58.conſil.50.num.1.325.vol.1. Sche-
nard.conſil.1.num.116.p.2. vt nec reconciliatione
ſequuta admittantur,*Crauet.conſil.9.num.6.* & con-
demnati à iudice,contra eum in Sindicatu non pro
bant,*Bertaz.crim.conſil.71.num.61.Schenard.conſi.*
56 *1.num.138.p.2.*& licet † controuertat, *Blanc.de in-*
dict.num.147.ad fin. An iudex, ex criminali ſenten-
tia contra reum lata,eius effectus ſit inimicus, cum
pro conſcientia, & iuſtitiæ debito coactus ſic iudi-
cauerit: Verior tamen eſt, *Decian.*diſtinctio, *lib.3.*
crim.cap.25.num.61. Ex parte iudicis nullam con-
trahi inimicitiam, ſed ex parte ipſius rei, iuſtè, vel
iniuſtè condemnati. Adeo vt illum, eiuſque affines
poterit iudex recuſare: Cum quilibet naturaliter
doleat,ægrè ferens ſe,vel iuſtè,vel iniuſtè damnari,
& hanc contra alios, exiſtimat illic, *Decian.* verita-
57 tem: imo carcerati,† qui fuerunt à iudice, nec te-
ſtes contra eum eſſe poſſunt, *Farin.queſt.111.num.*
262.Schenard.d.conſ.1.num.139. Vel qui aliquam
doleat iniuriam,*Siluan.conſ.94.num.5. Schenard.d.*
conſ.1.num.142.

Cauſa hæc, fuit non ſemel diſcuſſa à Iudicibus
in cauſis Sindicatus, tunc à Prorege delegatis,cum
interuentu D.Præſidis iuſtitiæ. Denique *Facto ver-*
bo D.Proregi,*Abſoluti,& liberati fuerunt Iurati.* Die
24. Ianuarij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna percutientis hominem cum armis, quæ ſit? & num.15.*
2 *Armorum nomine lapides continentur, & quando? num.3.*
4 *Percuſſio in facie, cum ſanguinis effuſione, atrox eſt iniuria.*
5 *Pœna arbitraria(de iure) ad mortem vſque extendi poteſt, inſpecti facti qualitate.*
Declar.num.18.19.
6 *Tortura,ijs in caſibus inferri poteſt, in quibus pœna eſt corporalis.*
7 *Lapide percutiens,ſi non occidit, pœna manus non punitur,ſed mitiori.*
8 *Statutum de percuſſione loquens,non procedit in ea,quæ proiecto lapide ſit.*
9 *Percutiens baculo, pœna manus puniendus non eſt.*
10 *Armorum nomine,an baculus, & omne,quod ad nocendum eſt aptum, contineatur?*
11 *Torturæ locus tantum eſt,ijs in caſibus;Quorum pœna à relegatione ſupra eſt.*
12 *Armorum appellatione,quid comprehendatur? Iudicis eſt arbitrium.*
13 *Lapides non ſunt propriè arma.*
14 *Pœna à ſtatuto impoſita, in caſu vero, non procedit, in ficto.*
16 *Pœna vltra relegationem quæ ſit?*
17 *Exilij pœna intra relegationem dicitur.*

A R G V M E N T V M.

Lapide ſi quis hominis faciem percuſſerit,difformi etiam,& apparenti cicatrice,Qua pœna plectendus ſit?
Armorum nomine, An lapides contineantur?& quando?
Ad intellect. Conſtit. ſi quis aliquem.rubr.13. de percuſſ.illicit.lib.1.

CON-

CONSILIVM LXXIII.

SEius,cum aduerſus Caium in rixam
appoſtato modo,deuenerit,lapide
in illum proiecto, eius faciem per-
cuſſit, ſubtus ſiniſtrum oculum,
cum ſanguinis effuſione; cumq. ci-
catrix difformis ſit, & perpetuò in
facie apparens. Non leuis fuit quæſtio, an ad tortu
ram contra Seium percuſſorem procedi poſſit? Qua
in re,affirmatiuè reſpondendum erat.
Primo, in rixa,ſi præmeditato animo deuentum
ſit,quod inde ſequetur, deliberatè actum præſumi,
affirmant omnes. Verum percutiens ex propoſito
1 hominem cum armis, † morte non ſecuta,pœna am
putationis manus plectendus eſt, ex conſti ut.ſi quis
aliquem.rubr.13.de percuſſ.illicit.lib.1. Cumi. rit.52.
num.15.Ball.de lit.diſpenſ.caſ.2.nu.11.Burg.de modo
proced.ex arrupt.queſt.23.num.49. Cuius vices ſub-
ſtinet hodie,Triremium pœna, Maſtrill.deciſ.168.
num.2. Eſt enim armorum vſus omni iure prohibi-
tus,l.1.& ibi, Bart.ff.ad l.iul. de vi publ.l.1.C.v. ar-
morum vſus.lib.11.§.pen. auth.de arm. late Peguer.
deciſ.56.à num.1. Morot.conſilio 26.numero 3. præ-
ſertim ruſticis,cap.1.§.ſi quis ruſticus. de pace tenen.
Reyger.Theſaur.iur.verb.arma.num.16.Morot.d.nu.
3. quia cauſam præſtant ad delicta, & violentias,
l.ſi ſeruus.C.de his,qui ad eccleſ.confug.l.ſi quis in hoc
genus.C.de epiſcop.& cleric. Morot. conſil.26.num.5.
2 Cumque armorum † nomine lapides etiam conti-
neantur, §.qui autem. inſtit. de interdict.l.armorum.
& ibi,Rebuff.ff.de verb.ſignific.l.3.§.armis.ff.de vi,
& vi arm.Plac.lib.1.delict.cap.8.num.6.Reyger.dict.
verb.arma.num.17. Azeued.rubr.tit.6.num.2. lib.6.
recop.Pacian.conſil.92.num.5. Tuſc.lit.A.concluſio.
514.num.1. Decian.lib.8.crim.cap.2. num.3. Triuſ.
lib.2.deciſ.58.nu.7. Cum ſint ad occidendum apta,
Gomez,3.delict.cap.3.de homicid.num.17.18. Iodoc.
in prax.cap.69.num.3.Vulpell.conſil.126. Ludouicus
Peruſ.deciſ.62.num.1.15. Ac proinde titulus de vi
armata,vim lapide factam comprehendit,l.3.§.ar-
3 ma.ff.de vi,& vi armat.& licet † Clar.§.fin.queſt.82.
num.4. ex communi loquendi vſu, ſaxa, & lapides,
armorum appellatione contineri non admittat,
Anton.Sola,ad Decret.Sabaud.tit.10.de Capit.Iuſtit.
gloſ.1.num.7. Adeo vt, edicta armorum delationem
prohibentia, non comprehendant ſaxa deferen-
tes: Quorum varietatem compoſuit, Menoch. de
arbitrar.caſ.394.num.77. hoc iudicis arbitrio relin-
quendum.
Ego verò id accipiendum cenſui, iuxta Gloſ. cle-
men.ne in agro.verb.arma.de ſtat.monach. Lapides,
ſaxa,& fuſtes, Armorum nomine contineri, ſi per-
cuſſio ſequuta iam ſit: Ante vero percuſſionem non
dicuntur arma, Marſ.in prax.§.pro complemento.nu.
14.Baiard.ad Clar. queſt.82.num.63. Azeued.rubr.
tit.6.num.4.lib.6.recop. vel ſi eo in loco verſemur,
quo ſit conſuetum haberi lapides pro armis, Felin.
in proem.Decretal.num.6. Cardin. d.clem. ne in agro.
§.quia vero.Azeued.tit.6.num.6.cumq.ex his ad pę
nam corporis afflictiuam deueniri poſſet, torturæ
ergo locus erit.
4 Secundo, Percuſſio † in facie, cum ſanguinis ef-
fuſione, atrox eſt iniuria, Pacian.conſ.92.num.2. Cu-
5 ius pœna eſt arbitraria, Sed † arbitrium poteſt, ex
qualitate facti (de iure) ad mortem vſque extendi,
ex Clar.§.fin.queſt.83. Rim.iun. conſil.328.num.16.
Tuſc.lit.P.concluſ.217. num.2.3.5.6.7. concluſ.236.
num.27.lit.A.concluſ.473.num.13. Menoch.de arbi-
trar.queſt.86.num.14.20.Muta,Panormit.conſuetud.
77.num.11. Farinac. queſt.17.num.34.conſil.32.nu.
6.Schenard.conſil.19.num.51.p.2. Burg.de mod.pro-
ceden.ex arrupt.queſtio.23.num.273.Felic.allegat.9.
num.31.p.p.Caball.crim.reſol.caſ.92.Alba,conſ.309.
num.5.conſ.667.num.6. Sed vbi pęna imponitur cor
6 poralis † ſolet indiſtinctim ad torturam procedi,
Clar.§.fin.queſt.64.Granut.Theorem.3.nu.10.ad fin.
Felic.d.alleg.9.num.32.Peguer.deciſ.16.num.6. Imo
praxi receptum aduertit, Alber. l.edictum.num.4.
ff.de queſt. in leuibus etiam delictis torquendum eſ
ſe reum, Cartar.de interrog.reis.lib.4. c.1.nu.31. Ca-
ball.crim.reſolut.caſ.28.num.12.caſ.170.num.7.8.9.
10.Felic.d.alleg.9.num.33. Peguer.d.nu.6. Et refert,
Clar.§.fin.queſt.64.num.21. Senatum Mediol.iuſſiſ-
ſe in tortura eleuari minorem annis quatuordecim
de percuſſione cum lapide imputatum,ex qua,nec
ſecuta fuerat mors, nec pars remiſerat, Cartar.lib.
4.de interrog.reis.cap.1.num.46. Caball. d.caſ.170.
num.6.
Cæterum his non obſtantibus, contrarium dixi
verius. Imo torturæ locum non eſſe contra vulne-
rantem inimici ſui faciem cum lapide, etſi cicatrix
difformis ſit, & perpetuò apparens.
Primo, monet Iſern.num.1. Afflict.num.5. in con-
7 ſtit.ſi quis aliquem.rub.13.lib.1. Quod percutiens †
cum lapide, ſi non occidit, pęna manus non puni-
tur, Fab. Ann. d.conſtit.ſi quis aliquem. num.50.59.
Sed pro arbitrio, inſpecta iniuriæ, vel criminis qua-
litate, Affl.d.conſtit.ſi quis aliquem. Gram.deciſ.17.
num.2.& iuris eſſe probat, text.l.omne delictum.§.ſi
quis commilitonem.ff.de re milit.Muta,deciſ.30.nu.8.
11.Farin.queſt.126.num.137.Baiard.ad Clar.§.homi
cidium.num.10.Menoch.lib.5.præſum.40.nu.5. Cum
8 Statutum † de percuſſione loquens, nec in ea proce
deret, quæ facta eſt per lapidem Gram.vot.15.num.
9.Schenard.conſ.64.num.8.p.p.imo,nec d.conſtit.pę-
9 na illi eſt irroganda † qui inimicum baculo percuſ-
ſit, Afflict.d.conſtit.ſi quis aliquem.num.6.7. Larath.
10 conſ.105.num.7. Siue armorum † nomine baculum
non contineri eum, Afflict. dixerim, d.nu.6.7. Siue
contrarium crederem verius, cum omne, quod ad
nocendum aptum ſit, armorum nomine intelliga-
tur, Aret.§.lex cornelia.num.2.inſtit.de public.iudic.
Tuſc.lit.A.concluſ.514.n.4.
11 Secundo, Torturæ † ratio omni in caſu habenda
non eſt, ſed in eo ſolum, pro quo imponenda ei erit
pęna, vltra relegationem, Gram.conſ.15.num.4. vot.
15.num.12.Franc.de Leonard.in prax.official. c.5.nu.
42.Foller.prax.crim.gloſ.rei indurati. num.12. Becc.
conſil.67.num.26.Peguer.deciſ.16.num.2. Carrab.de
ſindic.par.2.num.33.Burg. de modo proced.ex arrup.
queſt.23.num.8.Granut.Theorema.3.num.10.Tepat.
lib.1.var.tit.de queſt.col.5. Intrigl. deciſ.19. numero
23.ſingul.234.num.2.& ibi Conuerſ.in Scholijs.lib.1.
Farinac.queſt.42.num.3.9.Marant.conſilio 38.nume-
ro 1.13.Niger, Campan.R.N. cap.tormenta. numero
11.12.Muta,Panorm.conſuet.10.num.58. Baiardus

ad Clar.§.fin.quæſt.64.num.11.Caball.crim.reſol.caſ.
28.caſ.170.num.14.Muſcatell.delict.prax. rub.de vul
ner.num.29.Capiblan.de baron. pragm.7.num.8.Car-
tar.lib.4.Interrog.reor.c.1.num.24. Quod ſatis nec
eſt,ſed requiritur etiam, corporis eam eſſe afflicti-
uam,Peguer.in prax.c.12.§.9.num.2. Becc. conſ.67.
num.22.Burſ.conſil.325.num.120.conſil.439.nu.31.
Tuſc.lit.T.concluſ.326.num.7. Ambroſ.de form. pro-
ceſſ.inform.lib.4.c.1.num.9. Monald. conſil.65.num.
39.in 1.Burg.d.quæſt.23.nu.10.281.Clar.d.quæſt.64.
num.4. Sed pro cicatrice in inimici faciem, per ia-
ctum lapidis illata, corporalis pęna imponi à Iudi-
ce non poteſt,ergo.

Non obſtat Primum,Quia licet Iudicis arbitrio
12 † remiſſum velit,Menoch.de arbitr.caſ.393.num.77.
Quæ veniant armorum appellatione, Fab.Ann.d.
conſtit.ſi quis aliquem.num.54. & lapides contineri
dixerint omnes,quos citaui,num.2. percuſſione ta-
13 men ſecuta,cum † nec antea ſint arma,gloſ.d.clem.
ne in agro.verb.arma. Fab.Anna.d.conſtit.ſi quis ali-
quem.num.57.& alij citati,nu.3. Pœnali namque in
materia, armorum nomine veniunt propriè parata
ad nocendum, Cepoll.l.armorum.in princ. & ibi,Al-
ciat.ad fin.Rebuff.verſ.ſecundo intelligitur. & verſic.
quarto.ff.de verb.ſignif. Tuſc.lit.A.concluſ.514.num.
9.nec quæ fabricata ſunt ad laborandum,Anguiſſ.
conſil.110.num.3.Intrigl.ſing.7.lib.1. Nig.Campan.
R.N.c.qui cum onca.154.num.4. Ball.tract.var.lib.
4.quæſt.3.num.54.Ipſaq. pœnalis Statuti verba, ve-
14 ro † non ficto in caſu,accipienda dixit tex.l.3.§.hęc
verba.ff de negot.geſt.Griuell.Dolan.deciſ.19.num.3.
Larat.conſil.103.num.11.Bardell.conſi.144.num.35.
Nec caſus mixtus ſub ſimplici continetur, Alba,
conſil.360.num.9. ſic in ſtatuto, Maluaſ. conſilio 20.
num.5.conſil.112.num.30. Cumque pœnalis diſpoſi
tio ſtricti iuris cenſeatur, Rauden.de analog.c.26.nu.
22.Sfor .conſil.38.nu.21.Alba,conſil.118.nu.1.Burſ.
conſil 13.num.35.conſil.64.nu.21. Cephal. conſ.719.
num.4.

15 Reſpon.II. Tex.d.conſtit.ſi quis aliquem.procede-
re, ſi vulneratus a ſuo inimico quis ſit, cum armis
prohibitis,d conſtit.intentionis,rub.9.lib.1.Cumque
eorum numero non recenſeantur lapides, ergo.
Proinde ſi d. conſtit.ſi quis aliquem. expreſſiſſet tan-
tum arma: contraria Doct. opinio rectè procede-
ret, Sed dixit, Arma prohibita ſupradicta, Lapides
ergo in ea non continentur, vt eius pœna locum
habeat, Fab.Anna. dicta conſtitut. ſi quis aliquem.
num.59.

16 Non obſtat Secundum, Quia pœnæ † vltra rele-
gationem dicuntur illæ, quæ ſunt de mero imperio
maiores,cuiuſmodi eſt, Naturalis mortis pęna,quan
do vita adimitur; & pœna mortis ciuilis,quæ liber-
tate reos priuat,quia ſeruitus, quoad ciuiles actus,
morti æquiparatur, vt eueniet, ſi in metallum, vel
opus publicum,quis perpetuo, vel ad tempus dam
netur, quorum loco hodie condemnatio eſt ad tri-
remes,vel pœna abſciſſi membri, ex Iacob.de Aret.
& Bart.in l.imperium.ff.de iuriſd.omn.iudic. Foller.in
prax.p.4.gloſ pœnis debitis feriantur. nu.46. Peguer.
deciſ.16.num.3. Granut. Theorem.3. num.10.Capic.
deciſ.153.num.3. Burg.de mod. procedend. ex arrupt.
quæſt.23.A.num.11.Cumi.de ſindic. c.24. num.46. rit.
50.num.4. Petr.Gregor. de conceſſ.feud. p.7.quæſt.2.
17 num.22.Exilij pęna † non vltra quinquennium à re
legatione infra eſt,Cumi.de ſindic. c.24.num.50. &
rit.72.num.14.Burg.d.quæſt 23.nu.249. Torturæ,er-
go,locus non eſt.

18 Reſpon.II. Arbitrium † ad mortem vſque à ſu-
premo Iudice extendi poſſe,non ab inferiori, Fari-
nac.quæſt.17.num.58.Caual.de brach.reg.p.4.nu.26.
Burg.d.quæſt.23.num.274.Intrigl.deciſ.41.nu.9. Niſi
conſulto Principe.

19 Reſpon.III. Pœnam † à lege indictam, ſi aliqua
ex cauſa,imponi non poteſt, pro arbitrio eſt impo-
nenda,l.hoc accuſare.§.omnibus.ff.de accuſat. l.hodiè
cum ſimil.ff.de pœn. Gomez.l.Thaur.83.num.13. Af-
flict.deciſ.fin.num.18. Azeued.l.2.num.7.tit.13.lib.
5.recop.Cumq.crimen hoc pęnam mereri certò ſci-
mus,ipſaq. manus amputari reo non poſſit, ex con-
ſtit.ſi quis aliquem.in exilium ergo pro arbitrio mit
tendus eſt reus, nulla etiam tortura illata.

Ex his,datus fuit Seio,terminus extraordinarius
ad ſe defendendum. Eoq.elapſo,pronuntiarunt Iu-
dices Straticotiales, Solutis prius Caio omnibus ex-
penſis,Seius exulet ab vrbe Meſſana, eiuſque territorio
per annos quinque. Fuitque ſic exequutum, Anno
1608. vt in M.R.C. ſeruatum quoque vidimus ex
Maſtrill.deciſ.168.

SVMMARIVM.

1 Pactum,ne quis ad tempus,Ciuitatem poſſit ingredi, va
lidum eſt.
2 Pœna ingredienti ciuitatem à qua exulauit ex pacto,
exigi poteſt.
3 Pœna criminis reo remiſſa, ita quod ſi contraueniat in
priores incidat, ex contrauentione reuiuiſcit, ſi Prin
ceps confirmauit.
4 Epiſcopatus ampliſſima eſt dignitas, ad eccleſiaſtica,
non temporalia extendenda; niſi Princeps conceſſe-
rit. Declar.num.14.
5 Homo,ex diuerſo iure,duas repræſentat perſonas.
6 Criminis tranſactionem confirmandi ius, de regalibus
eſt.
7 Criminis pœnam remittere ſolius Principis eſt,Declar.
num.15.16.
8 Gratiam reo concedere ad Principem ſpectat, non ad
Epiſcopum.
9 Epiſcopus criminis gratiam ex conſuetudine reo conce-
dit,non de iure.
10 Delicti gratia, ſeu indulgentia à Seculari Principe fa-
cta clerico,eſt nulla.
11 Clerici in minoribus conſtituti, iuriſdictioni non ſub-
ſunt Laicorum.
12 Indultu generali à Rege conceſſo, non gaudet clericus
delinquens.
13 Epiſcopus omni in caſu diſpenſat, in quo non eſt ſpecia-
lim prohibitus.
17 Capitulum,ſede vacante, in ijs ſuccedit Epiſcopo, quæ
ſunt iuſtitiæ,non ſi ſunt gratiæ. Contrar.num.18.De-
clar.num.29.
19 D.Don Antonius Quintana Duenas,Foreſtarum Mar
chio, & in Supremo Italicarum rerum Conſilio Re-
gens laudatur.
20 Vicario à Capitulo epiſcopali ſede vacante electo, tota
Capituli iuriſdictio eo ipſo competit, exceptis ijs,quæ
ſibi Capitulum reſeruauit, ante Vicarij electionem.

Gratiam

21 *Gratiam facere poteſt is, qui iure proprio habet iuriſdictionem, ſecus ſi in officium.*
22 *Epiſcopo ſi quæ iure ſpeciali competunt, an tranſeant ad Capitulum, ſede Epiſcopali vacante.*
24 *Vicarius Epiſcopi gratiam reo facere non poteſt, &, quando ſecus, num. 25.*

ARGVMENTVM.

Criminis remiſsio, Clerico delinquenti ab Accuſatore facta, *Ita quod per annos ſeptem ab vrbe exulet*, An à Prorege, vel ab Epiſcopo, ſeu Vicario, *Sede Vacante*, confirmanda ſit?

CONSILIVM LXXIV.

VErior ſanè, ne, cum hac de controuerſia interrogatus reſpondeo, velnimus ſim, vel ridiculus, quod in re tam clara, tot effundam verba, tot argumentis vtar. Sed riduculi potius videri illi poſſent, qui dum vanam hanc excitarunt diſputationem, nodum (quod aiunt) in ſcirpo quærentes, vt multis his reſponderem, in cauſa fuerunt. Hi fortè opinati ſunt locum non fore initæ illi conuentioni quæ contracta videtur inter Didacum de Guglielmo occiſorē, & matrem occiſi, quæ eum hactenus in Curia Archiepiſcopali pro nece filij fuerat inſequuta, eo ſub prętextu, quod ab Vrbe Meſſanæ exularet per annos ſeptem, ducti, Anchar. conſ. 75. Sed à ſua, aliorumq. opinione longè, lateq. abſum; Exiſtimo n.
1 vt ingenuè dicam, quod ſentio, Imo validam † eſſe pactionem illam, & obſeruandam, ex Bald. n. 4. Afflict. n. 17. in c. 1. de leg. orriad. vt agnouit prius Ardiz. ſumm. feudor. col. fin. Ioan. Andr. ad Specul. tit. de arbitr. §. poteſt. n. 7. Alber. in l. fin. n. 5. ff. de off. procur. cæſar. in l. non diſtinguemus. §. Iulianus. num. 11. & in l. pen. num. 2. ff. de arbitr. Lopez l. 27. gloſ. 8. tit. 11. p. 3. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 67. num. 20. 21. Ronit. tit. de compoſit. pragm. 8. nu. 8. ediſſerit copioſè, Ameſc. de poteſt. in ſeipſ. lib. 2. c. 18. à nu. 19. Farin. quæſt. 107. num. 262. Carauit. rit. 275. num. 22. Vivi. comm. opin. 574. Maſtrill. de indult. c. 24. num. 18. & deciſ. 38. Et ita iudicandum cenſeo, tametſi ſciam contrarium fuiſſe quandoq. deciſum; ſed an rectè, aliorum eſto iudicium. Cumque validum ſit pactum, pœnam
2 omnem † illi adiectam in caſu contrauētionis exigendam voluit, Bart. num. 26. Alex. num. 26. Fulgoſ. num. 21. Bald. num. 20. Iaſ. num. 46. Iacob. de S. Georg. num. 37. Bolognet. num. 66. Rimin. iun. num. 336. in l. iuriſgentium. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Bart. num. 4. Angel. num. 5. Bald. num. 20. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. eodem. Bart. in l. non ſolum. §. iniuriarum. num. 4. ff. de pœn. Bald. num. 3. Roman. num. 4. Iaſon. num. 4. in l. ſi quis accepto. ff. de condict. cauſ. dat. Angel. num. 2. Caſtrenſ. num. 3. in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact. Carauit. rit. 275. num. 13. 14. Baiardus d. §. fin. quæſt. 58. num. 19. Decian. lib. 3. crim. cap. 34. num.
3 71. & in priorem etiam pœnam † criminalem, ſi remiſſionis contractus à Principe confirmetur, Gam. deciſ. 63. Bolognet. d. num. 66. ad fin. Ameſc. d. c. 18. num. 36.

His itaque præmiſſis, excutiendum erit, tranſactionis huius confirmatio, an ad Proregem ſpectet, vel ad Meſſanæ vrbis Archiepiſcopum, cui ſubditus eſt occiſor? Qua in re, ad Proregem ſpectare videbatur.

Primo, Epiſcopatus ampliſſima eſt dignitas, c. venerabilis. de præben. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 8. n. 9. Cephal. conſ. 1. num. 47. Scot. reſpon. 28. num. 35. lib. 6. tom. 1. Sfort. de in ingr. reſtit. quæſt. 32. num. 150. Gonzal. reg. cancell. gloſ. 9. num. 36. Turret. conſil. 80. num. 4. in 1. Craſſ. in prælud. effect. clerie. num. 304. Menoch. conſ. 202. nu. 132. Qui addit, a multis etiam excelſam appellari, & ſit illuſtris, Hoſtienſ. & Abb. in c. cum cauſa. 2. de iuram. calum. Dec. & alij, in rubr. ff. de offic. eius. Schrader. conſil. 56. num. 7. Ricc. deciſ. 97. num. 2. p. 1. Tuſc. lit. E. concluſ. 273. nu. 8. Quæ ad
4 temporalia † extendenda non erit, Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 4. num. 120. niſi ex Secularis Principis conceſſione, aliquid temporale habeat epiſcopus, Doct. in c. Romana. §. debet. de appell. in 6. Bart. l. 1. §. ſi quis in appellatione. num. 14. ff. eod. de epiſcopo loquens habente Comitatum à Principe, ſi vt Comes iudicet, Capic. deciſ. 137. num. 11. Schurff. conſil. 72. n. 2. cent. 1. Gail. lib. 1. obſer. 30. num. 4. 5. 6. Scacc. de appellat. quæſt. 8. num. 92. Tuſc. lit. E. concluſ. 301. num. 1. 2. 3. Sixtin. d. c. 4. num. 121. Sic, & regalia epiſcopis competere voluit, Aluarot. cap. 1. n. 11. tit. qui feud.
5 dar. poſſ. Homo namque † ex diuerſo iure duas repreſentat perſonas, c. cum capella. de priuileg. c. cum olim. de re iudic. & ibi Felin. cap. ex literis. de probat. l. fin. ff. de inſtitor. l. apud filiumfam. ff. de manumiſſ. vindic. l. viles. §. pro parte. ff. de leg. 2. Iaſ. l. ſed ſi hac. §. ſi liberta. num. 5. ff. de in ius vocan. Gabr. conſ. 195. num. 8. vol. 2. Tiraq. de nobil. c. 28. num. 15. Gail. d. obſer. 30. num. 2. ad fin. & de Arreſt. c. 6. num. 14. Sixtin. d. c. 4.
6 n. 122. Cumq. † remiſſionis confirmatio de regalibus ſit, Gamma. deciſ. 63. Nec regale hoc epiſcopis conceſſum legimus, ergo.

7 Secundo, criminum capitalium † pœnas remittendi ius, ſoli Principi competit, & illi, qui Principis iura haberet, Iſern. c. 1. verſ. videtur. num. 7. Quæ ſint regal. Oſaſc. deciſ. 29. num. 5. deciſ. 101. Catalan. de indult. quæſt. 4. num. 9. 12. Petra, de Princ. poteſt. cap.
8 6. num. 57. cum de reſeruatis † Principi ſit, gratiam reo facere, Bart. l. acta. ff. de re iudic. Boſſ. tit. de remed. ex ſol. clemen. princip. num. 4. Ricc. d. deciſ. 357. nu. 3. Imo corporales etiam pœnas omnes, re iudicata, inflictas ſolus Princeps remittit, Pariſ. conſ. 1. nu. 59. in 4. Suarez, comm. opin. verb. Princeps. nu. 257. Clar. §. fin. quæſt. 59. num. 1. Cartar. de exeq. ſent. capt. bann. c. 3. num. 57. 64. comm. Tuſc. lit. G. concluſ. 53. num. 2. Guazz. reor. defenſ. 2. c. 9. num. 2. Teſſaur. deciſ. 21. numero 1. Caball. crim. reſol. cent. 1. caſ. 58. num. 4. 5. Sed epiſcopus relegatum reuocare ex gratia minimè poterit, nec pœnam condonare, Diaz. in prax. verb. exilium. Foller. in prax. gloſſa. & ſi confeſſi. num. 121. Ricc. in prax. deciſ. 357. num. 1. Rodolfin. de Ducibus Ital. quæſt. 23.

Re tamen maturius excuſſa, contrarium dixi verius, imo à Meſſanenſi Archiepiſcopo confirmandam eſſe tranſactionem, hiſce ductus argumentis, & quidem ſolidiſſimis.

Primo, Etſi iure communi inſpecto, Epiſcopus
delictorum gratiam facere non poſſit, ex generali
tamen † conſuetudine, Gratiam de omnibus deli-
ctis concedere non prohibetur, tum clericis, tum
laicis in cauſis, quarum ipſi competentes ſunt Iu-
dices, *Doct. c. cum te. de re iudic. Borrell. de Reg. præ-
ſtant. c. 38. num. 6. Guaz. reor. defenſ. 34. c. 3. nu. 6. Al-
ban. conſil. 74. n. 66. Gutier. lib. 1. pract. queſt. 39. ſub
num. 13. Genuen. prax. Archiepiſc. cap. 49. 55. Ricc. in
prax. deciſ. 357. num. 5.* Siquidem Epiſcopus dicitur
maior quolibet ſupremo Principe, *c. omnis anima.
de cenſib. c. duo ſunt. 90. diſtin.* Et iuriſdictio Spiritua-
lis maior eſt Temporali, *c. ſolitæ. de maior. & obed.*
Cum ergo Epiſcopi maiorem, nobilioremq. obti-
neant iuriſditionem, quã Principes Seculares, *Ricc.
deciſ. 97. n. 2. p. p.* & maiores ſint alijs, *Bologniu. conſ.
92.* Sicut confirmandi ius ſeculari Principi compe-
tit; ſic, & Epiſcopis.

10 Secundo, Secularis Princeps † gratiam, ſiue in-
dulgentiam ſuper delicto à clerico commiſſo face-
re non poteſt, eumque abſoluere, *Bald. auth. clericus
num. 10. C. de epiſc. & cler. Marta. de iuriſd. p. 4. cent.
1. caſ. 15. num. 13.* iuriſditionis defectu, *cap. clericum
nullus. 11. queſt. 1. c. nullus. de for. compet. cap. quod au-
tem. de pænit.* vbi not. *Abb.* quod forus pœnitentia-
lis regulatur, à fori contentioſi ordine: Sicut valida
nec eſt condemnatio, à non ſuo Iudice, *c. ad noſtrã.
de Conſuet. c. at ſi clerici. de iudic. c. olim. de iniur.* Er-
go nec abſolutio, *cap. venerabili. § vbi autem. de ſen-
tent. excomm. in 6.* nec purgatio ab eo indicta, *cap.
delictis. de purg. canon.* Atqui Principes Seculares,
nec poſſunt clericos condemnare, etſi in minori-
11 bus † ſint conſtituti, cum eorum iuriſditioni, & of-
ficio non ſint ſubditi, *c. cler. cum nullus. 11. queſt. 1.
cap. 2. de for. compet. cap. cum non ab homine. de iudic.
Socc. c. ex transmiſſa. de for. compet. conſ. 12. num. 21.
in 1. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concluſ. 1. nu. 105.
107. Marta, de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 79. num. 4. caſ.
89. num. 18. Farinac. queſt 8. nu. 2. Couarr. pract. queſt.
31. num. 5. Gomez, 3. reſolut. cap. 10. quand. reus, gaud.
immunit. eccleſ. num. 3.* ſi Sacri Conſ. Trident. requi-
ſita, *ex ſeſſ. 23. c. 6.* in eis verificentur, ergo nec abſol
uere; æqualis enim eſt ſoluendi, & ligandi poteſtas,
& vbi denegata eſt cognitio, fortius, & diſpenſatio,
arg. l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. Inde eſt, Princi-
pes ſuo ſtatuto, aut Lege, indulgere clericis nec poſ
ſe, cum licitum eis non ſit legem dare clericis, *cap.
benè quidem. 96. diſtin.* qui ſi contrauenerint, ſacri-
legij crimine puniendi quoque ſunt, *c. ſi quis Prin-
cipum. 16. queſt. 6.* & tradit, *Maſtrill. de indult. c. 3. à
12 num. 13.* Clericum † Regis indultu non gaudere,
niſi crimen tale ſit, cuius competens eſt Secularis
iudex, adeo vt Eccleſiaſtico gaudere non poſſit fo-
ro, *Carauit. de exulib. pragmat. 1. queſt. 6. numero 117.
Franc. Marc. deciſ. 515. num. 2. p. p. Marta. de iuriſdic.
p. 4. centur. 1. cap. 15. à num. 13. Oliban. de fiſc. cap. 14.
num. 148.*

13 Tertio Epiſcopus † diſpenſat (vt aiunt) omnibus
in cauſis, in quibus non reperitur de iure prohibi-
tus, *Innoc. c. niſi cum pridem. num. 8. de renun. Borgas.
de irregul. p. 5. tit. de reſpon. vlt. ordin. num. 12. p. 6. tit.
de adult. num. 20. Turamin. d. epiſt. 5.* Quod in crimi-
nibus facilius receptum videtur, *ex Gloſ. c. dilectus.
de temp. ordin.* Canones etiam id ſatis inſinuant,
accedente Gloſatoris interpretatione, *c. peruenit, &
ibi, gloſ. de adulter. Borgas. d. p. 6. de adult. num. 18.* Si
quidem id agere videtur Epiſcopus, non vt Iudex
ordinarius in ſua Dioceſi, cum ad Iudicem, vt Iu-
dicem, non pertineat, *Oſaſc. deciſ. 101. num. 6.* Sed vt
Apoſtolus, vt Paſtor, vt Pontifex, vt Princeps, opti-
mè *Turamin. epiſt. 5.* Hinc diſpoſitio Papæ excipiẽs
Principes, includit Epiſcopos, cum in terris Epiſco
patus ipſorum, dicantur Principes, & Apoſtolo-
rum locum teneant, *c. quorum vices. 68. diſtin. Ricc.
deciſ. 97. num. 3. p. p.*

14 Non obſtat Primum, Quia Epiſcopi † pœnalia
etiam ſtatuta poſſunt condere, *c. fin. de offic. delegat.
Ricc. d. deciſ. 97. num. 2. Seraphin. deciſ. 528. nu. 1. de-
ciſ. 590. n. 1. deciſ. 1447. n. 2. Caualc. deciſ. 22. num. 25.
p. 2. Tuſc. lit. E. concluſ. 251. num. 1. Monald. conſil. 73.
num. 18. in 1.* quæ etiam durent tempore ſucceſſo-
ris, *Tuſc. d. concluſ. 251. num. 4.* Cum merum habeat,
mixtumque imperium, *Rubc. conſ. 60. num. 5. Guaz.
reor. defenſ. 34. cap. 3. num. 6. Ricc. d. deciſ. 97. num. 2.*
Quod ipſe ſolus ſua in Dioceſi exercet, *cap. ſi quis
epiſcopus. cum gloſ. verb. quia alibi non oportet. 2. qu. 7.
Specul. tit. de iuriſd. omn. iud. n. 27. Marcſant. 2. reſolut.
c. 35. num. 141.* Quinquennalem dilationem cleri-
cis debitoribus concedit, & ea, quę à ſupremis Prin
cipibus, ſuperiorem nec recognoſcentibus ſolita
ſunt concedi, *Ricc. d. deciſ. 97.* Imo rebannire eos po
teſt, qui aliorum delicta detegunt, eiſque indulge-
re, *Ricc. deciſ. 271. p. 2.* ac clericum ob ſtuprum dam
natum ab exilio reuocare poteſt Epiſcopus, *Tura-
min. d. epiſt. 5.*

15 Non obſtat ſecundum, † Quia id verum in ſuos
non autem in clericum, qui nec generali criminum
abolitione à Rege data gaudet, vt dixi, *n. 12.*

16 Reſpon. II. Prorex † præfecti prætorij vices ſub-
ſtinet, *l. 1. C. de offic. præfec. præt. Leonard. de magiſtra-
tib. queſt. 9. Muſcatell. de dignit. doctor. par. 3. num. 42.
43. 44. Surgen. de Neap. illuſtr. lib. 2. c. 8.* Sed Epiſco-
pus præfecto prætorio, vel eſt ſimilis *Angel. conſilio
276. Tuſc. lit. E. concluſ. 237. num. 8.* vel eo eſt maior,
ex Ricc. deciſ. 97. num. 2. p. p. Vt ergo Proregi ius hoc
competere non eſt dubium, ſic & Epiſcopo, *Faber.
in C. lib. 1. de precib. imper. offeren. defin. 3. Ricc. d. nu.
2.* Cum maior eo ſit, & alijs, qui ſuperiorem reco-
gnoſcerent, *Guazz. reorum defenſ. 34. capit. 3. num. 6.*
Dicitur etiam illuſtris, quia meri, & mixti imperij
prætextu, gratiam reo facere non prohibetur, *Ca-
talan. de indult. quæſtio. 4. num. 15. Franc. deciſ. 370.*
etiam poſt ſententiam, ſi primas, & ſecundas habet
appellationis cauſas, *Catalan. d. quæſt. 4. num. 13. &
infra.* Aut delicti indulgendi ius, *Oſaſc. deciſ. 29. nu.
5. Petra, de Princ. poteſt. c. 6. nu. 57.* Conſtat ergo (ex
his) remiſſionem hanc à ſolo Epiſcopo confirman-
dam eſſe.

Secunda, & maior ſanè erit difficultas, ſede Epi-
ſcopali vacante, An Capitulum, eiuſque Vicarius,
remiſſionis confirmandæ ius habeat? Qua in re ne-
17 gatiua fuit aliorum opinio, quia † Capitulum in ijs
ſuccedit, quæ ſunt iuſtitię, & vbi neceſſitate ita ſua-
dente, actus eſt expediendus, *Gloſ. clem. 1. de hæret.
c. ad abolendam. vbi, gloſ. ſede vacante. de hæret. in 6.
cap. cum olim. & ibi Felin. num. 17. de maiorit. & obe-
dient. cap. 1. vbi gloſ. verb. epiſcopum. de inſtitut. in 6.
Abb. c. 2. not. 2. per tex. ibi, Ne ſede vacan. Dominic. c.*
preſbi-

presbiteri.24.diſtinct.Lambert.de iur.patron.p.p. lib. 1.quaeſt.2.art.9.lib.2.quaeſt.2.art.14.num.6.Pariſ.de reſignat.lib.7.quaeſt.23.nu.36. In ijs verò,quæ meræ gratiæ ſunt à Pontifice,non ſuccedet, Ioan.Monach. c.1.de maior.& obed.in6.cap.fin. de ſupplen. neglig. prælat.in6.Gemin.d.c.1.ſub nu.4. Felin. c.cum omnes. num.10.de conſtitut.

18 Contrarium dixi † verius, ex Ricc.d.deciſ.357.n. 4.cum Capitulum ſuccedat in omnibus, quæ ordinariæ ſunt, tum contentioſæ, tum voluntariæ iuriſdictionis, exceptis non nullis ſpeciatim à iure prohibitis,ad tex.c.2.ne ſede,vacan.c.hi qui.de maior.& obed.gloſ.clem.1.de hære:. Panin.de offic.capit.ſede, vacan.p.p.quaeſt.1.2. Azor. inſtit.Moral.p.2.lib.3.c. 27.quaeſt.6.Bellamer.conſ.29.num.13.Ugolin.de cenſur.tab.1.cap.10.num.2.§.2.Barboſ.de offic.& poteſt. epiſc.alleg.36.num.9.p.2.alleg.45. num.27. alleg.52. num.2.p.3.Garz.de benefic.p.5.c.7. num.4. Selua, de benefic.p.2.quaeſt.11.num.4. Rebuff.in prax.tit.de deuolut.à num.57.Corraſ.de benefic.p.2.c.7.num.2. Cened.pract.quaeſt.26.num.28.Mandoſ.conſi.1.num.3.4. Mareſcot.lib.2.reſol.15.num.15.Fuſc.de viſitat.lib.1. cap.15.num.31.Nauar.conſ.44.num.1.2. de tempor. ordin.conſ.7.de filijs presbit. Guttier.lib.1.canon.quæſtio.11.num.10.Sayr,Claui.Reg.lib.6.cap.11.nu.10. Molin.de iuſtit.tract.5.diſput.11.num.1.3.10. Tuſcus, lit.C.concluſ.56.à num.1.Suar.tom.5.de cenſur.diſput. 50.ſect.5.num.6.Graff.deciſ.p.2.lib.2.cap.10.num.6. Genuen.in prax.Archiep.c.85.nu.1.Zerol.prax.epiſc. p.2.verb.capitulum.§.3.Ricc.reſol.118. in princip.reſolut.305.num.4.& in prax.deciſ.357.num.4.Marta, de iuriſd.p.2.c.40.num.32. Sbroz. de Vicar. epiſc.lib. 1.quaeſt.16.Pariſ.de reſignat.lib.7.quæſt.23.à numero 11.& ordinariam habet iuriſdictionem, Azor.lib. 3.inſtit.moral.p.2.cap.37.quaeſt.7.Marta,d.p.2.c.33. num.17.Pariſius d. quaeſt.23.num.24.25. & Omnes. Hinc breui verborum compendio edocuit Peritiſſimus D.Don ANTONIVS QVINTANA
19 DVENNAS † Marchio Foreſtæ, & in Supremo Italicarum rerum Conſilio pro Sicilia Regens, qui ſummę eruditionis, & integritatis Laude defraudandus non eſt, cuique Meſſana Patria plurimum debet,lib.1.Eccleſiaſt.c.5.num.6. Capitulum Sede Epiſcopali vacante in omnibus ſuccedere, quę ad iuriſdictionem ſpectarent, Azor.d.cap.37.quaeſt.6.
20 Pariſ.d.quaeſt.23.num.28. Proinde in † Vicarium à Capitulo ſede vacante electum,omnis tranſit iuriſdictio ipſi competens, vt neceſſarium in ijs non ſit ſpeciale mandatum,quę in Epiſcopi Vicarium ſine ſpeciali mandato non tranſirent: Cum enim Sacr. Conſil.Triden.ſeſſ.24.de reform. cap.16. Capitulum arctet, ad conſtituendum Vicarium,qui totam adminiſtrare debeat iuriſdictionem,vt neceſſaria non videatur aliqua ſpecialis commiſſio, ex Marc.Anton.Gen.prax.Archiep.cap.85.num.5.Garz. d.cap.7. num.28.& ſentit Guttier.d.quaeſt.11.num.10. Niſi Capitulum vicario à ſe electo limitatum de facto mandatum dederit reſeruando ſibi aliqua, in ijs namque exceptis, Vicarius iuriſdictionem exercere non poteſt,Guttier.d.num.10. Garz. d.cap.7.num. 30.Barboſ.de poteſt.epiſcop.p.3.allegat.54.num.176. neque enim Vicarius habet aliunde iuriſdictionem,niſi à Capitulo,Mari.Alter.de cenſur.diſput.3. lib.4.cap.2.lit.B.C.D.tom.2.Burſat.conſ.108.num.25. Garz.d.cap.7.num.30.31.32.Suarez,tom.5.diſput.7. ſect.3.num.15.Qui diſſentientem, Ugolin.de cenſur.
21 c.10.§.2.num.4.meritò increpat. Certiq. iuris † eſt Gratiam ab eo fieri rectè poſſe, cui iure proprio competeret iuriſdictio,Secus ſi in officium,Faber.L. etſi ſeuerior. C.ex quib.cauſ. infam. irroget.Franc.deciſ.370.num.2. Sed iure proprio omnem Vicarius, ſede Epiſcopali vacante, miniſtrat iuriſdictionem, & diſpenſat in caſibus, Epiſcopo de iure,permiſſis, Abb.c.at ſi clerici.§.de adulterijs. num. 16.de iudic. Henriq.in ſumm.lib.14.de irregul. c.20.§.1.ad finem. Guttier.lib.1.canon.quaeſt.3.num.10. Barboſ. d.alleg. 36.num.10.Tuſc.lit.C.concluſ.56.num.42. Sayr, d.c. 11.num.84.Molin.d.diſput.11.num.5.Zabar.conſ.35. num.3.Cened.collect.4.num.3.p.3.Graff. d.c.10.num. 10.Azor.d.c.37.quaeſt.10. etiam cum clerico depoſito,Abb.c.cum olim.quaeſt.8. de maior. & obedient. Mari.Alter.de cenſur.diſput.2.c.9. verſ.ſecundo quęri poteſt.tom.1.

22 Secundo, Alia ad Epiſcopum † ſpectant iure communi ſpeciali, in his, ſede Epiſcopali vacante, Capitulum ſuccedit,Rodrig.regul.quaeſt.61.artic.9. tom.1. Cened.pract.quaeſt.26.num.28.verſ.ego tamen. & collect.4.num.3.p.4. Alia competunt Epiſcopo iure ſpeciali gratioſo,videlicet priuilegio, vel Pontificis commiſſione. Hęc in illud non tranſeunt, Anchar.c.1.Ne ſede,vacan.in6. Abb. c.verum.num.9. de for.compet.Tuſc.d.concluſ.56.nu.5.23.47. Franc. Marc.deciſ.803.n.7.p.p.deciſ.46.n.11.p.2.Cened.loc. nuper cit.Graff.d.c.10.n.11. Sed gratiam delicti facere, & partis remiſſionem confirmare,iure communi ſpeciali ſpectat ad Epiſcopum, ergo & ad Capituli vicarium.

23 Non obſtant Contraria, † Quia procederent ſolum in vicario Epiſcopi,qui poteſt omnia,quę meri ſunt imperij,cap.fin.& ibi gloſ.de offic.Vicar. in6. Guid.Pap.deciſ.624.num.2.Cephal.conſ.699.num.45. 46. Maximè ſi in ſui creatione aliquis expreſſus fuerit caſus, qui ſpeciale requireret mandatum, gloſ.fin.in c.2.de offic.Vicar.in6. Cephal. d.conſ.699.
24 num.47. Condonare autem reo † ipſe non poteſt, nec gratiam facere, Cardin.num.16. Abb.num.18. in clement.1.de offic.vicar. Rebuff.prax. benefic.tit.de form.Vicar.Archiep.num.176. Oſaſc.deciſ.101.ad finem.Selua.de benefic.p.2.quaeſt.14.num.7.Sbroz.lib. 2.de Vicar.Epiſc.quaeſt.38. Menoch.conſ.52.num.75. etſi mandatum habeat generale, Coſta,de ſcient.& ignor.centur.2.diſtinct.37.num.11. Polidor.Ripa.obſeruat.219.num.6.& ordinarius ſit, c.2.de offi.vicar. cap.tua nobis.de offic.ordin. Bellon.rub.de offic.eius.nu. 24.Vant.de nullit.defect.iuriſd.delegat.num.75. Creſcent.deciſ.1.num.15. de offic.vicar. Sbroz, de vicar. epiſc.lib.2.quaeſt.55.num.9.17. Rota, deciſ.298.p.2. Macerat.lib.1.reſol.112.caſ.73.ad fin.lib.3.reſolut.9. num.26.Gabr.conſ.32.num.7.18. vol.2. Sic de Vicario imperij,Felin.in cap.cum te. num.14.15. de re iudic.Oſaſc.deciſ.101.num.13.Bellon.de iuriſdict.cap.9. quaeſt.7.num.57.58.59.60. Iuriſdictionem namque in officium habet Epiſcopi vicarius, Pacian.conſil. 49.num.6.Ruin.conſ.34.nu.6.in 1. Cened.pract.quaeſt. 18.nu.13. ideo agratiandi ius,ei non competit, ex Fabr.& Franc.citatis,nu.21. Imo ſi generale ab Epiſcopo habeat mandatum, nec ea continentur, quæ ſaperent,gratiam, Afflict.tit.de regalib.verb.pęnarum.

num.17.Oſaſc.d.deciſ.101.num.6.Sbroz.d.nu.2. licet Epiſcopus non ſit in Dioceſi, Abb. d.clem.1.n.18. Menoch.d.conſ.52.n.57.Sbroz.d.qu.38.nu.4. Etenim omnia poteſt facere Epiſcopi Vicarius, quæ Epiſcopus, ſi abſens ipſe ſit, Macerata.lib.1.reſol.107.num. 7.Sbroz.lib.2.de Vicar.epiſc.quæſt.57.vel impeditus ex Triden.Concil.de reform.ſeſſ.24.c.3. In ijs tamen quæ ſunt gratiæ, adeundus eſt Epiſcopus, gloſ.1.c. epiſcopus.de peniten.in 6.Sbroz.d.quæſt.38.nu.3. Niſi ex ſpeciali † Epiſcopi mandato gratiam facere

25 conceſſum illi ſit, Sbroz. d.quæſt.38. num.5. & ijs ſolum in caſibus, quibus permiſſum eſt Epiſcopo aggratiare, Sbroz.d.lib.2.quæſt.37. ſicut Baro gratiam facit, ſi ſuo in priuilegio hoc ſit expreſſum, Tuſc.lit. G.concluſ.53 num.3.4.Clar.§.fin.quæſt.59.n.2. Muta, deciſ.44.n.25. Regis enim ſunt regaliæ, Scſſe, de inhibit.c.5.§.10.n.4.& epiſcopi, vt dixi.

Ex his, diſcuſſo ſæpius negotio, Vicarius Sede Epiſcopali vacante, tranſactionem confirmare non potuit, Cum ſuperuenerit, Archiepiſcopus, Qui re iterum examinata, tranſactionem confirmauit, quia eius erat confirmandi ius. Dum de delicto à Clerico commiſſo, tranſactum fuiſſet conſtat, Anno 1619.

SVMMARIVM.

1 *Pœna à die commiſſi delicti, & in criminis conſequentiam, bonorum confiſcatio, competit.* Declar.num.14.

2 *Finis ſi neceſſariam dependentiam habet à principio, inſpicitur principium, non finis.* Declar.num.17.18.

3 *Sententia declaratoria, ad delicti tempus retrotrahitur, nec quid noui inducit.* Declar. num.24.25.26.

4 *Clauſula*, ipſo iure, ipſoque facto, *Cuius ſit effectus.*

5 *Confiſcatio illi competit, qui commiſſi delicti tempore, eſt officialis. Contrarium num.9. Diſtingue, num.12. 13.27.*

6 *Confiſcatio. fructus eſt iuriſdictionis.*

7 *Pœna, à die condemnationis debita, non tranſit ad hæredes, reo præmortuo.*

8 *Fiſco rei bona hypotecata non ſunt, nec in eis ius habet, ante condemnationem.*

10 *Pœna contra criminoſum exequi non poteſt, etſi, ipſo iure, ſit impoſita, niſi lata prius condemnationis ſententia.*

11 *Doctori diſtinguenti inhærendum eſt.*

15 Tex.l.imperatores.ff.de iur.fiſc.declaratur.

16 *Pœnarum nulla eſt exactio, ſi ſententia non dum fuerit lata.*

19 Pragm.1.§.1.tit.72.p.p. Monetarijs ipſo iure, ipſoque facto, *pœnam imponens, declaratur & numero* 22.23.

20 *Sententiam criminis declaratoriam præcedere oportet, vt confiſcationi locus ſit, & pœnæ, num.21.*

28 Intigliol.conſ.30.num.74. *minus rectè hac de re loquutus, oſtenditur.*

29 Maſtrill.deciſ.12.Muta deciſ.29.num.27.*declarantur, & num.31.*

30 *Pœna debita eſt Officiali, qui ſententiam protulit, non eius ſucceſſori exigenti.*

31 *Confiſcationis pœna; ex Banni ſententia ob contumaciam, poſt quatrimeſtre, Fiſco ratione contemptus competit.*

33 *Contumatia eſt delictum, non tamen propriè.*

34 *Fiſcus intra annum (de iure) & intra quatrimeſtre, ex Regni, pragmatica, ob ſolam contumaciam, damnatorum bona ſibi non occupat.*

35 *Sententia alia priuatiua eſt, alia declaratiua, & quid vtraque ſit, explicatur.*

36 *Contumacia ſine alijs probationibus, delicti probationem non inducit.*

37 *Condemnatus ex contumac.a, de delicto condemnatus non eſt.*

38 Maſtrill.deciſ.12.*reijcitur.*

39 Muta deciſ.29.num.27. *reprobatur.*

40 *Sententia, ſub caſuali conditione, lata retrotrahitur, at ſi ſub poteſtatiua, pronuntietur, ſecus eſt.*

ARGVMENTVM.

Confiſcata bona, An illius Officialis ſint? cuius tempore, in Rei contumaciam, emiſſum fuit bannum: vel ad Succeſſorem in officio ſpectent, cuius tempore elapſum integrè quatrimeſtre ſit, quod ad purgandam ſui contumaciam Reo datum conſtet?

CONSILIVM LXXV.

Carolus Faudali, ex ſententia Banni, in Regia Curia Straticotiali lata, ob falſæ monetæ crimen factus fuit contumax, Itaquod ſi per bimeſtre perſeuerauerit, in Banno, tertiam bonorum mobilium partem amittat; Quatrimeſtri autem elapſo, ad bona omnia in ſcriptis annotanda condamnetur. Cumque elapſo nondum bimeſtri, bonorum eius omnium poſſeſſionem occupauerint Meſſanæ Iudices, tunc Regij Locumtenentes in officio Straticoti; ac ſuperuento exindè Straticoto, decurſum nedum bimeſtre fuerit, ſed quatrimeſtre Banni tempus. Quæritur ex his, ad quem bonorum Caroli confiſcatio pertineat. Ad Iudices nempè, tunc bannientes? vel ad Straticotum? Cuius rei, certi nobis retinendi ſunt iuris termini, & præſertim vſitati: ne inextricabilis ſequatur confuſio, vt in ſimili, ex Bart.in tract. de Aluco.verſ.nouus.in princ.agnouit, Roder. de ann. redit.lib.1.quæſt.4.num.1. Deinde excutienda ad vnum ſunt, totius materiæ fundamenta. Præcipui autem termini, duo ſunt in hac materia, ſicque duos conſtituimus eſſe caſus.

Primus eſt, Si confiſcationis pœna, pro falſæ monetæ crimine iam delata, ad Iudices ipſos ſpectet.

Secundus eſt, Bonorum confiſcatio, An Iudicibus competat pro contumacia? in qua (quatrimeſtri elapſo) in contemptum Banni perſeuerauerit reus.

Priori in caſu. Confiſcationem ad eos ſpectare videbatur, qui Straticotialem, tempore commiſſi delicti

delicti tamquam Regij Locumtenentes, iuriſditio-
nem exercerent.

1 Primo iuris eſt, pęnam à die † commiſſi delicti,
deberi, *l. Imperatores. ff. de iur. fiſc. gloſ. l. reſcriptum.*
verb. hypotecas. ff. de pact. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 4. tit. 18. num. 12. Guttier. de tutel. p. 3. cap. 24. n. 5.
Baez, de decim. tutor. c. 28. nu. 16. Ipſaque bonorum
confiſcatio in conſequentiam delicti competit,
Franc. deciſ. 102. nu. 25. proinde delictum, quod eſt
commiſſum tempore vnius domini, ſi ferretur po-
ſtea ſententia, qua mediante fiunt prouentus tem-
pore alterius, ad Primum vtique dominum illos
ſpectare probant *Tiraq. 2. retract. §. 5. gloſ. 4. nu. 18.*
Franc. deciſ. 76. num. 12. Quia commiſſo ſtatim de-
licto acquiſitum primo domino ius fuit, *l. quæcunq.*
actiones. ff. de action. & oblig. l. is qui in puteum. §. ſi po
ſtea. ff. quod, vi aut clam.

Secundo, Condemnatio ſi neceſſariam habet cõ-
ſequentiam, ad tempus commiſſi criminis: initium
2 reſpectu † acquiſitionis inſpiciendum erit, non fi-
nis, *l. 3. §. ſcio. ff. de minor. Bald. l. 1. C. mand. Alciatus,*
regul. 2. præſump. 32. Boer. *deciſ. 5. num. 20. 22. 23. 25.*
Euerar. in loc. à virtute finis. num. 5. Guttier. d. num. 15.
16. Baez, d. c. 28. nu. 16. Azeued. conſ. 27. n. 36. Franc.
deciſ. 415. num. 4. Pappon. conſ. 17. num. 12. Rauden ſ.
conſ. 1. num. 73. in 1. Bimi. conſ. 171. num. 37. 40. Surd.
conſ. 297. num. 1. 12. Menoch. de arbitr. quæſt. 37. num.
12. Caball. crim. reſol. caſ. 297. num. 18. Larat. conſ. 87.
num. 61. Tiraq. 2. retract. §. 5. gloſ. 4. num. 20. & alij, à
Roland. conſ. 77. num. 9. in 4. Gomez. 2. reſol. c. 11. nu.
3 30. Nec ſubſequens ſententia † nouum, quid indu-
cit; Sed potius declarat, & ad commiſſi criminis
tempus retrahitur, *l. hæredes palam. §. ſed & ſi notã.*
ff. de teſtam. l. ſi donatæ. ff. de donat. intr. vir. l. fin. C. ad
l. iul. maieſt. c. cum ſecundum. de hæret. in 6. Bald. conſi.
374. num. 2. in 3. Grillan. de hæret. quæſt. 3. num. 7. Gut-
tier. d. num. 15. Coſta, de retrotract. caſ. 13. cap. 8. ad fi-
nem. Caball. crim. reſol. caſ. 267. num. 12. Decian. conſi.
8. num. 211. vol. 1. Surd. deciſ. 29. Gail. de pac. publ. lib.
2. cap. 19. num. 23. Pappon. conſ. 24. num. 22. conſil. 76.
num. 19. conſ. 119. num. 18. Bim. conſ. 48. num. 1. Gabr.
tit. de reg. iur. concluſ. 3. nu. 1. 2. 9. Gratian. diſcept. 68.
num. 26. diſcept. 147. num. 1. & illi ineſſe videtur, *A-*
ret. l. gallus. §. et ſi parente. col. 1. ff. de liber. & poſthu.
Tiraqu. l. ſi vnquam. gloſs. libertis. num. 13. C. de reuoc.
donat. Pappon. conſ. 76. num. 20. Alba, conſ. 125. num.
2. Coſta, d. caſ. 13. c. 8. num. 2. Rim. inn. conſ. 249. num.
51. conſ. 495. num. 7. Addita clauſula, qua contra mo
netarios vtuntur Regni Pragmaticæ, *tit. 72. pragm.*
1. §. 1. tom. 1. (ipſo iure, ipſoque facto) Etenim clauſula
4 † *Ipſo iure,* ſententiam non requirit, nec hominis fa-
ctum *Surd. conſ. 291. num. 28. conſ. 292. n. 18. Mantic.*
de tacit. lib. 4. tit. 30. num. 29. 30. Carot. deciſ. 32. num.
9. Laderch. conſ. 8. num. 12. & clauſula *(Ipſo facto)* la-
tam denotat ſententiam, *c. 2. cum gloſ. Ipſo facto. ne*
cleric. vel monach. in 6. exornat *Tiraq. d. l. ſi vnquam.*
verb. reuertatur. num. 143. Bertaz. crim. conſilio 400.
num. 2. Fortius, ſi iunctim à Lege, vel Statuto profe-
rantur, *ipſo iure, ipſoq. facto,* ſunt enim canonis latæ
ſententiæ, *gloſ. l. in criminali, & ibi, Ang. C. de iuriſd.*
omn. iud. l. ſi fundum. §. qui fundum. verb. ipſo iure. ff. de
lega. 1. Tiraq. d. verb. reuertatur. à num. 142. Vulpell.
de prapoſ. dict. ipſo iure. fol. 53. Marta, clauſ. 213. à nu-
mero 1. p. p. Barboſ. dict. 152. num. 1. Tuſc. lit. D. con-
cl. ſ. 302. num. 1. 3. Muſcatell. de fideiuſſ. p. p. mod. 14.
num. 12. Sayr, in Clau. reg. lib. 3. cap. 8. numero 24. 26.
Franciſc. Leo. Theſaur. for. eccleſ. p. p. cap. 15. numero
31. part. 4. cap. 2. numero 183. Carbon. de legibus. lib.
8. diſp. 6. Monet. de diſtribut. quo id. par. 3. q. 7. nu. 36.

Tertio, edocuit *Bald. in l. diuortio. ad finem. & ibi,*
Lancell. Dec. col. pen. ff. ſolut. matrim. illi confiſcatio-
nem † competere, qui commiſſi delicti tempore iu-
5 riſdictionem habet, *Socc. conſ. 70. ad fin. in 1. Alex.*
conſ. 7. num. 5. vol. 3. Iaſ. l. ſi ideo. num. 4. C. de his quib.
vt indign. Pelaez. de maior. p. 4. quæſt. 24. num. 4. Mo-
lin. de primog. lib. 3. cap. 11. num. 19. alios refert *Ma-*
ſtrill. deciſ. 12. Qui ſic Panormitana in Curia deci-
ſum profitetur, & in Regij Patrim. Tribun. inter
duos Meſſanæ Secretos, vt ad Primum ſpectet con-
fiſcatio, licet tempore ſecundi lata ſit condemna-
tio, Meſſanæ conſuetudine (vt ipſe inquit) non ob-
ſtante, *Rim. iun. conſ. 33. num. 13. Baiard. ad Clar. §. fi.*
quæſt. 78. num. 144. Intrigl. conſ. 30. num. 74. Muta, de-
ciſ. 29. num. 27. Caball. crim. reſolut. caſ. 267. à num. 1.
Baez. de decim. tutor. c. 28. num. 17. Barboſ. d. §. ſi vir.
num. 43. Surd. conſ. 84. num. 5. Franc. deciſ. 76. num. 12.
Guttier. de tutel. p. 3. c. 24. à n. 14. Coſta, de rat. port. qu.
54. Bertaz. crim. conſ. 458. num. 11. maxime ſi pœna
ipſo iure committitur, *Tiraq. 2. retract. §. 5. gloſ. 4. n.*
24. Guaz. de confiſc. concluſ. 21. num. 52. Caball. crim.
reſol. caſ. 267. num. 19. Carpan. ad Nou. Mediol. Conſt.
c. omnium. à num. 500. Molin. d. c. 11. num. 21. Barboſ.
d. §. ſi vir. n. 54. Guttier. d. c. 24. n. 23. Sed delicti tem-
pore, nullus erat Straticotus, ipſiq. Iudices, vt Re-
gij Locumtenentes, in bonorum inuẽtario, & com-
miſſi criminis teſtibus ad informationes, ſummo
ſtudio inſudarunt, Ad eos ergo pro labore ſpectat
confiſcatio, *Peregr. de fiſc. lib. 5. n. 195. lib. 6. tit. 5. nu.*
44. vel diuidi ſaltim cum ſecundo debet, *Guazz. d.*
concluſ. 21. ſub num. 68.

His tamen non obſtantibus, verius cenſui confi-
ſcationẽ ob rei contumaciã ex banno ad Straticotũ
ſpectare, in cuius regimine, elapũ eſt quatrimeſtre.
6 Primo Confiſcatio † licet fructus ſit iuriſditionis,
cap. 1. tit. quæ ſint regal. Bart. l. fin. num. 2. ff. ſol. matr.
Ordelaph. in l. fin. num. 900. ff. de rei vend. Boer. quæſtio.
180. num. 4. Roland. conſil. 42. num. 25. conſil. 48. nu-
mero 25. in 2. conſil. 37. num. 5. conſil. 73. num. 3. in 4.
Capic. deciſ. 27. num. 14. 15. Caſſan. conſil. 61. num. 5.
Molin. Surd. & alij à Maſtrill. deciſ. 12. num. 1. Tiraq. d.
gloſ. 4. num. 21. Oſaſc. conſ. 45. nu. 21. Decian. conſ. 40.
num. 3. in 4. Tuſc. lit. I. concluſ. 551. Menoch. conſil. 60.
num. 5. conſ. 401. num. 61. conſ. 604. nu. 37. Borrell. con-
ſil. 1. n. 4. Rot. Auenion. deciſ. 191. n. 3. Guazz. de con-
fiſcat. concluſ. 21. num. 49. Aldouin. conſil. 20. num. 10.
Peregr. conſ. 3. in 4. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. nu. 42. de fi-
deicom. art. 10. num. 7. & tract. var. lib. 1. tit. de iuriſd.
n. 119. Capiblan. de baron. pragm. 8. n. 106. Marta, vot.
67. num. 12. vot. 162. num. 12. & clauſ. 11. num. 1. p. 2.
Caball. crim. reſol. caſ. 267. num. 2. Natt. conſ. 659. n. 5.
Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 10. num. 12. p.
4. quæſt. 7. num. 56. Sic pęnarum impoſitiones, *Bart.*
l. fin. ff. ſolu. o matrimon. Teſſaur. deciſ. 250. deciſ. 266.
num. 4. Ponte Laudem. quæſt. 24. Frecc. de ſubfeud. lib.
2. auth. 13. Oſaſc. conſil. 45. num. 21. Boſſ. tit. de pœn. nu.
25. Marta, d. n. 12. & deciſ. 164. nu. 8. Peregr. conſ. 25.

*num.*15.*in* 5.*Roland.d.num.*25. qui in omni confiſca
tione loquitur,& *Teſſaur.deciſ.*132. loquens in pœ-
na adiecta Saluæ guardiæ, *Marta, d.num.*12. ſubſe-
quuta namque non dum condemnatione, confiſca
tio fructibus ſeminatis, & pendentibus aſſimilarut
potius,quàm perceptis, *arg.tex.l.defuncta.ff.de vſu-*
7 *fruct.* Etenim pœnam † à condemnatione Fiſco de-
beri incipit,*l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſignif.vbi Rebuf.*
*& Alciat.Tiraq.d.gloſ.*4.*num.*24. *Caball.d.caſ.*267.
*num.*5. Quæ regulariter nec tranſit ad hæredes, reo
præmortuo,*l.ex iudiciorum.ff.de accuſ.l.ſi pœna.ff.de*
*pœn.Oſaſc.conſ.*63.*num.*9. *Tuſc.lit.I.concluſ.*256.*Fa-*
*rinac.quæſt.*10.*num.*52.*Coſta,de retroract. caſ.*7.*cap.*
8.*num.*19.*Guttier.d.cap.*24.*num.*18. Nec ante con-
8 demnationem † bona delinquentis, ſunt Fiſco hy-
potecata, nec ius aliquod in eis ipſe habet, *l.res vxo*
ris.& ibi not.Bald.C.de donat.intra virum.Bart.num.
16.*Alber.num.*2.*Pic.num.*13.87. *in l.poſt contractũ.*
*ff.de donat.Bald.in l.fin.num.*9.*C.de fruct. & lit.expẽ.*
*Doct.in l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iur.fiſc. Gomez.*3.*de-*
*lict.cap.*14.*num.*1.*Sola,ad Decret.Sabaud.tit.*30.*gloſ.*
4.*num.*2.*Surd.de alim.tit.*8.*priuileg.*35.*num.*6.*Fari-*
*nac.quæſt.*25.*num.*190.*Guaz.de confiſcat.concluſ.*22.
*à num.*1.*Rota Auenion. deciſ.*121.*num.*8. *Morla, in*
*empor.iur.tit.*8.*de reb.credit.quæſt.*1.*num.*16.*Auiles,*
*prætor.cap.*15.*num.*36. *Peregr.de iur.fiſc. lib.*4.*tit.*5.
*num.*1.*lib.*6.*tit.*6.*num.*12.*Coſta,de re integr.diſtinct.*
9 15.*num.*10. Pœna ergo ad eum pertinet † cuius tem-
pore ſequuta fuit ſententia, *Barboſ. l.diuortio. §.ſi*
*vir.à num.*43.*ff.ſoluto matrim. Molina, lib.* 1. *de pri-*
*mog.cap.*11.*num.*20.*Baez.de decim.tutor.cap.*28.*nu-*
mero 19.*Auiles,d.cap.*15.*num.*36. *Guttier. de tut.p.*
3.*cap.*24.*num.*16.*Frider.Sol.de dot.quæſt.*44. *Coſta,*
*de rat.port.quæſt.*54.*numero* 4.& ſcribit inquit, *Gui-*
*dus Pap.deciſ.*535.*Afflict.cap.*1. *verb.pœnarum. nu-*
mero 37.*tit.quæ ſint regal. Bald.d.l.fin.num.*9.*Guazz.*
*de confiſcat. concluſ.*21. *numero* 68. ergo non ad Iu-
dices.

10 Secundo, pœna † non dum lata ſententia contra
criminoſum exequi non poteſt, licet crimen tale
ſit, pro quo pœna (ipſo iure) ſit impoſita, *cap. cum*
ſecundum.§.fin.de hæret,in 6.*Alex.conſ.*103.*numero*
17.*conſil.*124.*num.*2.*vol.*1. *Vant.de nullit.defec.pro-*
*ceſſ.num.*84.*Caball reſ lut.crim.caſ.*133.*numero* 1.2.
*Farinac.vot.*61.*num.*11.*poſt vol.*2.*eius,conſil.Guazz.*
*de confiſcat.concluſ.*15.*num.*12. *Claper.centur.cauſ.*
*fiſcal.*32.*quæſt.*1.*num.*11.12.13.14. *Peregrin.de iur.*
*fiſc.lib.*4.*tit.*5.*num.*8.*& lib.*5.*tit.*2.*nu.*140. Maximè
cum de delicto, nec confeſſus ſit falſæ monetæ reus,
aut aliter conuictus.

11 Tertio Doctori diſtinguenti † inhærendum po-
tius eſt, ex *Gloſ.l.apud antiquos. vbi Salicet. C.de furt.*
*& in l.filiæ.C.famil.hercisc. Pappon. conſil.*41.*num.*
39.*Auiles,ad leg.prætor.cap.*15.*gloſ.homezillos.à nu.*
35.*Auenion.deciſ.*145.*num.*22. Sed in hac iuris con-
tentione, ex eorum dictis iam relatis, Diſtinguen-
dum exiſtimarunt alij.

12 Aut de eo † loquimur Officiali, qui oneroſo ti-
tulo iuriſdictionem exerceat, Tunc ad Primum, cu
ius tempore commiſſum fuit delictum pertinet
confiſcatio, etſi eius tempore nulla formata eſſet
inquiſitio, ex *l.ſuſceptores.C.de ſuſcept. lib.*10. *Alex.*
*in l.diuortio.§.ſi vir.num.*11.*ff.ſoluto matrim. conſ.*7.
*num.*5.*in* 3.*Boſſ.tit.de pœn.num.*22.23.33. *Gugliel.de*
*Benedict.cap.rainutius.verb.cæterabona.num.*40. *de*
teſtam.Putc.Baldus. & alij citati à *Maſtrill. deciſ.*12.
*Muta,deciſ.*29.*num.*27. *Roland.conſil.*77.*num.*9.10.
in 4. videndus etiam in term. *Farinac. conſil.*148.*à*
*num.*1.2.3.*Tuſc.lit.I.concluſ.*431.*num.*5.14. *Caball.*
*crim.reſol.caſ.*267.*num.*13.15. *Ponte,Laudem.quæſt.*
38.*ad finem.* Sic feudo ad Directi dominum deuolu
to, pœnæ omnes, & confiſcationes ad feudatarij hæ
redem ſpectarent, *Brun.conſ.*23.*ad finem,conſilio* 31.
*num.*10.*conſil.*120.*col.*3. *Surdus, conſil.*57.*num.*24.
Lopez,rubr.de donat.intra virum,& vxorem.Lancell.
*Gall.conſil.*63.*Rauden.deciſ.*42. *num.*81. Quia one-
roſo titulo poſſedit Baro, & licet illi competere
poſt alios dixerit, *Guttier.d.cap.*24.*num.*18.25. Qui
ſententiæ tempore oneroſo etiam titulo officialis
ſit ex, *Barboſ.in d.§.ſi vir.num.*43.44. *Auiles, d.cap.*
15.*num.*36.*Sola,ad Decret.Sabaud.tit.de iur.emphit.*
*par.*1.*gloſſa* 2.*num.*40. *Baez,d.cap.*28.*n.*19. *Faber.*
*lib.*9.*C.tit.*25.*defin.*3. *Borrell.conſilio* 49. *numero* 74.
Cephalus,conſilio 397.*num.*100. à priori tamen opi-
nione non recedendum inquit, *Farin.d.conſil.*148.
*num.*2.

13 Aut in eo ſumus † Officiali, cui lucratiuo titulo
data à Rege fuerit iuriſdictio, Tunc ad Secundum
ſpectat confiſcatio, *Alex.d.§.ſi vir.num.*11. *Caball.*
*d.num.*13.15.*Ponte,d.quæſt.*38.*Tuſc.d.num.*5.*Farin.*
*d.conſil.*148.*num.*1.2.3. Cumque Straticotus,& Iu-
dices lucratiuo titulo officium à Rege habeant; Su-
perueníenti Straticoto competit confiſcatio. Nec
verum in iure eſt, *Alex.* diſtinctionem improbari,
à *Roland.conſ.*77.*in* 4. Quia de officiali ex titulo one
roſo conſultus fuit, *Roland.* qui in terminis refert,
*Alex.d.num.*9.10. cumque probat, teſte, *Farinac.d.*
*conſ.*148.*num.*3. Imo,& hæc diſtinctio (vt alias dixi)
Generali, & notoriæ conſuetudini conformis eſt *ex*
*Farin.d.num.*2.3. Pro qua deciſum teſtatur, *num.*22.
ad finem, & omni in caſu amplexa eam fuit *Meſſa-*
nenſis Praxis: ſunt enim innumeræ confiſcationes,
hominum memoriam excedentes, quod ſi delictũ
commiſſum ſit tempore vnius Straticoti, & con-
demnatio, vel contumacia ex quatrimeſtri perfe-
cta ſit tempore alterius, ad ſecundum ſpectant, non
ad primum, ſi Magiſtro Notario credimus, *ex Sche-*
*nardo,conſil.*1.*num.*29.*p.*2. cui credendum dixere,
Bart.& alij,in l.quadam. §.nummularios. ff.de edend.
*Alex.conſil.*179.*num.*1.*vol.*6.*Socin.conſil.*159.*in* 2.
*Dec.cap.cum cauſam.col.*2.*de probat. Marcabr. conſ.*
32.*num.*137.*Anton.Monach. Bonon. deciſ.*32.*num.*8.
*Macerat.lib.*3.*reſolu.*21.*num.*6. *Paſſer.de ſcript. pri-*
*uat.lib.*4.*Alba,conſil.*318.*num.*36. *conſil.*489.*nume-*
ro 4. *Rauden.conſil.*49. *num.*99.100.104.107.115.
in 1.*Pacian.de probat.lib.*1.*cap.*48.*num.*40.*Tuſc.lit.*
*O.concluſ.*102.*à num.*1. ſunt etiam Cauſidicorum
atteſtationes, Adeo vt, quod in Vrbe Meſſanæ inter
duos Doganæ Secretos (me patrocinante) iudica-
tum fuiſſe refert, *Maſtrill.deciſ.*12.*ad finem.* Inter
Secretum fuit quæſtio, & prædefuncti Secreti hære-
dem, titulo oneroſo officium à Rege habẽtes nam
ſi ad ſecundum Secretum à tempore delicti ſpecta-
rent, officio ipſo gauderet, antequam emeret, & rei
pretio, quod à die venditionis ſoluit, contra *textum*
l.curabit. C.de act. empt. Ad primum ergo ſpectat,
qui

qui ſua caret pecunia, ſed in eo, qui lucratiuo titu-
lo iuriſditionem exerceret, intereſſe ratio ceſſat.
Hinc officialis in fine exiſtens in fraudem ſucceſſo-
ris pœnas remittere non poteſt, *Pute. de ſindic. verb.
pœna. Maur. allegat. 28. num. 10. p. 2.* Nec officia vaca
tura poſt eius adminiſtrationem, quis poteſt conce-
dere, *Franc. deciſ. 393. num. 5. Maſtrill. de magiſtratib.
lib. 1. cap. 25. num. 19.* & beneficiatus ſi ex crimine,
poteſt beneficio priuari, & fructus ante priuatio-
nem percipiat, ac inde priuetur, ad eorum reſtitu-
tionem vt prædo tenetur, *Angel. l. prædonis. ff. de pe-
tit. hæred. Salic. Caſtr. & reliqui, in l. 1. C. de his, quib. vt
indign. Dec. conſil. 118. Maur. d. allegat. 28. num. 9.* Sic
Rex deſperatus de Regno, quæ interim concederet
priuilegia, nulla ſunt, *arg. l. filiæ meæ. ff. ſoluto matr.
Maur. d. num. 9.*

Non obſtat, *P. ex l. quæcunque actiones. ff. de act. &
14 oblig.* Quam † procedere dicimus in actione, quæ
Domino competere inceperit, eiuſque eſt ſemper,
cui quæſita fuit à principio, *l. adhuc. §. fin. ff. de vſufr.*
Cumque nulla ante cōdemnationem orta ſit actio,
nec obligatio ad pœnam; à tempore ergo commiſſi
delicti Fiſco non eſt debita, ſed à ſequuta prius cō-
demnatione, *Bartol. in l. in fraudem. ff. de iur. fiſc.* Sic
15 etiam † accipiendus eſt. *tex. l. Imperatores. ff. de iur.
fiſc.* Vt pœnæ ſe ſubieciſſe videatur reus, vbi ad il-
lam fuerit condemnatus, *Alciat. num. 2. Annib.
num. 303. in l. poſt contractum. ff. de donat.* addit, &
merito, *Bald. in l. fin. num. 9. C. de fruct. & lit. expen.*
16 In pœnis † quas iuriſdictionis fructus eſſe dixi, *n. 6.*
Sententia nondum lata, nullum ius competit, *Bor-
rell. conſ. 12. num. 47. 48. Pute. de ſindic. verſ. prouen-
tus. ſub num. 4.*

Non obſtat Secundum, *ex l. 3. §. ſcio. ff. de minor.*
17 Quia poſito † principio neceſſe non eſt vt ſequa-
tur finis, id eſt condemnatio, cum abſolutio ſæpius
ſequi poſſet, nec ex delicto prouenit condemnatio,
ſed à poteſtate potius, & Iudicis arbitrio, ſi proba-
tum illud non ſit. *l. qui explicandi. C. de accuſat. Guid.
Pap. deciſ. 535.* Quod ſi dubium id eſſet, contra Fi-
ſcum pronunciandum erit *ex l. non puto. ff. de iur. fiſc.
Dec. l. in ambiguis. num. 2. ff. de reg. iur. Socc. conſ. 275.
ad finem, in 2. Iaſ. conſ. 9. num. 3. conſ. 99. num. 1. in 1.
Crauet. conſ. 9. num. 38 Surd. conſ. 199. num. 10. Neuiz.
conſ. 73. num. 11. 12. Natta, conſ. 42. ad finem.* Maxi
mè ſi agitur ad pœnam, *Natta conſ. 84. nu. 13. conſ.
314. num. 13.* & in Criminalibus, *Cephal. conſil. 424.
num. 27. conſ. 438. num. 25. 82.* Sic in terminis confi-
ſcationis *Becc. conſ. 134. num. 24. Cephal. conſil. 321.
num. 62.*

18 Reſpon. II. *Tex. d. §. ſcio.* Procedere † ſolum, ſi
actus eſt perfectus, ita vt finis conſequutius ad per-
fecti actus exequutionem, pertineat, ſed ſi (attento
initio) actus non ſit omnino perfectus. Tunc inſpi-
citur finis qui perfectionem inducit, non principiū,
*l. cum ſyllan. anum. C. de his quib. vt indign. Menochius
recuper. remed. 15. num. 126. Borrel. conſil. 49. numero
71. Tuſc. lit. F. concluſ. 379. num. 8. 9. lit. P. concl. 703.*
Planè in delictis ſi pœnam reſpicias, ſuam perfe-
ctionem habere non videtur ante condemnationē,
*l. poſt contractum. ff. de donat. l. ex iudiciorum. ff. de ac-
cuſat.* Adeo vt ſi moriatur reus, nec pęna regulari-
ter, ad hęredes tranſit *d. l. ex iudiciorum. & ibi An-
gel. nu. 5. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſc. Imol. l. de-
functo. ff. de publ. iud. Lanar. conſ. 93. num. 7. Roſentall.
de feud. cap. 10. concluſ. 40. à num. 1.* Licet ipſo iure
committatur, niſi eo viuo ſequuta fuerit declara-
tio, *Iaſ. conſil. 46. ad finem, in 3. Curt. conſ. 59. Dec. con-
ſil. 145. conſ. 327. Laderch. conſ. 34. num. 4. Tuſc. lit. P.
concluſ. 256.*

Nec obſtat, *d. Pragm. 1. §. 1. tit. 72.* Pęnam (ipſo
19 iure, ipſoque facto † monetarijs imponi. Quia ver-
bum (ipſo iure) nullam trahit exequutionem, *l. 1.
& ibi, Bart. ff. de his quib. vt indign. l. fi. C. locat. Ceual.
20 comm. quæſt. 113.* Sententiam ergo præcedere † ne-
ceſſe eſt, *Felin. cap. rodulfus. num. 35. 41. de reſcript.
Dec. auth. caſſa, & irrita. num. 14. C. de ſacroſan. eccleſ.
Iaſ. l. ſi quis iniquum. §. quod autem ait. nu. 4. 5. ff. quod
quiſq. iur. in l. ſi quis maior. num. 25. C. de tranſact. Ri-
min. iunior, §. 1. num. 22. inſtit. de donat. Ceuall. d. quæſt.
113. num. 1. Boſſell. ad ſtat. Parm. rubr. 76. gloſ. ipſo iu-
re. Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 41. num. 39. 134.
144. Schrader. de feud. p. 2. p. 9. princ. ſect. 8. num. 17.
Gonzal. ad regul. cancell. 8. gloſ. 11. num. 155. Peguer.
deciſ. 90. num. 1. 2. Crauet. conſ. 212. num. 2. Natt. con-
ſil. 274. num. 14. Mattien. l. 5. gloſ. 1. tit. 15. lib. 5. Tuſc.
lit. P. concluſ. 238. num. 15. Torniol. conſil. 84. numero
31. Gratian. diſcept. 36. num. 11. diſcept. 71. numero 1.
Rauden. conſil. 37. num. 89. volum. 1. Coſta, in repetit.
cap. 1. num. 173. de iudic. Tiraq. de reuoc. donat. verbo,
reuertatur. num. 400. Lancell. Gall. conſil. 71. num. 20.
Menoch. conſi. 1252. num. 40. de arbitrar. caſ. 220. nu-
mero 7.* Licet pęnam indiceret (ipſo iure, ipſoque
facto) *l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſc. cap. cum ſecun-
dum. de hæret. in 6. cap. licet. de prebend. in 6. gloſ. cap.
commiſſa. verb. iuſto. de elect. in 6. Couarr. cap. pecca-
tum. p. 2. §. 5. num. 2. §. 8. num. 4. de reg. iur. in 6. Gabr.
tit. de crimin. concl. 12. num. 14. Carpan. Mediol. Sta-
tut. 1. à num. 184. ad num. vſque 192. Morla, tit. 1. de
legib. quæſt. 9. num. 35. Gomez. 3. reſol. cap. 14. num. 3.
Torniol. conſil. 84. num. 32. Azeued. l. 4. num. 15. tit. 3.
lib. 7. recop.* Eoque magis, ſi de pęna exequenda aga
tur, quę priuatum, aut pecuniarum Fiſci commo-
dum reſpiciat, *cap. cum ſecundum. §. fin. de hæret. in 6.
Marſ. rubr. ff. de falſ. num. 30. & in prax. §. aggredior.
num. 125. Carpan. d. Statut. 1. num. 189. Tiraq. d. gloſſa
reuertatur. num. 402. Ruin. conſil. 4. in fin. vol. 5. Tuſc.
lit. D. concluſ. 98. num. 12. 24. lit. P. concluſ. 238. num.
9. Peguer. d. deciſ. 90. num. 2.* Etenim Fiſcus priuile-
giatus eſt, & captis pignoribus, executiuè regulari-
ter procedit, & manu Regia, *ad text. l. miſſi opinato-
res. C. de exact. tribut. l. pen. vbi Bart. & Plat. de cō-
uenien. fiſc. debitor. lib. 10. Baez. de inop. debit. cap. 13.
num. 21. Oliban. de fiſc. cap. 15. num. 3. Peregr. de fiſc.
lib. 6. tit. 7. num. 5.* Secus ſi ex contractu fiſci debitor
non eſt, quia condemnari prius debet, *ex l. defenſio-
nis facultas. C. de iur. fiſc. l. ij qui fiſco. C. de conuenien.
fiſc. debit. lib. 10. Peguer. d. num. 2.* In ijs enim priuile
giatus ipſe eſt, in quibus expreſſim de iure priuile-
gium habet, *l. iuſtas. C. de iur. fiſc. lib. 10. l. in facto. §.
fin. ff. de condict. & demoſtr. gloſ. l. item veniunt. §. ait
Senatus. ff. de petit. hæred. l. de contractu. C. de reſc. ind.
vend. Iaſ. l. re coniuncti. nu. 121. ff. de legat. 3. Lauden.
de fiſc. quæſt. 14. num. 126. Boſſ. tit. de fiſc. nu. 76. Guid.
Pap. deciſ. 536. num. 2. Turamin. in l. non puto. p. p. c. 1.
num. 27. p. 2. cap. 1. num. 43. ff. de iur. fiſc. Caball. crim.
reſol. caſ. 59. num. 20. caſ. 203. num. 10. 11. Nouar. fo-
renſ. quæſt. 14. num. 10. p. p. Oliban. de iur. fiſci, cap. 14.
num. 126.*

*num.126.Menoch.lib.2.præſum.72.nu.2.3.lib.3.præ-
ſum.171.num.69.Lanar.conſ.37.num.1. Baez.de de-
cim.tut.cap.9.num.2. Tuſc.lit.F.concluſ.384.num.62.
Peregr.de iur.fiſc.lib.6.tit.1.num.1.3. Peguer. d.nu.
2.3.* Scripſit, & merito, *Capic.deciſ.112.num.2.* Ius
21 omne pro † crimine pœnam imponens, intelligen-
dum vtique eſt, ſi ſententia præcedat, qua crimen
illud commiſſum declaretur, aliàs pœna executio-
nem habere non poſſet, *Ruin.conſ.181.nu.8.9.volu.
1.conſ.2.num.9.in 5.Cor dub.de iur.emphit.tit.de pri-
uat.ob rei deterior.num.20.Tuſc.lit.D.concluſ.98.n.9.
16.17.* Et cauſæ cognitio requiritur, *Anchar.conſ.
190.num.4.5.Gomez.3.reſol.c.14.num.3.Tuſc.lit.P.
concluſ.23.num.15.* Nec fiſcus bonorum Rei poſſeſ-
ſionem apprehendit, ſententia criminis declarato-
ria à Iudice nondum lata, *ex Anchar. Marſ.Boſſ. &
Rolan.* tradit *Peregr. de iur.fiſc.lib.5.tit.1.num.140.
171.Sacca,conſ.11.num.31.conſ.76.num.6.* Banni e-
nim, & contumaciæ ratione, non præſumuntur bo-
na cum effectu publicata, niſi declaratoria ſequa-
tur, *Bero.conſil.176.num.90.volu.1. Gallin.de verb.
ſignif. lib.5.c.18.num.83.*

Reſpon. II. *Pragm.1.§.1.tit.72.p.p.* Qua Mone-
22 tarij † bona, ipſo iure, confiſcantur intelligenda ſo-
lum eſt, ſi probationibus legitimis cõdemnatus ſit
reus, ſecus ſi in contumatiam tantum, *ex Bald. &
Alex.* notat *in term. Bero.conſil.8.num.2.3.4.volu.2.
Sfort.conſil.72.num.38.* dictaque clauſula, *Ipſo iure,
& ipſo facto,* Latæ ſententiæ canonem non denotat,
cum addita ſit, verbo futuri temporis, ibi, *Statuiſce,
(per la præſenti Pragm.) che tutti le perſone che fabri-
cheranno moneta falſa.* Vt reſpondit *in term. Socc.
Iun.conſil.68.num.37.38.vol.3.Barboſ.diction.152.
nu.1.Tuſc.lit.D.concluſ.302.nu.3.lit.P.concluſ.238.
nu.1.28.* Maximè ſi futuri temporis verbum, homi-
nis miniſterium exquireret, *Felin.c.Rodulfus.n.34.
de reſcript.Tuſc.d.concluſ.302.num.5.* Sicuti in falſæ
monetæ fabricatione exploratum eſt: Ideo decla-
ratoria (ſecundum eos) requiritur ſententia, quæ
cum hoc in caſu nõ interuenerit, Nullum eſt, quod
egerint Iudices.

Reſpon. III. Pœnam *(ipſo iure)* à Lege indictam
23 † declaratoriam non expectare ſententiam, quoad
illos Iuris effectus, qui ſecum traherent exequutio-
nem, ſuique natura declaratoriam non requirunt,
vt in pœna infamiæ *(ipſo iure)* irrogata, in Pœnis
ſeruituris *(ipſo iure)* etiam à Lege, vel ab homine
impoſitis, quæ ſtatim infamem aliquem faciũt, aut
ſeruum, ſecus verò de ijs pœnis; dicendum eſt, quæ
ſui natura declaratoriam expectant, dato, quod ſint
(ipſo iure) impoſitæ, vt eſt priuationis bonorum,
& iurium competentium Pœna, quę licet *(ipſo iure)*
ſint impoſitæ, requirunt tamen declaratoriam, prę-
ſertim ſi dubium adhuc ſit, An commiſſa verè fue-
rit pœna, *Doct.cap. cum ſecundum, & in cap.felicius.
vbi Gemin.col.2.de hæret.in 6.* idem *ex Bald. Dec Iaſ.
Bart. Abb.Felin. & alijs,* reſpondet, *Decian.conſ.66.
num.19.volu.4.Tuſc.lit.D.concluſ.98.nu.30.34.* Cum
ergo ſit dubium, an dato defenſionis termino, ex-
cludatur delictum, vel ſi tortus negaret Reus; fate-
mur vtique eorum altero non expleto, conuictum
illum non cenſeri, vt confiſcationis pœnam pro de-
licto patiatur: Nullum ergo Ius, in Rei bonis, fiſco
competere interim potuit, licet pœna *(ipſo iure)*
à *Pragm.* ſit indicta.

24 Nec obſtat declaratoriam † ad perpetrati deli-
cta tempus retrotrahi, vt *Maſtrill.* inquit, *d.deciſ.12.*
Quia nulla (hoc in caſu) lata fuit declaratoria, quę
nec enunciari poterat, bimeſtri nõdum elapſo à die
Banni, imo expectandum erat Quatrimeſtre, ſi ſen
tentiam Banni inſpicimus, vt in pœnam contuma-
ciæ confiſcarentur eius bona.

25 Reſpon. II. Quod ſi declaratoria † lata fuiſſet
ſententia, pro eo tantum Officiali retraheretur, qui
oneroſo titulo iuriſditionem miniſtrat, non inter
duos Officiales titulo Lucratiuo exercentes, vt de
Straticoto, & Iudicibus, hae in re contemnitur ex
diſtinctione, quam ab, *Alex. & alijs* probaui, *num.
12.13.*

26 Reſpon. III. Declaratio † retrotrahitur, quę in
circumſtantijs eſt, ſecus ſi in ſubſtantia actus, *Gabr.
de crimin.concluſ.3.num.61. Honded. conſil.51.num.
75.vol.2.Decian.conſil.36.num.8.volu.5.Maſcard.de
probat.concluſ.124.nu.29. Coſta, de retrotrac.caſ.13.
cap.8.num.13.* Sed bona pro crimine confiſcata ca-
pere, non eſt circumſtantia, ſed delicti Subſtantia,
& ſanè potiſſima, quia in antecedẽs declarat Iudex,
illum verè criminis reum eſſe, ergo.

Non obſtat Tertium, in quo *Doct.* firmant con-
fiſcationem illi competere, qui commiſſi delicti tẽ-
27 pore Officialis eſt, Quia † accipiendi ſunt Omnes,
iuxta diſtinctionem, quam probauimus, *nu.12.13.*
vt de Officiali loquantur, qui oneroſo titulo officiũ
habeant; Quæſtio autem noſtra eſt, de Officiali, lu-
cratiuo titulo à Rege officium exercente; Proinde
28 † *Intrigl.conſil.30.nu.74.* licet in duobus Iudicibus
loquatur, ſicque in ijs, qui lucratiuo titulo iuriſdi-
ctionem exercent, Arguit tamen à duobus condu-
ctoribus, quorum diuerſa eſt ratio, cum ex oneroſo
titulo iuriſdictionem ipſi habeant, & de ijs loqui-
tur, *Doct.quos citat, Maſtrill.d.deciſ.12.* Imo affirmã-
dum cenſui, quod ſi *Muta deciſ.29.nu.27.Panorm.
conſuet.17.num.16.17.18. & Maſtrill.d.deciſ.12.* re-
29 ctius inſpiciantur, eo † in caſu loquuntur, quo lata
iam fuerat ſententia, vt bona Fiſco incorporẽtur, in
quem ſenſum, *Maſtrill.* refert, *Farin.conſil.107.num.
2.ad fin.* & melius, *num.8.* Qui termini diuerſi ſatis
30 ſunt: Communis namque eſt opinio † Pęnas, & cõ-
fiſcationes licet non exactas, ad Primum iudicem
ſpectare, cuius tempore lata fuit ſententia criminis
condemnatoria, non ad Succeſſorem, *Angel. l. ſi
poſſeſſor. §. redactæ ff. de petit.hæred. Alciat.num.6.
Dec.num.5.in auth.ſiquis in aliquo.C. de eden. & conſ.
492.num.5.conſil.654. ad fin.Boer.deciſ.5.num.17.
Boſſ. titu. de pęn. num. 22.Soc.conſil.70.num.10.in 4.
conſil.151. in 1. Roland. conſil.77. in 4.Bertaz.crim.
conſil. 458.num.11. Cephal.conſil.176.num.8. Surd.
conſil.227.Rim.Iun.conſil.33.nu.12. Rot.deciſ.777.
p.p.Peregr.de fiſc.lib.6.tit.5.num.44. Felic.alleg.57.
num.1.p.p.alleg.94.num.5.p.2. Farin.conſil.107.n.2.
Bertaz. crim. conſil. 155.num.4.conſil.450.num.10.
Caball.crimin.reſol.caſ.267.num.20. Villalob. comm.
opin.verb.pœna.num.61.* Nulla tamen admiſſa iuris
diſtinctione, an lucratiuo, vel oneroſo titulo iuriſ-
dictionem ipſe, poſſideat, latè, *Molin. de primog.lib.
3.cap.11.num.22.Barboſ.d.§.ſi vir.num.50. Guttier.
d.c.24.num.25.* Cumque nulla adhuc delicti con-
demnatoria lata ſentẽtia ſit, circa bonorum incor-
pora-

porationem, quorum poſſeſſionem nedū ante ſententiam, ſed etiam ante bimeſtrē occuparunt iudices, ergo.

Reſpon. II. ſuppoſuiſſe *Maſtrill. d. deciſ. 12.* Quatrimeſtre † iam fuiſſe elapſum, cuius contrariū hoc
31 in caſu verius eſt, ergo.

Hactenus, de Cōfiſcatione ex delicto cuius prætextu Rei bona occupare non poſſent iudices, Sed ſolus Straticotus, ad quem ſpectat cōfiſcatio dum quatrimeſtre ſuo in regimine elapſum iam fuerit, in quo ſe præſentare renuit Carolus, pertinaciter in banno perſeuerans.

Secundus caſus Princip. eſt, ſi ratione contumaciæ confiſcationem ad eos ſpectare allegēt iudices; *ex Maſtrill. deciſ. 12.* Qui *ſub nu. 11.* ad Primum ſpectare confiſcationem voluit, cuius tempore nedum commiſſum fuerat delictum, ſed etiā emiſſum bannum, per quod quatrimeſtri elapſo omnia Rei bona (ipſo iure) publicantur, & addit ſententia Banni, quæ ſub conditione eſt, Quatenus in cōtumacia perſeuerauerit Reus Conditione iam purificata (cū infra quatrimeſtre non ſe præſentauerit) Perinde, retrotrahitur, ac ſi pure, & ſimpliciter lata fuiſſet, maximè quia prouiſio illa per quam (ſecundum eum) poſtea incorporantur bona; Potius declarat, quam aliquid noui inducat, adeo vt primæ ſententiæ ſit exequutio. Hæc *Maſtrill. d. num. 11. 12.* Sequitur, *Muta, d. deciſ. 29. num. 27. Panorm. Conſuet. 17. à num. 16. & alij.*

Pro reſolutione, Altius mihi repetenda res eſt, cum competum ſatis ſit, confiſcationis pœnam
32 † in ſententia Banni apponi ſolitam (licet delicti tale ſit, quod illam nec mereatur) Reo in cōtumacia per annum perſeuerante, *ex conſtit. grandis vtilitas. rub. 1. de pan. contum. & conſt. panam eorum. rub. 3. de Forban. & Foriud. lib. 2.* & in Regno per quatrimeſtre, *ex Pragm. 1. tit. 12. tom. 1.* Fiſco deberi propter contemptum, *Afflict. d. conſt. grandis vtilitas. Farin. conſil. 14. num. 4.* Quia cōtumacia † delictum
33 eſt, *l. omne delictum §. contumacia ff. de re milit. gloſ. l. 1. §. fin. vbi Iaſ. num. 39. Alex. num. 17. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & ibi, Cagnol. ad fin. Fari. quæſt. 18. num. 26. Viu. deciſ. 138. num. 2. 25. deciſ. 273. num. 4.* Etſi non propriè *Bart. in d. l. omne delictum. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 5. num. 8. Decian. lib. 1. crim. c. 8. n. 6. Scacc. de iudic. p. p. c. 93. à num. 1. Macerat. lib. 3. reſol. 28. nu. 2. Farin. d. quæſt. 18. num. 28.*

His ſic poſitis, Fiſcum intra annum (de iure) oc-
34 cupare ſibi † non poſſe dicimus, bona damnatorū, ex contumacia, *l. 1. l. intra annum ff. de requir. reis, Macerat. d. reſol. 28. num. 14. Farin. quæſt. 11. à nu. 83.* Caroli ergo bonorum occupationem, à iudicibus infra quatrimeſtre factam, nullam ipſo iure inquit *Afflict. d. conſtit. grandis. nu. 7. 9.* Si elapſum quatrimeſtre tempus non ſit, quo durante contumacis bona moleſtari non poſſunt, Tum ex iuris diſpoſitione, *l. 1. 2. ff. de requir. reis.* Tum ex Regni conſtitutione, & Pragmaticis, *Macerat. d. reſol. 28. num. 17.* non enim ſtare poteſt conſequens, (quod eſt priuatio bonorum) ſine neceſſario ſuo antecedenti, quod eſt perfectus contumaciæ actus poſt lapſum quatrimeſtre, *ex notat. à Bald. in l. conuenticulam. col. 4. ante med. verſ. item eſt argumentum, & verſ. item eſt locus. C. de Epiſ. & cleric. Crauett. conſil. 260. col. 4. verſ. & antecedens. Monal. l. conſil. 104. num. 13. in 11.*

Ponamus quæſo, bimeſtri, aut quatrimeſtri nondū elapſo, ſponte ſe in iudicio exhibuiſſe reum, Vel à iuſtitiæ miniſtris captus carcere retineatur, Ominis nè, non ceſſaret confiſcatio? cum eius ceſſet contumacia? ibi enim maior eſt pœna, vbi contumacia, *l. relegati. ff. de pen.* quæ ſi creuerit, creſcere debet pœna, *c. cordi. §. fin. de appell. in 6. c. 2. de teſtibus cogend.* abundè *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 2. num. 9. Montieri deciſ. 14. num. 49.*

35 Secundo, Sententia alia † Priuatiua eſt, alia Declaratiua, *Iſern. Bald. Aluar. Prepoſ. & afflict. in c. 1. in princ. de feud. ſine culpa non admitt. Aluarot. c. 1. §. Item ſi fidelis. num. 8. & ibi, Prepoſ. num. 4. quibus mod. feud. amitt. Felin. c. Rodulfus. nu. 35. de reſcript. Port. comm. concluſ. lib. 1. reg. 2. Schrader. de feud. p. 9. p. 2. princip. ſect. 8. num. 47. Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 41. à num. 1. Capic. deciſ. 162. num. 15. Crauet. conſil. 212. num. 2.* Priuatiuam eſſe diffiniūt omnes, ſi quis propter delictum, bonis ſuis non eſt priuatus, ſed priuandus ſolum, ſicque ſententia ad ſubſtantiam pœnæ requiritur. Declaratoriam verò, ſi bonis ſuis priuatus cum ſit, per ſententiam declaretur tantum delictum, ob quod priuationis pœnā meruit Reus, vt nec ad ſubſtantiā pœnæ, ſed ad exe-
36 quutionem, ſententia requiratur: Cumque † banni ſententia delicti declaratoria non ſit, quia illud verè non probat, niſi alia concurrerent, *Bart. l. diuus ff. de cuſtod. reor. Farin. quæſt. 24. nu. 73. Macer. d. reſol. 28. num. 15.* Sed priuatiua bonorum Rei eſt, qua trimeſtri elapſo, quia eius iuriſdictionem contemnit Reus, & eludit. Nec condemnatus ex contumacia, pro delicto dicitur condemnatus, *Toſc. lit. C. concluſ. 1022. num. 1. Farin. quæſt. 18. num. 28.* Nec ſeruatum vidimus ante elapſum quatrimeſtre, captā à iudicibus fuiſſe poſſeſſionem. Sicuti in eodem falſæ monetæ crimine, alij iudices poſt elapſum iam quatrimeſtre, bonorum poſſeſſionem conſequuti
37 fuere: Si priuatiua † erit Banni ſententia, retrotrahi illam non poſſe concludit *Coſta de Retrotrac. caſ. 7. c. 8. nu. 14.* ad differentiam declaratiuæ, quæ quatrimeſtri elapſo, ex tunc confiſcationis eff. ctum habet, cum perfecta adhuc ſit contumacia, *Iſern. in d. conſtit. pœnam eorum. Afflic. in d. conſtit. grandis vtilitas.* Conſtat ergo minus rectè iuris noſtri terminos
38 accepiſſe, † *Maſtril. d. deciſ. 12.* confuſim enim loquitur, & eo in caſu, qui noſtræ pænitus non conuenit quæſtioni, vt effuſo etiam nimis ſermone in
39 magis comm. proruperit, ſed † inaduertenter, *Muta, deciſ. 29. à nu. 27. & ad Panorm. conſuet. 17. num. 16. 17. 18.* Niſi diceremus ex iure non ſcripto id Panormitanos quandoque ſeruaſſe, nō quod indiſtinctim ita iuris ſit.

Nec obſtat condictionalem ſententiam retro-
40 trahi, quia dum de conditione retrotrahenda † cōtrouertunt *Doct.* id verum in conditione, intelligūt, quæ ab euentu dependet, non in poteſtatiua, quam retrotrahi negat poſt alios, *Coſt. de Retrotract. caſ. 31. c. 8. à nu. 9. Lanar. conſil. 10. nu. 6. conſil. 56. num. 7.* Etiam in ſententia ex magis *cōm. Schrader. de feud. p. 9. p. 2. ſect. 3. num. 14.* Sed ſententia banni ſi ſub cōditione lata dici poteſt, *ex Maſtril. loc. cit.* Sub poteſtatiua erit, quatenus per quatrimeſtre in contumacia perſeuerare velit Reus, ergo non retrotrahitur,

tur, cum nec antea ius aliquod quæſitum ſit Fiſco, ratione contumaciæ, quàm elapſum prius ſit quatrimeſtre, Sed negamus ſententiam Banni ſub conditione latam cenſeri, cum eius pœnam voluntariè patiatur reus, *ex d. conſtit. Grandis vtilitas.* Adeo vt, ſi poſt bimeſtre compareat, tertiam bonorum partẽ amittet, imo & Anno (de iure, & Regni Coſtit.) *& ex Regni Pragm. 1. tit. 12. p. p.* Quatrimeſtri elapſo, omnibus etiam ſuis priuatur bonis.

Ex his, Straticotus, & iudices ad cauſæ deciſionem deuenire noluerunt, ſed amicis requirentibus, concordi voto ſe ipſos compoſuerunt, *Integram bonorum omnium confiſcationem ad Straticotum ſpectare.* Qui regale munus (pro arbitrio) iudicibus dedit, Anno M DC XIV.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij, ius actoris non conſumit. Declar. nu. 12. 13.*

2 *Culpa etiam lata, non eſt dolo, ſimilis eo in caſu, quo dolus exigitur.*

3 *Iudex Pauperem debitorem a carceribus relaxare poteſt. Declar. num. 14. 15.*

4 *Iudex non dimittens, dimittendum debitorem, punitur.*

5 *Guidaticum debitori ſolus Princeps concedit Declar. nu. 16. 17. 18.*

6 *Conſuetudo iudicandi, iudicem in Sindicatu excuſat.*

7 *Iudex bonus vir dicitur, & in ſuo officio diligens. & quando, num. 19.*

8 *Iudex ciuilem, ſeu criminalem debitorem relaxans, de iure non relaxandum, qua puniatur pœna.*

9 *Iudex à debiti ſolutione non liberatur, qui debitorem à carceribus (ſuo mandato) dimiſſum, in carceres reduxerit, vt prius.*

10 *Iudex debitorem à Satellitibus compræhenſum dimittens, ne dum pro arbitrio punitur, ſed ad omne etiam intereſſe.*

11 *Iudex in Sindicatu, pro eo tenetur, quod iniuſte ordinatum fuit.*

20 *Iudex ſi ex imperitia iniuſtè quid egerit, ad id tenetur, quod Iudicis religioni æquum videretur, non ad veram litis æſtimationem. Sed an in ſolidum? num. 31.*

21 *Iudex ſi per imperitiam male iudicet, aut q id iniuſte agat ex cauſa, in minus quanti ſit intereſſe condemnari poteſt. Declar. num. 32.*

22 *Officialis, qui in id tenetur, quod iudicantis religioni æquum videbitur, condemnari à Sindicatore in plus, vel minus poteſt, ſecundum quod Officialis plus, & minus errauit, Declar. nu. 33. 34. 35.*

23 *Iudex exequutor iniuſtam ſententiam exequi debet, nec eius iniuſtitiam cognoſcet.*

24 *Sententiæ verba licet æquiuoca, ad iuris intellectum reduci debent.*

25 *Sententia præſumitur, vt de iure ferri debet.*

26 *Intereſſe nomine, rei precium continetur.*

27 *Sententia ad intereſſe condemnans, intrinſecum, & extrinſecum continet.*

28 *Iudex ſi ex imperitia iudicauerit facit litem ſuam.*

30 *Iudex, qui iuſtitiam alteri denegat, vel adminiſtrare negligit, in dolo malo eſt.*

ARGVMENTVM.

Iudex ſi captum a iuſtitiæ miniſtris debitorem dimiſerit, creditore inuito, Ad quid teneatur in Sindicatu? ſi creditor, cui aliter conſultum non eſt, de Iudice quæratur?

CONSILIVM LXXVI.

DEbitor exterus à Regno, ex contractu præſentem, & expreſſam (iuxta *Rit. 101.*) habente exequutionem, fuit Iudicis mãdato, à Iuſtitiæ miniſtris captus: cumque executionem ab eo adimplendam, Carceratione, ſolutione, aut fideiuſſione in quindena præſtita ex Rit. 112. Iudex dixerit: Ad Straticotum ſe tranſmitti inſtanter petijt, qui Familiaris ſui precibus deuinctus, liberè eum relaxari iuſſit inuito, & renuente creditore. Dimiſſus debitor aufugit, vt conſultum creditori non fuerit. Qua de re, coram Generali Regis viſitatore, cõquæſtus fuit creditor, & compilato proceſſu, eoque ad Supremum Italiæ Conſilium tranſmiſſo, Dubitari contingit.

Primo, Liberandus nè ſit Staticotus ab impetitis, prætextu liberationis prædictæ? vel condemnandus?

Secundo, condemnatus ſi fuerit ad intereſſe, An pecuniam debitam ſoluere etiam cogatur, vel id ſolum, quod Viſitatoris religioni æquum videretur.

Circa Primum. Liberandus erat Straticotus, ex multis, & quidem ſolidis, (vt opinor) argumentis, & rationibus.

1 Primo Abſolutio ab obſeruatione † Iudicij, *ius* Actoris in totum non conſumit, adeo vt, nec actor coram alio Iudice debitorem cõuenire iterato poſſit, *Farin. quæſt. 111. nu. 549.* Caret enim dolo, quem leuis cauſa excuſat, *l. igitur. §. & generaliter. ff. de liber. cauſ. Menoch. conſil. 533. nu. 28. conſil. 230. nu. 37. conſil. 381. nu. 47. Canal. deciſ. 28. nu. 9. deciſ. 35. n. 12. p. 5. Sacca, conſil. 62. nu. 8. Gabr. tit. de crim. concluſ. 8. nu. 1. Bertaz. crim. conſil. 173. nu. 5. conſil. 115. nu. 22. conſil. 347. nu. 19. conſil. 461. num. 6. Burſ. conſil. 331. nu. 28. Rim. iun. conſil. 382. nu. 119. Decian. conſil. 11. nu. 8. in 2. conſil. 51. nu. 3. in 3. Turret. conſil. 15. nu. 35. conſil. 4. num. 46. in 1.* Imo ſi culpa irrogari ei poteſt,

2 † nec aſſimilatur dolo, *Natt. clem. ſæpè. §. non ſic tamen. col. 19. ad fi. de verb. ſignif. Soc. l. cum filiusfam. nu. 1. ff. de verb. oblig. Alex. conſil. 65. num. 8. in 1. Menoch. de arbitr. quæſt. 65. nu. 8.* Vbi enim dolus exigitur, lata a culpa non æquiparatur, dolo, *l. 1. §. ſi quis ideo. ff. ne vis fiat ei. l. 2. §. actio. ff. vi bonor. rapt. Bart. l. quod nerua. nu. 20. ff. depoſit. Felin. c. quoniam contra. nu. 11. de probat. Burſ. conſil. 47. nu. 7. 8. 13. Menoch. d. quæſt. 65. nu. 8. Cephal. conſil. 76. num. 82. conſil. 577. nu. 24. Rot. Auenion. deciſ. 1.*

Secundo, Straticotus ſi exequutum debitorem

3 in ſua libertate dimittens, id egerit, quod † ex iure, agendum erat, dum pauperem eum eſſe conſtat, *gloſ. l. ſi. verb. agnoſcere. C. de erog. milit. annon. lib. 12.*

Bart.

Digitized by Google

Bart. & *Alex.l.ſanctū.ff. de rer.dimiſ. Boer. deciſ.363.*
nu.2.deciſ.325.nu.1.ad fin. Licet relaxandus regula-
riter non ſit debitor, niſi ſoluto debito, vel credito-
re concordato, *Farin.quæſt.27.nu.149.* Sed quod iu-
re permittente ſit, pœnam non meretur, *l.gracchus.*
C.de adult.Tindar.de teſtibus.c.4.nu.8.p.p.Larat.con-
ſil.103.nu.31. & vbi Lex autoritatem præſtat quid
faciendi, pœna non irrogatur, *l.1.C.de his,qui ven.*
ætat.impetr. Nec in actu, qui ſine delicto fieri potue-
rit, delictum præſumi debet, *Negus.de pignor.p.4.n.*
2.datè Caual.deciſ.19.nu.74.88.p.5.Larat.conſil.103.
4 *num.34.* Imo iudex relaxandum † debitorem non
relaxans, punitur, *Farin.quæſt.27.num.148.Caball.*
crim.reſol.caſ.261.num.23.

5 Tertio, licet Guidaticum † debitori, aut reo con-
cedere ad ſolum Principem, eiuſque Protegem ſpe-
ctet, *l.relegati.ff.de pen.& ibi Bart.Salic.d.cum indul-*
gentia.nu.2.3.C.de ſenten.paſſ.Alex.ad Barto.l.is qui
reus.num.12.ff.de public.iud.Angel.de malefic.verb.
quod fama publica.nu.61. Afflict.deciſ.4.nu.4. Clar.
§.fin.quæſt.32.Boer.deciſ.179.Franc.Marc.deciſ.68.
p.2. Menoch. de arbitr.caſ.336.& conſil.244.Petra
de Princip.poteſt.c.8.nu.46.Tepat.var.iur.reſol.lib.1.
de ſaluag.col.2.Caſtald.de imper. quæſt.110.priuileg.
259.Boſſ.tit.de captur.nu.33.tit.de citat.nu.39.tit.de
remed.ex ſola clemen.princ.num.58.Decian.conſil.96.
nu.1.in 3.Borrell.de Reg.præſtan.c.38.à num.1.Surd.
conſil.281.nu.3. Caball.*crim. reſol.caſ.50.num.1.Ca-*
uall.de brach.reg.p.2.num.314.315. Ponte, de poteſt.
proreg.tit.1.de prouiſ.ficr.ſolit.§.4.num.52. Barones
vero in eorũ feudis guidatica non concedunt, *Socc.*
iun.conſil.76.nu.5.in 3.Petra,d.c.8.nu.52.Rouit.tit.
de guidat.pragm.1.nu.4. Forjudicatis, alijs vero ſe-
cus, *Capiblan.de Baron.pragm.6.nu.77. Franc. deciſ.*
320.Ponte.d.§.4.nu.53. Proinde dixit *Mexia de tax.*
pan.concluſ.1.nu.25. Ob licentiam ab inferiore da-
tam, non excuſari contrauenientes legibus, & præ-
ceptis Superiorum, *Rouit.d.nu.5.* Straticotus tamen
debitorem in perſona per paucos dies guidare cõ-
ſueuit, *Fulgos.nu.3.Alex.num.3.d.conuentionum.ff.de*
pact.Menoch.d.conſil.244.nu.12.13.Petra.d.nu.46.
6 Cumque in Sindicatu † excuſetur iudex, ſi ita erat
in Curia iudicandi conſuetudo, aut ſtilus, *Barto.l.l.*
f.nu.1.ff.quod quiſque iur.Tiraq.de pæn.cauſ.42.num.
10.ad fin.Rouit.tit.de ſindic.pragm.1.num.46. Nihil
ergo Straticoto eſt imputandum ſi guidauit, cum
7 Iudex † bonus vir dicatur, *l.vir bonus. ff. iudic ſolut,*
gloſ.c.potuit.tit.l.locat. Abb.c.quintauallis.nu.38.de
iureiur.Laderch.conſil.98.nu.2.Vin.deciſ.365.nu.1.
& in ſuo officio diligens, *Doct.l.damni.§.ſabini.ff.de*
damn.infect.Burſ.conſil.331.nu.9. Turret.conſil.4.nu.
34.in 1.Clar.§.fin.quæſt.7.Cephal.conſil.770.num.34.
Pacian. conſil.62.nu.32.Menoch.conſil.1205.nu.48.

Cæterum, His non obſtantibus, Straticotum cõ-
demnandum cenſui. Quod vt dicam, multa me mo
uent, & maiora ſacis.

8 Primo, Iudex carceratum † relaxans, qui de iure
relaxandus non erat, ſi cauſa criminalis eſt, Fiſco te-
netur ad intereſſe, ſi ciuilis, tenetur creditori ad de-
biti ſolutionem, & omnem litis æſtimationem, *Caſt.*
l.ſi quis in conſcribendo.nu.8.C.de pact.Rondin. de ſin-
dic. num.236. Farin. quæſt. 27. num.148.quæſt.111.
num.551. Si conſtet dimiſſum à carcere verum eſſe
debitorem, *l.ad commentarienſem. ff. de cuſtod. reor.*
Roman.conſil.257.Fuſe dit.7.concluſ.408.nu.8. Tra-
dit, & fortius videndus, *Nig.Campan.* R.N. *c.item*
ſtatuimus.132.num.14. de ſindic. Condemnatum
9 † à M.R.C. fuiſſe Iudicem, ad exoluendum credito-
ri debitum, ob iniuſtam debitoris excarcerationẽ,
licet iterato illum ad carceres reduxerit iudex, *ad*
text.l.quoties.C.de exact.tribut.lib.10. Qui, tum de Fi
ſco, Tum de creditore loquitur. Imo puniendum
(hoc in caſu) Iudicem illum reſoluit, *Farin.quæſt.*
27.num.148. & teneri in Sindicatu, ſi quem enor-
miter læſit, *Bald.rub.C.de pæn.iud.qui malè iud.Dec.*
conſil.651.nu.11.Menoch. de arbitr.quæſt.65.num.2.
non enim poteſt carceratum relaxare, ſine ſenten-
tia, vel Fiſci, aut creditoris licentia, alias ad damna,
& intereſſe eum teneri, ait, *Caual.deciſ.14.num.12.*
16.p.5. Sicut ſi indebite alium carceraſſet iudex,
l.nec magiſtratibus.ff.de iniur. gloſ.l.2.§.fin. ff. ſi quis
caut.l. quemadmodum.§. magiſtratus. ff. ad l. aquil.
Gram.deciſ.40.num.12.13.Valenzuel.conſil.50.n.2.
10 Secundo, Straticotus † ſi dolo à Satellitibus illũ
dimitti iuſſit, pro arbitrio punitur, *Carrab. de Sin-*
dic.c.2.nu.1.Farin.quæſt.111.num.367. Pœnamque
infamiæ incurret, *Farin.quæſt.111.num.370.* & ad
totale intereſſe condemnatur, *Bald.num.8.Alexan.*
num.4.d.l.ſi quis in conſcribendo. Quam ſic accipien-
dam teſtantur, ibi Bart.*num.7.* ſequitur *Farin.quæſt.*
111.num.546.Gail.lib.1.obſer.153.nu.4. cum in do-
lo Iudex ſit, vulgato in iure errans, *Maſcard.de pro-*
bat. concluſ.532.num.4. Farin.quæſt.111.num.387.
487.Contard.de moment.poſſ.limit.11.num.10. vel ſi
euidens ſit iniuſtitia, *Tuſc.lit.D.concluſ.574.* ex actu
etiam regulariter prohibito, dolus arguitur, *Cauall.*
deciſ.29.num.16.18.p.2. & in his, quæ ſunt de gene-
re prohibitorum, *Caual.deciſ.9.num.26.deciſ.15.nu.*
9.p.5. At ſi in dolo non fuit, Supina ſaltem Stratico-
ti ignorantia ſufficiens eſt, *Bart.l.fin.ff.de var.& ex-*
traord.cognit.Rom.num.3.Imol.num.50.l.4.§.in cum.
ff.de damn.infect.Contard. d. lim.11.num.10. Farin.
quæſt.111.num.499.

Tertio, tradit *Bald.l.obſeruare.§. proficiſci.num.*
20.ff.de offic.procon. Et poſt eum, *Alex.ad Bart.in l.*
11 *de eu. ff. de pæn, Iudic. qui male iudic.* teneri † iudicẽ
in ſindicatu, ſi quod iniuſtè fuit ab alio ordinatum,
ipſe exequatur; Sindicari tamen de ſententia iniu-
ſta ab alio lata non poteſt, ſi eam non fuit exequu-
tus, *Ludouic.Lucens.deciſ.9.num.28. Rouit. tit. de ſin-*
dic.pragm.1.num.38. Satiſque iniuſtè illum relaxa-
re iuſſit, qui contra Leges, vel Statutum, aut appro
batas, *Doct.* authoritates iudicauit, de ſuo ergo par-
ti læſæ ſoluere tenetur, *Canald.deciſ.22.num.54.p.4.*
Quia fecit litem ſuam, *Schrader.de feud.p.p.quæſt.1.*
num.10.Viui.deciſ.297.num.7.

Non obſtat Primum, *ex Farin.quæſt.111.n.549.*
12 Quia Iudex † reum ab obſeruatione Iudicij abſol-
uens, in Sindicatu etiam tenetur, *Amed.de ſindic.*
num.129.Angel.de Peruſ.de ſindic.num.7. & alij ab
Intrigl.lib.3.ſing.82.num.48.Farin.quæſt.111.n.545.
Licet conſultum Actori ſit, litem iterum inchoare,
& ſuum poſſe conſequi: Tunc enim teneretur iudex
non ad totale intereſſe, ſed in id ſolum, quod bono
viro æquum videbitur, ad expenſas nempe in pri-
ma lite factas, quæ propter abſolutionem illã fue-
runt deperditæ, cum nec in plus læſus ſit actor. At
ſi difficile ei ſit, litem nouam inſtituere, Quia ex
abſo-

Digitized by Google

abſolutione ius ſuum eſt in totum conſumtum, teneretur iudex ad omnem litis æſtimationem, vt Bart.num.7. Bald.num.8. in l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact. Concordes reddidiſſe videtur, Caſtr. ibid. num.8. & firmat, Farinac. dict. quæſt.111.num.546. 547.548.

13 Reſpon.II. Satis eſſe, ſi illum † à carcere dimiſerit, vt ob iniuſtam excarcerationem creditori ſoluat, licet iterato illum ad carceres reduxerit, ex Campan.d.n.14.

Non obſtat Secundum. Quia præcipere credito
14 ri † poteſt, iudex vt debitorem carceratum alat, Cin.& Salic.in l.mulierem. C.ſi mancip.ita fuer.allien. gloſ.l.fin.verb.agnoſcere.C.de erog.milit.annon.li.12. late Cordub.de liber.agnoſc.§.ſolent.num.37. Afflict.& Urſill.deciſ.71. Anna,ſing.279. Sola,ad Decreta Sabaud.ti..de captur.debitor.gloſ.3.num.5. Surdus de alim.tit.1.quæſt.71.num.2. Quem ſi creditor requiſitus alere in carceribus recuſet, abſque alia fideiuſſione relaxare poſſet, Cordub.d.num.37.Sola,d.nu.5.Surd.d.quæſt.71.num.3. nec ad intereſſe tenetur parti. Farinac. quæſt.27. num.149. Sed carceratus non fuit debitor, nec requiſitus creditor, vt aleret, nulla ergo ſuadet ratio, qua ante carcerationem illum relaxare potuerit Straticotus. Quod iuris eſt.

Reſpon.II. Opinionem illam relaxandi paupe-
15 rem † debitorem in Regno, numquam ſeruatam vidi, ſed detinetur debitor in carceribus, donec bonis ceſſerit, ex Afflicto, deciſ.71. Craſſ.de except.in prælud.num.280.Intrigl.lib.2.ſing.141.num.3.Burg. de Laudem.p.3.inſpect.36.num.3. iuxta Reg. Carol. cap.197.in quo fundata eſt Regni praxis, Carol.Regis pragm.non obſtante, quæ d.d.c.197.derogata ſatis eſt, imo ex Nouiſſ.Pragm.1618.edita, §.4. Debitor ad ceſſionem bonorum non admittitur, niſi in carcere ſe conſtituat; dixi, deciſ.41.

16 Non obſtat Tertium, Quia nullum à Straticoto † conceſſum illi fuit guidaticum, vt ex libri inſpectione ſatis conſtat, ad tex.l.fin. C.de reb.credit. cap.cum ad ſedem.de reſtit.ſpoliat. Vant.de nullit.tit.7.d quo,& quib.mod.null.prob.num.12. Cephal.conſil.144. Herculan.de negat.num.167. Menoch.conſil.199.num.3. Peregr.conſil.78.num.18.in 1. Aldouin.conſil.23.nu.9.conſil.51.num.1.conſ.63.num.8.conſil.76.num.60. Surd.deciſ.336.num.17. & ex Magiſtri notarij fide; cui credendum ait, Bart.& alij, l.quædam.§.nummularios.ff.de edend. Alex.conſ.179.num.1.in 6.Socini conſil.159.in 2. Tuſc.lit.O.concluſ.102.d num.1. Pacian.de probat.lib.1.cap.48.num.40. Marcabr.conſil.32.num.137. Anton.Monach.Bonon.deciſ.32.num.8. Paſſer.de ſcript.priuat.lib.4. Alba, conſ.318.nu.36. conſ.489.num.4. Raudenſ.conſil.49.nu.99.100.104. 107.125.in 1. Schenard.conſ.1.num.29.lib.2. Macerat.lib.3.reſol.21.num.6.Felic.alleg.50.n.3.p.3.Honded.conſ.18.num.56.in 1. Valenzuel.conſ.33.nu.195. Rota Gen.deciſ.110.num.6. Menoch. adipiſc. poſſeſſ. remed.4.n.922.

17 Reſpond.II. Verum non eſſe † quod Straticotus guidaticum ad longum tempus concedit, cum ad Principem ſpectet, ex Salic. Alex. Angel. Affl. Boſſ. & alijs num.5. Principi namque reſeruata eſt guidandi facultas, Ang.l.vtimur.ff.de ſepulcr.viol. Roman.l.3.§.ſi ſeruus.nu.7.ff.de acquir.poſſeſſ. Magalot. de ſecurit.p.p.lim.4. Menoch.conſil.244.num.13. Petra, de Princip.poteſt. cap.8. numero 46. Sed Straticotus; iuſtitiarius eſt, ac pacis, & belli tempore armorum Capitaneus, ad breue tempus ex cauſa guidare poſſet, Fulgoſius, num.3. Alexand.num.3. in l.conuentionum. ff.de pact. Menoch. conſil. 244. num. 12. Petra, d.num.46. Sed cum guidaſſe non appatet, ergo.

18 Reſpon.III. Guidatica, à ſuperiore † poteſtatem habente conceſſa, debitoribus proſunt, ſi ante capturam concederentur, ſecus vero poſt capturam.

19 Nec diligens dici poteſt † Straticotus cum inſteterit creditor, ne illum dimitteret, quia extraneum, nec ſibi conſultum eſt, ſi aufugeret, cumque proteſtatum ei ſit, negligens cenſetur, Bart.l.damni infecti.§.Sabini.num.8.ff.de damn.infect. Caſtr.l.ſi quando.C.de teſtib. Alex.l.de pupillo.§.ſi quis ſibi.numero 10.ff.de nou.oper.nunt. Doct.c.ex ratione.de appellat. Felin.cap.ſi autem.num.4.de reſcript.in cap.excommunicamus.num.6.de hæret. Pute.de ſindic.verb.appellatio.Turret.conſil.4.num.70.in 1. Proinde vt negligens ſindicari, & puniri ipſe poteſt; l.ſi ſeruus.vbi Angel.& alij.ff.de leg.1. Turret. d.conſil.4.num.89. cum fecerit litem ſuam, Gail.lib.1.obſer.28.num.7. ſiue trina præceſſit interpellatio, Gramm.conſil.54. num.8.vel ſaltim bina, Rimin.iunior, conſil.350.nu. 2.Turret.d.conſil.4.num.71.72. Farinac. quæſt.111. num.429. nec creditori negligentia imputanda eſt, ſi diligentia non proficeret, l.penult.§.ſi ea.ff.ad leg. Rhod.de iact. Azeued.conſil.4.num.44.conſil.25.nu. 74.& in l.4.num.10.tit.6.lib.3.recop. Ipſeque iudex æquè delinquit omittendo, ſicut perperam iudicando, Bartol.l.2.§.ſi tamen.ff. de verb.obligat. Schrader.de feud.par.10.ſect.4.num.166.167. Menoch.de arbitr.caſ.381.& in dolo eſt, ſi in iure errauit, Crau. conſil.18.num.14. Maſcard.de probat.concluſio.531. num.120.

Artic.Secundus. Leuis ſanè quæſtio, an condemnatus ad intereſſe, debitum ſoluere cogatur? Vel, quod viſitatoris religioni æquum videretur? Qua in re, negatiuè reſpondendum erat.

20 Primo, recepta illa eſt opinio, † iudicem ex imperitia, iniuſtè quid agentem ad id teneri, quod facere poteſt, & in quod religioni iudicantis viſum fuerit æquum, non ad litis æſtimationem, l.fin.ibi, & in quantum de ea, æquum religioni iudicantis. ff.de var.& extraord.cognit.l.ex maleficijs.§.ſi iudex.ff.de act.& obligat.§.1. inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. debet. naſcun. Alciatus, l.ſi quis in conſcribendo. numero 31. verſ.ex imperitia.C.de pact. Alex.num.10. Iacobin.à S.Georg.num.16.in l.argentarius.§.cum autem. ff. de edend. Angel.num.1.Roman.num.17. Imola, numero 49.Caſtrenſ.num.2.l.4.§.item.ff.de dam.infect. Caualdin.de ſindic.num.69.Pute.de ſindic. verbo, iudex malè iudicans.cap.1.num.7.8.Vini.deciſ.365.numero 2.& in id, quod facere poteſt, Farinac.quæſtio.111. num.437.

21 Secundo, Iudex ſi per imperitiam † malè iudicet, aut quid aliud, iniuſtè egerit ex cauſa, in minus etiam quanti intereſſe erit condemnari poteſt, non ad intereſſe lucri ceſſantis, Alexand. ad Bart.l.fin. ff.de variar.& extraord.cognit. Bald.cap.1.§.iudicis. num.1.de pac.iuram.firmat. Pute. de ſindic.verb.iudex malè iudicens.cap.1.nu.8. Farinacius, quæſt.111. num.568.

nu.568. Nec ad intereſſe extrinſecũ, Bald. & Alex.
nuper citati, Farin. quæſt. 111. num. 569. & Iudex er-
rans in iure, non facit litem ſuam, ſi error ſit expreſ-
ſus, Farin. quæſt. 111. num. 570. Quia nulla eſt ſenté-
tia, Vant. de nullit. defect. proceſ. num. 129. Barz. deciſ.
33. num. 9. Carot. ſenten. except. 41. Manent. deciſ. 14.
num. 10. 38. Pacian. conſil. 37. num. 1. Tuſc. lit. S. concl.
140. lit. E. concluſ. 322. Gabr. tit. de ſenten. concluſ. 7.
ad fin.

21 Tertio, Qui in id tenetur † quod iudicantis reli-
gioni æquum videbitur, condemnari à Sindicato-
re in plus, vel minus poteſt, ſecundum quod Offi-
cialis plus, vel minus errauit, gloſ. §. 1. inſtit. de obli-
ga. quæ ex quaſi delict. naſc. Pro modo culpæ. Alex.
l. argentarius. §. cum autem. num. 10. ff. de eden. Cumin.
de Sindic. c. 9. num. 14. Farin. quæſt. 111. num. 444. in-
terdum ad nihil, Boſſ. tit. de offic. corrup. num. 24. Fa-
rin. d. num. 444. ad fin. Arbitrium enim habet Sindi-
cator, ex facultate illi a lege conceſſa: Cumque cul-
pa (hoc in caſu) ordinaria nõ ſit, quę in iuris igno-
rancia conſiſtat, ex qua dolus præſumatur, Maſcard.
de probat. concluſ. 531. num. 220. Contard. de moment.
poſſeſ. limit. 11. num. 16. ergo.

Re tamen ipſa diligentius excuſſa, dixi verius,
Supremi Italicarum rerum Conſilij ſententiã, quæ
ad ſoluendum creditori intereſſe condemnauit, in-
telligendam penitus eſſe, tum ad pecuniam ex con-
tractu debitam, tum ad omne damnum, & expen-
ſas. Aliter enim iniuſtitiam ſanè, & iniquitatem il-
la contineret, quod ferendum non eſt, Neque enim
Coram Regiæ Monarchiæ Iudice, cui Omniũ con-
demnationum à Supremo illo Conſilio Latarum
demandata, a Rege eſt exequutio diſcutiẽdum eſt
23 amplius, † An condemnari potuerit Straticotus,
ſed exequenda ſolum ſententia eſt, vt conſtat, licet
iniuſta ſit, c. præterea. c. paſtoralis §. quoniam. de offic.
deleg. Dec. c. ſi quando. num. 6. de reſcript. Oldrad. con-
ſil. 89. Roland. conſil. 12. num. 82. in 3. Farin. quæſt. 97.
num. 67. ex His.

Primo Iuris eſt, ſententiæ verba, quę plura deno-
tant, ne contineant iniuſtitiam, & iniquitatem, in-
24 telligi †, & reduci ſemper debent ad iuris intelle-
ctum, l. miles. §. decem. ff. de re. iudic Bart. l. ſi fundus.
§. in venditione. ff. de pignor. Menoch. 110. num. 6. 31.
Anna, alleg. 48. num. 49. Surd. conſil. 379. num. 6. Ipſa-
25 que ſententia præſumitur † vt de iure ferenda erat,
Crauet. conſil. 23. num. 2. conſil. 188. num. 6. conſil. 10.
num. 2. Decian. conſil. 57. num. 16. in 2. Macerat. lib. 2.
reſol. 29. num. 2. Petroc. conſil. 1. num. 67. Anna, alleg.
48. num. 34. 39. Cancer. 3. reſol. c. 10. nu. 349. Nec am-
pliatur ad id, quod in ea non eſt expreſſum, Cephal.
conſil. 458. num. 84.

26 Secundo intereſſe † nomine continetur de iure
precium, & rei petitæ extimatio, Gloſ. §. precium.
verb. tradatur. inſtit. de empt. & ibi, Aret. nu. 8. Bart.
l. ſtipulationes non diuiduntur. verſ. ad tertium venio. ff.
de verb. obligat. & in l. 1. verſ. item quæro. ff. de action.
empt. Alex. conſil. 63. num. 11. in 6. Dec. conſil. 102.
ad fin. Cephal. conſil. 407. num. 39. magis comm. Surd.
conſil. 13. num. 25. Mareſcot. lib. 2. reſolut. 19. num. 6.
Cum extimatio, quid diuerſum, à re ipſa non ſit,
Carot. de Oblat. p. 2. quæſt. 35. Sed loco rei ſuccedit, &
rem ipſam repræſentat, Alexand. Dec. & alij, in l. vi-
num. ff. ſi cert. pet. Cagnol. l. 1. num. 60. C. de ſentent. quæ
pro eo, quod intereſt. poſt Bart. d. l. ſtipulationes non di-
uiduntur. num. 40. Iaſ. l. 2. num. 140. C. de iur. emphit. &
in l. eum proponas. 2. num. 8. vbi Alex. num. 5. Dec. nu.
8. & alij, C. de pact. idem Dec. l. certi. conditio. num. 7. ff.
ſi cert. peta. Aret. conſil. 83. col. 2. verſ. tertio. Oldrad.
conſil. 114. Carot. de Oblat. p. 2. quæſt. 35. Socc. conſil.
82. num. 26. in 4. Pappon. conſil. 27. num. 50. 51. Surd.
conſil. 427. num. 41. deciſ. 81. num. 5. Burſ. conſil. 100.
num. 39. Cephal. conſil. 554. num. 6. Gizzarel. deciſ. 9.
num. 24. Quod intrinſicum eſt, imo lucri ceſſantis,
& damni emergentis intereſſe, quod extrinſicum
dixit Cani. Ri. (ſuo ordine) 21. num. 36. Intrigl. lib.
1. ſing. 50. num. 13. Maſtrill. deciſ. 269. num. 12. 13. 14.
27 Proinde condemnatus † ad intereſſe, ad intrinſicũ,
& extrinſicum intereſſe condemnatus cenſetur, ſi
ſententia id expreſſum non diſtinguat, l. titius cum
decederet. ff. de action. emp. ibi, non enim precium con-
tinet tantum, ſed omne id, quod intereſt emptoris. l. ſi
quid fur. §. qui lancem. l. qui tabulas. l. empt. ff. de furt.
l. ſicut. iuncta gloſ. C. eodem Afflict. deciſ. 369. num. 5.
Addit gloſ. l. 1. §. interſit. ff. eodem. Quod ſi venditor
rem non tradidit, emptor promiſſum intereſſe ab
eo petet. Quod gloſ. ibidem eſſe innuit, Rei vendita
precium inter partes conuentum. Gloſ. communiter re-
ceptam, & veram profitetur, Rebuff. l. 1. gloſ. 1. num.
14. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. Bald. l. 1. nu. 4.
ff. de action. empt. gloſ. l. Iulius. verb. poſſit. ff. eod. gloſ. l.
ex contractu. verbo. intercedentem. ad fin. ff. de action.
empt. Bart. l. ſtipulationes non diuiduntur. quæſt. 9. ff. de
verb. oblig. per text. l. ſtipulatus es opus. ff. de fideiuſſ.
Paris. conſil. 69. num. 157. in 3. Soc. Iun. conſil. 118. n.
19. 20. in 2. & alij a me citati, Deciſ. 114. num. 9. Qui
enim precium præſtat, & ſoluit, rem ipſam præſti-
tiſſe videtur, Menoch. conſil. 1166. num. 9.

28 Tertio Iudex (ſemoto dolo) ex imperitia † ali-
quid diffiniens facit litem ſuam, ex l. fin. ff. de var. &
extraord. cognit. §. 1. vbi gloſ. & Aret. num. 2. 8. inſtit.
de obligat. quæ ex quaſi delict. naſcun. Docto. l. ſi quis in
conſcribendo. C. de pact. Bellaper Barto. Odofr. Angel.
Fulg. Alex. Caſtr. & alij, à Farin. quæſt. 111. num. 436.
Tuſc. lit. I. concluſ. 404. nu. 10. Vel ſi iniuſtè condem-
net, Bald. conſil. 196. in 2. & de ſindic. num. 51. Pute.
de ſindic. rub. de offic. Sindic. §. exequutio. nu. 1. Amed.
de ſindic. num. 48. Tuſc. lit. I. concluſ. 404. nu. 2. Intrigl.
lib. 3. ſing. 82. num. 51. Aut perperam iudicet, gloſ. c.
excommunicamus. 1. verb. neglexerit. & ibi, Feli. num.
5. 6. de hæret. gloſ. pen. c. quoniam. contra. de probat.
Bald. l. argentarij. §. cum autem. & ibi, Iaſ. num. 4. arg.
illius text. ff. de edend. Alex. num. 5. Iaſ. num. 9. Dec.
num. 15. in l. ſi quis in conſcribendo. arg. eiuſdem. text.
C. de pact. Boſſ. de offic. corrup. num. 24. Menoch. de arb.
caſ. 381. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 4. num. 167. Aut
ſi malè geſſerit officium ſuum in alterius damnum,
Bald. l. qui crimen. ad fin. C. qui accuſ. non poſſ. Ferrat.
caut. 14. Amat. March. deciſ. 103. num. 11. Vel ſi ne-
gligit iuſtitiam miniſtrare, Rom. conſil. 338. num. 3.
Tuſc. lit. I. concluſ. 405. num. 3. Imo id dolo malo fa-
cere præſumitur, Bart. l. 4. §. in eum. & ibi Alex. nu. 5.
ff. de damn. infect. Bald. l. mancipia. num. 1. C. de ſeru.
fugit. & alij, à Dec. conſil. 110. num. 7. Crauet. conſil.
115. num. 2. Phanut. de in lit. iuran. p. 2. §. ſecundum
membrum. num. 29. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 4. nu.
176. Plot. de in lit. iurand. §. 47. num. 15. §. 49. nu. 30.
Litem verò ſuam facere de iure eſt, Alterius damnũ
in

in ſe transferre, *gloſ.§.1.Inſtit.de obligat.quæ ex quaſi delict. Albert.l.ſi quis in conſcribendo.num.31.C.de*
29 *pact.* Rem ergo ablatam † iniuſtè cõdemnato cum damnis, & expenſis reſtituet ipſe, ſi poteſt, ſin minus ad damna, & expenſas quanti plurimi tenetur, *Bald.conſil.196.nu.2.in 2.Tuſc.lit.I.concluſ.405.nu.1.3.*& ad litis æſtimationem, *l. ex maleficijs.§.ſi Iudex.ff.de act.& oblig.Faber,d.§.1.num.1.Rauen.& Alber.in l.ſi filius.ff.de iudic.Rondinell.de Sindic.nu.40.Farin.quæſt.111.num.438.439.* Cum iuris ſit in
30 † dubio iudicem iuſtitiam alteri denegantem, vel adminiſtrare negligentem, in dolo præſumi, *Barto.l.4.§.in eum.& ibi, Alex.nu.5.ff.de damn.infect.conſ.103.num.13.in 1.Bald.d.l.mancipia.nu.1.Felin.c.excommunicamus.1.nu.6.de hæret.Dec.conſil.110.nu.7.Crauet.conſil.115.nu.2.Plot.de in lit.iuran.§.47.nu.15.§.49.nu.30.Phanuc.d.nu.29.Schrader.d.nu.176.* & contra eum iurari in litem poteſt; *Anchar.conſil.316.Soc.conſil.213.in 2.Ludouic.comm.opin.p.3.titu.de in lit.iuran.nu.1.*

Non obſtat Primum, Quia tradit, *Gloſ.l.fin.ff.de*
31 *var.& extraord.cognit.* teneri Iudicem, † ad læſæ partis damna reficiendum, non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, *Bart.quæſt.9.Bald.c.1.§.iudices.nu.1.& ibi, Afflict.de Pac.iuram.firm.ex l.ſi iudex.ff.de iudic.Farin.quæſt.111.num.562.* Si vero imperitia ſit ex lata culpa, quæ, dolus præſumptus appellatur, tunc in ſolidum tenetur, *Alex.l.4.§.eum.ad fin.ff.de damn.infect.Dec.l.1.§.hæc autem verba.num.3.ff.quod quiſque iur.Boſſ.tit.de offic.corrupt.nu.23.Clar.§.fi.quæſt.83.Menoch.de arbitr.caſ.339.n.5.* Cumque non ex imperitia, ſed ex dolo potius, debitorem dimiſerit Straticotus, litem ſuam feciſſe, & ad integram teneri æſtimationem, dixit *Alex.nu.4.Dec.num.3.in l.1.§.hæc autem verba.ff.quod quiſque iur.Amed.de Sindic.nu.140.Rondin.de Sindic.n.121.Diaz, regul.363.limit.3.Farin.quæſt.111.num.578.Carrab.de Sindic.p.2.c.1.nu.1.*

32 Non obſtat Secundum, Quia Iudex † imperitè iudicans, ei cuius intereſt, iudicis competentis arbitrio tenetur, *Alex.l.dies cautioni.ff.de damn.infect.Couar.de ſponſal.p.3.c.8.§.vlt.nu.18.Magon.de rect.patroc.ration.c.24.nu.30.* Imo cum in iure certo, errauerit, eo magis tenetur ad intereſſe, & in ſolidũ, *Farin.quæſt.111.nu.497.*

33 Non obſtat Tertium, Quia latiſſima † fuit Straticoti culpa, relaxantis non relaxandum, ſciebat namque debitorem captum eſſe exterum, capturã iuſtam ex contractu paratam habente, à *rit.101.* exequutionem Iudicis præceptum, quod adimplẽdum ab eo erat, ipſeque Straticotus, legum ignarus cum ſit, Iudicis votum inſequi debebat, *Catald.de ſindic.caſ.3.Putc.de ſindic.verb.concilium.& verb.aſſeſſor.Muta,deciſ.69.nu.1.D.Carol.Tap.de Iur.Neap.rub.de tranſact.c.4.* Notat, & merito, *Salic.l.fi.col.1.ad fi.verſ.quæro nunc.cum gloſ.C.de pœn.iud.qui malè iudic.* Iudicem pro latiſſima culpa teneri in ſolidum, non in id ſolum, quod equum iudicantis religioni viſum fuerit, *Farin.quæſt.111.num.484.*

34 Reſpon.II. Et hoc magis † vrget, quod ad iniuſtitiam hanc deuenerit Straticotus motus famuli ſui precibus, quod eſt Iudici prohibitum, *Bouadil.lib.3.polit.c.10.nu.6.* qui addit, niſi oſtendat Iudex aliunde ſe motum ad ſic Iudicandum, iniuſtitiam parti feciſſe ſemper præſumatur, vt famulo rẽ gratam faceret, cauere enim debet iudex, ne gratioſus nimis ſit vni, quam alteri, *cap.conſuluit.de offi.deleg.Menoch.de arbitr.quæſt.65.nu.5.*

35 Reſpon.III. quod ſi contra † iuſtum iudicis decretum, debitorem liberauit, contra ius certum, & notorium errauit Straticotus quo in caſu teneretur de iure nedum in id, quod æquum iudici videtur, ſed ad omne intereſſe, *Nicas.§.1.nu.7.ad fin.inſtit.de obliga.quæ ex quaſ.delict.Imol.l.4.§.in eum.nu.50.ff.de damn.infect.Contard.de moment.poſſ.limita.10,nu.17.Farin.quæſt.111.num.482.489.* Quia vulgato in iure ſi quis erret, in dolo verſari dicitur, *Contard.de moment.poſſ.limit.11.num.10.Maſcard.de probat.concluſ.532.nu.4.Farin.quæſt.111.num.387.488.*

Ex his, fuit in Supremo Italicarum rerum Conſilio deciſum, *Straticotus condemnetur ad ſoluendum Don Mario la Rocca, creditori querelanti omne intereſſe.* Die 12. Decembris, M DC XIII. Cumque in Regno eſſet controuerſia coram Regiæ Monarchiæ iudice; An intereſſe nomine, Debitum ipſum principale contineatur? & ad illud ſoluendum teneatur? Ex his, quæ Secundo Articulo excuſſa nobis ſunt, indicatum vidimus, Illud contineri, *Ad quod Straticotus fuit condemnatus.* Die 10. Februarij, M DC XXII. pro cuius Sententiæ exequutione; Factum à Straticoto fuit in Tabula Panormi depoſitũ, de ipſo debito, Die 11. Iulij M DC XXII.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates, ſi plures requirantur ad actum, vnius defectu vitiatur actus.*

2 S. C. T. ſeſſ. 24.c.11. ibi, *& intra eorum ſepta, ac domos reſideant. Declaratur, de qua domo ſenſerit, & num.16.20.*

3 *Dictio, Et, inter plura copulata, eorum omnium concurſum requirit.*

4 *Hyeroſolimitanæ Religionis Priuilegio, non gaudent vagabundi milites.*

5 S. C. T. ſeſſ.24.c.11. & Gregor.XIII. Bulla, *ne dum de Capellanis Hyeroſolimitanæ Religionis, eiuſquè miniſtris loquitur, ſed de alterius Religionis capellanis, & miniſtris.*

6 *Qualitates à* S. C. T. *requiſitæ in* d. ſeſſ. 24. c. 11. *coram Epiſcopo, vt Apoſtolicæ Sedis* Delegato, *probandæ ſunt. Declarat.num.22.*

7 *Ordinarius competens eſt ratione originis, domicilij, & delicti. Declar.nu.23.24.25.26.27.*

8 *Epiſcopus, Iuriſdictionem habet in Monachos, alioſque Regulares, etiam exemptos, licet etiam pendente, ſi in poſſeſſione ſubiectionis eſt.*

9 *Competens ſit Iudex in non ſubditum, ſi prorogata ab eo ſit eius iuriſdictio. Declar.num.28.30.34.*

10 *Exempti, ſi extra locum exemptum deliquerint, ab Ordinario puniri poſſunt, exemptione non obſtante, & quando?*

11 *Citatus à non ſuo Iudice, ſi compareat cum proteſtatione,* etiam de non conſentiendo. *eius iuriſdictionẽ adeo prorogaſſe dicitur, vt declinare nec poſſit amplius.*

12 *Apoſtolicæ Sedi, qui immediatè ſubiectus non eſt, Ordinarij iuriſdictionem prorogare poteſt, eique ſe ſubmittere, Declar.num.31.*

13 *Con-*

13 *Confirmatio priuilegiorum, etſi generalis ad priuilegia expreſſe reuocata non trahitur.*

14 S.C.T.ſeſſ.24.c.11.*de clericis loquitur, qui Hyeroſolimitano habitu, per crucem albam inſigniti non ſunt, & de illis etiam, qui decorati habitu, profeſſionem emiſerint.*

15 *Milites Hyeroſolimitani in habitus ſuſceptione emittunt profeſſionem, quam poſtea per habitus delationem ratificant.*

17 *Iudex incompetens, qualitercumque procedat, ſemper grauat.*

18 *Regularium Prælatis iuriſdictio priuatiuè ad ordinarium conceſſa cenſetur.*

19 *Milites Hyeroſolimitani, eorumq. Fratres Capellani, Regulares ſunt, & veri Religioſi.*

21 Nouar.Forenſ.quæſt.42.num.5.*non recte percepiſſe,* Socc. Boſſ. Bouad. Cened. & Maſtrill. *oſtenditur.*

29 *Prorogatio habilem ſupponit Iudicem ad criminis cognitionem.*

32 *Vaſſallus inuito Domino, alterius iuriſdictionem non prorogat.*

33 *Clericus ſine Epiſcopi ſui conſenſu, alterius iuriſdictionem non prorogat, etſi primæ tonſuræ ſit.*

ARGVMENTVM.

Fratres Capellani, cæteriq. clerici eccleſię, ordinis Hyeroſolimitani miniſtri, An ordinarijs Locorum in delictis ſubiecti ſint? vel eiuſdem ordinis Priori? qui ad ſuum forum miniſtrantem Clericum, pro crimine remitti petat.

CONSILIVM LXXVII.

ROccus Belloſiore Sacerdos plurium
criminum obnoxius, Hyeroſolimi
tanæ religioni ſe addixit in Fratrū
Cappellanorum ordinem, quo no-
mine à Priore conuentus, S. Ioan-
nis Baptiſtæ Meſſanæ; terræ Cala-
tabiani, quæ ædes commendæ eiuſdem Ordinis
Tauromitanę ſubeſt, adſcriptus fuerat: Verum cum
multis identidem ſe criminibus implicuiſſet, Meſ-
ſanenſis Eccleſiæ, Sede Vacante, Vicarius in ea cri-
mina delegato miſſo inquiſitionem fecit, ac Roc-
cum ipſum carcere incluſit: Qui cum ſe Fratrem
Cappellanum Ordinis Hyeroſolimitani oſtentet,
ſuo ſe Iudici, Priori nempè Meſſanenſi remittendū
inſtat, petitque. Iuris quæſtio in themate propoſi-
ta, mea quidem ſententia probabili non caret du-
bitatione, vt dicendum videretur, remitti illum
non poſſe.

1 Primo, Qui Lege † vel Statuto iuuari deſiderat,
qualitates eius omnes probare omnino debet, *l.4.*
§.prætor ait.ff.de damn.infect.l.ſi plures.ff.de condict.
& demoſtr.Bart.l.1.ff.de condict.ex leg. Soc.27.num.
14.conſ.65.num.4.conſ.104.num.11.in 4.Bimi.conſi.
241.num.18.ſoccin.Rot.decis.117.num.1.Schrader.
de feud.p.10.ſect.2.num.4.Decian.conſil.70.num.20.
in 2.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8.p.9.nu.25.
tom.2.Tiraq.1.retract.§.8.gloſ.7.num.1.2.Surd.con-
ſil.499.num.1. vt ſi earum altera deficiat, vitietur
actus, *Bimi.conſ.216.nu.24.Rim.iun.conſ.600.nu.10.*
Tuſc.lit.C.concluſ.1035.nu.1. Sed exemptarum Re-
ligionum Capellani, vt Foro gaudeant ſancitum à
S.C.T.eſt, in *ſeſſ.24.cap.11. verſ.exceptis tamen ys.*
Non aliter eos admitti, *Niſi militijs actu ſeruiant, &*
intra eorum ſepta, ac domos reſideant; ſubque eorum
2 *obedientia viuant.* Proinde † reſidere, nec ſufficit in-
tra domos Militiæ, ſed domus ipſa neceſſe eſt, quod
ſit intra ſepta, & ſic, clauſuram Eccleſię Religionis,
ex gloſ.clem.1.§.1.verſ.ſepta.de ſtat.monach. Mace-
rat.lib.1.reſol.18.num.4. Ipſaque domus Eccleſiæ,
ſeu commendæ eſſe debet, quoad directum, & vtile
dominium, non liuellaria, vel emphiteutica per Se-
culares poſſeſſa, dominium denotat, Genetiuum,
Eorum, d.ſeſſ.24.cap.11.ex Natt.conſ.333.nu.1.Pa-
riſ.conſil.21.num.32.in 2.Maſcard.de probat.concluſ.
841.*num.2.Gratian.deciſ.214.num.2.Surd.conſ.450.*
num.43.Aldouin.conſil.43.num.11. & in term. *Ma-*
cerat.d.reſol.18.num.4. maxime in Priuilegijs, *Rom.*
conſil.180.ad fin.Tuſc.lit.G.concluſ.37.num.11. Hinc
captus in domo Eccleſiæ, gaudet immunitate, ſi ip
ſi cohæreat, *Clar.§.final.quæſt.30. Farinac.quæſt.28.*
num.12.Macerat.d.num.4. Cumque tres illæ condi-
ctiones coniunctim à S.C.T. *d.cap.11.* requiſitæ ex
3 dictione, *Et*, quæ † copulatorum concurſum exigit,
l.ſi hæredi plures.ff.de condict.inſtit.Bart.num.2.Iaſon
num.2.in l.1.ff.de inſtit.& iur. Bald.conſil.318.ad fin.
volum.4.Dec.conſil.89.num.2.conſ.417.num.1.conſ.
433.num.6.Surd.conſil.313.num.39.conſil.354.num.
22.conſ.441.num.26.conſ.524.num.8.Tuſc.lit.D.con-
cluſ.270.Pariſ.conſ.34.num.8.in 2.conſil.95.num.7.
in 1.conſil.63.num.14.in 3. Bimi.conſ.258.num.2.Teſ
ſaur.deciſ.189.num.1.Barboſ.dict.93.Macerat.lib.1.
reſol.18.num.11.lib.3.reſolut.48.num.10. Petr.Ce-
ned.ſing.50.num.8.Caual.deciſ.10.num.23.p.5.Plot.
de in lit.iurand.§.6.num.33.Oſaſc.deciſ.71.num.22.
Gratian.deciſ.175.num.7.8. vt nec ſufficiat alterum
adeſſe, *Bim.conſ.2.num.67.Aldouin.conſil.35.num.*
70.Bardell.conſil.147.num.37.Craſſ.except.33.num.
27.Oſaſc.deciſ.165.num.5.Caualc.de tutor.num.260.
Tiraq.1.retract.§.8.gloſ.7.num.1.2.Surd.conſil.357.
num.26.conſil.363.num.10.conſ.403.num.30. Ac di-
lucide voluit *Gregor.* XIII. in Bulla, edita 25. No-
uembris, 1580. ibi, *Quæ omnia debere ſimul concurre-*
re intelliguntur. vt intentionis ſuæ fundamentum
non probauerit reus, *l.qui accuſare.C.de edend. cum*
vulgat. maximè, quod reſederit intra domos, & ſe-
4 pta militiæ, neque enim † vagabundis ſuffragantur
Hyeroſolimitanæ Religionis priuilegia, *Franc.Leo,*
Theſaur.for.eccleſ.p.2.c.18.num.106.107. ergo.

5 Secundo, Siue † de omnibus cuiuſque Religionis
Miniſtris, & Capellanis loquatur, *Gregor.XIII.Bul-*
la, & S.C.T.d.ſeſſ.24.cap.11. probat, *Fuſc.de viſitat.*
lib.2.c.8.nu.14.ad fin. Siue de Hyeroſolimitanæ tan
tū Religionis Capellanis, & miniſtris, *Cencd.collect.*
6 *151.n.3.* Probandę tamen † conditiones illę ſunt co
ram Epiſcopo delegato à *d. Gregor.XIII.Bulla, ibi,*
De quibus ordinario conſtare debeat. Nec in claris o-
pus eſt coniecturis, *l.ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.*
l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.Surd.deciſ.210.
num.1. & verba illa, *De quibus Ordinario conſtare de-*
beat. Referenda non ſunt ad profeſſionem, ſed ad il-
las etiam tres conditiones ex *Macerata, d.reſol.18.*
num.10.

*num.*10.Cum vna ſit determinatio,*l. iam hoc iure.ff. vulg.Surd.conſil.*31.*num.*15. *Rota Auenion. deciſio.* 103.*num.*4.

7 Tertio Ordinarius † competens eſt, tum ratione originis, cum ſit oriundus Diœceſis Meſſanenſis, *l. incola.ff.ad municip.* Tum domicilij, cum ſemper eo in loco habitauerit, *l.*1.*ff.de interd. & releg.cap.licet.de for.compet.* Tum ratione delicti, cum omnia delicta eſſent ibidem ab eo commiſſa, *l.*1.*C.de iuriſdict.omn.iud.cap.*1.*de raptor.Clar.§.fin.quæſt.*38.*Farin.quæſt.*7.*num.*1. Etſi priuilegiatus ſit, quia delinquendo, amittit priuilegium ſuum, vt conueniri poſſit in loco delicti, *Auth.qua in prouintia. C.vbi de crim.agi oport.c.fin.de for.compet.Decian.lib.*4.*crim.cap.*17.*num.*30. Maximè criminali in cauſa, in qua cum procedatur in forma iudicij pro delicto com-
8 muni, Epiſcopus iuriſdictionem habet † in regulares non exemptos priuatiuè ad Abbatem, *c.hoc tantum.*18.*q.*2.*& ibi, Archid.n.*2.*Franc.c.nullus.n.*3.*de elect.in* 6.*Dec.c.tua nobis.* 4.*not.de confirm.vtil. vel inutil.Bellam.conſ.*5.*num.*30. *Bertach. de epiſc.lib.*4.*p.*2.*quæſt.*6.*num.*80. *Capell.Tholoſ.deciſ.*309.*num.*2. *Guid.Pap.deciſ.*559.*Soc.de viſit.num.*16. *Fiſc.de viſit.lib.*2.*cap.*23.*num.*12.*Rot.deciſ.*78.*num.*1.*p.p.Macerat.lib.*1.*reſol.*18.*num.*6.*Mareſcot.lib.*2.*reſolut.*35. *à numero* 25. Et competens eſt exempti, pendente etiam lite, ſi in poſſeſſione ſubiectionis is ſit, *c.cum perſona.de priuileg.in* 6. *Capic. deciſ.* 189. *numero* 9. *Roland.conſ.*89.*num.*35.*vol.*2. *Macerat. d.reſolut.*18.*num.*8.

9 Quarto, Competens eſt † Iudex, cuius prorogata à reo fuerat iuriſdictio, *cap.ſignificaſti.de for.compet.l.*1.2.*ff.de iudic.l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdict.omn.iud.Bart.ad fin.Caſtr.num.*6.*Imol.Rom.& Alex.num.*20.*Iaſ.num.*13.*in l.*1.*§.& poſt operis.ff.de nou.operis nunt.Ang.l.ſi vacantia.num.*14.*C.de bon.vacant. lib.*10.*Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.*38.*num.*33.*Surd.conſil.*47.*num.*8. *Bimi. conſ.*268.*num.*4. Fieri enim poteſt prorogatio, expreſſe, & tacite, criminali etiam in cauſa, *Caſtr.l.*1.*num.*20.*ff.de iudic. Socc.c.ad petitionem.num.*19.*de accuſat. Barboſ. l.*1.*artic.*4.*num.*27.*ff.de iudic.Clar.§.fin.quæſt.*42.*Marant.de iudic.p.*4.*diſtinct.*12.*num.*11. *Tuſc.lit.P.concluſ.*927.*num.*19.20. Et adeo prorogari poteſt, vt in non ſubditos ſuam iudex exerceat iuriſdictionem, *l.ſi per errorem iuncta, l.ſi conuenerit.ff.de iuriſd.omn.iudic. Morla, in empor.iur.tit.*2.*de iuriſd.num.*109.*Oſaſc.deciſ.*78.*numero* 2.*Schrader.de feud.p.*10.*ſect.*1. *num.*137. Maximè in ſui præiudicium, *Clar.§.fin.quæſt.*42.*num.*1. *Bimi.conſil.*268.*num.*5. Cum epiſcopus iuriſdictionis capax ſit in clericum, quæ capacitas in Seculari iudice pœnitus ceſſat, *Rot.deciſ.*840.*in antiq. Azor. lib.*5.*Moral.cap.*13.14. *Gabr. de præſcript.concluſ.*1.*num.*17.*Macerat.lib.*1.*reſol.*18.*num.*7.*Turret.conſil.*36.*à num.*11.*in* 2. Imo exemptus ſi extra locum
10 exemptum deliquerit ab ordinario puniri † poſſet, *cap.*1.*de priuileg.in* 6.*Decian.lib.*4. *crim.c.*17.*nu.*30. *Barboſ.de poteſt.epiſc.alleg.*195.*num.*14.15.*p.*3.*Mareſcot.lib.*2.*reſol.*35.*n.*126. Qui etſi extraneo Superiori ſe ſubmittere non poſſit, ſine Pontificis licentia, ordinario tamen rectè poteſt, *Rim.iun.conſ.*726.
11 *n.*31. Inde eſt † vt ſi citatus (cum certum ſit de iuriſdictione citantis non eſſe) compareat eius iuriſdictionem declinare nec poſſet amplius, *l.ſed etſi ſuſceperit.ff.de iud.Menoch.conſ.*2.*n.*39.*de arbitrar.caſ.*371.*n.*3.7.8.*Gail.lib.*1.*obſer.*132.*n.*11.*Bardell.conſ.*200.*n.*16.*Rauden.conſil.*26.*n.*50.*in* 1. præmiſſa proteſtatione, *Non conſentiendi in eum,* non obſtante, *Ang.l.non videtur.ff.de indic.Rip. & Doct. c.cum M. de conſtit.Rim.iun.conſ.*519.*n.*3. & declinatoriæ, legitimo tempore, non propoſitæ renuntiaſſe cenſetur, *Doct.d.l.ſed etſi ſuſceperit. Felin.cap.paſtoralis.de except.Menoch.conſ.*2.*num.*40. Neq. enim exemptus ab incompetente iudice citatus comparere cogebatur, *l.contumatia. vbi Bolognin. & Doct. ff.de re iudic. Alex.l.*2.*n.*13.*ff.ſi quis in ius vocat.non ier. Angel.& Caſtr.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic. Clar.§.fin.q.*36.*nu.*5.*Carot.ſingul.*161.*Maluaſ.conſ.*92.*ſub nu.*6.*Gabriel.conſ.*167.*num.*16.*in* 2. *Ricc. deciſ.*161.*num.*12.*p.p. Rim.iun.conſ.*680.*n.*7. Quia eius monitis non obligatur, *Iaſ.l.ex l.quacumque.nu.*31.*ff.ſi quis in ius voc. non ier.Gram.deciſ.*29.*n.*36.*Perez,l.*1.*verb.clericus à iudice.tit.*3.*lib.*1.*& l.*1.*qu.*6.*tit.*2.*lib.*3.*ordin.Scap.*
12 *de iur.non ſcript.lib.*1.*c.*2.*à n.*2. licet qui † Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus non eſt ordinarij iuriſdictionem prorogare rectè poſſit, *Felin.c.cum omnes.n.*8.*de conſtit.Iaſ.l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.nu.*9.*ff.de pact.Freder.de Sen.conſ.*14.*Seraph.deciſ.*595.*n.*7. Imo ſancitum nobis eſt, *ex S.C.T.ſeſſ.*6.*de refor.cap.*3. Quod regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui ordinis priuilegij prætextu tutus non eſt, quominus ſi deliquerit, ab ordinario loci tanquam ſuper hoc è ſede Apoſtolica delegato, ſecundum Canonicas Sanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat; Quam Tridentinam ſanctionem locum ſibi in Militibus Hyeroſolimitanis vendicare voluit, *Nauar.conſ.*12.*tit.de regular.Sayr.tit.de regular. deciſio.*26.*Ricc.collect.*503.*ampl.*1. *Campanil. in diuerſ.rub.*12.*c.*13.*num.*22.*Azor. inſtit. moral.p.p.lib.*13.*cap.*4. *quæſt.*3.*Roderich.regular.quæſt.*2. *artic.*4.*quæſtio.*63.*art.*7. *Barboſ.de poteſt.epiſcop. allegat.*105. *num.*14.*p.*3.

Re tamen diligentius excuſſa; Contrar. dixi verius, imo ad Magnum Magiſtrum, remittendum eſſe Rocchum Belloſiore, cum Hyeroſolimitanæ Religionis Fratrem Capellanum ſe eſſe probet: Vno
13 prius præmiſſo, Quod ſi Generalis † priuilegiorum confirmatio, ad iam ſpecialiter reuocata non trahatur, *ex gloſ.l.fin.& ibi, Bart.num.*3.*ff.ad trebell. Alex. conſ.*59.*num.*11.*vol.*1.*conſ.*39.*num.*10.*in* 4. *Rip.lib.*1.*reſpon.*5.*n.*5.*Pariſ.conſ.*19.*num.*44.*in* 1.*Surd.conſil.*58.*num.*16.*Macerat.lib.*1.*reſolut.*18.*num.*15. Sed Melitẽſis Religionis priuilegia, derogata nuſquam legimus, cum expreſſim à Pontifice, ſua in Conſtitutione reuocari deberent, confirmata ergo omnia ſemper fuiſſe concludimus. Quo præmiſſo ad rem venio.

Primo Nemo eſt, qui ignoret reſpectu fori, ſatis differre Melitenſis Religionis famulos, à religionis eiuſdem profeſſos milites, *ex S.C.T.ſeſſ.*24.*c.*11. gau-
14 dent enim illius † foro miniſtri omnes, qui Militijs actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubq. eorum obedientia viuunt. *Roderich.regul.quæſt.*67.*artic.*3.*tom.*2.*Bonadill.lib.*2.*polit.c.*19.*num.*16.17. Cæteri vero Melitenſes Fratres foro gaudent, ſi legitimè, iuxta earundem militiarum regulam profeſſionem emiſerint, de qua ordinario conſtare debeat, *Roderich.dicto articul.*3. Nec tres illas

con-

conditiones probare debent, ſi profeſſi iam ſint, *Bouadill.d.nu.17.* inſpecta præſertim dictione illa, *Siue*, quæ alternatiua eſt, *Canal.de vſufr.num.48.Menoch.conſil.1061.n.41.Cened.ſing.42.nu.2.* vt alteram tãtum partem verificari ſufficiat, *Rom.conſ.273.Borrell.conſ.21.nu.10.Tuſc.lit. A.concl.317.* licet diſiũgat verba, & non ſenſum, *Rebuff.l.reſtituere.36.ad fin.ff.de verb.ſignif.Menoch.lib.4.preſump.82.nu.15. Tuſc.lit. D concluſ.372.nu.20.Barboſ.dict.324.nu.2. Rim.Iun.conſ.746.num.14.* Vbi enim Meſſanæ Prior petet ad ſe remitti militem, vera requiritur probatio deſcriptum eũ eſſe in numero, & matricula militari, *l.3.C. de offi. magiſtr.milit. & ibi gloſ.* inquit, quod non inuentus in matricula pro priuato habetur, *Bald.l.non ignorat.num.18.C.de his qui accuſ.non poſſ.in l.fi.nu.3.ſ.de reb.credit.Herculan.de negat.nu.169.Valenzuel.conſ.57.nu.15.Roland.conſ.1.nu.22.in 1.Cephal.conſ.144.nu.1.conſ.250.num.3.Crauet.conſ.138.nu.5.Garz.de nobilit.gloſ.4.nu.14.15.Calà, de mod.artic.§.2.gloſ.1.nu.1172.Amat. Marcb.deciſ.21.nu.70.Maſcard.de probat. concl.1033.num.1. Caball.crim.reſol.caſ.294.n.17.Seſſe,deciſ.143.Plac.lib.1.delict.c.42.nu.23.Duen.regul.99.ampl.10.Palaz.Rube.l.Thaur.9.nu.41. & Rub.de donat.int.vir.§.38.nu.7.vbi,Scholiaſt.lit. B. Paz.in prax.tom.2.p.p.c.6.§.1.num.31.Bouadill.lib.2.polit.c.19.num.17.*

15 Cumque milites † Hyeroſolimitani ex tenore ſuorum Statutorum in habitus ſuſceptione, profeſſionem emittant, quæ poſtea per habitus delarionem intelligitur poſt annum ratificata, vt à Sacra Congreg. deciſum teſtatur, *Fran.Leo,Theſaur.for.eccleſ.p.2.c.16.num.37.Nauar.conſil.23.lib.3.de regular. Rot.deciſ.591.ſub nu.9.p.p.Peregr.conſil.126.vol.5. Azor.inſtit.moral.lib.13.c.4.quæſt.2.* optimè *Ronit.conſil.96.num.9.* Si decimusſextus ætatis annus expletus ſit, *ex S.C.T.ſeſſ.25.c.15.* Quo decreto comprehenſos ſe agnoſcentes Hyeroſolimitani milites, *ex Azor.d.quæſt.2.Genuen.prax.archiepiſc.cap.21.in addit. ad fin.Gratian.diſcept.363.num.27.Pariſ.de reſignat.lib.6.quæſt.2.nu.120.* illud ſuis ſtabilimentis inſinuatum eſſe voluerunt, *ſub rub.de recept.fratr.c.15.18.& alibi,Barboſ.in ſcholijs ad S.C.T.d.c.15.Nouar.Forenſ.quæſt.42.num.2.* Fatemur vtique Rocchum, vt religionis Fratrem Capellanum profeſſum Meſſanenſi Priori remittendum eſſe, *ex Bouadill.lib.2.polit.c.19.num.15.* Etſi mortis pœna irrogari illi debeat, vt cauendum ſit, *à Petr.Gregor.Syntagm.iur.lib.49.c.1.nu.14.* Aſſerente, illum ſeculari iudici remittendum eſſe, ſed hoc eſt falſum.

Secundo compertum ſatis eſt, intus Hyeroſolimitanæ religionis clauſuram reſidiſſe Rocchum, à

16 die habitus † cum Thauromiranæ Commendæ in eccleſia D.Ioannis Baptiſtæ ad terram Calatabiani fuerit adſcriptus, quam inhabitauit ſub obediẽtia, *Rot.deciſ.78.nu.2.p.p.* Nec extra monaſterium degit, qui de ſuperiorum licentia ſub regulari obſeruantia in aliquo membro, vel grangia ſui monaſterij pro religionis ſeruitio moratur, *Barboſ.de poteſt.epiſc.alleg.105.nu.17.p.3.* Proinde ſi delinquat non ab Ordinario, ſed à ſuo Superiore puniri deberet, *ex S.C.T.ſeſſ.25.de regular.c.14.* Cum enim Superior licentiam illi dare poſſit, *ex d.ſeſſ.25.c.4.* Dictaque loca ſint membra, & dependentia à ſuis Monaſterijs eodem iure cenſentur, ac eorum gaudent priuilegijs, *c.recollentes.§.cæterum.de ſtat.monach.Barboſ.d.nu.17.* Imo ſi ædes proprias cum licentia inhabitet Nouitius, annum adhuc compleret, & foro interim gaudet, *Nauar.conſ.52.nu.4.conſil.41.nu.3.conſil.81.nu.4.tit.de regular.conſil.10.nu.3.de cleric.non reſiden.Pariſ.de reſignat.lib.3.quæſt.13.num.12. Gratian.in Scholijs,deciſ.35.nu.2.& diſcept.66.n.14. Roderich.regul.quæſt.15.artic.8.10.p.3.Beia. reſpon.caſuum conſcient.p.4.caſ.fin.ad fin. Graff.deciſ.lib.3.c.15.num.18 19.Ricc.in prax.deciſ.501.alias,302.edict.2.Campanill.in diuerſor. iur. canon.rubr.12.c.3.num.3.* Cumque de licentia conſtet, ergo.

17 Tertio incompetens † iudex qualitercũque procedat, ſemper grauat, *l.militaribus.C.de decurion.lib.10. & ex Anna, conſil.7.nu.11.* probat *Valenzuel.conſ.50.nu.20.21.* Sed incompetẽs iudex eſt epiſcopus, cum priuatiuam Hyeroſolimitanæ Religionis Prior Meſſanæ reſidens, habeat iuriſdictionem in cauſis ſiue eccleſiaſticis, ſiue profanis, ad Ordinem ipſum pertinẽtibus, ſeu eius religioſos, quia omnes S.P. ad ſe auocauit, eaſq; exinde Ordinarijs eiuſdẽ ordinis commiſit, ex Bulla Pij, huius nominis IIII. *Valaſc.deciſ.152.nu.10.11.Franc. Leo, Theſaur.for.eccleſ.c.18.nu.71.p.2.* Cum iuris ſit iuriſdictionem

18 † corrigendi Subditorum exceſsus, Regulariũ Prælatis conceſsam, priuatiuè ad ordinarium præſumi, *Abb.c.cæterum.de iudic.& in c.paſtora.nu.6. Felin.nu.4.14.de off.ordin.Bellam.conſ.5.Menoch.lib.2.præſump.18.nu.22.Villag.prax.lib.6.tit. de mod. proced.inte.regular.c.1.concl.1.2.Mareſcot.variar.lib.1. reſol.54.nu.3.Trentacinque var.reſol.lib.1.tit.de iuriſd.reſol.1.nu.9.Anton.Scap.de iur.non ſcrip.lib.1.c.42. Cened.collect.87.nu.4.& canon.quæſt.26.nu.5.Foller.prax.p.vlt.c.36.de mod.proced.contr.monach d num.39.Lęli.Zecc.eccleſ.priuil.44.* Atque ita à Rota, deciſum refert, *Menoch.d.n.22.Pute.deciſ.239.p.3.* Sed

19 Milites † Hyeroſolimitani, eorumque Fratres Capellani religioſi ſunt, & foro gaudent, *D.Tap.de relig.verb.ſua.c.14.nu.19.Decian.lib.4.crim.c.9.num.36.Genuen.pract.quæſt.20.nu.1.Ludouiſ.deciſ.76.nu.1.deciſ.87.num.1.deciſ.109.deciſ.454.num.3.Menoch.conſil.54.num.17.Franc.deciſ.479.Anna,ſing.207.Nouar. Forenſ.quæſt.42.num.2.Amic.de iur.emph.quæſt.25.num.5.Molſeſ.conſil.33.Ponte.conſil.14.in 1.Mohedan.deciſ.10.de cauſ.poſſ.Gratia.diſcep.457.num.24.Maſull.ad Capic.deciſ.109.num.10.Caualc. de brach. reg. p.p. num.88.Bambacar.cap.1.§.qui clericus. quæſt.2.num.41.42.Si de feud.defunct.Craſſ.cleric.effect.1.num.109.Azor,inſtit. moral.lib.13.cap.3.quæſt.2.Tuſc. lit. H.concluſ.107.Rim.Iun.conſil.517.num.23.24.25.29.Sanchez.in pracep. decalog.lib.4.c.16.nu.11.Ricc.collect.503.ampl.1. Rebell.de oblig.inſtit.p.2.lib.3.quæſt.4.nu.13.Mendez.in prax.Luſitan.lib.2.c.1.nu.10.Rodrich.tom.1.Regular.quæſt.1.artic.6.quæſt.13.artic.2.quæſt.3. artic.7.tomo 2.* & à Iuriſdictione Ordinarij ſunt exempti, *Rot.deciſ.72.nu.5.p.p.Amic.d.quæſt.25.num.5.*

Non obſtat Primum, cui ſatis reſponſum cenſeo

20 † tum ex Profeſſione, quam oſtendit, tum ex reſidentia, quam in eccleſia commendæ hactenus feciſse conſtat, cum nec eã probare cogeretur, vt dixi, Coaddito Exemptionis priuilegio, Quia ſola habitus geſtatio ſatis eſt in his militibus, qui Matrimonia non contrahunt, *Bouadill.lib.2.polit.c.19.*

21 *nu.*17. Vt † nec à *Nouar. Forenſ. quæſt.*42.*num.*5. re-
prehendi meruit, cum diſtinguat *Bouadill.* Militem
Hyeroſolimitanæ religionis à cuiuſuis ordinis Mi-
lite, S. Iacobi nempè Alcatanæ, Calatrauæ, quos ve-
re religioſos non eſſe ſcimus, ſed ſecũdum quid, ob
matrimonia, quæ contrahunt, *Lopez.l.*1.*gloſ.magna*
*tit.*7.*p.*1.*Auend.prætor.c.*26.*nu.*2.*p.*2.*Couar.de ſpon-
ſal.p.*2.*c.*3.§.1.*nu.*98. *Azeued.l.*14.*tit.*5.*nu.*3.*lib.*3.
*Paz.conſil.*16.*num.*1.*Guttier.lib.*2.*quæſt.*111.*num.*2.
*Girond.de gabell.p.*7.*num.* 47.*Burg.de Paz.conſ.*17.
*nu.*2.*Molin.de iuſt.& iur.diſput.*141.*diſput.*623.*n.*5.
*& tom.*4.*diſput.*30.*num.*5.*Azor.Inſtitut.Moral.p.*2.
*lib.*13.*cap.*4.*quæſt.*4.*Laſart. de decim.c.*19.*num.*92.
*Arrag.*2.2.*quæſt.*88.*artic.*1.*Valent.tom.* 3.2.2.*diſ-
put.*10.*quæſt.*4.*puncto,*2.*Garz.de benefic.p.p.c.*4.*num.*
15.*Marta,de iuriſd. p.* 2.*c.*32.*nu.*15.*p.*4.*caſ.*113.*nu.*
33.*Molin.de primog.lib.*1.*c.*13.*nu.*94.*Gratia.diſcept.*
363.*num.*20.22.23.26.*Graff.conſ.*11.*nu.*8.15.*lib.*3.
de regular. Nec foro gaudent, nec militaribus priui-
legijs, inhibendi nempè Iudices ſeculares, quandiu
profeſſi non ſint, aut tres illas S. C. T. *ſeſſ.* 24.*c.*11.
conditiones non probarint, *Cened.Canon.quæſt.*4.
*num.*39.40. *Bouadill. lib.*2.*polit.c.*18.*num.*86.*Craſſ.
cler.effect.*4.*num.*72. Miles verò Hyeroſolimitanus
Cruce alba inſignitus foro gaudet, & cæteris mili-
tiæ priuilegijs, quia profeſſus ſtatim eſt aſſumpto
habitu, *ex Rouit.d.conſil.*96.*nu.*9.*Franc.de Leo,The-
ſaur.for.eccleſ.p.*2.*c.*16.*num.*37. Hiſce ergo in term.
loquutos intelligo, *Socc.c. propoſuiſti.de foro com-
petenti Boſſ.eodem titulo num.* 144.*Cened.d.num.*40.
*Maſtrill.deciſ.*166. Quos minus rectè, *Nouar.* perce-
piſſe conſtat, *d.quæſt.*42.*num.*5.

Non obſtat Secundum, Quia ſi vt Apoſtolicæ
22 Sedis delegatus, † Epiſcopus procederet, coram
eo conditiones illæ S. C. T. *ſeſs.*24.*c.*11. Probandæ
erant, cum omne Hyeroſolimitanæ religionis tunc
ceſſet priuilegium ipſeque Epiſcopus Pontificis
perſonam repræſentans, vt eius delegatus, compe-
tens iudex eſt in omnibus. At ſi vt loci ordinarius
Fratrem Cappellanum, aut alium Hyeroſolimita-
næ eccleſiæ miniſtrum velit cognoſcere, Tunc con-
ditionum illarum probatio coram eo ad inſtru-
ctionem tantum, vt de clericatu coram laico iudi-
ce, inquit, *Franciſc.deciſ.*329.*num.*9. Imo, ſatiſque
eſt fidem ſui Prioris oſtendere, quod deſcriptus ſit
in numero, & Matricula militari, *ex gloſ. l.* 3.*C. de
offic.magiſtr.milit.cum alijs citatis, numero* 14. Sunt-
que teſtes in curia prioratus recipiendi, quibus cõ-
ditiones illæ probentur, non in figura iudicij, ſed
ad ordinarij inſtructionẽ, *Bald.l.ſi qua per Calumniã.
C.de epiſc.& cleric. Craß. cleric.effect.* 1. à *nu.*1271.
*Franciſc.deciſ.*329.*num.*13. Etenim religioſis con-
ceſſa fuit exemptio, innuit, *Tuſc.lit.E.concluſ.*566.
*num.*6. In odium Ordinariorum, cum nimis infeſti
religioſis fuiſſent, quos nimis grauabant. Idem er-
go eueneret, ſi coram eiſdem probandæ illæ eſſent
conditiones: Nec fraus in matricula committi po-
teſt, cũ ex libri inſpectione, Negatiua videri poſſet,
aut falſi ſuſpicio, *l.titia textores. ff.de leg.*1.*Surd.de-
ciſ.*231.*nu.*4.*deciſ.*300.*nu.* 11. *Franc.deciſ.*663.*n.*6.
*Pacian.lib.*1.*de probat.c.*44.*nu.*1.*Decian.conſ.*76.*nu.*
37.*conſ.*119.*nu.*7.*conſ.*124.*nu.*69.*in* 3.*Aldouin.conſ.*
63.*num.* 8. *conſil.*76.*num.*60.*conſil.*23.*nu.*9.*Ludouiſ.
deciſ.*416.*num.*8.*Peregr.conſil.*78. *num.*18.*in* 1. *Rot.
Bonon.deciſ.*64.*num.*2.*deciſ.*240.*num.*25.*Caball.cri-
min.caſ.*287.*num.*20.

23. Non obſtat Tertium, Quia † epiſcopus compe-
tens de iure iudex eſt, ratione originis, domicilij,
vel delicti, maximè in figura Iudicij. Niſi aliud pri-
uilegio cautum ſit, *ex S. C. T. ſeß.*25.*c.*20.*Macerat.
lib.*1.*reſol.*18.*num.*6.*Rot.deciſ.*78.*num.*2.*p.p.* Proin-
de nullus eſt proceſſus, contra exemptum, licet pri-
uilegium, nec oppoſuerit, ſi notorium eſt, vel ſi ci-
tatus, vt exemptus ſit, *Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.*
32.*nu.*48. Vel ſi in curia Epiſcopi præſumptio ſcien
tiæ ſit, illum eſſe exemptum, *Caſtr.conſil.*432.*num.*
3.4.*in* 1.*Tuſc.lit.E.concluſ.*566.*nu.*7. Duo enim ne-
ceſſaria ſunt, vt validus ſit proceſſus, & quod iudex
verè eius ſit, & quod iuriſdictionem cum habeat,
ſciat ſe iudicem *l. hac autem.* §.1.*ff..ex quibus cauſ.in
poſſ.eat.vbi Bart.& in l.ſed ſi de ſua ff.de acquir. he-
red.Caſtr.conſil.*432.*nu.*5.*in* 1.*Menoch. conſil.*1045.
*num.*5.*Tuſc.lit.E.concluſ.*566.*num.*8. Sed Rocchus
declinatoriam coram delegato ſtatim oppoſuit, ip
ſumque Vicarium Capitularem iuriſdictione care-
re dixit, *ex Menoch.conſil.*2.*num.*148. Se exemptum
affirmans, illum ergo cognoſcere nec à principio
potuit Vicarius, *ex Felin.c.ſuper litteris.num.*27.*de
reſcript.Dec.c.ad audientiam.num.*4.*de appell.Alex.
conſil.*1.*num.*11.*in* 5.*Rim.iun.conſil.*730.*nu.* 33.*Me-
noch.conſil.*2.*num.*149.

24 Reſpon. II. Quod ſi † delinquens à iuriſdictione
iudicis illius loci, vbi deliquit exemptus ſit, vt mo-
nachus, quocunque in loco delinquat, conuenien-
dus tamen, & accuſandus eſt coram ſuo Abbate,
*Soc.c.poſtulaſti. quæſt.*17.26.*de foro competenti Dec.
lib.*4.*crim.c.*17.*num.*35. Licet commiſſo iam deli-
cto exemptionis priuilegium impetraſſet, non ta-
men poſt citationem, *Ioan.Andr.cap.*1.*de priuileg.
Socc.d.c.poſtulaſti.quæſt.*20.*Decian.d.num.*35.

25 Reſpon. III. Coram incompetente † Iudice per
errorem in dubio comparuiſſe cenſetur litigator, ſi
peritus iuris non ſit, *Socc.c.ſignificaſti.nu.*38. *ad fin.
de foro compet.Specul.titu.de iudic. compet.*§.1.*nu.*8.
*Barboſ.l.*1.*artic.*3.*num.*23.27.32.*ff. de iudic. Alex.
conſil.*216.*ad fin.in* 6.*Decian.lib.*4.*crim.c.*23.*nu.* 13.
*Vanti.de nullit.tit.quibus modis nullit. defend. num.*8.
*Farin.quæſt.*7 *num.*4.*Guazz.reor. defenſ.*1.*c.*7.*num.*
20.*Gratian. deciſ.* 78.*nu.*17.*Menoch.lib.*2.*præſumpt.*
19.*nu.*12.*Amat.deciſ.*9.*nu.* 5. In dubio alterius iu-
riſdictionem prorogare voluiſſe nemo præſumitur,
*Honded.conſ.*21.*nu.*22.*in* 1.*Guazz.d.c.*7.*nu.* 3. & ex
errore potius, *Tuſc.lit.P.conſ.*926.*num.*14. Sed nul-
lus eſt errantis conſenſus, *l. ſi quis per errorem.ff.de
iuriſdict.omnium iud. Menoch. d.præſumpt.*19.*num.*9.
*Tuſc.lit.E.concluſ.*327.*Roſentall. de feud.c.*12.*concl.*
1.*num.*49.60.*Rim.iun.conſil.*792.*nu.*10.*Schrader.de
feud.p.*10.*ſect.*1.*nu.*137.*Hering. de fideiuſſ.c.*5.*num.*
172. Nihilque magis conſenſui aduerſatur, quàm
error, *Corn.conſil.*293.*nu.*19.*in* 3.*Menoch.conſ.*561.
*nu.*40.*Bardell.conſil.*162.*nu.*14. Ipſaque prorogatio
non niſi à ſciente ſit, *Schrader. de feud.p.*10.*ſect.*1.
*nu.*138.*ſect.*7.*nu.*101.*ſect.*9.*num.*196.*Amat.deciſ.*9.
*nu.*58.*Colla,de ſcient.& ignor.centur.*2, *diſtin.*66.*nu.*
15. eius namque conſenſus requiritur, *Honded.conſ.*
21.*nu.*20.*in* 1.*Guazz.d.nu.*3. Vt nec ancipitem eum
eſſe ſatis ſit, *Decian. lib.*4.*crim.c.*23.*num.*13.*Guazz.
d.cap.*7.*num.*18.

26 Reſpon. IIII. Vt ſi quis allegati † poteſt conſenſus, coactus fuit, cum ſe carcerari à delegato permiſſerit, ipſaque coacta voluntas, impropriè voluntas eſt, glof. l. ſi mulier. §. fin. ff. quod met. cauſ. Iaſ. l. qui in aliena. §. celſus. numero 35. ff. de acquiren. hæredita. Dec. l. velle non creditur. numero 4. ff. de reg. iur. Nec ſi vi, aut metu compulſus eſt, l. 2. ibi, Aut ſi cum reſtitiſſet quiuis ex Litigatoribus, viribus prætura compulſus eſt, Nulla iuriſdictio eſt. ff. de iudic. Iacob à Sancto Georgio l. conſenſiſſe. numero 5. ff. de iudic. Vulte l. 1. numero 181. C. de iuriſdictione omnium iudiciorum. Soc. capit. ſignificaſti. numero 39. de foro competenti Corrad. de officiali prætor. titulo de ſatiſdat. numero 11. Decian. libro 4. crimin. capitulo 23. num. 14. Menoch. conſilio 2. numero 169. 220. Heriug. de fideiuſſ. capitulo 5. numero 195. Guaz. reor. defenſione 1. capitulo 7. numero 19. Raudens. conſilio 28. numero 5. in 1. Vant. de nullit. defect. iuriſdict. deleg. numero 31.

27 Reſpon. V. Hyeroſolimitanæ religionis foro, Fratres Cappellanos renuntiare non poſſe, vt de æquitibus, inquit, Aretin. §. idem iuris. numero 44. inſtitut. de except. Caball. crimi. reſolu. caſ. 225. numero 11. 12. Rusticor. fideicommiſſ. libro 5. capitulo 5. numero 3. Valenzuel. conſilio 95. numero 51. Craſſ. cleric. effect. 1. numero 109. Borrell. Summ. deciſ. titulo 41. numero 132. p. p. Eſt enim fori priuilegium, (vt reliqua eius omnia) Ordini principaliter cõceſſum, ad tex. l. ne quis. & ibi, gloſ. C. de aduoc. diuerſ. iud. Secundario perſonis, quæ illi inſeruiunt. Franciſc. Leo. Theſaur. for. eccleſ. capitulo 18. numero 107. p. 2. Caball. d. caſ. 225. numero 13. Clericorum inſtar, capitulo ſi diligenti. capitulo ſignificaſti. de foro competenti Roderic. regul. quæſt. 63. articulo 10. to. 2. Ricc. deciſ. 163. numero 9. Craſſ. d. effect. 1. numero 43. 44. 45. Qui in quacumque iudicij parte compareant, nulla reddunt acta omnia, Grammatica deciſ. 61. numero 19. Valenzuel. conſilio 95. numero 52. Tuſc. lit. E. concluſ. 567. numero 7. 8. etiam poſt ſententiam, Seſſe de inhibit. capitulo 5. §. 6. numero 5. Idemque eſt, ſi non opponerent, Dec. conſilio 241. Valaſc. deciſione 65. Valenzuel. d. numero 52. Surd. conſil. 396. numero 30. Franc. deciſione 400. numero 6. 7. Decian. lib. 4. crim. capitulo 9. numero 61. Craſſ. d. effect. 1. numero 228. Fori renuntiatione non obſtante, Calà, de mod. articulo §. 1. gloſ. 1. numero 62. Gratian. deciſ. 78. num. 36. Quia nec tacite, nec expreſſe in laicum iudicem conſentire ipſi poſſunt, Franciſ. deciſ. 400. numero 6. Etſi primæ tonſuræ ſit, capitulo 2. de foro competenti Ruin. conſ. 23. in 2. Crauet. conſ. 616. num. 13. Farin. quæſt. 8. num. 14. Craſſ. d. effect. 1. num. 53. Gratian. deciſ. 49. num. 46. Rim. Iun. conſ. 619. num. 36. Proinde exemptus ſuo etiam priuilegio tacite, vel expreſſe, adeo renuntiare prohibetur, vt data renuntiatione quacunq; Superior adhuc reuendicare poſſet, Caſtr. conſ. 432. nu. 5. in 1. Tuſc. lit. E. concluſ. 566. num. 9. & cum Hyeroſolimitanæ religionis priuilegia, decreti irritantis clauſulam habeant, renuntiari partium conſenſu illis non poſſe voluit, Gloſ. capit. ſtatutum. §. in nullo quoque de reſcript. in 6. Creſcen. deciſ. 3. num. 2. de foro competenti deciſ. 4. num. 3. de priuileg. Capic. deciſ. 9. ad fin. Menoch. conſil. 443. numero 11. Monald. conſil. 4. num. 19. 21. 22. 33. 34. conſil. 73. num. 6. in 2. Gabr. titul. de clauſ. concluſ. 3. num. 18. Tuſc. lit. T. concluſ. 115. nu. 2. 11. Guttier. lib. 3. pract. quæſt. 15. nu. 3.

Non obſtat Quartum, quod prorogata fuerit
28 iuriſdictio, Quia ſi reus † coram incompetente iudice interrogatus reſpondeat, putans illum eſſe cõpetentem, non dicetur prorogata iuriſdictio, ſed conſtito de errore omnia poſſent reuocari, Gloſ. & Caſtr. nu. 4. in l. 2. §. 1. ff. de iudic. Morla in empor. tit. 2. de iuriſdict. in præmiſſ. nu. 111. Guazz. reor. defenſ. 1. c. 7. nu. 17. Carot. ſing. 210. Tuſc. lit. P. concluſ. 926. nu. 12. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 1. nu. 141. Siue error ex vtraque parte ſit, ſiue ex altera tantum, Tuſc. d. nu. 12. Guazz. d. nu. 17. Impeditur namque prorogatio facti ignorantia, Bero. conſ. 9. nu. 28. in 3. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 42. nu. 8. Farin. quæſt. 7. nu. 4. Guaz. d. num. 17. Imo ſola dubitatio vitiat prorogationem, Iaſ. d. l. ſi per errorem. num. 9. Decian. d. c. 23. nu. 13. Nec ſi ſuperueniat ſcientia incompetentiæ, reconualeſcit proceſſus, Guaz. d. c. 7. num. 18. Tum quia non prorogat, qui coactus comparet, Angel. l. ſed etſi ſuſceperit. ff. de iudic. Amat. deciſ. 24. num. 42. Barboſ. l. 1. artic. 3. num. 73. ff. de iudic. Hering. de fideiuſſ. c. 5. nu. 174. Vel ſi territus ſit, Randen. d. conſil. 28. num. 4. Tum quia prorogata non eſt eius iuriſdictio, Qui cauſam cognoſcere non poterit, Curt. Iun. l. 2. nu. 22. 23. ff. ſi quis in ius vocat. Ruginell. pract. q. 42. num. 17. 18. Menoch. conſil. 2. nu. 149. Prorogatio
29 † ſupponit Iudicis habilitatem, l. 1. C. vbi de crim. agi. opor. Iaſ. d. l. ſi per errorem num. 4. Soc. c. propoſuiſti. nu. 14. de foro competenti Marſ. in prax. §. expedita. num. 67. 72. Burg. de mod. proced. quæſt. 29. nu. 10. Vrſill. deciſ. 155. nu. 3. Ruginell. pract. quæſt. 47. num. 71. Morla, d. tit. 2. in præmiſſ. nu. 109. & quæſt. 21. nu. 14. Decian. lib. 4. crim. c. 23. num. 3. Coſta de ſcien. cent. 2. diſtinct. 66. num. 16. Tuſc. lit. P. concluſ. 927. num. 63. Aldouin. conſil. 20. num. 160. Guazz. d. c. 7. num. 6. 8. Cartar. deciſ. 6. num. 6.

Reſpon. II. Exemptus in non ſuum Iudicem cõ-
30 ſentire † & exemptioni renuntiare nõ poteſt, cum non de ſuo tantum, ſed Superioris etiam præiudicio agatur, cui immediatè ſubiectus eſt, Abb. c. cum tempore. nu. 2. de arbitr. Felin. c. P. & G. num. 3. de offic. deleg. Bero. c. at ſi clerici. num. 38. de Iudic. Barboſ. l. 1. artic. 3. num. 188. artic. 4. nu. 15. ff. de iudic. Rim. Iun. conſil. 619. num. 22. Gail. lib. 1. obſer. 40. num. 3. & de pac. public. lib. 1. c. 12. nu. 15. Ancndan. de Cenſibus. c. 78. nu. 14. Franc. deciſ. 540. num. 20. Gratia. deciſ. 78. num. 50. 51. Farin. quæſt. 81. num. 190. 192. Rolan. conſil. 88. num. 19. in 1. Celſ. Hug. conſ. 46. num. 12. Cancer. 2. reſol. c. 2. nu. 197. Ricc. deciſ. 163. nu. 6. p. p. Roderic. regul. quæſt. 63. artic. 10. tom. 2. Guazz. reor. defenſ. 1. c. 7. nu. 25. Mantic. deciſ. 237. nu. 4. Decian. d. c. 23. nu. 25. Caual. de brach. reg. p. 4. nu. 127. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 3. num. 47. tom. 1. Paſet. conſil. 26. num. 4. Cened. Canon. quæſt. 26. num. 11. Peregr. deciſ. 149. num. 8. Menoch. conſil. 1161. num. 25. conſ. 1129.
31 num. 2. Idem ſi immediatè † Sedi Apoſtolicæ ſubiectus non ſit, Mantic. deciſ. 237. num. 4. Paſet. conſ. 26. num. 4. Cened. canon. quæſt. 26. nu. 11. Roderich. regul. quæſt. 36. artic. 5. tom. 1. quæſt. 63. artic. 10. tom. 2. Perez. l. 2. tit. 1. lib. 3. ordin. fol. 467. Zerul. prax. epiſc. §. exemptio. verſ. ſexto eccleſia. p. p. Tuſc. lit. E. concluſus. 566. num. 6. Fuſc. de viſit. lib. 2. c. 8. num. 11. Tapp. de conſtitut. princip. p. 2. cap. 2. num. 19. Mareſcot. re-

ſolut. lib. 1. cap. 5. num. 17. Seraph. deciſ. 595. num. 7.
Sed melitenſes equites Summo Pontifici immedia-
tè ſubiectos dixit. Aretin. §. idem iuriſd. num. 44. in-
ſtitut. de except. Ruſtic. de fideicomm. lib. 5. cap. 5. nu.
2. ſine Pontificis ergo licentia, nemo eorum Ordi-
narij iuriſdictionem poterit prorogare, capitulo 1.
2. capit. ſignificaſti. de for. compet. Auendan. de cenſib.
cap. 78. nu. 15. 22. 24. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 2.
c. 3. num. 13. Suæque exemptioni, abſque Pontificis
licentia renuntiare, Tuſc. lit. E. concl. 566. num. 6. Sed
ea non obſtante reuendicat Superior, Sicut nec po-
32 teſt Vaſallus † inuito domino, c. imperialem. §. præ-
terea. & ibi, gloſ. verb. duos. Afflict. nu. 24. 25. de pro-
hib. feud. alien. per Feder. Abb. c. ex tranſmiſſa. not. 1.
de for. compet. Bart. l. 1. §. & poſt operis. nu. 7. Iaſ. num.
11. Alex. num. 17. ff. de nou. oper. nunt. Bald. l. ſi quis in
conſcribendo. num. 2. C. de pact. Capic. deciſ. 9. num. 15.
Franc. deciſ. 418. num. 2. Gail. d. obſer. 40. num. 6. & de
Arreſt. c. 6. num. 31. Borrell. ſumm. deciſ. tit. 41. num.
97. Gratian. deciſ. 78. nu. 38. 42. Surd. conſil. 47. nu. 25.
28. 34. 36. conſil. 56. num. 13. Menoch. retin. poſſeſſ. re-
med. 3. num. 405. & de arbitr. quæſt. 40. num. 78. Bim.
conſil. 14. num. 19. conſil. 23. num. 6. conſil. 188. num.
24. 25. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 5. num. 227. Oſaſc.
deciſ. 78. num. 13. 17. Azeued. l. 11. num. 15. tit. 1. lib.
4. recop. Ricc. deciſ. 162. num. 8. Guazz. reor. defenſ. 1.
c. 7. num. 5. Marta, vol. 163. num. 7. Peregr. deciſ. 149.
num. 8. Tract. var. tit. 1. de iuriſd. num. 56. Natt. conſil.
160. num. 45. conſil. 636. num. 60. Roſental. de feud.
cap. 12. concluſ. 1. num. 43. concluſ. 4. num. 71. Ruden.
de analog. c. 34. nu. 301. Felic. alleg. 24. n. 20. p. p. Ann.
conſil. 107. num. 9. Tuſc. lit. F. concluſ. 212. nu. 58. 79.
lit. P. concluſ. 927. nu. 8. 14. 19. 20. D. Tappia, de Con-
ſtit. Princip. p. 2. c. 2. nu. 19. Otalor. de nobilit. p. 2. p. 3.
c. 9. nu. 13. Trentacinque var. reſol. lib. 1. tit. de reſcrip.
& priuileg. reſol. 9. nu. 5. 6. reſol. 10. nu. 4. Soc. iun. conſ.
146. num. 16. in 3. Ponte. Quæſt. Laudem. tit. Quis ſit in
dex. verſ. Alij quorum. Rugiuel pract. quæſt. 47. nu. 26.
Sola, ad Decret. Sabaud. tit. de for. compet. gloſ. 1. nu. 9.
12. Seſſe, de inhibit. cap. 26. num. 15. cap. 9. §. 3. num. 3.
33 Nec clericus † ſine Epiſcopi ſui conſenſu, Abb. d.
not. 1. Craſſ. cleric. effect. 1. à num. 42. Cened. canon.
quæſt. 12. num. 10. quæſt. 26. nu. 10. Anna, conſil. 107.
num. 11. Nouar. forenſ. quæſt. 43. num. 3. Roſental. d.
concluſ. 1. num. 69. Ponte de poteſ. proreg. tit. de aſſent.
reg. §. 7. num. 16. Roderich. quæſt. 63. artic. 10. Aze-
ued. conſil. 25. num. 37. Ricc. deciſ. 16. num. 9. Rim.
Iun. conſil. 619. nu. 35. Seſſe de inhibit. c. 5. §. 6. nu. 6. 7.
Decian. lib. 2. crim. c. 22. num. 3. lib. 4. c. 23. nu. 5. Gail.
d. obſer. 40. nu. 7. Etſi primæ tonſuræ cum eſſe dica-
tim. num. 27. Imo nec cum conſenſu epiſcopi, Surd.
conſil. 396. num. 15. Craſſ. d. effect. 1. num. 652.
34 Reſpon. III. Quod ſi citatus in Citantis iuriſdi-
ctionem conſentire nolit, ſatis eſt ſi compareat, ſub
proteſtatione, quod non intendit conſentire, Niſi
quatenus de iure tenetur, Marſil. de vnoquoque. num.
173. ff. de re iudic. Rip. cap. cum M. num. 49. 99. 100.
de conſtit. Barbos. l. 1. artic. 3. nu. 16. ff. de iudic. Gail.
lib. 1. obſer. 48. num. 24. Coſta de ſcient. cent. 2. diſtin.
66. num. 5. Caual. deciſ. 1. nu. 10. p. p.
Non obſtat Quod ex S. C. T. ſeſſ. 25. c. 3. ad Hye-
roſolimitanos equites extenſum conſtat, ex Nauar.
Sayr. Campan. Ricc. Azor. Roderic. & alijs, ſub nu-
mero 12, Quia verbum illud, d. capitulo 3. extra Mo-
naſterium, intelligitur, dum non viuit ſub Superio-
re conuentualiter, ex Sacræ Congregationis decla-
ratione, his verbis. Regularis manens extra clau-
ſtrum de licentia Superioris, etiam in domo depu-
tata ad erectionem Monaſterij, niſi in dicta domo
ſit regularis obſeruantia, vel ſaltim ſub ſuperiore
conuentualiter, ſi deliquerit poteſt puniri ab Ordi-
nario, Prax. epiſcop. p. 2. capitulo 3. numero 42. Cam-
panil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 12. capitulo 13. numero
22. ad finem Barboſ. de poteſta. epiſcop. p. 3. allegat.
105. numero 16. Si tamen maneat de Superiorum
licentia, ſub regulari obſeruantia in aliquo mem-
bro, vel grangia ſui monaſterij, pro Religionis ſer-
uitio, & delinquat, non ab Ordinario, ſed à ſuo ſu-
periore puniendus erit, ex Sacri Concilij Tridentini,
ſeſſ. 25. de Regul. capitulo 14. Quia ſuperior licen-
tiam concedere illi poteſt, ex d. ſeſſ. 25. capitulo 4.
quæ loca cum ſint membra, & dependentia, a ſuis
monaſterijs, eodem iure cenſentur, vt eorum gau-
deant priuilegijs, capitulo recollentes. §. cæterum de
ſtat. monach. Sed hoc non de profeſſis Hyeroſolimi-
tanis, de licentia extra clauſtra morantibus, vt di-
xi. Quin reus hic domum Commendæ inhabita-
bat, ergo.
Ex his Pronuntiauit Curia Archiepiſc. Rocchus
Belloſiore remittatur ad Priorem Eccleſiæ, S. Ioannis
Baptiſtæ, Hyeroſolimitanæ Religionis, Meſſanæ degen-
tem, cum actis omnibus, Anno M D C X V I I.
Fuitque ſic executum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis, iudiciali in actu, non neceſſarius, ſi non interfuiſ-
ſe dixerit, vel non audiuiſſe quod ſcriptum eſt, non
reprobat actum.*
2 *Teſtis vnus ex duobus neceſſarijs, ſi contra inſtrumen-
tum deponat, ſatis eſt ad inſtrumentum reproban-
dum, non ad torquendum.*
3 *Inſtrumentum de falſo ſuſpectum non redditur, ſi teſtis
vnus ex ſupernumerarijs contradicat: Secus ſi om-
nes contradixerint, num. 4. 6.*
5 *Notario falſum ſe ſcripſiſſe inſtrumentum, in alterius
præiudicium etiam in mortis articulo atteſtanti non
creditur.*
7 *Teſtes teſtamento contradicentes cito eſſe debet, vt de
falſo ſuſpectum ſit.*
8 *Vnus, aut duo ex neceſſarijs teſtamenti teſtibus, ſi con-
tradicant, vacillat eius fides.*
9 *Teſtes inſtrumentum reprobantes, An omni exceptio-
ne maiores eſſe debent, ſiue ciuiliter, ſiue criminali-
ter, actum ſit?*
10 *Teſtes ſi ſe non audiuiſſe dixerint, quod ſcriptum
eſt, Quando inſtrumentum vel teſtamentum repro-
bent.*
11 *Teſti ciuili in cauſa examinato non creditur, ſi ita de-
poſuiſſe neget, vt à notario ſcriptum eſt. & quando
ſecus? num. 12.*
13 *Inſtrumentum à notario, qui falſa, alias ſcripſerit in-
ſtrumenta ſuſpectum eſt.*
14 *Teſtes omnes ciuili in cauſa examinati, ſi ſe ita depo-
ſuiſſe negent ſtandum eis non eſt contra Notarium,
niſi illo in actu, ſe ſubſcripſerint, num. 15.*

16 No-

16 *Notario contra teſtem, Aut teſti contra notarium criminali in cauſa examinato non creditur.*

17 *Teſtes criminali in cauſa, ſi notario contradicant, aliter dictum fuiſſe, quam ſcriptum, quam fidem contra eum faciant.*

18 *Falſi ſuſpicio contra inſtrumentum, An tollatur Notarij tortura, qua vrgentia, ſi quæ falſitatis erant indictia, ab eo purgata ſuiſſe conſtat.*

ARGVMENTVM.

Vnus ex neceſſarijs teſtibus in inſtrumẽto, vel teſtamẽto deſcriptis, ſi illi contradicat, An corruat eius fides, vel vacillet.

Teſti, ciuili, aut criminali in cauſa negãti ſe depoſuiſſe, vt ſcriptum eſt, An credendum ſit? vel Notario potius?

Falſi ſuſpicio An ceſſet, ſi per Notarij torturam, purgata ſint Falſitatis indictia?

CONSILIVM LXXVIII.

Controuerſiæ huius diffinitio corã M.R.C. Senatu eſt, in quo ſedere Scio, ſummæ eruditionis viros, vt parum mihi ſit elaborandum, *An in falſi crimen inciderit Actuarius, ſi teſtes aliter, vel non ita, vt ſcriptum eſt, criminali in cauſa dixiſſe aſſirment;* Cuius precibus deuictus non potui omnem operam, & ſtudium polliceri, omnemque meam induſtriam pro temporis anguſtia adhibere, quo intelligat, & ipſe, ac cæteri, me veritati pro viribus deeſſe numquam, Verum ad vberiorem diſceptationis huius cognitionem. Altius repetendam rem eſſe cenſui. Tribus de iure caſibus diſtinctis, quibus veritas in lucem prodeat.

Primus eſt, in Teſtibus à Notario in actis ſuis
deſcriptis, Quæ vel iudicialia acta ſunt, vel inſtru-
1 menta; Iudicialia itaque in quouis † actu, cum te-
ſtes neceſſarij non ſint, ſi non interfuiſſe ipſi dixe-
rint, Actum non reprobant, *Seſſe. deciſ. 107. num. 10.
Natt. conſil. 392. num. 7.*

In inſtrumentis verò, Quibus neceſſarij ſunt te-
2 ſtes, Si † ex duobus alter neget, vitiatur inſtrumen-
tum, *Felin. c. cum Ioannes. num. 50. de fid. inſtrument.
Barto. & Doct. nu. 2. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadm.
teſtam. aperian. Afflict. deciſ. 166. num. 5. Boer. deciſ.
118. nu. 6. Crauet. conſil. 56. num. 20. Neuiz. conſil. 27.
nu. 19. 20. Boſſ. tit. de falſ. nu. 2. 15. Socc. conſil. 46. conſ.
143. nu. 5. in 1. conſil. 203. nu. 15. conſil. 120. num. 5. in
2. Natt. conſil. 95. num. 9. Surd. conſil. 129. nu. 26. Rot.
Auenion. deciſ. 91. nu. 2. Craſſ. except. 19. num. 65. Pacian. lib. 1. de probat. c. 48. nu. 10. Menoch. conſ. 1004.
num. 10. de arbitr. caſ. 105. num. 13. Ludouic. Lucens.
deciſ. 13. num. 16. Morot. conſil. 17. nu. 19. Becc. conſil.
86. nu. 11. Marcell. Calà, de mod. artic. & proban. §. 2.
gloſ. 1. nu. 90. Bertaz. inſtrum. clauſ. 2. gloſ. 2. num. 33.
Maſcard. de probat. quæſt. 6. num. 43. 50. lib. 1. Alba,
conſil. 324. nu. 5. & ibi Scholiaſt. Pancirol. conſil. 149.
nu. 9. Seſſe. deciſ. 107. nu. 11.* nec ad torturam notario
inferendam, *d. §. ſi quis neget. Imol. & Felin. num. 50.
d. c. cum Ioannes. Calà, d. gloſ. 1. num. 90. Natt. conſil.
95. nu. 9. Ruin. conſil. 8. nu. 14. in 3. Craſſ. except. 19. n.
68. Alba, conſil. 324. nu. 4. Menoch. d. caſ. 105. nu. 32.*
3 *36. 37.* Aut vnus † ex ſupernumerarijs, inſtrumen-
to contradicit, & ſuſpectum de Falſo illud non red
di reſoluit, *Boß. (contra Bald.) tit. de falſ. num. 2. 3. 42.
Morot. conſil. 17. num. 13. 19. Farin. conſil. 170. num. 1.
Valaſc. deciſ. 183. num. 34. Ponte, conſil. 43. nu. 14. in
2. Maſcard. d. quæſt. 6. nu. 45. Caual. deciſ. 8. nu. 57. p. 5.
Craß. except. 19. nu. 72. Honded. conſil. 99. nu. 45. in 2.
Menoch. d. caſ. 105. num. 11.* Quia notarij bona fama
inſtrumenti fidem adiuuat, *l. cum precibus. & ibi,
Doct. C. de probat. Bart. l. in exercendis. nu. 14. C. de fid.
inſtrum. Iaſ. conſil. 13. volu. 3. Bald. conſil. 464. in 4.
Sfort. conſil. 78. num. 45. Honded. conſil. 99. nu. 8. in 2.
Morot. conſil. 39. nu. 6.* alias ſecus, *Maſcard. d. quæſt. 6.*
4 *nu. 64.* Si verò teſtes omnes † inſtrumento contradi-
xerint, Tunc nulla illi danda eſt fides, *d. c. cum Ioannes. & ibi Felin. nu. 46. Boer deciſ. 118. nu. 8. 15. Farin.
conſil. 80. nu. 62. conſil. 170. nu. 1. Villalob. comm. opin.
lit. I. nu. 74. Peregr. conſil. 104. nu. 1. in 5. Couar. 2. reſol. c. 11. nu. 12. Socc. Iun. conſ. 88. nu. 1. in 3. Craſſ. except. 19. n. 63. Pancirol. conſ. 58. nu. 14. conſ. 140. nu. 8.
Turret. conſ. 38. nu. 1. 3. 6. in 2. Menoch. d. caſ. 105. n. 9.
Maſcard. d. quæſt. 6. num. 37. 40. 60. Caball. crim. reſol.
caſ. 183. nu. 1. Bertaz. d. gloſ. 2. nu. 29.* Vel ſi duo, aut
tres inſtrumentarij teſtes contra inſtrumenti ſub-
ſtantiam deponerent, *Menoch. de arbitr. caſ. 105. nu.
32. Honded. conſ. 99. nu. 1. in 2. Maſcard. d. quæſt. 6. nu.
46. 48. Valaſc. deciſ. 183. num. 14. Ponte. conſil. 43. nu.
15. 16. 17. in 2.* & Ciuiliter actum ſit, ad remouen-
dam inſtrumenti fidem, *Farin. conſil. 170. nu. 2.* Imo
5 in partium *præiudicium*, nec Notario † creditur,
etiam in mortis articulo, falſum eſſe inſtrumentũ,
*Caſtr. l. Seia num. 1. ff. ad Velleian. Iaſ. l. iuſiurandum.
§. procurator. num. 26. ff. de iureiuran. Boſſ. tit. de falſ.
num. 95. Morot. conſil. 17. nu. 12. Sfort. conſil. 78. nu. 7.
Surd. deciſ. 135. num. 2. 15. 16. Roland. conſil. 58. num.
11. conſil. 82. num. 6. in 2.* ſed ad ſuſpicionem indu-
cendam, *Sfort. conſil. 78. n. 8. Natt. conſil. 124. nu. 15.*
6 Si criminaliter † ad notarij pœnam, Tunc duo te-
ſtes inſtrumentum non reprobant, *ex Bald. nu. 3. Felin. d. c. cum Ioannes. nu. 45. Iaſ. l. duobus. §. fin. nu. 17.
ff. de iureiur. Sichar. & Salic. nu. 4. in l. in exercendis. C.
de fid. inſtrum. Negus. conſil. 83. nu. 5. 9. Vivi. deciſ. 81.
nu. 5. Boß. tit. de falſ. nu. 40. 41. Farin. conſil. 170. nu. 2.*
Nec vnus ad notarij torturam ſatis erit, *Cuman. conſil. 136. ad fin. Franc. Marc. deciſ. 486. num. 9. p. p. Boſſ.
tit. de falſ. num. 41. 42. Natt. conſil. 394. num. 3. Morot.
conſil. 17. nu. 19. Honded. conſil. 99. nu. 47. in 2. Farin.
conſil. 170. num. 2.* qui contrarios increpat, *ex Menoch. de arbitr. caſ. 105. num. 13. 14.* Imo ſi de tortura
eſſet agendum, à teſte, non à Notario incipi neceſſe
eſſet, *Bald. conſil. 166. num. 2. in 2. conſil. 383. num. 4.
vol. 5. Boſſ. tit. de falſ. num. 16. Farin. conſil. 88. num. 4.*

Verum arguendo ab inſtrumẽtis, in quibus duo
neceſſarij tantum ſunt teſtes, ad teſtamenta, in qui-
bus ſeptem requiruntur, Quod ſi criminaliter ad il-
7 lud reprobandum, actum ſit † Octo ſaltim debene
eſſe teſtes, *ex Odofred.* quem *commun.* inſequutum
inquit, *Albert. l. cum precibus. num. 3. C. de probat.*

bat. Cuman.l.1.§.ſi quis neget.nu.7.ff.quemad.teſtam.
aper.Specul.titul.de inſtrument.edit.§. reſtat videre.
num.3. Nec quatuor teſtes indictium faciunt ad tot
8 turam, *Farin.conſil.170.num.7.* Vacillat † ſolum te-
ſtamenti, vel inſtrumenti fides, ſi vnus, aut duo ex
ſeptem neceſſarijs teſtibus contradicant, cum per-
fectus non remanſerit numerus, *gloſ.d.§.ſi quis ne-
get.& ibi,Bart.nu.2.7.* qui de contradictione vnius
tantum teſtis loquitur, *Angel.conſil.169.*plenè *Va-
laſc.deciſ.183.à num.3.Surd.conſil.378.num.11.Pe-
regr.conſil.104.num.1.in 5.Morot.conſil.39.num.2.
Sfort.conſil.78.num.4.5.Cephal.conſil.512.num.1.2.
Hondcd.conſ.99.nu.46.in 2.* Secus ſi ſuperabundans
ille ſit, *Cephal.conſil.512.num.24.conſil.546.nu.76.*
9 Cæterum ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur,
vel ad notarij pœnam, vel ad inſtrumentum repro-
bandum, eiuſuè torturam, An teſtes inſtrumentum
reprobantes omni exceptione maiores eſſe debeãt.
Diſtinguendum cenſui.

Aut inſtrumẽtarij non ſunt teſtes, Tunc propter
inſtrumenti præſumptionem, omni exceptione ma
iores eſſe debent. *ad text.l.optimam.C.de contrah.Sti-
pul.gloſ.c.tertio loco.& ibi Dec. de probat. Salic.d.l.in
exercendis.num.4.Felin.d.c.cum Ioannes,nu.44.Bart.
conſil.147.nu.36.p.2.Bald.conſil.37.n.5.in 1.Alex.
conſil.53.num.2.in 7.Dec.conſil.101.Boer.deciſ.118.
num.7.14.26.27.Crauet.conſil.75.nu.14.Valaſc. de-
ciſ.183.num.31.Franc.Marc.deciſ. 486. num.17.p.p.
Surd.conſil.414.num.92. conſil. 378.nu.33.Oſaſc.de-
ciſ.64.num.49.conſil.66.nu.2.Farin.conſil.54. nu.23.
& ibi Scholiaſt.lit.B.conſil.88.num.3. conſil.170.n.4.
Morot.conſil.69.num.14.conſil.39.nu.9.Honded. con-
ſil.99.num.26.in 2.Burſ.conſil.311.num.35.Maſcar.
de probat.lib.1.quæſt.6.num.68.concluſ. 919.nu.5.8.
concluſ.1360.num.2.Calà,de mod.artic. & proban.§.
2.gloſ.1.num.92.*

Aut teſtes inſtrumẽtarij ſunt, qui inſtrumentum
reprobant, Tunc *magis comm.* eſt, omni exceptione
maiores eos eſſe non debere, *Scholiaſt.ad Farin. d.
lit.B.*& ipſi magis, quam alij attendi debent, *Cepha.
conſil.546.num.98.* Imo, nec quidquam eis opponi
poteſt, *Cephal.conſil.546.num.78.* accedente præ-
ſertim Notarij fide de teſtamento rogati, *num.79.*
cum enim à partibus rogati ſint, approbati dicun-
tur. & licet diſſentiat, *Boſſ.tit.de falſ.num.43.Farin.
conſil.170.num.4.Anchar.famil. quæſt.71.num.8.9.
p.p.Maſcard.d.quæſt.6.num.56.57.Menoch.de arbitr.
caſ.105.nu. 7. ad fin.* aſſerentes leuiſſima quauis ex-
ceptione eos repelli, *Iaſ.conſil.114.in 1.Corn.conſil.
261.in 4.Anan.conſil.197.num.2.Grat.conſil.74.nu.
1.in 1.Crauet:conſil.56.num.3. Honded.conſil. 99.nu.
30.in 2.Couar.2. reſolut.c.13.num.11.Farin.d.nu.4.
Menoch.d.caſ.105.num.23.Morot.d.num.14.* Eos ta-
men accipiendos duxi, ſi teſti inſtrumentario ſu-
perueniant defectus, poſt celebratum inſtrumentũ,
*ex Menoch.d.caſ.105.nu.7.Anchar.Iun. d.quæſt.71.
num.5.* Vel procederent ſolum quoad partes, non
quoad notarium, *Boſſ.d.tit.de falſ.num.46. Anchar.
d.quæſt.71.num. 8. Menoch.d.caſ.105.num.7.Farin.
conſil.88.num.3.Honded.conſil.99.num. 28. in 2.* Vel
ſi ab vno tantum teſte reprobetur inſtrumentum.
Tunc omni exceptione maior is eſſe debet, *Maſcar.
d.quæſt.6.num.59.Scholiaſt.ad Farin.d.lit.B. Caſſ.d.*
10 *except.19.num.88.* Nec ſatis † eſt dixiſſe teſtes, non
audiuiſſe, *Dec.conſil.101.Morot.conſil.39.num.8.
Menoch.d.caſ.105.num.31.Burſ.33.num.13.* niſi ad-
dant, nec potuiſſe dici, quin audiuiſſent, *Honded.
conſil.99.num.35.in 2.* Imo nec teſtes, ſi criminaliter
agitur ad inſtrumentum, ſeu teſtamentum repro-
bandum admittuntur, niſi de toto eius tenore de-
ponant, *Foller. in prax.gloſ.item quod commiſit falſi-
tatem.num.64.Burſ.conſil.33.num.10.Maſcard.de
probat.lib.1.quæſt.6.num.72.& concluſ.919.num.3.*
ac directo contradicant, vel quod non interfuerint,
vel ſi interfuerint, non fuit ita dictum, vt ſcriptum,
Surd.conſil.378.num.45.Caſſ.except.19.num.66.
Niſi inſtrumento, vel teſtamento, ſe ſubſcripſerint
teſtes, *Bart.d.§.ſi quis neget.num.10.Alexan.conſil.
147.num.4.in 2.Guid.Pap.deciſ.503.Natt.conſil.
287.nu.4 Roland.conſil.44.nu.28.in 1.Borrell.conſil.
44.nu.12.16.18.Craſſ.except.19.nu.86.Maſcard.d.q.
6.nu.51.Seſſe,deciſ.107.num.13.Caldas.de empt.c.6.
num.12.* Subſcribens enim perinde habetur, ac ſi to-
tam ſcripturam ſua manu ſcripſiſſet, *ex Alexan.&
alijs,tradit Pra. conſil. 26.num.8.Ludouiſ.deciſ.454.
nu.5.7.Pancirol.conſil.118.nu.26.conſil.173.num.5.
Caldaſ.d.c.6.nu.15.Natt.conſ.287.n.4.Surd.conſ.61.
n.31.Roland.conſ.44.nu.28. in 1.Rot.deciſ.603.n.2.
p.2.* Secus ſi deceptum ſe fuiſſe probaret ſubſcriben-
do ipſamquè ſcripturam aliter lectam, quam ſcrip-
tam fuiſſe, *Bart.d.l.in exercendis.num. 13. & in d.§.
ſi quis neget.nu.11.Capic.deciſ. 192. nu.5.Menoch.de
arbitr.caſ.105.nu.23.Borrell.conſil.44. nu.17.Maſc.
d.quæſt.6.num.36.Morot.conſil.39.num.7.*

Quæ hactenus priori hoc in caſu dicta ſunt, no-
ſtræ non conueniunt controuerſiæ. Accipienda ta-
men cenſeo, quoad fidem non adhibendam inſtru-
mento, non ad conuincendum notarium illumque
de falſo puniendum, ex multis *à Caball.crim.reſol.
caſ.183.num.1.2.Viui.deciſ.81.num.6.* Sed ad inqui-
rendum contra alterutrum.

11 Secundus Caſus eſt, in Teſtibus † ciuili *in cauſa*
examinatis, Tunc magis creditur notario, quàm te-
ſti neganti, ſe ita depoſuiſſe, *Abb.c.ad audientiam.
de præſcript.Capic.deciſ.61.num.5. & ibi, Petra,lit.
C.Clar.§.falſum.num.15.Marant. conſil.50.num.15.
Seſſe,deciſ.107.n.1.2.Maſcar. de probat.concl.1094.
num.11.concluſ.1099.num.7.9.Natt.conſil. 392.nu.
2.Farin.conſil.65.num.50.Teſſaur.lib.1.forenſ.quæſt.
31.nu.3.Tuſc.lit.T.concl.245.nu.1.* Vt contra teſtem
procedi poſſit ad torturam, ſtante eius varietate, ſi
expedit iudici ſtare primo illius dicto, *Marant. d.
conſil.num.50.6.* Nec vacillat notarij fides, *Soc.re-
gul.421.Roland.conſil.38.in 1.Boſſ.tit. de falſ. num.
13.Seſſe,deciſ.107.num.5.* Idem ſi plures ſint teſtes
notario aduerſantes, *Bald.conſil. 281.num.2.in 2.*
maxime ſi viles ſunt, & notarius integræ famæ,
Tuſc.d.concluſ.245.num.2. Vel ſi alij teſtes pro No-
tario teſtentur, *l. iubemus. & ibi Caſtr. Bald. Salic.
C.de probat.Sfort.conſil.78.num.41.* Tum quia pro
notario præſumitur *l.ſi quis decurio.C.de falſ.cap. ad
audientiam.& ibi Abb.de præſcript.Alciat.regul.2.
3.præſumpt.13.Crauet.conſil.75.nu.8.Menoch.lib.2.
præſumpt.29.Capic.deciſ.61.num.7.Sfort.conſ.78.nu.
27.45.46.49.Teſſaur.d.quæſt.31.num.3.Natt.conſil.
392.nu.2.Seſſe,deciſ.107.nu.7.Bero.conſil.102.n.23.*
12 *in 1.Burſ.conſ.311.num.55.* Niſi de falſo † ſuſpectus
ipſe ſit, vel Teſtis perſona ſatis notabilis, *Angel.
d.§.*

*d.§.ſi quis neget.Bald. conſ.*281. *in* 2. *Imola,conſil.*4. *num.*2. *Tuſc. d. concluſ.*245.*num.*4. *Capic. deciſ.*61. *num.*6.*Seſſe,deciſ.*107.*num.*6.7.8. *Natta,conſil.*392. *num.*1.& alios duos haberet conteſtes, *Bald.conſilio* 55.*in* 1.*conſ.*385.*in* 5. *Tuſc.d.concluſ.*245.*numero* 5.

13 Generale eſt † inſtrumentum ſuſpectum reddi, ſi à Notario confectum ſit, qui falſa inſtrumenta, alias ſcribere conſueuit, *Gloſ.d.l.iubemus.verb.ſuſpe ctus.Crauetta,conſil.*134.*num.*34. *Natta, conſil.*124. *num.*6.*Calà,de mod.artic.& proban.* §.2.*gloſ.*1.*num.* 1479.*Maſcard.de probat.concluſ.*740.*nu.*25.*Teſſaur. deciſ.*117.*num.*11.*Sfort.conſ.*78.*num.*12. Suſpecta ſi eſt notarij perſona, ſuſpecta quoque redditur eius ſcriptura,*Natta,conſ.*124.*num.*6.*Sfort.conſ.*78.*num.*

14 12.vel ſi teſtes † omnes examinati,ſe non ita dixiſſe affirment, *Angel.d.§.ſi quis neget.Alex.conſil.*65. *in* 2.*Capic.deciſ.*61.*num.*5. *Marant.conſil.*50.*num.*7. *Seſſe,deciſ.*107.*num.*7.*Natta,conſil.*392 *num.*7. *Caldas,d.cap.*6.*num.*4. vel ſi contra notarium vrgeret

15 præſumptio: Niſi † ciuili eorum teſtationi ſe ſubſcripſerint,tunc illis negantibus, nec captura contra actuarium concedendam voluit,*Clar.§.fin.queſt.* 53.*num.*17.*§.falſum.num.*15. *Seſſe, deciſ.*107.*num.* 14.*Tuſc.d.concluſ.*245. *num.*3. Sed à teſtis tortura incipiendum eſt, cum ſit minoris fidei, *Bald.conſil.* 385.*in* 5.*Tuſc.lit.T.concluſ.*249.*num.*6.*Clar.d.quæſt.* 53.*num.*15.

16 Tertius caſus eſt, in teſtibus † criminali in iudicio examinatis, tunc non creditur notario contra teſtem,nec teſti contra notarium, *Abb. cap.ad audientiam.de præſcript. Specul.tit.de teſtib.* §.*fin. & de inſtrum.edict.§.reſtat. verſ.ſed quid ſi vnus. Alexan. conſil.*65.*in* 2.*Crauetta.conſil.*13.*num.*3. *comm.Craſſ. lib.*2.*cap.*17.*queſt.*22.*comm. Clar.§.falſum.num.*15. *& §.fin.queſt.*53.*num.*17. *Capic. num.*5. *& Petra,lit. A.in deciſ.*61.*Capic.deciſ.*94.*num.*1. *Guazz. reorum defenſ.*28.*cap.*15.*num.*1. *Seſſe,deciſ.*107.*num.*1.7.8. *Caball.crim.reſol.caſ.*183.*num.*2.3. *Boſſ. tit. de falſ. num.*16.18. *Marant.conſil.*50.*num.*2.6. *Alciat.reg.* 3.*præſumpt.*13.*num.*19. *Menoch. lib.*2.*præſumpt.*79. *num.*15.*Tuſc.lit.T.concluſ.*245.*nu.*3.6.10.. *Azeued. l.*2.*num.*45.*tit.*8.*lib.*4.*recopil.Pacian.lib.*2.*de probat. cap.*48.*num.*57. *Teſſaur. lib.*1.*forenſ.queſt.*31. *num.* 4.*Farinac.queſt.*159.*num.*204. *Couarr.* 2.*reſolut. cap.* 13.*num.*10.*Natta,conſil.*392.*num.*1. *Maſcar.de pro-*

17 *bat.concluſ.*1094.*num.*8. Licet plures † ſint teſtes, qui depoſuiſſe negent, vt ſcriptum, Quia eorum depoſitio non ad notarij torturam,ſed ad inquirendum eius indicium,*Natta,conſil.*392. *Roland.conſi.* 39.*num.*17.23.*in* 1.*Guazz.d.cap.*15.*num.*2. cum ſingulares ſint omnes, quia ſeparatim recepti, *Capic. deciſ.*94.*Seſſe,deciſ.*107.*num.*1.8. *Natta, conſil.*392. ad falſitatem tamen probandam ſatis ſunt, *Menoch. (con ra alios)d.caſ.*105.*num.* 10. *Caball. d. caſ.*183. *num.*5.6.*Rota Anenion.deciſ.*33.*num.*3.Sed cum tortura,*Clar.d.queſt.*53.*num.*15. *Tuſc.lit.T.concl.*249. *num.*13. *Gabr.tit.de teſtibus. concluſ.*26.Niſi,omnes contradiceant,ipſeque Notarius ſit malæ famæ,*Crauet.conſil.*74.*Roland.conſil.*38.*num.*17.*in* 1. *Tiraqu. de pœn cauſ.*51.*num.*129. *Teſſaur.d.queſt.*31.*num.*5. *Maſcard.concluſ.*1094.*num.*15.20. Eoque magis ſi Notarius ipſe non ſit,ſed ſimplex ſcriptor,*Aretin. §.item verborum.inſtit.de inutil.ſtipul.Auguſt.ad Angel.de maleſic.verſ.falſario.in princ. Alex. conſil.*65.

*volum.*2. *Gramm.deciſ.*60. *Boer.deciſ.*118. Notarij namque habent iuuenes,& ſubſtitutos,qui principalis Notarij nomine id omne agunt, *Ludouiſ.Rot. deciſ.*454.*num.*4. Si vero index præſens fuit in criminalibus,vt eſſe debet,*l.apud eloquentiſſimum.C.de fid.inſtrument. Valenzuel.conſil.*92.*num.*80. creditur Notario bonæ famæ,*Maſcard.d.num.*20. licet teſtis contradicat,*Alex.conſil.*65.*num.*1.6.*in* 2. *Tuſcus, d. concluſ.*245.*num.*7.8.maxime ſi teſtes ſe ſubſcripſerint,lecto prius eorum examine, *Bart.de teſtib.num.* 54.*Curt.de teſtib.concluſ.*42.*num.*88. *Crauet.conſ.*13. *num.*2.*conſil.*47.*numero*2. *Clarus §.final. queſtio.*54. *num.*17.*& §.falſum. num.*11. *Guazz. reorum defenſ.* 28.*cap.*15.*num.*6.7.*Petra,ad Capic. deciſ.*61. *lit. C. Farinac.queſt.*159.*numero* 189.192.*Maſcardus,concluſ.*1094.*numero*11. *Teſſaur. d.queſt.*31.*numero*6. 7. vel ſi dum neſcirent ſcribere, ſignum crucis faciant,*Neuizan.conſil.*24.*num.*2. *Villag. practic.crimin.lib.*8.*cap.*1.*concluſ.*17.*Rota Anenion.deciſ.*33. *num.*17.*Guazz.d.num.*6. *Caldas,de empt. cap.*6. *numero*21.Quia ſubſcriptio conſenſum operatur, *Rolandus,conſilio*2.*numero*36.144.*in* 1. *Borrell.conſilio* 44.*numero*15. vt de falſo puniendus ſit teſtis, ſi negaret, *Clar.d.§.falſum.* Si vero non aſſiſteret iudex, vacillaret notarij fides in criminalibus, *Seſſe, deciſ.* 107.*numero*6.*Teſſaurus d.queſt.*31.*numero*7. *Natta,conſilio* 392. Sed creditur iudicem fuiſſe præſentem, ſi in actis dictum ſit,coram iudice, *Petra, ad Capic.deciſ.*61.*lit.C.Clarus §.final. queſt.*64. *Menoch. de arbitrar. caſ.*340. *numero* 10. *Farinac. queſt.*47. *num.*140.

His hactenus excuſſis,reliquum eſt, an falſi ſuſpi

18 cio † contra inſtrumentum ceſſet, purgatis à notario indicijs,qui ſua tortura verum illud eſſe ſubſtinuit?Qua in re,*Teſſaur.lib.*1.*forenſ.queſt.*47. *à num.* 12. Contrarius eſt,*à Morot. conſil.*17. vtque clarior ſit rei veritas; Diſtinguendum cenſui.

Aut, vtraque pars criminali in iudicio citata, contra notarium interuenit, qui ſua tortura verum eſſe inſtrumentum ſubſtinuit, tunc ceſſat falſi ſuſpicio,*ex Baldo,conſilio* 116.*in* 2.*conſil.*79.*in*5. *Teſſaur. dicta queſt.*47.*num.*14. nec diſſentit, *Guazz.reorum defenſ.*19.*cap.*18.*numero* 12. Abſolutoria namque Notarij ſententia prodeſt partibus,ſicut nocet eius condemnatio, illis criminali in cauſa citatis, *Bart. l.*2.*ff.de præuaricat. Iaſ.l.iuſiurandum.§.procurator. num.*27.*ff.de iureiur.Surd.deciſ.*235.*nu.*13. *Teſſaur. d.queſt.*47.*num.*15. tortura namque remouet indicia, *Ludouic.Lucenſ.deciſ.*13.*num.*59.64. *Farinacius queſt.*40. *num.*2.

Aut citatæ non fuerant partes, tunc ſuſpicio falſi,contra inſtrumentum vrgens, Notarij tortura non purgatur, *Guaz.d.num.*12. Quo in caſu loquitur,*Morot.conſil.*17.& declarat *Teſſaur. d. queſt.*47. *num.*18. Notarij namque condemnatio ſcripturæ fidem non diminuit,ſi pars, cui ex hoc ſit præiudicium citata non eſt, *Bart.l.denuntiaſſe.* §.*fin. num.*1. *ff.de adult.& in l.*2.§.5.*n.*4.*ff.de præuaric. Sfort.conſ.* 78.*n.*32.*Surd.conſ.*173.*n.*81.*deciſ.*235.*n.*3.

Ex his,*Notarium tortum fuiſſe accepi,& inſtrumentum pro falſo habitum*, Licet falſitatis indicia, ſua tortura purgaſſet,cum negauerit, Anno 1596.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officialis creatio, etſi, nouiter à Prorege facta, Meſſanæ, Priuilegijs non aduerſatur.*

2 *Priuilegium actu contrario non tollitur, ſi ſucceſſiuum eſt, niſi quoad actum illum.*

3 *Priuilegium in infinitum extenditur, nec ad primum actum reſtringitur.*

4 *Filius ſua voluntate à Patre exhæredatus non rumpit teſtamentum.*

5 *Officialis propriè eſt, qui iuriſdictionem exercet, ipſumque officium ſeruitij eſt, & miniſterij nomen.*

6 *Officia noua Rex conſtituit.*

7 *Magiſtratus Rex creat, eorumque numerum auget, iuriſdictionem prorogat, & reſtringit.*

8 *Officialis noui creatio, non derogat veteri.*

9 *Locumtenentem pro abſente, impedito, vel mortuo, creare, non eſt nouum Officialem conſtituere.*

10 Text. l. parabolani. C. de epiſcop. & cleric. *declaratur.*

11 *Neceſſitatis caſu excepto, Locumtenentem creare, & nouum Officialem conſtituere. quis poſſit? Diſtingue, num. 12.*

13 *Officialis, ſi in alterius locum fuerit ſubrogatus, primus officio illo priuatus omnino cenſetur.*

14 *Cauſarum vniuerſitas, ſi cui fuerit commiſſa, nouus is erit officialis.*

15 *Delegatus vna in cauſa, ſi quis ſit, Nouus dicitur Officialis.*

16 *Iuriſdictione vtitur, qui delegat.*

17 *Prohibitus ad aliquod officium Priuilegio, aut Statuto repugnante, illud ſub colorato alio nomine, aſſumere non poteſt.*

18 *Officialis ſi quis eſſe prohibetur, prohibita quoque cenſetur electio, ad tale officium.*

19 *Fraus legi fit, ſi quod directè fieri prohibetur, indirectè fiat.*

20 *Iuriſdictione demandata, omnia demandata intelliguntur, ſine quibus explicari nequit.*

21 *Fiſcus nullam habet iuriſdictionem.*

22 *Iuriſdictio, quæ M.R.C. Fiſco competeret, in territorio Meſſanæ exerceri ab eo non poteſt, Prorege abſente.*

23 *Iuriſdictionis limites ſunt, territorij limites.*

24 *Teſtes ſingulares etſi mille, non probant, plus, quam vnus, & quando, num. 34.*

25 *Teſtes, ſi de vno actu deponant, & diſcordent, vt contrarij repelluntur. Declar. num. 35.*

26 *Iuriſdictionis defectus omnia ſunt nulla.*

27 *Iuriſdictionis vſus ex officialis præcepto, & iniuncti obedientia probatur.*

28 *Obedientia ſubiectionem arguit.*

29 *Captura iuriſdictionis exercitium probat.*

30 *Mare, eius eſt iuriſdictionis, cuius eſt territorium, cui adiacet.*

31 *Iuriſdictio probatur teſtibus ſingularibus.*

32 *Teſtes ſingulares non ſunt, ſi ad eundem finem tendunt.*

33 *Teſtis vnus iuriſdictionis exercitium probat.*

34 *Teſtium diuerſitas in loco, aut tempore, non vitiat eorum dicta, ſi vis non eſt in tempore.*

36 *Iuriſdictionis actus probantur, licet teſtes in loco, & tempore non concordent.*

37 *Iuriſdictione vſus dicitur iudex, quoad tertium, etſi actus nullus ſit.*

ARGVMENTVM.

Prorex, qui nouum Meſſanæ Officialem conſtituere non poteſt, *Rogerij Regis* Priuilegio prohibente, An mutato nomine, ad iuſtitiam expediendam alium poſsit mittere? Qui ſi iuriſdictionem exerceat, An Meſſanæ Priuilegijs aduerſetur.

CONSILIVM LXXIX.

DIu, ac multum anceps, dubiuſq. fui, An hac de controuerſia reſponderem, cuius difficilem admodum, & perobſcuram eſſe diſputationē intelligebam, *Si Prorex, extra Meſſanæ Vrbis territorium, moram trahens, Fiſci M.R.C. procuratorem Meſſanæ miſerit, vel Officialem alium, Qui Straticotiali Magiſtratui ad Iuſtitiam celerius, aut ferè rectius, (vt opinatur) expediendam aſſiſteret.* Vbi variatum ea de re, viderim, inter cauſæ patronos, *Num Meſſanæ priuilegijs id aduerſetur?* Quibus ſtatuit Rogerius Rex, *Ne noui in Vrbe conſtituantur Officiales.* Ea propter, onus hoc ſupra vires meas eſſe exiſtimabam. Atqui de re dubia, liberum cuique eſt verba facere, tum maximè, quod à Patriæ Senatu, viris vndequaque eminentiſſimis, pro bono, & æquo, id fieri mandatur. Non grauabor meum qualecumque iudicium (ſanè ſit) interponere, Quod vt facilius aſſequar, duos cenſui diſcutiendos eſſe iuris articulos. Quorum

Primus eſt, An noua hæc (ſub ſimulato nomine) Officialis electio, Nouum ſit in Vrbe Officialem conſtituere?

Secundus eſt, An Officialis hic, à Prorege miſſus ea vſus fuerit iuriſdictione, quę Meſſanæ priuilegijs aduerſetur.

Primæ dubitationi, reſpondendum mihi erat, denegatum illud Proregi eſſe, Rogerio Rege prohibente, quod vt facilius, & clare magis faciam, aliquot caſus, quibus tota hæc explicabitur diſputatio, conſtituendos cenſui.

1 Primus eſt, Si Meſſanæ Senatus conſenſerit, †(cui noui officialis creatio præiudicare poterat) Priuilegijs illam non aduerſari probat, *Cancer, 3. reſol. cap. 3. num. 347. cap. 9. num. 4. 19.* Tum quia volenti non fit iniuria, *l. 1. §. vtque adeo. ff. de iniur. Menoch. conſil. 237. num. 20. Roland. conſil. 95. num. 19. in 1. Rimin. iun. conſil. 140. num. 22. conſil. 552. numero 13. Caball. conſi. 88. num. 4. in 1.* Tum ex eo, quod iuri pro ſe introducto renunciare quiſque poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* Quoad actum illum contrariū

2 † ſi momentaneum non ſit priuilegium, ſed ſucceſſiuum, *Dec. conſil. 496. Alex. conſil. 33. numero 4. in 5. Garz. de nobilit. gloſ. 6 num. 29. Borrell. conſil. 1. num. 202. Valenzuel. conſil. 79. num. 134. D. Tappia, de conſtit. Princip. p. 2. cap. 2. à nu. 26. Barboſ. de poteſt. epiſc. p. 2. alleg. 26. num. 16. 17. Trentacinq. lib. 1. reſolut. tit. de reſcript. & priuileg. reſol. 9. num. 6. reſol. 10. num. 3. Surd. conſil. 262. num. 68. Decian. conſ. 43. numero 30. in 3.*

Digitized by Google

in 3. Xuarez, de legib. lib. 8. cap. 35. num. 17. Tuſc. lit.
P. concluſ. 756. num. 34. Menoch. lib. 6. præſumptio. 41.
num. 6. Gail, lib. 2. obſer. 60. num. 11. Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. p. p. nu. 132. Priuilegium namq.
3 ſui regulari natura ad † primum actum non reſtrin-
gitur. *Tiraq. de verb. ſignific. par. 2. limit. 8. Schrader.*
conſil. 14. num. 163. Tum ex eo, quod decidit, *text. l.*
non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bonorum poſſeſſio.
4 *contra tabul.* Patrem non dici contra iura † teſtatum,
ſi filium ſuo in teſtamento, de eius voluntate, exhæ
redauerit. Nec ſi filius à patre præteriri conſentiat,
Suarez. l. quoniam. ampl. 10. num. 43. C. de inoffic. teſta-
mento. Guttier. l. nemo poteſt. num. 143. ff. de legatis 1.
Gabr. tit. de teſtament. concluſ. 6. num. 4. Boer. deciſ. 96.
Craſſ. §. teſtamentum. quæſtio. 48. num. 4. Tepat. 2. var.
tit. de exhered. col. 3. & alij quos ſecutus ſum, *ad Meſ-*
ſan. Statut. 8. gloſſa 7. numero 13. etſi diſſentiant, *Bal-*
dus, conſil. 12. num. 1. 2. in 1. Angelus, conſil. 103. num.
13. Tuſcus lit. T. concluſ. 128. num. 5. Riminaldus iu-
nior, conſil. 343. num. 2. 3. Caſus hic, noſtro non eſt
ſimilis.

Secundus caſus eſt. ſi Officialem iuſtitiæ mini-
ſtrum non ad iuriſdictionem aliquam exercēdam,
ſed ad explorandum potius, quo ſtudio, quo labo-
re, quo conſilio, opera, & induſtria, Magiſtratus om
nes, cæterique iuſtitiæ miniſtri, Meſſanam mode-
rentur, ac Ciues omnes, etiam impij, & pernicioſi
inuigilent. Hunc ſanè nouum in Vrbe officialem
nec eſſe ſcimus, quia nullam exercet iuriſdictioné,
5 Licet officium † pro ſeruitio ponatur, & miniſterio,
gloſ. l. ſi quis decurio. ff. de falſ. propriè tamen Officia
lis eſt, qui iuriſdictionem habet, *Iſern. tit. quæ ſint re-*
gal. verſic. ad Iuſtitiam expediendam. Doct. rubr. ff. de
offic. eius. Ancharan. rub. de offic. deleg. Bonacoſ. quæſt.
crim. verb. officium. Lanar. conſil. 22. nume. 10. Franc.
deciſ. 407. numero 5. Gratian. diſcept. 226. numero 51.
Maſtrill. de indult. cap. 40. num. 7. Tuſc. lit. O. concl. 88.
Hunc iuſtitiæ exploratorem ſi quis conſulat, ſibi
imputet.

6 Tertius caſus eſt, Si nouum Rex † conſtituat Of-
ficialem, rectè eum poſſe probat *tex. l. 1. C. de Metro-*
pol. Berit. Iſern. cap. 1. verſ. ille tamen. num. 7. de contro
uerſ. feud. apud pares. Lanar. conſil. 22. num. 11. Cum
7 magiſtratus creare † poſſit Rex, eorumque nume-
rum augere iuriſdictionem prorogare, & reſtringe-
re, *ad tex. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam. cap.*
1. de præſcript. in 6. Lopez. in cap. per veſtras, not. 2. §.
ſed eſt pulcra. num. 43. de donat. Cancer. 3. reſolut. cap.
13. num. 277. Ramirez. de leg. reg. §. 36. num. 23. 27.
Peregr. de fideicomm. artic. 52. num. 115. art. 23. num.
19. Bouadill. lib. 1. polit. cap. 1. num. 19. Maſtrillus, de
magiſtrat. lib. 1. cap. 4. nu. 31. D. Tappia, de iur. Nea-
polit. lib. 2. rub. 1. num. 4. Imo vni eam auferre, & da-
re alteri, *Morot. conſilio 15. numero 7.* Contradicenti-
bus etiam populis, *Couarru. practicar. quæſt. capit. 4.*
num. 5. Auend. de exequut. mandat. p. p. cap. 1. num. 7.
ad finem. Maſtrill. d. cap. 4. num. 34. Bouadill. lib. 1. po-
8 *litic. cap. 2. num. 20.* licet noua † officialis creatio non
deroget veteri, *l. 1. C. de offic. præfect. vrb. Florianus, l.*
quod in rerum. §. ſi quis. num. 4. ff. de legat. 1. Manentus
conſilio 109. num. 14. Valenzuel. conſilio 61. num. 10.
Sed cum non ſit caſus noſter, in præſentiarum non
contendo.
9 Quartus caſus eſt, Si † Locumtenentem creaſſet
Prorex, qui abſentis, impediti, aut mortui officialis
vices ſubeat, Hunc nouum non eſſe Officialem in-
nuit, *Cancer. 3. reſol. cap. 9. num. 7.* Si eius ſit origi-
nis, cuius erat officialis ille, Quem abſentem, impe-
ditum aut defunctum agnoſcimus, *ad text. l. parabo*
lani. C. de epiſc. & cleric. vbi notat Bald. quod ſubro-
10 gatus eius debet eſſe conditionis † cuius ille eſt,
cui ſubrogatur, talis enim eſſe debet, vt à principio
eligi potuerit, *Luc. de Penn. l. pen. C. de agent. in rebus*
lib. 12. Auiles. prætor. cap. 4. gloſ. 1. num. 2. 3. Nepit. ad
conſuet. Catinen. tit. 2. conſuet. 1. num. 71. Marſil. ſingul.
553. Bouadill. lib. 1. polit. cap. 12. num. 25. Maſtrill. de
magiſtrat. lib. 2. cap. 7. num. 75. Caſtill. deciſ. 125. n. 2.
Quod procedere innuit, *num. 15. 16. 17.* in officiali
inferiore, loco ſui alium ſubrogante, vel ſubſtituen-
te, ſecus ſi Princeps, vel inferior ex Principis licen-
tia illum in officio eligeret, qui nec ab initio eligi
poterat, *Aloyſ. Leo. l. in cauſa. num. 15. 16. C. de offic.*
eius, qui vic. alter. gerit. Auiles. prætor. cap. 4. gloſſa 1.
num. 5. Guttierez. pract. quæſt. ciuil. 34. num. 3. Aualos,
director. iud. p. p. cap. 9. num. 14. ex l. ſi cui. ff. ex quibus
cauſ. maior. l. fin. C. de crim. ſacrileg. Neceſſitatis ita-
11 que caſu excepto † Locumtenentem alium (iure
etiam communi) ſubſtituere, nec Proregi permitti-
tur, *Auth. de collat. §. ad hoc prohibemus. Maranta, de*
iudic. p. 4. diſtinct. 5. à nu. 17. Cancer, d. nu. 7. Quia no-
uus ipſe erit officialis, & ordinarius, *Maran. d. diſtin.*
5. num. 18.
12 Ego, ſi quid mei iudicij eſt † licet ſubnectere,
Hac de re diſtinguendum duxi, Aut Principis man-
dato officialis ipſe, eiuſque Locumtenens vno eo-
dem tempore, ſua vtuntur iuriſdictione, Negatiua
tunc verior eſt opinio, quia nouus erit officialis;
13 Aut nullum eſt Principis mandatum, Tunc † Prin-
ceps conferendo officia priuare, eo ipſo, alium in-
telligitur, *Albert. Brun. conſil. 91. num. 8. Lanar. conſi.*
22. num. 19. & eo ipſo, quod in loco officialis, alter
eſt ſubrogatus, primus officio priuatus dicitur, *An-*
gel. l. quod ſi fortè. §. 1. num. 4. ff. de ſolut. Lanar. conſilio
22. num. 18. Hinc Princeps concedendo Caſtrum
vnius, alteri, illum Caſtro priuaſſe videtur, *Soccin.*
conſil. 4. num. 23. in 3. & Epiſcopus concedendo rem
emphiteuticam alteri, voluiſſe videtur, quod res
cenſeatur, & ſit reuerſa ad eccleſiam, *Corn. conſilio*
115. num. 3. in 1. Quia faciens actum, cenſetur velle
omne id, ſine quo actus ille effectum habere non
poteſt, Hic caſus à noſtro diſtat ſatis.
14 Quintus caſus eſt, Si vniuerſitatem † cauſarum
alteri committat Prorex, vt contra vſurarios, con-
tra deferentes arma prohibita, & alia id genus, ita
quod informationes, recipiat, & ſi quos culpa di-
gnos inuenerit, carceribus mancipet, nulla tamen
iudicandi, aut exequendi facultate illi etiam con-
ceſſa. Hunc nouum eſſe officialem reſoluit, *Cancer.*
d. cap. 9. num. 24. 25. 26. Oliban. de action. p. p. lib. 3. §.
pœnales. num. 121. Prohibitum quoque eſt generali-
ter, de quouis crimine pro velle inquirere, vel ſpe-
cialiter de aliquibus, & ſuper illis iudicandi, ac iu-
dicatum exequendi, aut ſuper eis tranſigendi ſiue
componendi poteſtatem concedere. Quod ſi reipu
blicæ pernicioſum eſt, aliorum ſit iudicium. Cum
caſus iſte, huc non pertineat.

Sextus caſus eſt, Si cauſam vnam alicui deleget
15 Prorex, † tunc nouus in loco ille erit officialis ad
cauſam

cauſam demandatam,qui delegatus dicitur,*Triuiſ.*
deciſ.1.lib.1. Menoch.lib.2. præſumpt.16. Hunc in
Meſſanam Vrbem,à Prorege mitti non poſſe in cō-
perto eſt , Princeps enim extra territorium iuriſdi-
ctionem habitu tantum habet, non actu,*Seſſe,deciſ.*
117.num.3 Sanchez,de matrim. lib.3.diſput.19.num.
16 8. Sed iuriſdictione † vti iudex dicitur,ſi ſubdele-
get,*Gloſ.cap.ſi à ſubdelegato.de offic.deleg. in6. Ang.*
l.more.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Surd. con-
ſilio 429.nu.57. caſus hic,nulla ratione,noſtro con-
uenit.
17 Septimus caſus eſt, Si priuilegiorum forma † re-
pugnante, officio ſuo in Vrbe , quis fungi non poſ-
ſit, An illud mutato nomine exercere permiſſum ei
ſit? Hic caſus eſt, de quo contendimus ; Pro cuius
reſolutione, negat, *text.l.1. C.de priuileg.Sholar.lib.*
12.ibi *illud etiam obſeruari, non ſine ratione conuenit,*
ne is cui domeſtici officium per militiæ gradum , vel
quinquennij tempus interdici cenſuimus , familiaritate
Comitis ſimulata prohibitam, alio nomine valeat vſur-
pare Exemplificat,& ibi *Gloſ.verb.valeat.* in eo,qui
cum prohibeatur Bononiæ poteſtatem eſſe , fuit
creatus Defenſor,ſicque poteſtatis habuit officium
quod eſſe non debet , *Bart. d.l.1.& ibi,Rebuff.num.*
1.Oliban.de fiſc.cap.4.num.26. Cancer.3.reſol.cap.8.
de depoſ.num.90.Maſull.ad Capic.deciſ.121.ſub num.
18 10.& tradit † *Aret.cap.omnipotens.de accuſat.* quod
ſi quis prohibetur eſſe officialis cenſetur prohibita
electio ad tale officium , *Carot. cap.cum quid.p.3.in*
princ.num.2.de reg.iur.in6. Fraus enim legi facien-
19 da non eſt , *Borrell.conſil.17.num.42.* quam † fieri
dicimus,ſi quod directè fieri prohibeatur, per indi-
rectum fiat,*Burſ.conſ.281.num.10.Marta,vot.28.nu.*
7.Ne prohibitum ſi quod vna via eſt,alia permitta
tur,*cap.cum quid.& ibi Din. de reg.iur.in6. l.non du-*
bium.C.de legib.l.ſeius.& augerius.ff.ad l.falcid.l.fin.
C.de reb.alien.non alienand.l.fin. C. de vſur. rei iudic.
Surd.conſil.301.num.75.Burſ.conſil.15.num.10. San-
chez,de matrim.lib.10.diſput.8.num.20.Schrader.de
feud.p.10.ſect.4.num.81.& quod fieri directè prohi
betur, nec admittitur indirectè , ſi eadem eſt ratio ,
Iaſ.l.certi conditio. in princip.ff.ſi certum petat.Socin.
conſil.26.in 3.Crauet.conſil.197.num.9.Soccin.iunior,
conſil.40.num.8.in 1. Valaſc.deciſ.175.num.3.Meno-
chius,conſil.1105.num.18.Surdus,conſil.427.numero
40.Lancell.Gall.ad conſuet.Alex. gloſ. legare.quæſt.7.
num.51.Tuſc.lit.P.concluſ.900. Aldouin. conſil.107.
num.24.& prohibitus facere expreſſe, nec tacite po
teſt,*l.qui ad certum.ff.locat. Tiraq. de legibus connub.*
gloſ.5.num.60.Schrader.d.p.10.ſect.5.num.192. Tu-
ſcus.lit.P.concluſ.663. & prohibitum ſi quid eſt, id
omne prohibitum cenſetur , quo peruenitur ad il-
lud,*l.oratio.ff.de ſponſalib. Surd. conſil.301.num.74.*
Aldouin.conſil.77.num.43.conſil.107.num.25.conſi.
110.num.43.Menoch.conſil.560.num.13. Decianus ,
20 *conſil.91.num.25.in 3.* Sic mandata † iuriſdictione,
omnia mandata intelliguntur , ſine quibus illa ex-
plicari nequit,*l.cui iuriſdictio. ff. de iuriſdict.omnium*
iudicum.Borrell.conſil.85.num.6. & Summa deciſ.tit.
41.num.114.Menoch.conſil.654.num.4. Roſentall.de
feud.cap.10.concluſ.36.ad finem, cap.12.concluſio.5.
num.50.Sanchez,de matrim.lib.3.diſput.19.nume.4.
*Aldouin.conſil.20.num.11.*Concedi autem ea tacitè
videntur, quæ ad iudicij explicationem pertinent ,
quale illud eſt,iubere coram ſe adeſſe partes,& alia
facere,ſine quibus id , ad quod datus eſt expedire
non poteſt,*Borrell.d.conſil.85.num.6.* nec fraus con-
tra legem alteri proſit,*Cin.& Bald.l.ſi infantem.C.de*
leg.Borrell.conſil.12.num.6.
21 Cæterum, ſcimus nullam † Fiſco iuriſdictionem
de iure competere *ex Baldo cap.1. §.adhæc. col.3. de*
pac.iuram.firmat. Peregr. de iur.fiſc.lib.1.tit.1.num.
12.& ſi quæ conſuetudine,vel ſpeciali Principis re-
22 ſcripto M.R.C. Fiſco competeret † iuriſdictio , in
territorio Meſſanę exerceri ab eo non poteſt,ſi con-
tentioſa præſertim ſit,*ad text.l.fin.& ibi,Soccin.ff.de*
iuriſdictione omnium iudicum.l.1.ff.de off.proconſul. l.
1.§.initio.ff.de off.præfect.vrb. Bald. conſil.124. in 1.
Barboſ.l.1.art.1.num.103.ff.de iudic. Alex.conſ.41.
num.3.in 5.Dec.conſil.150.num.4.conſil.207.in prin-
cip.conſil.557.num.10. Peregr.tract.var.lib.1.de iu-
riſdict.num.45.Gabr.conſil.181.num.41.in 1.Valen-
zuel.conſil.100.num.49. Tuſc.lit.I.concluſ.544.num.
5.concluſ.546.num.23.Sanchez,de matrim. lib.3.di-
ſput.19.num.9.Soec.iunior,conſil.85.num.24.in 2.Pa-
cian.conſil.5.num.57.Riminald.iunior,conſil.57. nu-
mero 24.Randen.conſil.21.num.21.in 1.Seſſe,deciſio.
187.num.65.Anton.Sola,ad Decret.Sabaud.tit.de ve-
nat.Decret.vt facilius.gloſ.1.num.1. Borrel.Summ.de-
ciſ.tit.41.num.210.Bott.conſil.86. num.4. Ne iudici
illius fieret iniuria , etenim contentioſa quęuis iu-
riſdictio,ſuo terminatur territorio,*Bart.Bald.& An*
gel.in l.fin.ibi,adhæret adminiſtrationi. C.vbi & apud
quem in integr.reſtit.Iacob.à S.Georg.l.fin. lect.1. not.
1.ff.de iuriſdict.omnium iudicum. Caball.crim.reſolut.
caſ.120.num.3.Morot.conſil.46.num.15.Borrell.conſ.
79.num.35.conſil.86.num.10.Menoch.conſil.492.nu-
mero 19.Marta,vot.162.num.11. Griuel.Dolan.deciſ.
32.num.11. Cephal.conſil.441.num.11. iuriſdictio-
23 nis namque limites,† ſunt limites territorij *l.fin.&*
ibi, Bald.C.vbi & apud quem, cognit. Faber.lib.3.C.
tit.12.defin.23.num.2. Borrell.ſumm.deciſ.tit.41. de
*iuriſdict.num.279.*Cumque Fiſci munere vti non po
tuerit homo iſte, à Prorege Meſſanam miſſus, Tum
quia extraneus eſt , & ad Meſſanæ officia ſoli ciues
admittuntur ex Rogerij priuilegio (Straticoto ex-
cepto) Tum quia M.R.C.Officialis, nullum Meſſa-
næ habet iuriſdictionis exercitium D.Prorege ex-
tra eius territorium commotante, tum quia nouus
in Vrbe conſtitui officialis non poteſt, vt dixi. Offi-
cium ergo priuilegio, vel alias prohibitum in alte-
rum tranſubſtantiari nomen à Prorege non potuit,
vt ſua Meſſanæ vtatur iuriſdictione , pronuntian-
dum ea his erit, *Sunt contra priuilegia.* Etſi mutatio
nominis ſine fraude ſit licita , *l.1.C.de mutat.nomin.*
Tuſc.lit.M.concluſ.437.num.11.

Articulus Secundus. Excuriendum ſupereſt, *An*
Officialis à Prorege miſſus, ea vſus fuerit iuriſdictione,
quæ Vrbis priuilegijs aduerſetur? Qua in re,negatiuè
reſpondendum mihi erat.
24 Primo, Teſtes † ſingulares non probant, & ſi mil
le ſint, *Bald.l.ius iurandi.C.de teſtib. Iaſ.l.admonendi.*
num.256.ff.de iureiur, Bertaz. crim.conſil.3.num.15.
conſil.41.num.11.12.conſi.283.num.2. Felic.allegat.
56.num.5.p.p.Clar.§.fin.quæſt.53. Roland. conſil.95.
num.21.in 4.Menoch.conſil.701.num.27.Surd.conſil.
530.num.8.9.Aldouin.conſil.31.num.11.conſilio 26.
num.43.conſil.61.num.10.conſil.53.num.4.conſi.46.
num.7.

Digitized by Google

num.7.conſil.69.num.64.conſil.80.num.6.Bott.conſil. 105.num.48.conſil.2.num.36.conſil.32.num.1.Gabr. tit.de teſtib.concluſ.2.num.2. Rim.iunior,conſil.460. num.8.Rota Auenion.deciſ.83.num.11.22.25.Turret.conſil.52.num.4.in 3.conſil.66.num.25.in primo. Decian.conſil.39.num.32.in 4.conſil.100.num.20.in 3.Paſet.conſil.215.num.4.conſil.111.num.35.conſil. 24.num.26.Sacca,conſil.86.num.11. Imo vt eis credatur,nec ſtatuere poteſt Princeps, *Iaſ.d.l.admonendi.lect.2.num.191.ff.de iureiur.Rom.ſingul.361.Menoch.conſil.1108.num.7.8. Gabr.tit.de teſtib.concluſ. 1.num.11.* Quia minus probant ſingulares teſtes, quam vnus, *Burſ.conſil.321.num.32.Turret.conſ.52. num.3.in 3.Viui.deciſ.400.num.26. Sacca, conſil.19. num.8.* Licet quid in genere probandum ſit, *ad text. c.ap.licet cauſam.& ibi Bald.Dec.num.17.de probatio. Cephal.conſ.747.num.7.* Maxime ſi tempus exigat limitatum, *gloſ.& Doct.l.ob carmen.§.fin.ff.de teſtib. Cephal.conſ.747.nu.16.* Sed teſtes, ſingulares ſunt in omni iuriſdictionis actu, ergo.

25 Secundo, Teſtes ſi de vnico † actu deponant, & in tempore diſcordent, vt contrarij non probant, *l.qui falſa,vel varia.ff.de teſtib. Anchar.conſ.64.nu. 2.Aret.conſil.71.num.3. Alex.conſil.116.num.1.in 1.Ponte,conſ.63.à num.1.vol.1. Honded.conſilio 87. num.123.in 2.Georg.alleg.50.num.44. Maranta,conſilio 146.num.3.4. Turret. conſ.96.num.15.in primo. Pacianus,conſil.117.num.21. Sacca, conſilio 54.numero 9.* Sed teſtes Sindici, contrarij ſunt in tempore, ergo.

26 Tertio actus † omnes ab eo facti, qui caret iuriſdictione, ſunt nulli, *gloſ.clem.1.verb.non obſtante.de ſequeſtr.Bero.cap.1.num.10.de iudic. Vant.de nullit. tit.de mod.& ordin.num.2.tit.quis poſ.dicer. de nullit. num.36.& tit.de defect.iuriſdict.num.1. Roland.conſilio 75.num.5.6.in 3.Teſſaur.deciſ.220.num.1. Carot.except.22.num.4.queſt.1.num.11.Turret.conſil.7.num. 7.in 3.conſ.79.num.1.in 1.conſil.20.num.41.conſ.45. num.7.in 2.Eugen.conſ.75.num.3.Scacc.de iudic.cap. 66.ſub num.1.Bott.conſ.84.num.11.Becc.conſi.154. num.6.Berret.conſ.34.num.6.Gabr.tit.de ſtatut.concluſ.3.Cornaz.deciſ.120.num.2.Bimi.conſil.23.num. 8.Borrell.Summ.deciſ.tit.de iuriſdict.num.124.168. Caualc.deciſ.10.num.21.deciſ.11.num.54.p.p.Craſſ. except.20.num.16.Ludouic. Peruſ.deciſio 2.num.23. Milan.deciſ.5.num.28.in 2.Magon.Lucenſ.deciſio.45. num.6.deciſ.36.num.30.deciſ.22.numero 18.* Vt nec partium conſenſu reconualidari poſſint, *Pariſ.conſil.100.ad fin.vol.1.Triuiſan.deciſ.68.num.4.5.lib.1. Borrell.d.tit.41.de iuriſd.nu.291.* Sed quod geſtum ab eo eſt, cum ſit nullum; iuriſdictionis defectu, vrbis priuilegijs non aduerſatur, *ad tex.l.eius qui.ff.ſi cert.pet.* ergo.

Re tamen ipſa longe melius atque diligentius perpenſa, contrariæ ſum ſententiæ; Imo probatum ſatis eſſe, ea vſum illum fuiſſe iuriſdictione, quæ Meſſanæ Priuilegijs aduerſatur. Etenim iuriſdictio-
27 nis exercitium, † & vſus ex officialis præcepto, probatur, ſi illi ſuit paritum, *Bald.l.data opera.num.28. C.qui accuſ.non poſſ. Afflict. deciſ.265.num.10.deciſ. 301.num.5.Tuſc.lit.I.concluſ.545.num.5.Maſcardus de probat.concluſ.946.num.4. Marcell.Cala,de modo artic.& proban.§.2.gloſ.1.num.531.Peregr.Tractat. var.tit.1.de iuriſd.num.87.Thoming.conſ.26.numero*
28 *126.129.in 1.* Obedientia † ſubiectionem arguit, *cap.1.diſtinct.99.Brun.feudal.conſ.34.num.16. Maſcard.de probat.concluſ.946.num.4.Peregr.d.numero 87.108.* & actus coactionem denotantes iuriſdictionem probant *cap.1.cap.ex literis. de offic.deleg.l.fin. ff.de off.eius,cui mand. Socc.cap.cum contingat.num. 5.de for.compet.Franc.Marc.deciſ.204.num.6.par.2. Honded.conſ.100.num.21.in 2.Cephal.conſ.458.num.*
29 *7.* vt † carceratio, *Cocein.Rot.deciſ.26.num.2. Farin. quaſt.27.num.3.8.Peregr.d.tit.1.nu.85.* Imo ſi quis apprehenſus ſolum fuerit, dicitur iudex ſua vſus iuriſdictione, *Surd.conſ.429.nu.59.* Coertio namque, ſiue compulſio à iuriſdictione prouenit, *l.2.& ibi Doct.ff.de iuriſdict.omnium iudicum. cap.ex literis. de offic.deleg.cap.cum contingat.de for.compet. Innoc.c. dilecto.num.4.de off.archid.Director.inquiſit.parte 2. quaſt.54.num.79.* Alioquin nulla, & vana eſſet iuriſdictio, *l.2.ff.de offic.eius. Macer.lib.1.reſol.103.num. 2.* Quæ in inuitos, redditur, *l.imperium.ff.de iuriſdic. omnium iudicum. Honded.conſilio 100.num.71.in 2.* Imo in Vrbis præiudicium, ille in mari iuriſdictio-
30 nem exercuit, ſed certi iuris eſt, mare eius eſſe † imperij, cuius eſt territorium illi coadiacens, *l.inſulæ italiæ.& ibi not.ff.de iudic.cap.licet.vbi gloſ.& Bald. num.2.de ferijs,gloſ.verb. territorio. cap. vbi periculum.de elect.in 6.& ibi Anchar.Dominic.& Ioan.Monach.num.12.ex l.notionem.§.1.ff.de verb.ſignific.l. inter eos.ff.de acquir.rerum domin. Cagnol.l.fin.num. 2.3.ff.de iuriſdict.omnium iudicum. Gerard.ſingul.15. num.1.Rebuff.l.1.num.2.C.de claſ.lib.11.Guaz.reorum defenſ.1.cap.25.num.12. Suarez, alleg.17.num. 3.Decian.lib.4.crim.cap.17.num.29.conſ.123.num. 26.in 3.Bellug.ſpecul.princip.§.pari ratione.numero 5. Petr.Gregor ſyntagm.iur.lib.1.cap.3.num.5.Bouadil. lib.4.polit.cap.2.num.69.cap.5.num.6. Aſin.in prax. cap.7.§.1.num.5. Mattheat.lib.2.de via vniuerſ.iur. cap.36.Auend.de exequut.mandat.p.p.cap.4.num.4. Frecc.de ſubfeud.lib.2.tit.quis dic.marcb.num.3. Ponte,de poteſt.proreg.tit.de triremib.num.41. Borrell.de reg.præſtan.cap.46.num.234. Garz.de expen.cap.21. num.34.* Hinc bannitus à territorio, erit etiam bannitus à mari, quod per locum illum diſtinguitur, *Felin.cap.rodulfus.nu.12.de reſcript. Marſ. de banni. verb.ciuitate.num.150.* ſi enim regnum ſuum à malis hominibus Rex debet, purgare, *l.congruit.ff.de off.præſid.* Ita, & mare, quod eſt vicinum regno, imò punit delictum in mari vicino commiſſum, *Bart.d. l.congruit.* & tradit *Marſ.l.fin.num.180.ff.de iuriſdic. omnium iudicum.* poſt *Angel.in l.1.C.de claſ.* Quod ſi quis delinquat in mari, punitio ad illum ſpectat, qui iudex eſt territorij propinquioris loco, delicti, *Hieron.de Monte,definib.cap.39.num.3. Franc.deciſ. 142.num.6.* Cumque nedum ad habitantium capturam ille proceſſerit, ſed ad carcerationem per Birruarios, a quibus præſtita omnis fuit, obedientia: Pluresque alij ſunt iuriſdictionis actus in Eulogio, quos laborioſum potius, quam ingenioſum referre videretur, ergo.

Non obſtat, Singulares eſſe teſtes, quia ſatis ſunt
31 † ſi de probanda vniuerſali iuriſdictione in genere agatur, *Gloſ.l.ob carmen.ff.de teſtib.Bald.l.actor.C.de probat.& conſil.514.num.5.volum.5. Felin.cap.licet. de teſtib. Caſtr.conſil.445.num.5.in 1. Guid.Pap.deciſ.544.Natt.conſil.636.num.72.Marſ.conſ.1.nu.54.*

Franc.

Franc.deciſ.105.Maſcard.de probat. concluſ.947.nu.7.concluſ.1050.num.18.Socc.iunior,conſ.99.num.13.in 2.Ruin.conſ.34.in 4.conſ.57.in 5.Polid.Ripa,de act. in mort.artic.cap.21.à num.8. Torniol.conſ.26.nume.110.Caual.deciſ.13.num.11.18.p.5. Petra, de fidei-comm.quæſt.12.num.538. Cala, de modo articul. §.2. gloſ.1.num.533.Gail.lib.2.obſer.66.num.11.Maurus, alleg.62.num.6.p.2.Tuſc.lit.I.concluſ.545.nume.13. Gabr.tit.de teſtib.concluſ.2.num.22.Peregrin.d.tit.1. de iuriſd.num.118. Quorum finis eſt probare actus, qui perficiuntur ex pluribus, *Caſtr.conſil.445.num.5.in 1.Tuſcus d.num.13.& lit.T. concluſ.265.nu.12. Rim.iunior.conſ.730.nu.33.* Proinde ſi vnus de actu meri imperij deponat,alter de ſimplicis, iuriſdictionis actu,alter de honore,& reuerentia etiam extraiudiciali,ſatis ſunt ad iuriſdictionem in genere probandam, *Alex.conſ.68.num.18.in 2. Rum. conſil.44.num.4.in 4.Crauet.conſ.78.num.6.Maſcard.d.num.7. Plot.de in lit.iurand.§.3.num.43.Gabr.d.concluſio.2.num.23.Calà,d.§.2.gloſ.1.num.532.Cephal.conſ.458.num.8.Menoc.recuper.poſſeſſ.remed.15.numero 408. Bott.conſ.106.num.59.Petra,dic.quæſt.12.num.563.*

32 *566.567.* Neque enim teſtes ſingulares ſunt † ſi ad eundem finem tendant,in actu,maximè reiterabili, *Turret.conſil.23.numero 20.21.in 1. Rota Auenion. deciſ.183.num.20. Ludouic.Peruſ.deciſ.9.num.9.14. Botta,conſilio 2.num.30. Rgudenſis, deciſ.5.num.16. Gabr.d.concluſ.2.nu.36.37.Guttier.lib.3.pract.quæſt.12.num.7.*

33 Reſponſ.II. Ad probandum † iuriſdictionis exercitium ſufficit vnus teſtis, *Innoc.cap.licet.de teſtib. Cala,d.§.1.gloſ.1.num.74.* Imo iuriſdictionem ſola fama probari voluit, *Marſil.l.de minore.§.plurium. numero 74.ff.de quæſtion.Cala,dicta gloſſa 1.nu.530.*

34 Reſponſ.III.Mille ſingulares † ſingularitate obſtatiua,tantum probat,quantum vnus, *Bott.conſilio 74.num.39.Sfort.conſ.21.num.17. Pappon.conſil.14.num.15.Gabr.conſ.40.num.20.in 2. Gratian. deciſio.139.num.8.Rim.iunior,conſ.704.num.43.44. Hondedeus,conſ.56.num.25.in 2.Seraph.deciſ.1465.num.6. Guttierez.d.num.7.* Quod eueniet,ſi eorum dicta ex facti diuerſitate ſeparationem recipient, *Viui.deciſ.518.num.20.Polid.Rip.obſer.266.267.Torniol.conſ.26.num.179.Maſcard.concluſ.479.num.8.Rolandus, conſ.33.num.9.in 2. Ludouic.Peruſ. deciſ.9.num.11.12.13.* At ſi adminiculatiua ſit ſingularitas,tunc rectè probant, *Ludouiſ.Rot. deciſ.344.nu.1.deciſ.390.num.4.Marta,vot.117.num.5.Sfort.conſ.21.num.12. Barz.deciſ.81.num.19.Gabr.d.concluſ.2.num.10.67. Pappon.conſ.14.num.14.Paſct.conſ.183.num.8.Bim. conſ.205.num.45.Viui.deciſ.518.num.21.Gratianus, deciſ.139.num.9.Monach.Lucenſ.deciſ.35.nu.15.Seraph.deciſ.1302.num.1.*

Non obſtat Secundum, Quia teſtium diuerſitas

35 † loco vel tempore non vitiat eorum dicta, ſi vis non eſt in tempore, *Crauet.conſ.78.num.2.de antiqu. tempor.p.4.num.17. Rolandus, conſ.82.num.42.in 2. Bott.conſ.2.num.30.52.66.Bertazz.crimin.conſ.111. num 4.Farinac.quæſt.64.num.75.Menoch.de præſumptio.lib.1.quæſt.25.num.2.Hondcd.conſil.87.nu.124. volum.2.* Imo addit, *Laderch.conſ.181.nu.3.* non nocet ſingularitas, ſi quid in genere probandum eſt, *Caualc.de teſtib.p.4.num.128.138. Farin.quæſt.64.à num.182.*

36 Reſponſ.II. Probari iuriſdictionem in genere † per actus iuriſdictionis, licet teſtes in tempore, & loco non concordent, *Guid.Pap.deciſ.544.num.2. Borrell.d.tit.41.num.255. Petr.d.quæſt.12.num.571. Farin.quæſt.64. num.189.*

37 Non obſtat Tertium Quia licet † actus iuriſdictionis defectu ſint nulli, quoad tertium moleſtatum: Non tamen dicuntur nulli, quin vſus ille ſit iuriſdictione, *Surd.conſ.429.num.55.56.* Additque *num.59.* attendi factum, non facti qualitatem.

Ex his Straticotialis Magiſtratus pronuntiauit *(Sunt contra Priuilegia)* de Menſe Martij 1622. Proinde omnia ad priſtinum fuerunt reducta, ipſeque officialis, Meſſana ſtatim diſceſſit, Proregis iuſſu.

SVMMARIVM.

1 *Actus, ad ſui perfectionem, poteſtatem, & voluntatem agentis requirit.*

2 *Iudex, vel Baro guidaticum regulariter, non concedit bannito; ſed ſolus Princeps.num.3.*
Declar.num.15.16.

4 *Indulgendi facultate conceſſa, grauiſſima delicta, non includuntur.*

5 *Princeps in conceſſione verbis etiam amplis facta, auferre voluiſſe non cenſetur diſpoſita ſi quæ ſunt, per ius municipale.*

6 *Voluntas ex poteſtatis defectu, arguitur.*

7 *Guidaticum in alterius iuriſdictionis præiudicium concedi non poteſt.*
Declar.num.18.19.

8 *Subreptitium guidaticum non prodeſt bannito, cum ſit nullum ipſo iure.*
Declar.num.20.21.22.

9 *Guidantis mens ea fuiſſe præſumitur, quæ prudentis, & boni viri eſſe debet.*

10 *Guidaticum, iuſtè, vel iniuſtè conceſſum, ſeruandum eſt, vt nec indirectè moleſtari poſſit reus.*

11 *Guidatus, ſi guidatico non obſtante fuerit captus, in priſtinam libertatem reponendus eſt, vt difficilis ſit perſecutio.*

12 *Securitas nulliter, aut non debitè conceſſa, ſine cauſa infringi prohibetur.*

13 *Fide publica, nemo decipiendus.*

14 *Bannitus licet famoſus, ſub falſa, vel nulliter conceſſa, ſecuritate, captus, priſtinæ libertati reſtituendus.*

17 *Proditorium homicidium guidandi, facultatem conceſſiße videtur Prorex, ſi aliqua tantum crimina excepit.*

23 *Guidatici nullitas, eiuſuè contrauentio à Seculari Principe cognoſcenda eſt.*
Declar.num.30.31.32.

24 *Cauſæ continentes, quæ ſint, & num.25. & an in dubio, idem ſit iudicium.num.33.*

26 *Continentia cauſæ ex præeminentia M.R.C. diuidi non debet.*

27 *Liberatum à banno eſſe reum, vel bannum ex guidatico ſuſpenſum eſſe, paria ſunt.*

28 *Iudex incompetens, incidenter cognoſcit, de articulo incompetenti. Ratio.num.35.*

29 *Incidenter quando, quid proponi dicatur?*

34 *Iuriſdictio ſpecialis ratione incidentis, ad cauſas alterius etiam generis, & qualitatis, prorogari poteſt.*

ARGVMENTVM.

Proditorius homicida, ſi guidatus contraueniat, An pro homicidio proditorio, eccleſiæ gaudeat immunitate? ipſæque Epiſcopus guidaticum validum eſſe, aut concedi potuiſſe, An cognoſcat? vel ſolus Prorex?

Ad intellect. Gregor. XIV. Bullæ de immunit. eccleſ.

CONSILIVM LXXX.

PEtrus Æetiopus, D. Antonini Capharo peritiſſimi Iuriſconſulti ſeruus, cum proditoriè Seium occiderit, inquiſitione eius criminis facta à Straticotiali Magiſtratu, contumaciæ cauſa bannitus eſt. Mox impetrato Menſis guidatico ab Armorum Capitaneo; abdidit ſe in Eccleſia extra Vrbem poſita; Inde à Curiæ Archiepiſcopalis miniſtris inſtante Straticotiali Fiſco extractus, carceribus Curiæ Archiepiſcopalis incluſus eſt: Sed cum Secularis Fiſcus reſtituendum ſibi eſſe petit, quippe proditoriè occidẽs Eccleſiæ tutela iuuari non poteſt. Cæterum negat Petrus poſſe Eccleſiaſticum Iudicem ab eccleſiæ immunitatis beneficio ſe repellere, præſertim quod guidatico pendente veluti temporalem quandam commiſſi criminis abolitionem obtinuiſſe videatur. Atque adeo minimè potuerit, ob ſui delicti cauſam de perſona capi. Diſcutiendum ergo eſt.

Primo, Guidaticum ab Armorum Capitaneo, proditorij criminis reo datum, An ſit validum?

Secundo, Guidatici nullitatem, eiuſuè contrauentionem, An ſolus Prorex cognoſcat? ipſæq. Epiſcopus ſolius criminis condictionem, an tale ſit? vt Eccleſiæ gaudeat immunitate?

Circa Primum. Nullum eſſe guidaticum reſpondendum videbatur, quod hiſce ſanè rationibus, ac Doct. auctoritatibus, probari poſſe opinamur.

1 Primo, Actus omnis ab agentis † poteſtate pendet, & voluntate, *Gloſ. l. ſi fælix. C. de donat. ant. nupt. & in cap. ſuper. de offic. deleg. Sacca, conſi. 1. num. 254. Roland. conſ. 10. num. 8. in 3. Surd. conſ. 301. num. 29. conſ. 305. num. 8. Petra, de Princip. poteſt. in præfact. num. 1.* Adeo vt ad eius validitatem, vltra agentis voluntatem neceſſaria ſit poteſtas, *Surd. conſil. 305. num. 7.* alias pro non facto habetur, *l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum poſſeſſ. contr. tabul. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Pariſ. conſ. 32. num. 8. in 3. Mantic. deciſ. 2. numero 5.* Generale etenim eſt, ſaluoſconductus à concedentis poteſtate interpretationem recipere, *ex Farinac. quæſt. 29. num. 45. conſ. 131. num. 14.* & ab ea pendere, *Jmola, conſ. 52. Tuſcus lit. S. concluſ. 22. numero 1.* Scimus maiorem eſſe defectum, & nullitatem, prouenientem ex iuriſdictionis impotentia, altero quouis, *Dec. conſ. 8. num. 6. conſ. 38. num. 7. Marſ. ſing. 10. Vant. de nullit. defect. iuriſdict. ordin. num. 1. 2. Menoc. de arbitrar. caſ. 337. num. 13.* Sed nemo Iudex bannitum

2 † guidare poteſt, nec Fiſci patronus, *Afflictus, deciſ. 4. num. 4. Gramm. vot. 25. Ronit. tit. de guidatic. pragm. 1. num. 5. Decianus, conſ. 96. nu. 1. in 3. Fachin. lib. 9. iur. controuerſ. 62. Menoch. conſil. 244. num. 13. conſ. 110. num. 197. & de arbitrar. quæſt. 81. quæſt. 92. caſ. 337. num. 10. D. Tapp. de iur. Neapol. rubr. 19. de morator. num. 9.* Nec Baro in ſuis feudis, *Socc. iunior, conſ. 76. num. 5. in 3. Capiblan. de baron. pragm. 8. num. 77.* & tradit, *Mexia, de tax. pan. concluſio. 1. num. 25.* Quod licencia data ab inferiore, non excuſat contrauenientes Superiorum præceptis, *Ronit. d. num. 5.*

3 Cum ſolius † Principis ſit bannitum guidare, *ad tex. l. reſcripta. C. de precib. imper. offer. l. mancipia. ad finem. C. de ſeru. fugit. l. relegati. l. diui fratres. ff. de pœnis. Iſer. cap. 1. §. ſimiliter. nu. 14. de Capitan. qui curi. vend. Cephal. conſ. 458. num. 37. Clar. §. fin. quæſtio. 32. Pariſ. conſ. 1. num. 1. in 4. Farinac. quæſtio. 29. num. 79. 80. Coſta, ſubſid. remed. 20. Maſul. ad Capic. deciſ. 133. num. 1. Bellon. de ijs, quæ fiunt incontin. cap. 189. num. 2. Larat. conſ. 106. num. 4. Menoch. conſ. 244. num. 13. de arbitrar. quæſt. 81. num. 6. Fachin. d. controuerſ. 62.* Quia de regalibus ſibi reſeruatis eſt, *Menoch. d. num. 13. de arbitrar. caſ. 338. num. 3. Cephal. conſ. 458. num. 37. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 1. num. 41.* etſi neget, *Thoming. conſ. 24. num. 12. 13. in 1.* Idem poteſt Prorex, (*Caſtald. de imper. quæſt. 110. priuileg. 239. Ponte, de poteſt. proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 4. numero 52. Sixtin. d. cap. 2. num. 44. Larath. d. num. 4.* Sed guidandi facultate Armorum Capitaneo à Prorege conceſſa, proditorium homicidium nõ potuit, nec debuit comprehendi, cum atrociſſimum ſcelus ſit, *ex l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſſ. l. 4. ff. ad l. Iul. maieſt. l. fin. C. de delator. lib. 10. vbi Apen. & reliqui, Gigas, de crim. læſ. maieſt. lib. 3. rubr. de proditor. quæſt. 6. lib. 1. rub. 1. de orig. læſ. maieſt. quæſt. 19. num. 19. Maſtrill.*

4 *de indult. cap. 29. num. 1.* Proinde † à generali indulgendi poteſtate illud excludendum, inquit *Larath. conſ. 106. num. 28.* Vt ab ampliſſimis regijs indulgentijs, imo ab ipſis regijs abolitionibus quantumuis generalibus excipi ſolet: cum in grauiſſimis delictis, in deterius ſemper facienda interpretatio ſit, *Abb. cap. at ſi clerici. in princ. de iudic. Marſ. l. 1. num. 8. C. de rapt. virg. Larat. conſ. 106. num. 29.* Sicut abolitione omnium criminum impetrata, læſæ maieſtatis abolitio non cenſetur conceſſa, *Marſ. d. l. 1. nu. 130. Decian. lib. 3. crim. cap. 35. num. 15. lib. 7. cap. 27. num. 28. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 20. num. 4.* Adeo vt ſi pro ea conceſſum fuerit guidaticum, ſeruari non deberet, *Caball. crim. reſol. caſ. 50. Guazz. reorum defenſ. 12. cap. 1. num. 58. verſ. bene verum.* Nec in ea comprehenduntur enormia, quæ læſæ maieſtatis crimini ſunt paria, *Decian. d. cap. 35. num. 26. Carrer. in prax. §. vigeſimo nono excuſatur. num. 10.* vt Proditio, *Decian. d. cap. 35. num. 37. Azeued. l. 1. num. 51.*

5 *tit. 25. lib. 8. recop.* Nec Princeps † in conceſſione alicui facta, verbis etiam amplis, auferre voluiſſe cenſetur, contenta, ac diſpoſita per ius municipale, eique derogare, ſi quid ſpeciatim determinet, niſi conceſſioni addiderit clauſulam in ſpecie, vel in genere derogatoriam, *Non obſtantibus ſtatutis*, vel alio, quid ſimili, *ex Abb. & alijs* tradit *Curt. conſilio 35. num. 36. 37. Gozad. conſil. 6. num. 70. Rimin. iunior, conſilio 46. numero 50. Bardell. conſilio 147. numer. 8.*

Imo

Digitized by Google

Imo in omni plena poteſtatis conceſſione ſubaudi
tum intelligitur, ne quid à iure prohibitum fiat. l.
1.ff.de milit.teſtam.Lap.alleg.128.num.4.Tuſc.lit.V.
concluſ.152.num.4.
6 Secundo, à poteſtatis † defectu arguitur nolun-
tas, l.Iutius.§.pen.ff.ad municip.cap.à nobis. de ſenten.
excomm.Marta.de iuriſdict.p.4.cent.1.caſ.53.num.9.
& voluntatis defectum eſſe inquit, Crauet.conſ.241.
num.20. non poſſe, quod iure permiſſum non eſt,
Menoch.conſ.244.num.11. nec quis facere voluiſſe
cenſetur, quod facere iure non poteſt, l.cum non fa-
cile.ff.ſi cui plus, quam per leg.falc.l. nepos proculo. ff.
de verb.ſignif. Proditio exprimi in ſpecie debuit,
data guidandi facultate, & cum clauſula non ob-
ſtantibus, vel ex motu proprio, quæ generali quo-
que abolitione non continetur, Azeued.l.1.num.
49.tit.25.lib.8.recop.Maſtrill.de indult.cap.29.num.
4.Plac.lib.1.delict.cap.21.num.10.Baiard.ad Cla-
rum §.fin.quæſt.59.num.99. Noluit ergo pro prodi-
torio crimine guidaticum concedere, cum non
potuerit.
7 Tertio, Guidaticum in præiudicium † iuriſdictio
nis alterius, concedi non permittitur, ex Rouit.tit.
de guidat.pragm.1.num.6. Ac proinde Saluamguar-
diam pro defenſione ſuæ iuriſdictionis infringens
non punitur, Menoch.de arbitr.caſ.338.num.16.17.
& ſimiliter Iudex habens æqualem, ſiue parem iu-
riſdictionem, illud ſeruare non tenetur, Rouit.d.pra-
gm.1.num.55. quia par in parem non habet impe-
rium, l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff.ad trebell. Sed pri-
uatiua eſt ad Proregem, eiuſque Viceſgerentem
Capitaneum armorum, Meſſanę iuriſdictio, ex Clau
ſula in Rogerij Priuilegio, Vt nullus alius, niſi ſolus
Straticotus cognoſcat. Qua cæteris iudicibus deroga-
ta fuit, ſe intromittendi poteſtas, Franc.deciſ.723.
num.8.Rouit.pragm.15.num.10. de militib. Param.in
reſpon.aduerſ.obiect. contra iuriſdict. S.O. numero 31.
Bannitum ergo à Straticotiali Meſſanæ Magiſtratu
guidare ipſe non potuit.
8 Quarto, ſubreptitium † guidaticum non prodeſt
bannito, Farinac.reſol.52.num.1.conſ.3.num.3. quia
ſubreptio ipſo iure vitiat gratiam, cap.ſuper literis.
& ibi Bald.num.20.de reſcript.cap.ſi motu proprio.de
preben.in 6.Gozad.conſ.26.num.21.Menoch.de arbi-
trar.caſ.201.num.2.9.10.16.17.32. Fab.Anna, con-
ſil.38.num.39.40.41.conſ.114.num.1. Mareſcot.lib.
2.reſol.99.num.1.Azeued.conſ.34.num.24.63. Mo-
nald.conſ.24.num.10.11.13. conſ.121.num.6.vol.1.
Crauet.conſ.945.num.18.conſ.951.num.4.conſ.957.
num.35.Gratian.diſcept.283.nu.21. Oſaſc.deciſ.166.
num.2.Polid.Rip.obſer.177.num.6.Seraph.deciſ.601.
num.2.Marta, voto 74.num.21. vt nullam mereatur
executionem, cap.ſi ſuper gratia. de offic.delegat.in 6.
Gonzal.ad regul.cancell.in procm.§.7.num.240. Gra-
tian.diſcept.283.num.26. Polid. Rip.obſer.177.num.
4. Subreptitium eſt, proditorij qualitate non ex-
preſſa, quæ principem ad denegandum mouere po
tuerit, Bald.conſ.400.in 5.Alex.conſil.114.in 1.Boſſ.
de remed.ex ſol.clemen.Princip.num.37. Ruin.conſil.
98.num.4.in 4.Bertaz.crim.conſ.104.num.2. Farina-
cius, conſ.3.num.10. Baiardus d.quæſtio.32.num.37.
Facti enim qualitas deducenda eſt in primis, præ-
cipuè in pœnalibus, Ludouic.deciſ. Lucenſ.2.d nu.15.
Bardell.conſ.147.num.23. Cephalus, conſ.350.nu.24.
ſunt enim qualitates omnes, crimen ipſum concer-
nentes, exprimendæ, Bertaz. crim.conſ.104.numero
2.Baiard.d.quæſt.32.num.37. Guaz. reorum defenſio.
12.cap.1.num.58.verſ.& caueat.Maſcard.de probat.
concluſ.346.num.2.Caualc.de brach.reg.p.2.nu.318.
Nullus enim tam fatuus eſt, quin ſciret, qualitate
hac maximè alterari homicidij delictum, ex iuſto
etiam quodam naturæ iure, & eſt regulare, vt qua-
litas adiecta enti, illud reponat in diuerſam ſpe-
ciem, Bar.& alij, in l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iur.Marſil.
ſing.520.Pariſ.conſ.68.num.327.in 4. Bardell.conſil.
99.num.29. Qualitas derobationis facit tranſire
homicidium, in aliam criminis ſpeciem, latrocinij
nempè ex l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn. auth.ſed
nouo iure.C.de ſeru.fugit.Farin.reſol.52.nu.5. & qua-
litas aſſaſſinij transformat homicidium in aliam
delicti ſpeciem, Farin.conſil.10.num.17.23. Bardell.
conſil.147.num.6. Quę ſi expreſſa fuiſſet, cui dubiũ?
Armorum Capitaneum, vel non conceſſiſſe, aut dif-
ficilius, cap.dudum.cap.poſtulaſti.de reſcript. Decius,
conſ.541.num.20.Gozad.conſ.6.num.6. Soccin.conſil.
164.num.3.conſ.273.num.12.in 1.Iaſ.conſil.68.num.
6.in 3.Natta, conſ.368.num.4.Crauet. conſ.636.num.
8.Fab.Anna, conſil.38.num.43. Licet per ignoran-
tiam, aut vera ſunt tacita, aut falſa expreſſa, Pon.
conſ.161.num.7.Roland.conſ.72.num.72.in 3.Decia-
nus, conſ.98.num.2.in 2. Pariſ.de reſignat.benefic.lib.
10.quæſt.2.num.3 Seraph.deciſ.1060. n.2. deciſ.734
num.7.Crauet.conſ.68.ad finem.conſ.945.numero 18.
conſ.592.num.68.conſ.715.num.58. Coſta, de ſcien.&
ignor.reg.2.num.2.Honded.conſ.27.num.54.in 1.Fa-
9 bius Anna, conſ.38.num.44. Addit † Bald.conſ. 314.
in 5. quod mens concedentis ſaluumconductum, ea
fuiſſe præſumitur, quæ in prudentis, & boni viri ani
mo eſſe debet, Bellin.de re milit.tit.de ſaluiſcond.nu.
17.Menoch.conſ.244.num.10. Sed nemo prudens ſal
uumconductum hunc concederet, Bertazz.crimin.
conſ.104.num.3. Ac proinde, in re tam notoria, dici
non poteſt illum fide publica deceptum, imo ob
criminis atrocitatem captanda occaſio eſt (inquit
Fiſcus) vt æthiopus hic tam impius homo & prodi
tor, cęteris exemplo fiat.
Re tamen ipſa diligentius excuſſa, Contrarium
ex his verius eſſe cenſui.
10 Primo, Guidaticum à Principe, † eiuſque Lo-
cumtenente, vel delegato, iuſtè, vel iniuſtè conceſ-
ſum, Quiſque etiam inferior ab eo ſeruare debet,
Auth.præſenti.vbi Cin.Salic.& Doct. C. de ſacroſanct.
eccleſ.l.1.C.de ijs qui ven.ætat.impetr.Magalot.de ſal-
uiſconduct.num.19.Peguer.deciſ.39. Burſ.conſil.177.
num.27.conſil.345.num.25. Rouit.de guidatic.prag-
mat.1.num.53. Guazz. reorum defenſ.12.cap.1.num.
58.verſ.& Princeps.Bertaz.crim.conſil.359.Fachin.
lib.9.iur.controuerſ.59. Vt nec directè, vel indirectè
moleſtari poſſit, Angel.l.papinianus.§.ſi quis mor-
tis.ff.de inoff.teſtam.Aret.l.3.§ ſi ſeruus.quæſt.2.ff.de
acquir.poſſeſſ.Iaſ.l.pen.num.11.ff.qui ſatiſd.cogantur.
Vrſill.deciſ.4.num.6.Gozad.conſ.27.num.22.Franc.
deciſ.673.num.2.Burſ.conſil.177.num.27.39.Bardel.
conſ.147.num.15.Farinac.quæſt.39.num.8. Nepit.ad
conſuetud.Catinen.tit.2.num.137. Baiard.ad Clarum.
§.fin.quæſt.32.num.29. Vt nullam vim patiatur, nec
cum armis, nec ſine armis, nec cum authoritate iu-
diciali, nec extraiudiciali, Franc.deciſ.673.num.2.
Guaz.

Guaz.reor.defenſ.12.c.1.ſub num.58.verſic.Nec non.
Siue per Litteras patentes conceſſa fuerit ſecuritas,
ſiue per epiſtolam,aut aliter, Guaz.d.num.58.verſ.
11 bene verum. Surd.conſil.281.num.4. & captus† in
priſtinam libertatem reponendus eſt, ex l.1.C.de ijs
qui ven.ætat.impetr. Franc.deciſ.258.num.1. deciſio.
415.& ibi, Amend. deciſ.673.in princip. Molſes. in
Scholijs ad conſuetud.Neapol.p.4.quæſt.47. numero 3.
Baiard.d.quæſt.32.num.33.§.homicidium. num.216.
Rouit.d.pragmat.1.num.3. etſi guidatus fuerit à Iu-
dice,qui guidandi poteſtatem non haberet, Caual.
de brach.reg.p.2.num.317.Guaz.loc.nuper citat. Fa-
rinac.quæſt.29.num.5.95. & in talem ſecuritatem,
vt difficilis ſit eius perſecutio, Bart. l.præſenti.C.de
ijs,qui ad eccleſ.confug. Archid. c.minor. 17.quæſt.4.
Felin.c.ego N.ſub num.8.de iureiuran.Franc.deciſione
258.num.1.Caual.deciſ.1. num.45.p.p. ſic indebitè
carceratus,ſi relaxetur, debet taliter relaxari,quod
eius perſecutio ſit difficilis, Bart.l.1.ff.de acquir.rer.
domin.Carot.c.cum quid.p.p. §.ad octauum. num.3. de
regul.iur.in 6.

12 Secundo, Securitas † illegitimè conceſſa infrin-
gi non poteſt,Surd.conſ.298.num.22.Menoch.de ar-
bitr.caſ.336.num.33.maximè ſine cauſa, Caball.cri-
min.reſolut.caſ.118.num.12.Licet data à Iudice ſit,
qui eam dare non potuit, Farin.conſ.53.num.7.conſ.
59.num.16.conſ.131.num.6.quæſt.29.nu.95.Menoch.
de arbitr.quæſt.12.caſ.336. num.33. caſ.337.num.5.
Fachin.lib.9.iur.controuerſ.63. Caball. d.caſ 118.nu.
12.Guazz.reor.defenſ.12.c.1.num.58. Siue reſpectu
delicti quod guidari non poterat, Franc.deciſ.258.
num.1.Peguer.deciſ.39. Baiard. d.quæſt.32.num.33.
Siue reſpectu poteſtatis, quam ipſe non habebat,
Molſes.in Scholijs,ad conſuet. Neapol.p.4. quæſtio.47.
num.2.Franc.deciſ.258.num.1.2. Cancer,2.reſol.c.2.
de iuriſd.num.292.Menoch.d.caſ.337.num.10. Guaz.
d.num.58.& de pac.p.p.quæſt.38.num.18. Caualc. de
brach.reg.p.2.num.317.Bellug.de princip.rub.22.nu.
73.D.Tapp.lib.4.de iur.Neapol. tit. de morator.num.
9. Caball.d.caſ.118.num.33. Baiard.d.num.33. Pe-
guer.deciſ.39.num.10. Siue reſpectu ſolemnitatum,
quæ adhibitæ non fuerint Rouit. d.pragmat.1.num.
55.Farin.conſ.53.num.1. Guaz.d.num.18. Ne ſub fi-
13 de publica † deceptus ipſe videatur, Bartol.l.is qui
reus.num.12.ff.de publ.iudic. Clar. d.quæſt.32.nu.13.
Caball.d.caſ.118.num.11. Capiblan. de baron.pragm.
6.num.76.Bellon.de ijs quæ fiunt incontin. c.189.num.
3.Farin.quæſt.6.num.27. quæſt.95. conſil.131.num.6.
conſil.53.num.1.conſil.59.num.16. Franc.deciſ.258.
num.1.Menoch.d.caſ.336.num.27.33. caſ.337.num.
5.6.abſurdum ſanè eſſe,inquit,Vulpell.conſil.19.nu-
mero 12.publica officialium fide,quem decipi,Rau
denſ.variar.reſol.c.23.num.81.Cum ad Principis ho
norem ſpectet ſecuritatem ſeruare, Farin.conſil.45.
num.29.Miſing.cent.1.obſer.82.Fachin.lib.9.iur.con-
trouer.59.Rouit.d.pragm.1.num.53.etiam hoſti,Bel-
lon.d.num.3.Guaz.de pac.p.p. quæſt.38.num.21. Bar-
dell.conſ.147.num.15.

14 Tertio, Famoſum † bannitum, tradit Molſes.d.
quæſt.47.num.3. ſub falſa ſecuritate captum, priſti-
næ libertati repoſitum fuiſſe: idemq.eſt, ſi inualida
ſit ſecuritas, Farinac.conſ.53.num.1.quæſt.6.num.26.
Guaz.d.quæſt.38.num.18. ſiue petita guidatici nul-
litas,adhuc pendeat indeciſa, Amend.ad Franc.de-
ciſ.258. num. 3. ſiue nullum declaratum illud ſit,
Marſ.conſ.32.num.29.Paſqual. de virib.patr.poteſt.p.
4.c.3.num.37.Surd.conſ.299. num.23. ſiue repugnet
lex,guidari eum poſſe,Peguer.deciſ.39. Farin.q.29.
num.97.conſil.131.num.6. Turpe enim eſt,fidem fal
lere,l.1.ff.de conſtit. pecun. l.conuentionum.ff.de pact.
Thoming.conſ.39.num.48.in 1. Bardell. conſ.147.nu.
10.Guazz.de treug.§.2.quæſt.1.p.2. Rim.iun. conſilio
588.num.8.9.quæ hoſti ſeruanda eſt, Plac.lib.1.de-
lict.c.37.Peguer.deciſ.229.num.1. Couarr.de ſponſal.
par.2.cap.3.§.4.num.14.Fachin.lib.9.iur.controuerſ.
58.Menoch.d.caſ.336.num.26. conſil.100. num.196.
Turpius eſt ſub fide publica,quem decipi,Farinac.
conſ.59.num.16.Tuſc.lit.F.concluſ.335. concluſ.336.
num.5.Bardell.conſ.147.n.16. Fides fundamentum
iuſtitiæ eſt,Cicero.1.offic.§.feſtinabis. auth. de mand.
princ.Molſes.conſ.11.num.55.Peguer.deciſ.39. Tho-
ming.conſ.8.num.63.conſ.29.num.5.vol.1. Niſi data
ab homine ſit ſecuritas,ſine legis autoritate, Eugen.
conſ.68.num.31.

15 Non obſtat Primum, Quia guidandi facultas †
cum de regalibus eſſe dixerim, ſoli Principi compe
tit,vel cui Princeps conceſſit,Sixtin.de regalib.lib.2.
c.2.num.43.Clar.§.fin.quæſt.32. Decian. conſil.96.nu.
1.vol.3.Surd.conſil.281.num.3. Tuſc.lit.S.concluſ.21.
22.Guaz.reor.defenſ.12.c.1.num.58.verſic.ſed ſolus.
Caual.de brach.reg.p.2.num.314.315. Larat. conſilio
106.Gregor.Syntagm.iur.lib.35.c.9.num.2.Burſ.con-
ſil.345.num.1.copioſè Thoming. conſil.24.in 1. Aut
conſuetudo permiſit,Sixtin.d.c.2.num.44.Hinc ba-
ro foriudicatos non aſſecurat Capiblanc. d.pragm.6.
num.76.Petra,de princ.poteſt.c.8.num.52. Bannitos
verò ex contumacia aſſidere conſueuit. Rouit.de gui
dat.pragm.1.num.4.5.Frecc.de ſubfeud.lib.2.author.
45.Cancer.2.reſol.c.2.n.291. Capiblan. d.pragm.5.n.
75.Ponte,de poteſt.proreg.tit.de prouiſ.fier.ſolut.§.4.à
n.50.Non hoc tamen in Regno: Sed quos Princeps
banniuit,guidare non poteſt iudex,Afſl.deciſ.4.nu.
4.Caball.crim.reſol.caſ.50.à nu.2.Menoch.d.caſ.337.
num.10.Tuſc.d.concl.21.num.5. Fachin.lib.9.contro-
uerſ.62.Nec bannitum ab æquali cum Superioris li-
centia, quia & tunc dicitur is à Superiore bannitus,
Blanc.in prax.verb.datis defenſionibus.num.41. Me-
noch.d.num.10. Guazz.d.num.58. verſ. iudex etiam.
Quem vero iudex ipſe banniuit, eiuſuè anteceſſor,
cum ratione eiuſdem officij eadem perſona ſit, l.
cum proponebatur.ff.de iudic. guidare iuſta ex cauſa
poteſt,Menoch.d.caſ.337.num.11.ad tempus, Afſl.
d.num.4.Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.32. num.26.Me-
noch.conſ.244.num.12.13. Thoming.d.conſ.24.n.19.
20.Guaz.de pac.p.p.quæſt.38.n.21. Caualc. de brach.
reg.p.2.num.315.Caball.d.caſ.50.nu.12.Decian.con-
ſil.96.num.1.in 3. Sed conſuetudo non admittit iu-
dicem poſſe guidare, niſi particularem habeat fa-
cultatem,Nell.de bannit.p.2. temp.2.qu.15. Gozad.
conſ.61.num.10.Oſaſc.deciſ.101.nu.6.Tuſc.lit.F.con-
cluſ.326.nu.26.Non enim habet iudex adminiſtra-
tionem,niſi vt ius dicat,Cin.l.præſes.ad fin. C.de tran
ſact.Zabarell.c.1.n.2.de off.ordin.Tuſc.d.n.26. Cum-
que Armorum Capitaneus ex Proregis reſcripto
guidare poſſit, & guidauit,ergo.

16 Reſpon.II. Guidaticum,aut concedi potuit,† &
ſeruandum omnino eſt, etiam in atrocioribus, Fa-
rin.quæſt.29. Tuſc.lit.F. concluſ.336.num.10.Petra,

de Princip.poteſt.cap.15.num.27.Menoch.conſil.100. Potuiſſe autem non ſuis etiam ſubditis concedi dicimus, ſi ad effectum occidendi bannitos conceditur, ex l.omnes.ff.de re milit. Quaſi iuſta eſt guidandi cauſa, ex Blanc.in prax.gloſ.datis defenſionibus. num. 26.Herculan.de cautel.non offenden. cap.37.num.18. Moron.de treug.& pac. quæſt.105. num.13. Menoch. de arbitrar.quæſt.81.num.11.caſ.337.num.2.conſilio 100.num.19. Farin.quæſt.29.num.83. conſil.131.numero 3. Vt malis hominibus purgetur Prouintia, ad tex.l.congruit.ff.de off.præſid. ex quo, publica oritur quies, & recta viuendi ratio. l.1.§.quamuis.ff.de ventr.inſpic.l.lex Cornelia.ff.de iniur. Menoch.d.quæſt.81. num.4.

Aut concedi ab eo non potuit, nec debuit, & conceſſum ſeruare cogitur, ex Menoch.de arbitrar.caſ. 336.num.27.33. licet aſſecurandi poteſtatem minime habeat, Farin.conſ.59.num.16. ne ſub fide publica, quam hoſti ſeruandam dixi, quis deceptus videatur, niſi in caſu verſemus à ſtatuto, aut lege prohibito, cum, Decreti irritantis clauſula, ex §.neque autem.Auth.de mand. princ. iuncta gloſ.ibi. Menoch. de arbitrar.caſ.337.num.7.Farinac.quæſt.29.numero 97.Rouit.d.pragm.1.num.56. Tuſcus d. concluſ.336. num.18.vel ſi à Principe conceſſum ſit guidaticum, Peguer.deciſ.39.Rouit.d.num.56. Tuſc.lit.S.concluſ. 21.etſi aliter ſenſerit, Farinac. d.num.97. Nec proditorium homicidium guidare, de iure eſt prohibitum. Quod ea ratione, indulto non gaudet, quia Rex prohibet expreſſim. Sed eum Prorex potuerit prohibere, & non prohibuerit, Guidandi facultatem illi conceſſiſſe videtur: Certique iuris eſt, prohibitum expreſſe ſi quid non eſt, permiſſum videri, cum non ſit de genere prohibitorum, ad tex.l.magiſtratus. & ibi.gloſ.ff.ad municip.l.nec non. §.quod eis. ff.ex quibus cauſis maior. Rouit.pragm.1.num.13. de offic.prouiſ.facien.

17 Non obſtat Secundum, Quia certa eſt Proregis † voluntas, ſi proditorium homicidium non excepit, vt ſodomiam, & læſæ maieſtatis crimen, quę in conceſſo guidandi priuilegio excepta expreſſim voluit, eſt enim exceptionis natura, vt firmet regulam in non exceptis, l.quæſitum.§.denique.ff.de fund. inſtruct.leg.l.nam quod liquidè.ff. de pen. leg. Schrader.conſil.1.num.243. Menoch. conſil. 1156. num.8. Sixtin.de regalib.lib.2.cap.20.num.19. Rouit. pragm. 2.num.79.de iuriſdict.inuic. Couarr.2.reſol.cap.5.nu. 6.Veſembec.conſil.32.num.35. & addit, num.37.38. 39.licet exceptio de ijs ſit, quę generalitate non includerentur, argum.tex. c.qui ad agendum. de procur. in 6. vbi ſancitum legimus, ſi generali mandato, in quo ſpeciale mandatum requirentia non veniunt, vnus, vel plures caſus ſpeciale mandatum exigentes excipiuntur, cenſeri alios, etiam ſpeciales caſus mandato generali comprehenſos, Sixtin.de regalib. lib.1.c.4.num.87. Cumque ſaluuſconductus interpretationem recipiat à poteſtate concedentis, Farinac.quæſt.29.num.45.conſil.131.num.14. vt tale crimen guidare voluiſſe cenſeatur; neque municipali lege cautum nobis eſt, proditorium homicidium guidari non poſſe, quo in caſu loquuntur, Azeued. l.1.num.49.tit.25.lib.8.recop. & alij à me citati.num. 4.5.6.ergo.

Reſpon. II. Principis indulgentia, ſi ex cauſa conceditur ad crimen falſi, læſę maieſtatis, & eorũ, quæ diſſimilia non ſunt extenditur, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter ipſe indulgeat, ex gloſ.l.ſi docueris.C.de falſ.Alex.l.de pupillo. §.ſi pluribus.ff.de nou. oper.nunt. Carrer.in prax. §. vigeſimo nono excuſatur. num.12. Cauſa guidandi ſatis vrgens fuit, vt alium bannitum occidat, quę ad reipublicę quietem pertinet, ergo.

18 Non obſtat Tertium, Quia hoc allegare non † poteſt Fiſcus, cuius eſt concedentis Proregis factum tueri potius, quam offendere, cumque hoc non Fiſci, ſed Meſſanæ præiudicium ſit, ab ea opponendum erat, quæ tacet.

19 Reſpon.II. Quod ſi guidare † eſt de regalijs, Principi reſeruatis, conqueri Meſſana, nec potuit, qui enim iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam, l.iniuriarum.§.is qui.l.qui reipublicæ. ff.de iniur.l.nemo. ff. de reg.iur.Bald.c.licet cauſam.num.4.de probat.Felic. alleg.6.num.11.p.p.Farin.quæſt.105.nu.130. Decian. conſ.4.num.51.in 3.Macerat.lib.3.reſol.12.nu.2. Molin.de rit.nupt.lib.1.compar.18.num.68. exornat Ponte, conſ.154.num.7.8.in 2.

20 Non obſtat Quartum, Quia guidaticum ab † officiali publico recepit, eredens eſſe validum. Siquidem iuſtum non videtur, quod ſub fide publica decipi quis debeat, abſque ſui culpa, Alberic.l.1.C.de ijs qui ven.ętat.impetr.Vulpel.conſ.19.num.12.Guaz. de pac.p.p.quæſt.38.num.18. Credidit licentiam habere, Alberic.l.præſenti.§.cum autem. col.3. in princ. ſ.de ijs qui ad eccleſ.confug. Farinac. reſol.52.num.2. Hinc ſubreptio in ſupplicatione per alium impetrata, abſente principali, nocere non debet, Rota, deciſ.73.alias,74.de reſcript.in antiq. Socc.conſ.170. ad fin.in 2. Crauet.conſ.2.num.14. Tuſc. lit.S. concluſ. 750.num.28.Farin.d.num.2.nec in dubio gratia cenſeri debet ſubreptitia, Gabr. conſ.191.num.13.in 1. Fab.Anna, conſ.114.num.10. nec quęuis ſubreptio vitiat gratiam, ſed quæ doloſa ſolum eſt, Seraph.deciſ.936.num.3.Crauet.conſ.572.nu.10.Cum non doloſę ſubreptionis nulla habenda ſit ratio, Seraphin. deciſ.1009.num.6.

21 Reſpon.II. Quod taciturnitas † qualitatis, quæ non retardaſſet Principem ad concedendum non vitiat gratiam, cap.dudum.de præbend.in 6. Ponte, conſ.2.nu.23.in 1.Fab.Ann.conſ.114.n.4. ſubreptio vitiat gratiam, ſi tacita ſint, quæ mouere poſſent Principem ad non concedendum, vel difficilius ſaltim, c.dudum.de elect.in 6. Iaſ.l.1. num.2. C.ſi contra ius, vel vtilit.Peregr.conſ.72.num.2. in 1. Ludouiſ.deciſ.150.num.11. Monald.conſ.20.num.10.in 2. Mantic.deciſ.214.num.2. Seraphin. deciſ.653.num.5.Maſcard.de probat.concluſ.846.num.1. Crauetta, conſilio 636.num.8.Tuſc.lit.S.concluſ.720. num.1.4.5.6.concluſ.722.num.3. Menoch. de arbitrar. caſ.201.num. 24.Trentacinq.conſil.1.num.67.in 2. & vbi Princeps ſi interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet, non dicetur ſubreptio, Ponte, d.conſil.2. num.54. Fabius Anna, conſil.114.num.5. Imo probabiles ſatis ſunt coniecturę, ad cognoſcendum, an Princeps gratiam conceſſiſſet? Felin. c.ſuper literis. num.8.de reſcript. Menoch.d.num.24. Ludouiſ. d. deciſ. 150. num.4.10. Ponte.conſil.2.num.25.Fab.Ann.d.conſ.114. num.6. & num gratia ſubreptitia ſit? veriſimilitudo inſpicitur, c.2.de fil.presbit.in 6.Bellam.deciſ.125.deciſ.698. ad fin.

Digitized by Google

ad fin.Caſſador.deciſ.12.ad fin.de præbend. Ludouiſ.d.num.10.Gabr.conſ.200.num.10.in 1.

22 Reſpon. III. Omnia tacita † quorum expreſſio mouere potuerit Principem ad denegandum, non vitiant gratiam, Ponte.conſ.2.num.37. Gabr.conſilio 191.num.9.in 1.Fab.Anna,conſ.114.n.8. Niſi quæ exprimi Lex mandat. Calderin.conſil.1.num.3.de fil.presbit.Caſſador.deciſ.10.de præbend. Mohedan.deciſ.8.Macer.lib.1.reſol.8.num.17. Tuſc.lit.S.concluſ.720.num.3.concluſ.750.num.2.3. Gabr.conſ.200.nu.14.in 1.Garz.de benefic.p.8.cap.3.num.20.21.p.11.c.3.num.121.Ludouiſ.Rot.deciſ.108.nu.6.Fab.Ann.conſ.114.num.9.Gratianus.diſcept.535.num.26.latè Couar.1.reſol.c.20.Menoch.de arbitrar.caſ.201.num.26.Maſcard.de probat.concluſ.846.num.2.3.Tuſcus,lit.S.concluſ.750.num.2.3.concluſ.720.num.3. Farin.quæſt.6.num.8.conſil.93.num.6.Contraria vero procedunt in reſcriptis ad lites, cum in gratioſis nulla conceſſio eſſet tuta, ſi omnia eſſent exprimenda, quæ de iure non præſtent impedimentum,Gratian.d.diſcept.535.num.27.Garz.d.p.8.cap.3.num.26.27.qui ſic explicat,tex.cap.ſuper literis.cap.poſtulaſti.de reſcript.

Articulus Secundus,Maior eſt difficultas; Quod ſi homicidium proditorium eſſe conſtet,ipſumque Guidaticum ſit nullum, ad epiſcopum de viribus guidatici non ſpectat cognoſcere, ſed pronuntiare ſolum debet, an, eccleſiæ immunitati locus ſit pro homicidio proditorio.

23 Primo, Securitatis à Principe † conceſſæ cognitio, An valida, vel nulla ſit, aut contrauentum illi fuerit, ſolius Principis concedentis eſt, ex Caſſaneo,glor.mund.p.5.verſ.195.Bertaz.crim.conſil.51.num.17.Menoch.de arbitr.caſ.338.num.3.15. Oſaſc.deciſ.88.num.16.Auend.de mand.reg.p.p.c.11.num.4.Sed regaliæ non competunt Epiſcopis, cæteriſq.perſonis eccleſiaſticis, quatenus eccleſiaſtici ſunt, niſi quatenus ſint Principes,& ſtatus imperij Romani, Bald.l.nam ſalutem.§.ait enim.ff.de off.præfect.vigil.Innoc.num.2.Abb.num.14.& Canon. in c.cum te. de ſenten.& re iud.Abb.num.10. Felin.num.4.in cap.ſignificaſti.de off.deleg. Igne.l.neceſſarios. §.non alias.p.2.num.128.ff.ad Syllan. Aluarot.c.1.num.11. Qui feud.dar.poſſ.Vult.de feud.lib.1.cap.5.num.7. Sixtin.de regalib.lib.1.c.4.num.121. Dicendum ergo non eſt, poſſe Epiſcopum etiam incidenter de cauſa ad forum ſecularem pertinente cognoſcere, cum non ſoleat concedi indirectè, quod directè negatur, l.ſi ſponſus.§.generaliter.ff.de donat.int.vir. l.nec pro ſe.C.de hæred.inſtit.l.ſeius & augerius.ff.ad l.falcidiam.& vbi aliquid prohibetur, omne illud prohibitum videtur,quo peruenitur ad illud, l.oratio.ff.de ſponſal. imo ſaluiconductus declaratio (quid nempè contineat) ad Principem ſpectat, ex Baldo,conſilio 457.volum.1.ſcripſere, Bellin.de re militar.tit.de ſaluiſconduct.numero 20. Menoch.conſilio 244.num.17. Anton.Sola,ad Decret.Sabaud.tit.de guardijs.gloſ.3.num.26.

24 Secundo,Cauſæ continentes † ſunt, vel quia connexitas ſit duorum iudiciorum, quorum vnum habet ſe in ratione ordinis ad reliquum, ſicut eſt petitorium,& poſſeſſorium, l.ordinarij.C.de rei vend.l.nulli.C.de iudic.cap.1.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Doct.cap.fin.de iud.Menoch.de arbitrar.caſ.95.num.8.16.Natt.conſil.135.num.1. Dicuntur etiam cauſæ continentes, ſi aliqua moueatur actio generalis, quæ plures ſub ſe complectitur cauſas, vt communi diuidendo, vel tutelæ, tunc enim omnes ad eundem iudicem ſunt remittendæ, ne vna, eademq.in re,& negotio diuerſas proferri ſententias contingat, l.omnes.C.arbitr.tutel.l.1.2.ff.de quibus reb.ad eund.iud.eat.Specul.tit.de compet.iudic.§.1.verſ.46.Natt.d.conſ.135.num.1.Gail.lib.1.obſer.32.num.5. vel dicuntur cauſæ continentes, quod licet ſit diuerſitas perſonarum,eſt tamen idẽtitas negotij, tunc enim reſpectu omnium, coram eodem tribunali cauſa tractatur,Gail.d.obſeru.32.num.6. Nat.conſ.135.nu.1. Dicuntur etiam continentes, quæ ab vna cauſa,& ratione procedunt,ad tex.l.cum eiuſdem.§.fin.ff.de edilit.edict.Imol.conſ.134.in princ.Dec.conſil.317.ad finem,conſil.423.Crauet.conſil.232.nu.5.Menoch.de arbitr.caſ.371.num.15.Marta,de iuriſdict.part.4.cent.2.caſ.189.num.1. Sed guidatici conceſſi nullitas, eiuſdemque contrauentio, vnam non habent cauſam, & rationem,cum eccleſiæ immunitate, an proditorium homicidium cum ſit,gaudere illa poſſit,continentes ergo dici non poſſunt, vt eſſet, tex.l.nulli.C.de iudic.l.ordinarij.C.de rei vendic.l.2.ff.de quib.reb.apud.eund.iudic. Bart.l.iuriſperitus.§.cum oriundus.ff.de excuſat.tutor.Maran.de iudic.par.4.diſtinct.11.num.24.Capic.deciſ.122.num.5. Couarruu.practic.quæſt.34.num.1. Menoch.d.caſ.371.num.12.Marta, d.caſ.189.num.3. Qui ex prædictis addit,
25 num.4. Cauſas † continentes,nec eſſe, quæ diuerſi ſunt fori,& ſeparationem recipere poſſunt. Proinde ſi vnus, Iudex reſpectu omnium cauſarum competens non eſt,coram diuerſis iudicibus tractandæ illæ ſunt, Crauet.conſ.258.num.7.Marta, d.caſ.189.num.6. Vel ſi iudex limitatam habet, & reſtrictam iuriſdictionem in vna tantum cauſa,adeo vt quoad cauſas continentes iuriſdictione careat, Bartol.l.in commodato.§.duabus.ff.commod. Iaſ.d.l.nulli.num.6.Menoch.d.caſ.371.num.23.Marta,d.n.6.Niſi à M.R.
26 C.determinanda † ſit cauſa, cuius priuilegium eſt, ne ex ſui præeminentia, cauſę continentia diuidatur, Capic.deciſ.122. Vrſill.deciſ.155.Franc.deciſ.426.Viui.deciſ.136.

Cæterum, contrariam ſententiam veriorem de iure cenſui, quæ multis probari poteſt argumentis, & hiſce potiſſimum.

27 Primo, Paria ſunt † reum liberatum penitus eſſe à banno, vel eſſe bannum eius ſuſpenſum ex guidatico,aut alio quouis modo, Alba,conſ.667.num.1. Ceſſat namque interim banni effectus, & pro non bannito habetur, Bald.l.ſi creditores. C.de fideicom.in l.pen.C.de curat.furioſ. Gozad.conſil.61.Nepit.ad conſuet.Catinen.tit.2.num.137.Maſtril.de magiſtrat.lib.2.c.12.nu.59.& eſt ratio, quia ſaluuſconductus dicitur quędam diſpenſatio, de homicidio, vel alio ſimili delicto,de quo iam fuit condemnatus,ex Baldo conſ.490.in 1.Decian.conſil.96.num.3.in 3.Quam ſolus Princeps facere ſolet,l.1.§.fin.ff.de quæſt.Abb.c.ſicut dignum.cap.ad audientiam.de homic. Decian.d.num.3.Vel is,qui vices eius gerit, vſque adeo vt ſi ſciens bannitum, eſſe guidatum occiderit, mortis pœnam pati debeat, Dec.num.5. Cagnol.num.12.l.qui cum alio.ff.de regul.iur. Gozad.conſil.61. Socinus iun.conſ.58 num.12.in 1. Alba, d.conſ.667.d.num.2.

*Menoch.de arbitr.queſt.90.num.*35. Ipſeque banni-
tus guidatico durante ad publica vrbis officia ad-
mitti interim poſſet, *Maſtrill.d.num.*59. *Nepit.d.nu.*
137. Ad quæ banniti promoueri prohibentur, *Me-
noch.conſ.*275.*num.*54. Cum ſit generale, bannitos
ad officia non admitti, *Platc. & Angel. in l.*1.*C.de
his qui in exil.dant.lib.*10. *Alexand.ad Bart.l.*1.*ff.de
gland.legend.Bald.l.*2.*§.ex actis.in addit. & §. deniq.
ad finem.ff.de orig.iur. Gamm. deciſ.*135.*Fab.Anna,
conſ.*80.*num.*25.*conſ.*95.*num.*38. Sic conceſſa hoſti
ſecuritate, hoſtis amplius non eſt, *Menoch.de arbitr.
caſ.*336.*num.*25. guidato ergo homicidio, & ſic ſu-
blato principali, acceſſoria, proditorij qualitas, gui
dara dicitur, licet de ea nihil ſit dictum, *l.in delictis.
§.ſi detracta.ff.de noxal.l.cum principalis.ff.de regul.
iur.Tiraq.de conſtitut.p.*3.*limit.*7.*num.*40.*in terminis
Caball.crimin.reſolut.caſ.*175.*num.*4. Connexum
namque crimini, pars criminis eſt, *l.ſemper.§.annus.
ff.quod vi, aut clam.Signorol.conſ.*242.*num.*18. *Tuſc.
lit.C.concluſ.*625.*num.*6.

Secundo, Iudex cauſæ principalis, iudex eſt cu-
28 iuſque cauſæ † incidentis, etſi de illa non poſſit prin
cipaliter cognoſcere, *l.nulli.l.quoties.C.de iudic.l.*1.
*C.de ordin.cognit.l.fin. C.vbi & apud quem, in integr.
reſtit.l.nullum. C.de teſtib.l.cum proponas.C.de rebus
credit.cap.cauſa.de in integr.reſtit. Bart. & Barboſ.l.
titia.ff.ſoluto matrim.Lap.alleg.*92. *Abb.conſilio* 18.
*num.*7.*in* 2.*Borrell.de Reg.praſtan.cap.*71.*num.*375.
*Sanchez.de matrim.lib.*10.*diſput.*8.*ſub num.*15.*Fon-
tanell.de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſ.*13.*p.*2.*num.*5. *Tuſc.
lit.C.concluſ.*625.*num.*10. *Tepat.lib.*1.*variar.tit.de
iuriſd.col.*9.*ad fin.Bim.conſil.*188.*num.*23. *Gail.lib.*1.
29 *obſer.*1.*num.*22. Incidenter † autem proponi dicun
tur, quæ per modum exceptionis, vel replicationis
opponuntur, *l.*3.*& ibi, notant. Bald.Salic.Iaſ.Caſtr.
& alij, C.de iudic.Pariſ.conſ.*95.*num.*37.*in* 1.*Veſem-
bec.conſil.*3.*num.*16.*p.p.Tuſcus, lit.I.concluſ.*70.*num.*
22. Inde eſt, vt principaliter, & incidenter iudicia
cumulari poſſint, quæ alias ſe non compaterentur,
*Bart.l.*1.*§.*1.*ff.vi bonor.raptor. Marant. de iudic.p.*4.
*diſtinct.*1.*num.*20. *Veſembec.conſil.*3.*num.*17. Co-
gnoſci ergo incidenter ab Archiepiſcopo Meſſanæ
poteſt, ſi conceſſum de facto fuerit guidaticum,
non quod ſuper eo pronuntiet, ſed ſuper eccleſiæ
immunitate, ſi ea gaudere aſſecuratus reus poſſit,
ſicque oblique permittitur, quod directo obtinere
non poſſit, contra regulam, *text.l.final.C.de vſur.rei
iudic.cap.cum quid vna via.de regul.iur.in*6.*Iaſon.l.
cætera.§.item queri.num.*10.*ff.de legat.*1.*Gail.de pa-
ce public.lib.*1.*cap.*6.*num.*1. connexitatis, & connex
itatis cauſę ratione, ne inique illa, & incommodè
diuidatur, ex *l.nulli.C.de iudic.l.*1. *& ibi, gloſ. verbo,
eundem.ff.de quib.reb.ad eund.iud.eat. Gail. d.cap.*6.
*num.*2.*Rota Gen.deciſ.*13.*num.*5. Sunt enim conne-
xa, quę dependent ab eodem negotio, *Bart.l.Aure-
lius.§.idem queſijt.ff.de liber.legat. Curt.ſenior, conſil.*
20.*num.*23.*Tuſc.lit.C.concluſ.*625.*num.*7. Hinc mul-
ta in conſequentiam conceduntur, quę alias princi
paliter non concederentur, *l.*1.*vbi, gloſ.verb.accomo
dare. & Bart.num.*1.*ff.de auth.tutor. Socin.l.in condi-
ctionibus.num.*2.*ff.de condict.& demoſtr. Dec conſil.*
698.*nu.*9. Maximè ſi tale ſit conſequens, quod prin-
cipale negotium concernit, *Gail.de pac.publ.lib.*1.*c.*
6.*num.*3.

30 Non obſtat Primum, Quia † guidatici cauſa à
Seculari cognoſcenda, prę iudicialis eſt ad Eccleſię
immunitatem, quę guidatum bannitum in tute-
lam recepit, nullius criminis tunc reum ex vi gui-
datici ſub verbo regio, *vt dixi, num.*30. cogitur er-
go Epiſcopus illum defendere, licet nullum eſſe
guidaticum pronuntiet Secularis iudex, à quo fi-
dem publicam ſeruandam teſtantur omnes citati,
*num.*13.

31 Reſpon. II. Quod ſi ſolus Princeps † cognoſcit
de regalijs cuius ſunt propria, ac proinde nec Epi-
ſcopus in cauſa feudi etiam eccleſiaſtica contra cle
ricum cognoſcit ſed ſecularis etiam, ſi contra epi-
ſcopum feudi dominum agatur, vel perſonam a-
liam eccleſiaſticam, *c.ex tranſmiſſa.de for.competen.
Clar.§.feudum.queſt.*90.*num.*8.9. *Tuſc.lit.C.concluſ.*
386.*lit.I.concluſ.*451.*num.*8. *lit.F.concluſ.*212.*n.*17.
*Craſ.cleric.effect.*1.*num.*718.719. in ciuilibus, ſecus
in criminalibus, vt ſi de priuando clericum, ratione
criminis agatur, tunc iudicat, Epiſcopus loci ordi-
narius. *Abb.num.*3.*Butr.num.*8.*Felin.num.*14. *Dec.
num.*14.*in c.cæterum.de iudic. Bald.conſ.*216.*num.*6.
in 2.*Tuſc. d.concluſ.*451.*num.*9. *d.concluſ.*212.*num.*
22.54.*Alba, conſ.*389.*num.*21. plenius, *conſ.*390.*n.*
16. Cumque ſi guidaticum in proditorio crimine
ab Armorum Capitaneo concedi potuerit, vel ſi
contrauentum à reo ſit, vt guidatico priuetur, cau-
ſa ſit criminalis, ab Epiſcopo ergo cognoſci poſſe
concludit, *Craß.d.effect.*1.*num.*726.

32 Reſpon. III. Laicus † de re ſpirituali non cogno-
ſcit, ſi de re ipſa ſpirituali agatur; de mero tamen
rei ſpiritualis facto cognoſcet laicus, *Bart.l.omnem in
natione.C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.*2.*num.*4.*ff.de iuriſd.
omn.iudicum.in l.titia.num.*6.7. *ff.ſol.matrim. in l.fi-
lium.num.*13.*ff.de ijs qui ſunt ſui vel alien.iur. & in l.
quoties.C.de iudic. Felin.cap.decernimus. ad fin.de iu-
dic.in cap.*1.*num.*22.*de iureiur. Afflict.deciſ.*219.*nu.*
5.*Gamm.deciſ.*194.*Vant.de nullit.defect.iuriſd.num.*
54.*Capie.deciſ.*7.*nu.*2. *Apont.tit.quis ſit iud.in cauſ.
feud.verſ.& quoq.Craſſ.cleric.effect.*1.*num.*407.*Bar-
boſ.d.l.titia.num.*22.*Farinac.queſt.*8.*num.*25. *Saba-
gun.d.cap.decernimus.num.*60. *Gail.lib.*2.*obſeru.*42.
*Ceuall.comm.queſt.*403. *Franc.deciſ.*36.*num.*3.*Ro-
ſentall.de feud.c.*12.*concluſ.*2.*num.*55.*Trois.tit.*236.
*num.*1.*Valaſc.deciſ.*159.*num.*9. *Conarr.de ſponſalib.
cap.*8.*§.*12.*num.*3. Iuris quęſtio eſt, ſi partes ſunt in
facto concordes; ſed eſt dubium, an illud rite, & re-
cte interceſſerit, *Cyn. & alij, l.Arethuſa.num.*6.*ff.de
ſtat.hom.* Facti vero quęſtio dicitur, ſi partes ius il-
lius facti ſupponentes, exquirunt ſolum, an factum
illud interceſſiſſet, *Bart.num.*8. *Barboſ.num.*23.24.
*d.l.titia.Cagnol.l.quatenus.num.*11.*ff.de reg.iur.Bald.
conſil.*175.*ad finem.in* 3.*Socc.conſil.*51.*in* 1. *Plot.de
in lit.iurand.§.*4.*num.*49. *Valaſc. deciſ.*159.*num.*12.
*Fontanell.d.gloſ.*12.*num.*27. Cumque contrariorum
eadem ſit diſciplina, mirum ſanè non erit, vt ſi Epi
ſcopus guidaticum (quod de regalijs eſſe ſcimus)
cognoſcere non poſſit, de facto tamen cognoſcat,
non vt illud concedat, nec ſi nulliter conceſſum
fuerit, validum illud pronuntiet, ſed vt videat, ſo-
lum ſi de facto ſeruari debeat, ne quem ſub fide
publica admiſit eccleſia, in ſui tutelam, de facto
priuet, expellatque licet enim punire malefactores
expediat, id tamen via iniqua, vel iniuſta faciendū

aa non

Digitized by Google

non eſſe inquit, *Guaz.reor.defenſ.12.c.1.nu.58.verſ. bene verum eſt. Caual.de brach.reg.p.2. cap.19.num. 319.320.*

33 Non obſtat Secundum, Quia in † dubio idem eſt iudicium in verè connexis, *ad tex.l.eum actum.ff. de negot.geſt.Surd.deciſ.192.num.17. Cephal. conſilio 365.num.245. Roſentall.de feud.c.12.concluſ.5.num. 29.Menoch.de arbitr.caſ.95. à num.5.* Ne continentia cauſæ diuidatur, *l.nulli. C.de indic. Menochius, de arbitrar.caſ.371.num.1. Borrell. in pragmat.odia. §. 3.gloſ.1.num.244. Viui.deciſ.136.nu.1.* Sed per conſequentiam cognoſcet iudex, quod directè non poteſt, *Bart.l.1.ff.de author.tutor.* & tunc inſpicimus, quod principaliter agitur, *Gail. lib.1.de pac.publ.c. 6.num.3.*

34 Reſpon.II.Iuriſdictio ſpecialis, † ratione incidentis, ad cauſas etiam alterius generis, & qualitatis prorogari poteſt, *cap.in præſentia. de donat. intr.vir. Schrader.de feud.p.10.ſect.3.num.147. Roſentall.d. concluſ.5.num.29. Craſſ.cleric.effect.1. num.402. Decian.lib.4.crim.c.30.à num.1.8. Oſaſc.conſil.67.nu.6. Ceual.de vi.& violen.gloſ.6.num.126.128.* Incidentia ampliant iuriſdictionem, alioqui limitatam, *Sichard.conſ.matrim.6.nu.9.* Ipſumque incidens cauſæ principalis naturam aſſumit, *Franc.deciſ.513.nu.*

35 *1. Cartar.deciſ.76.num.4.* Si Iudex eſt † incompetens, ſecus ſi prorſus incompetens ſit, *Abb.cap.lator nu.7.qui fil.ſint legit. Franc.deciſ.512. Barboſ.d.l.titia.num.21. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.12.p. 2.num.21.*rationem addit, *n.22.* quia incompetens iuriſdictionem habet in habitu, & potentia, quç ex iuſta cauſa reducitur ad exercitium, & actum, ſicq. ratione incidentiæ fieri poteſt competens, ſecus eſt in penitus incapace, *ex Iaſ.l.quoties.num.6. C.de ind. Dec.num.174. Sabagun.num.52. cap.decernimus. eodem tit. Abb.d.c.lator.num.7. Garz.de nobilit.gloſ.9. Ceual.comm.quæſt.897.num.683. Eſcobard.de ratiocin.cap.7.num.19. Velaſc.deciſ.159.num.7. Fontanel. d.num.22.* Prorſus incompetens eſt Secularis, quo ad clericos, *cap.1.11.quæſt.1. ex Couar.practic.quæſt. 31.à num.1. Roland.conſ.25.in 2. Decian.d.cap.30.nu. 3. Fontanell.d.gloſ.12.num.21. Garz. d.gloſ.9. Ceual. de vi & viol.quæſt.80.num.11. & comm. quæſt.897.n. 685. Turrett.conſ.36.num.11.17.18.in 2. Surd.conſil. 193.num.5. Bouadill.lib.2.polit.c.18.num.17.23. Caldas, conſ.5.num.14.* vt de ijs, nec principaliter, nec incidenter cognoſcet, *c.decernimus. & ibi Rio.c.atſi clerici.cap.cum non ab homine. c.fin.de indic. c.2.c.ſignificaſti.de for.compet. Decian.lib.4.crim.9.num.22. Couar.d.quæſt.31.num.1.2. Franc.deciſ.189.num.3. Velaſc.deciſ.159.num.5. Fontanell. d.gloſ.12. à num. 10. Marta, de iuriſdict.p.4.centur.2.caſ.136.num.11. Surd.conſil.396.num.28. Peguer.deciſ.91. à numero 5.* quia nec actu, nec habitu iuriſdictionem habet, *Franc.deciſ.722.num.22.* Eccleſiaſticus verò iudex, prorſus incompetens non eſt, ratione cauſarum ſecularium, ſed ſolum incompetens eſt, mirum ergo non eſt, ſi ratione incidentiæ fiat competens, *Sabagun.d.cap.decernimus.num.56. Fontanell. d. gloſ.12. num.23. Ceual.comm.quæſt.897.num.683.* Incidentia modus eſt tollendi incompetentiam non tollendi incapacitatem, *ex c.tuam. de ordin.iudic. c.lator. qui fil.ſint.legit. Ceuall.d.quæſt.897.nu.685.* Et ea denique ratione, quod exiliatus, vt ex non ſeruatis finibus, in penam incidat, neceſſaria eſt eius captura in confinibus prohibitis, nec ſufficit illic viſum fuiſſe, *Nouar.forenſ.quæſt.3. Capiblanc.de baron.pragm. 7.nu.28.* Cum ergo intus ciuitatem captus à Birroarijs non fuerit reus, vbi fuerat viſus, ſed extra mœnia, ſatis poſt, & in Eccleſia illi reſtituendus eſt.

Ex his, in Viſitatione Carcerum Archiepiſcopalis Palatij, die 21. Octobris, Anno 1622. Prouiſum fuit, *Petrus Caſaro reſtituatur eccleſiæ*, Fuitque ſic exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones in gratia à Principe appoſitæ,* Ne tranſire reus poſſit ante domum offenſi, vel ne ad patriã aut locum aliquem redeat, *ſeruandæ ſunt.*

2 *Dictio,* ita quod, *Taxatiuæ vim habet, reſtringit, & limitat diſpoſitionem.*

3 *Conditio,* Ita quod non accedat ad locum delicti, *nedum de eo loco, intelligitur, ſed de eo in quo eſt Prorex, & de propria patria, num.4.*

5 *Miliaria menſuranda ſunt, pro menſura Magiſtratus, qui condemnauit.*

6 *Miliaria per rectitudinem menſuranda ſunt ſed per quę loca? & an per aerem?*

7 *Gratia à Principe certo modo conceſſa, alio, modo denegata cenſetur.*
Declar. num.15.16.

8 *Dictio,* ita quod, *condictionem adijcit reſolutiuam, & quæ ſit reſolutiua condictio?*

9 *Dictio,* ita quod, *Modum denotat, quo non impleto, reſoluitur gratia.*
Declar.num.17.

10 *Guidatus ſi repertus fuerit intra loca prohibita, animo ſtatim recedendi, guidatico non gaudet.*
Declar.num.18.

11 *Condictio guidatici,* ita quod non acedat ad locum delicti. *De acceſſu voluntario intelligenda, non de neceſſariò.*

12 *Confiuatus ſi pro explendo voto non ſeruat confinia, non dicitur contraueniſſe.*

13 *Momentaneus acceſſus ad locum prohibitum contrauentionis pænam pati non debet.*

14 *Acceſſu ad certum locum prohibito, ſimplex tranſitus non eſt prohibitus.*

ARGVMENTVM.

Guidatus, Sub conditione, *Ita quod non accedat ad Locum delicti, & miliaria tria circumcircà,* Si contrauenerit, Quibus ex cauſis excuſetur?

CONSILIVM LXXXI.

FRanciſcus Criſafulli pro homicidio vltra flumen Agrò, à ſe commiſſo, bannitus per menſẽ fuit ab Armorum Capitaneo guidatus, *Ita quod non accedat ad locũ delicti, & miliaria tria circum circà.* Cumque omnes Chriſti fideles ſemel in anno in Paſchate ſaltim,

faltim, Euchariſtiæ ſacramentum aſſumeturos fore,
ex S.R.E. præcepto ſancitum ſit: Franciſcus ad pa-
rochialem Terræ Sabuocæ Eccleſiam acceſſit in Pa
ſchate, & adimpleto præcepto à terra diſcedẽs fuit
à Iuſtitiæ Capitaneo captus, eo ſub prætextu, quod
conceſſi guidatici fines non ſeruaſſet, an puniendus
ſit? & qua pœna? dubitatur.

Ad perfectam conſultationis huius reſolutionẽ,
illud memoria reuocandum exiſtimo, Scandali eui
1 tandi cauſa † poſſe Principem (ſi expediat) Guida-
tum, prohibere, ne redeat ad patriam, neuè tran-
ſeat ante domum offenſi, Plac. lib. 1. delict. c. 7. num.
3. Moron. de treug. quæſt. 187. num. 2. Pon e, de poteſt.
proreg. tit. 1. à num. 11. Tuſc. lit. P. concluſ. 191. num. 3.
Guazz. de pac. p. p. quæſt. 62. num. 5. Maximè ad breue
tempus, Vulpell. de pac. quæſt. 55. num. 3. Hinc non le-
uis eſt difficultas. An condictio, Ita quod non accedat
ad locum delicti, & miliaria tria circumcirca, cum ta-
2 xatiuæ † vim habeat dictio, ita quod, Imo reſtringat,
& limitet diſpoſitionem, ex l. lucius. §. qui habebat.
ff. ad trebell. l. gallus. §. idem credendum. ad fin. ff. de li-
ber. & poſth. Gugliel. Cun. & Angel. l. nulla. ff. de legi-
bus. Alex. l. legata inutiliter. num. 3. ff. de legat. 1. Dec.
conſil. 227. num. 6. Socc. conſil. 49. num. 2. in 1. Gabriel.
conſ. 30. num. 26. in 1. Bott. conſil. 54. num. 27. Ruinus,
conſil. 18. num. 11. in 2. conſ. 1. num. 12. in 4. Rim. iun.
conſil. 263. num. 40. conſ. 491. num. 63. conſil. 640. nu.
16. conſ. 739. num. 87. Surd. conſ. 315. num. 24. conſilio
554. n. 36. Tuſc. lit. D. concluſ. 364. nu. 5. Marta, de iu-
riſd. p. 4. cent. 2. caſ. 130. num. 8. Cened. ſing. 39. num. 1.
Bertazz. inſtrum. clauſ. 29. gloſ. 3. num. 2. An de loco
ipſo, præcisè intelligenda ſit, in quo commiſſum
fuit delictum? Veritas eſt, nedum à loco illo exula-
tum eſſe reum, † ſed à loco, in quo reſidet Prorex,
3 ex l. relegatorum. verſ. conſtitutum eſt. ff. de interd. &
releg. explicat plenius, Rouit. pragmat. 1. num. 31. de
guidatic. & pragm. 1. num. 8. 9. de contumac. & vt non
acced. ad Curi. & ab eo etiam loco, in quo partes of-
fenſæ ſint, Rouit. pragm. 1. num. 9. de guidat. Capiblan.
de baron. pragm. 6. num. 78. Sed, quæ ſint partes offen
ſæ? ponit Rouit. pragmat. 8. de compoſit. Imo fortius,
4 † & à ſua patria, d. l. relegatorum. verſ. ſi cui planè. &
ibi, Bart. §. interdicere. num. 5. Bald. l. pen. num. 26. C.
de except. rei iudic. Batard. ad Clar. §. fin. quæſt. 71. nu.
5. 21. Farin. in fragm. lit. B. num. 62. Rouit. d. pragm.
1. num. 10. Guazz. reorum defenſ. 33. cap. 27. num. 20.
Canal. de brach. reg. p. 4. num. 29. Fruſtratoria namq;
eſſet accedendi prohibitio, ſi exulatus à loco deli-
cti, moram trahere poſſet in propria patria, imo
nulla eſſet pœna, cum vnicuique dulce ſit ſolum pa
triæ, l. qui habebat. ff. de legat. 3. Anchar. conſ. 75. nu.
4. Rom. conſ. 468. num. 5. 6. Tuſc. lit. P. concluſ. 133. nu.
1. Inde etiam eſt, vt confinatus aliquo in loco ad
certum tempus, ſi durante confinio moriatur, cada
uer non poteſt ante finitum exilium inconſulto
Principe ad locum transferri, à quo relegatus eſt, vt
ibi ſepelliatur, ſecus vero eſt in eius oſſibus, ad text.
l. 2. vbi notant Bart. & Doctor. ff. de cadauer. punitor.
Florian. l. 1. 2. num. 5. ff. de religioſ. ſumpt. funer. Marſi-
lius, l. finali. num. 46. ff. de quæſtion. & de bannit. verb.
mortui, num. 71. Gomez. 3. variar. cap. 14. nu. 8. Guaz.
d. c. 27. num. 21. Caball. crim. reſolut. caſ. 83. num. 1. 6.
caſ. 265. per tot.

Secundum, quod præmittendum cenſui, illud
5 eſt, miliaria † menſuranda eſſe pro menſura loci
delicti, & ſententiæ, qua Magiſtratus reum prohi-
buit, ne ad locum delicti, & miliaria tria circumcir
ca accederet, latè Peregrin. conſ. 103. à num. 1. vol. 1.
6 Per rectitudinem † per agros, & ſemitas, per plani-
ciem, prout quiſque pedeſter ire poſſet etiam per
loca inuia; At ſi aquæ, & flumina obſtarent, vt fieri
non poſſit, tunc per aerem facienda menſuratio
eſt, Iaſ. l. 1. n. 3. ff. ſi quis caution. Alexan. conſ. 22. in 4.
Optimè, Peregr. d. conſ. 103. à n. 5. His ſic præhabi-
tis. Reſpondendum mihi erat, prohibitioni reum
contraueniſſe, cum in terra Sabuocæ eius patria fue
rit captus cum armis.

7 Primo, Gratia vno modo † à Principe conceſſa,
alio modo denegata cenſetur, ad tex. l. cum lex. ff. de
legib. l. cum prætor. ff. de iudic. Cepoll. conſ. 7. num. 5. Fa-
rin. conſ. 53. num. 39. Rouit. pragmat. 1. num. 30. tit. de
guidat. Quod enim ſub vna condictione datum eſt,
ſub contraria ademptum dicitur, l. ſi legatum. ff. de
adimen. legat. l. ſi ita quis. ff. de vulg. l. ſtatu liberum. §.
ſticum. ff. de legat. 2. Cephal. conſ. 649. nu. 29. Pacianus
conſil. 15. nu. 42. Sed dictio (Ita quod) Condictionem
8 † adijcit reſolutiuam, ad tex. & ibi notat gloſ. cap. ſi-
gnificante. de præbend. Socin. conſil. 49. num. 2. in 1. Ce-
ned. ſing. 39. num. 1. ad fin. Quæ non impedit actum
eſſe purum, neque illum ſuſpendit, ſed reſoluitur in
aliquem euentum, vt diſceſſum ſit à gratia iam per
fecta, l. 2. & ibi, gloſ. Alber. & Caſtr. ff. de in diem ad-
iect. Soccin. l. quibus diebus. §. quidam titio. num. 7. ff. de
condict. & demoſtr. Caſtr. conſ. 451. num. 1. in 1. Natt.
conſ. 459. num. 15. 16. Pariſ. conſ. 92. num. 22. in 3. Ri-
min. iun. conſil. 747. num. 24. Crauet. conſil. 900. nu. 22.
Bero. conſ. 60. num. 12. in 1. conſil. 29. num. 2. in 2. con-
ſil. 153. num. 5. in 3. Fab. Anna, conſ. 39. Tiraqu. 2. re-
tract. §. 2. gloſ. 1. num. 74. de reuocan. donat. gloſ. reuer-
tatur. num. 283. Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 4. conſil. 38.
num. 24. conſ. 527. num. 20. Menoch. conſ. 262. nu. 10.
12. conſil. 388. num. 17. conſ. 494. num. 2. 3. Peregrin.
conſ. 81. num. 5. vol. 6. de fideicomm. art. 43. nu. 14. 20.
21. Decian. conſ. 8. num. 78. vol. 1. Cartar. deciſ. 49. nu.
6. Tepat. lib. 2. variar. tit. de condict. & contract. col. 1.
ad finem. Galganet. de condict. & demoſtrat. p. 2. c. 1. q.
88. num. 10. Tuſc. lit. C. concluſ. 579. Magon. Floren. de-
ciſ. 1. num. 9. Milanen. deciſ. 1. num. 163. lib. 1. Ruſticus
de fideicom. in proem. c. 3. nu. 48. & quoad effectum,
ac iuris diſpoſitionem, reddit actum in ſuſpenſo,
reſpectu reſolutionis, vt futurus euentus inſpicien-
dus ſit, Cagnol. l. is damnum dat. §. quod pendet. ff. de
reg. iur. Menoch. conſ. 388. num. 16. Bim. conſ. 93. n. 37.
Guidaticum ergo licet à ſui initio purum, contra-
uentione reſoluitur, ac ſi conceſſum nec fuiſſet, l.
nec vllam. §. 1. ff. de petit. hered. Afflict. deciſ. 40. num.
4. Cephal. conſ. 268. num. 13. Rim. iun. conſ. 256. n. 29.
conſ. 281. nu. 28. Surd. conſ. 179. n. 37. Vt commiſſi cri
minis pœnæ ſubiectus ſit reus.

9 Secundo, Si dictio † hæc Ita quod, modum deno-
tat, ex l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior. l. ita
tamen. ff. ad trebell. Salic. l. vbi adhuc. per tex. ibi, C. de
iur. dot. Socin. conſil. 241. in 2. Pariſ. conſil. 22. numero
89. in 3. Galganat. de condict. & demoſtrat. p. p. cap. 95.
num. 2. Iacob. Gall. conſ. 69. num. 17. & limitatam for-
mam ſignificat, ex l. 2. C. de his, quæ ſub mod. l. ſi ex
falſ. C. de condict. & demoſtr. Bimi. conſil. 31. num. 19.
Ruinus, conſil. 18. num. 11. in 2. Vt eo non adimpleto

actus

actus reſoluatur, l.1.C.de donat. quæ ſub mod.l.1.C.de
his, quæ ſub mod.l.cum te fundum. C. de pact.int.empt.
l.libertas.§.hæc ſcriptura.ff.de manumiß.teſtam.Bart.
& Soce in.num.8.l.quibus diebus.§.termilius. num.13.
ff.de condict.& demoſtrat.Molin.de primog.lib.2.cap.
15.num.26.Montier.deciſ.20.num.53. Menoch.lib.4.
præſumpt.175.num.11.Quia in condictionem reſol-
uitur modus, Bart.d.§.termilius. num.6. Aret.conſ.
93.ad finem. Alex.conſil.119.num.1.vol.1. Thobias
Nonius, conſil.38.num.11. Montier. d.num.53. Hinc
tradit, Gloſ.rubr.ff.de condict.& demoſtr. Quod mo-
do non impleto legatarius ita priuatur legato, ſi-
cut dificiente condictione ab initio, & facta con-
ceſſione, ſub modo, eo non impleto gaudere non po-
teſt conceſſionarius, Bart.num.17. Socc. num.14.d.§.
termilius.Surdus.conſ.487.num.23. Galganet.de con-
dict.& demoſtr.p.p.cap.94.num.4. Rot.deciſ.695.nu.
9.p.p. Additque Cuman.d.rub.nu.2. Condictionem,
& modum in effectu conuenire, ſed condictionem
ſuſpendere, modum verò reſoluere, & priuare, ſub-
dit, & melius, Alciat. conſ.53.num.3.lib.8. Modo
non ſeruato, contractum pro non facto haberi, ſi-
miles in hoc ſunt modus, & condictio, Menoch.conſ.
494.num.6.conſ.652.num.2. ipſeque modus dicitur
actum qualificare, Surd.conſ.369.nu.20.21. Anton.
Monach.Floren.deciſ.46.num.65.

Tertio deciſum fuiſſe refert, Rouit.pragm.1.à nu.
10 10. de guidatic. Quod † conceſſa reo gratia, ita
quod non accederet, ad Ciuit. Neapol. per triginta
miliaria, ſi in Ciuit. eiuſd. Lictore captus ille fuerit,
vltimi ſupplicij pœnam, pro modo culpæ, pati de-
buit, Paſqual.de virib.patr.poteſt.p.4.c.3.n.21. Quia
nimis ſtricta eſt condictio hæc, ſiquidem nedum
prohibitus erat acceſſus ad locum delicti, ſed per
triginta miliaria circumcirca, quæ verba enixam
guidantis mentem commonſtrant, vt ne dum pa-
triam ingredi non poſſit, ſed nec illi appropinqua-
re per tria miliaria, Paſqual.d.c.3.n.22.

Re tamen ipſa, diligenti ſtudio, ac peruigili cura
perpenſa, Contraria ſententia viſa eſt verior, Fran-
ciſcum reum guidatico, eiuſque condictioni mini-
mè contraueniſſe, ac proinde ex his liberandum
eum cenſui.

11 Primo, Guidaticum † ſub conditione conceſſum,
Ita quod non accedat ad locum delicti, de eo acceſſu
intelligendum eſt, qui merè voluntarius ſit, animo
illic reſidendi, at ſi implicitam quodammodo ha-
bet neceſſitatem, excuſatur acceſſus, Caſtr. l.filius-
fam.num.10.ff.de procur. Neceſſitas voluntatis libi-
tum excludit, Bellamer.conſil.6.num.10.Tuſc.lit.N.
concluſ.21.num.19.Iacob.Gall.conſ.28.num.11. cum
ſit illi contraria, Monald.conſ.50. num.9.in 1. & fa-
ciens actum ex neceſſitate non dicitur nouare, Mo-
nach.Bonon.deciſ.54.num.25. nec teſtatoris præce-
ptum contemnere, Sfort.de fideicomm.quæſt.31.nu.
128. cum in quacumque diſpoſitione neceſſitatis
caſus exceptus dicatur, Petra, de fideicom. quæſt.8.
num.317. Sed religionis gratia ad confitendum pec
cata, & Euchariſtiæ Sacramentum aſſumendum in
Paſchate, quod viciniori alia in Eccleſia recipere ip
ſe non poterat; Confinia ergo, rupiſſe, aut aliter gui
datico contraueniſſe dicendum non eſt: ſic confina
12 tus † pro explendo voto non ſeruans confinia, nec
contrauenit, ad text.l.illud.ff.de offic.præſid.Bott.rub.
ff.de interdict.& releg.Marſ.ſing.149.Tuſc.lit.C.con-
cluſ.691.num.2. Facta enim religionis gratia excu-
13 ſant facientem, & eo magis quod momentaneus †
etiam fuit acceſſus, Follerius, pragmatatic.1.numero
45.de exulib. Carauit. pragmat.1. §.13.num.9.ad
Macedon.Nouar.forenſ.quæſt.28.num.5. Rouit.prag-
mat.1.num.8.de guidat.Paſqual.de virib.patr.poteſt.
p.4.c.3.num.21. Hinc tradit, Nell.de bannit.p.p.tem-
por.2.quæſt.58. quod ſi ex forma Statuti cautum
ſit, bannitum ſtare certo in loco, aut habitare non
poſſe ſub pœna capitis, ſi illuc tranſiens parumper
moretur, commedendo in hoſpitio, pœnam non
incurret, Marſ.l.fin.num.153.ff.de iuriſdic.omn.iudic.
conſ.122.num.7.conſ.136.num.16. in prax. §.aggre-
dior.num.42.Gandin.de maleſic. tit.de bannit.pro ma-
leſic.num.18.Fenut.de momen.tempor. c.31. num.18.
Tuſc.lit.V.concluſ.75.num.4. Paſqual.d.nu.21.Guaz.
de pac.p.p.quæſt.62.num.7.Simon de Pratis, conſ.50.
num.5.Bertaz.crim.conſ.149. num.4. & lit. A. Niſi
pernoctet, l.illud.ibi, abnoctare ei non liceat. ff.de offi.
præſid.

14 Secundo, Simplex † tranſitus non eſt prohibi-
tus, ſi cui vetitum ſit ad locum aliquem accedere,
Anchar.conſil.4.Marſ.conſil.122.num.7. conſi.136.
num.16.Cephalus.conſ.204.conſil.539.num.77. Viui.
deciſ.505.Farinac, quæſt.107.num.267.Capiblanc.de
baron.pragmat.7.num.43. non enim dicitur veniſſe,
qui non ſtetit, c.1.de iudic.c.ſi poſtquam.& ibi, gloſſ.
cap.cupientes.§.quod ſi per viginti.gloſ.compareat. de
elect.in 6.Iaſ.l.qui ante calendas.nu.5.ff.de verb.obli-
gat.Ruin.conſ.112.ad fin.in 3. Amic.conſ.35.num.6.
Surd.conſ.179.num.50.Guaz.de pac.p.p. quæſt.62.nu.
6.Tuſc.lit.V.concluſ.75.num.1.Tiraq.de reuoc.donat.
gloſ.libertis.num.176. exornat copioſius, Bellon.de
ys, quæ fiunt incontin.cap.81. Hinc tranſiens non di-
citur habitare, l.hæres abſens. cum ibi, not.ff.de iudic.
l.2.C.vbi de crim.agi oport. Foller. ad pragm.de exu-
lib.num.45.& fingitur in loco non fuiſſe, qui breui
tempore illic permanſit, l.ex facto. ff.de hæredib.in-
ſtit.l.ſeruis vrbanis.ff.de legat.3. Marſ. conſil.122.nu.
8.Guazz.d.quæſt.62.num.6. Bertaz. crim.conſil.144.
num.4.Tuſc.d.concluſ.75.nu.3. notat & meritò, An-
char.conſ.75.num.4. quod paciſcens in inſtrumento
pacis non ſtare, nec habitare in aliqua ciuitate ſub
certa pœna, contraueniſſe non dicitur, ſi diuerſis
vicibus prohibito in loco permanſerit, quandoque
per diem, & noctem, quandoque per quatuor dies,
Marſ.conſil.122.num.8. Paſqual.d.cap.3. numero 22.
Guazz.de pac.p.p.quæſt.62.num.7.& à iure non con-
ſideratur actus, qui non durat, l.cogi.§.hi qui ſolidum
ff.ad trebell.l.qui ſic.ff.de ſolut. cum alys à Surd.conſil.
116.num.62. conſ.179.num.51. nec facere dicitur,
qui cauſam ad finem non perducit, l. qui cum natu
maior.§.acenſaſſe.ff.de bon.libert. Mexia, de tax.pan.
concluſ.5.nu.61. & verſum non eſt, quod non durat,
l.ſi pro parte.§.verſum.ff.de in rem verſ. Angel.conſil.
34.Brunor.Sole, in Compend.reſolut. iur. verb.factum.
Bellon.de ijs, quæ fiunt incontin.cap.1.num.3.Surdus, de
aliment.tit.7.quæſt.20.num.9.Gratianus, diſcept.115.
num.33.

15 Non obſtat Primum, Quia Lex † ſubiacet neceſ-
ſitati, Oldrad.conſil.190.Schrader.de feud.p.8.cap.1.
num.21.p.4.c.1.num.25.c.2.num.15.Tuſc.lit.N.con-
cluſ.19.n.1.Ceph.conſ.451.n.282. & culpa caret, qui

Digitized by Google

imminente iuris neceſſitate, quid egerit, *Signorolus, conſ.42.num.3. Tuſc.d.concluſ.19.nu.2.* Ipſaque neceſſitas excuſat, ne legum præceptis, quis ſe ſubijciat, *Caſtr.conſ.400.in 1.Valaſc.deciſ.117.nu.2. Mexia, d.concl.5.num.65. Oſaſc. conſ.47. num.30. Sfor.d.q.31.num.165. Caualc.deciſ.6.nu.29.p.3. Tuſc.d.concluſ.19.n.60.* quia quod alias per legem non liceret, neceſſitas facit licitum, *l.qui potuerunt.ff.de manumiſſ.teſtam.c.quod non eſt licitum.de reg.iur. Tiraq.de pœn.cauſ.33.num.3. Monach. Lucenſ.deciſ.5.num.66. Oliban.de fiſc.cap.4.num.36. Rim.iun.conſ.759.n.74. Monet.de diſtribut.quotid.p.2.quæſt.11.num.38. Caball.crim.caſ.149.num.12. Honded. conſ.18.num.26. in 1. Decian.conſ.20.num.16.in 1.* eaque vera neceſſitas eſt, quæ principium habet neceſſarium, *Rimin.iun.conſ.679.num.44. Fab. Anna, conſ.4.num.21.63. Surd.conſ.215.num.30.*

16 Reſpon.II. Recte dici eum ſtetiſſe † qui iuſta ex cauſa receſſit, ſi propoſitum habet reuertendi, vel per eum non ſteterit, quin manſerit, *Rom.conſi.263.n.2.ex l.ſi quis ita.ff.de condit. & demoſtr.* vbi, quod præſumitur habuiſſe animum reuertendi, *Tuſc. d. concl.75.num.11.* Nec abeſſe dicitur, qui ſtatim eſt rediturus, *Surd.de alim.tit.1.quæſt.32.n.28. Bellon.d.c.81.ſub num.7.*

Non obſtat Secundum, Quia modo non adim-
17 pleto † non reſoluitur actus, ſi per momentum adimpletus non ſit modus, maximè in pęnalibus, *Iaſ. l.inter ſtipulantem.§.ſacram.nu.24. ff.de verb.oblig.* Modicum enim ſtare in aliquo loco, aut non ſtare, æquiparantur, *Gandin.de malefic. tit.de bannit.n.18. Sim.de Præt.conſ.50.nu.5. Scholiaſt. ad Bertaz.crim. conſ.149.lit.A.*

Non obſtat Tertium, *ex Ronit.d.pragm.1.nu.19.*
18 Quia neceſſaria † potius, quam voluntaria ex cauſa in patriam venit, *l.vxorem.§.pater naturalis. ff.de legat.3. Caſtr.conſ.133.in2. Tuſc.lit.N.concl.23.nu.1.* Maximè, quod præciſa fuerit neceſſitas (vt Dei præcepto obediat) excuſatur ergo delinquens, *(Caball.de omn.gen.homic.num.143. Burſ.conſil.307.nu.93. Caual.deciſ.1.num.2.28.p.3. Randen.deciſ.42.nu.73.* Nec limites neceſſitatis exceſſit, *l.Senatus. ff. de offic.præſid.l.Iulianus.§.ſed quod dicitur. ff.ad maced. Crauet.conſil.927.num.10. Rimin.iun.conſil.759.num.75.conſil.636.num.31. Mantica, de tacit.lib.8.tit.15.num.7.* Cum nec tantiſpet illic permanſerit Sacramento aſſumpto, ipſaque neceſſitas fraudis pręſumptionem excludit, *Angel.l.ſi quis poſthac.col.2.C.de bon.proſcript.* ductus, *tex.l.fin.C.de litig.l.alienationes ff.famil.herciſc. Rim.iun.conſi.640.num.68.conſ.724.num.74. Monach.Florent. deciſ.24.num.25. Sfort.d.q.31.nu.129.* ex neceſſitate licet iura tranſgredi, *Schrader.d.p.4.c.2.num.15.*

Qua de re, dixerunt Iudices Straticotiales die 2. Ianuarij, MDCXXI. *Franciſcus Criſafulli condamnetur ad remigandum ſuper Regijs triremibus toto tempore vitæ ſuæ.* Sed deuoluta cauſa ad M.R.C. via grauaminis, ex his facto verbo D. Proregi, pronunciauit ipſa die 21. Aprilis 1622. *Fuiſſe illatum grauamen, & nihilominus, præſtito excarceretur.* Inde factum à R.F. fuit impedimentum, ne prouiſio illa exequatur. Diſcuſſo itaque negotio, & facta relatione D.Proregi, iterum iudicauit M.R.C. *Stetur pronuſis, fuiſſe illatum grauamen, ac præſtito excarceretur, & deſcendat liberè à triremibus, die 20. Maij,* 1622. Fuitque ſic exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio procedendi ex abrupto deliberatum requirit homicidium.*
2 *Inimicitia etſi leuis, deliberatum arguit homicidium. Declar. num.28.29.30.31.*
3 *Tractatus non ſecuti matrimonij odium arguit, & inimicitiam. Declar.num.32.*
4 *Appenſatum eſt homicidium, ſi plures illatæ fuerint percuſſiones, maximè in capite. Declar.num.33.34.35.36.*
5 *Medicorum relationi ſtandum eſt, ſi ex vulnere quis deceſſit.*
6 *Percutiens ligno, rixantis caput, quod ferro percutere poterat, morte ſecuta, ordinariè puniendus eſt.*
7 *Percutiens baculo, occidendi animum habuiſſe præſumitur, ſi percuſſus moriatur. Declar.num.40.*
8 *Pœnæ multiplicandæ an ſint? ſi plura ex vno facto oriantur delicta? vel vna pro omnibus irroganda ſit? & an minus delictum cum maiore confundatur? Diſtingue, plures caſus, num.41.42.43.44.45.47.*
9 *Homicidium in dubio caſuale potiùs, quàm præmeditatum præſumitur, num.11.*
10 Rit.cap.8.*declaratur.*
12 *Appoſtato non probato, excuſatur reus ab ordinaria criminis pœna.*
13 *Torturæ in crimine non deliberatè, ſed caſu, commiſſo inferri non debet.*
14 *Occidendi animus ex genere armorum cognoſcitur, & num.16.*
15 *Baculo, pugione, & ſclopo armatus, ſi baculo potius, quam alijs inſtrumentis percutiat, occidere velle non pręſumitur.*
17 *Sclopi ictu, cum potuerit occidere, & baculo verberaſſet, animum non occidendi habere dicitur.*
18 *Percutiens ſi potuit occidere, & ſe firmauit, nec vlterius percuſſit, non occidere velle cenſetur.*
19 *Percutiens pomo enſis, cum potuerit ferro percutere occidendi animum habere non præſumitur.*
20 *Percutiens in loco, vbi multi poterant vulneratum defendere, nec occidere voluiſſe creditur.*
21 *Baculo, qui percuſſit, reiteratis etiam vicibus, mortis pœnam pati non debet.*
22 *Inimicitia ſi ceſſat, occidendi animus excluditur.*
23 *Verba ſi quæ ante rixam, in rixa, vel poſt rixam, prolata ſunt, occidendi animum includunt, vel excludunt.*
24 *Torturæ locus non eſt in arbitrarijs, ſed in ijs, quæ à relegatione ſupra ſunt.*
25 *Occidendi cauſam ſi quis non habet, in rixa potius, & caſu, occidiſſe præſumitur.*
26 *Deliberatus occidendi animus, ex alijs natis ante caſum concipitur, ſecus quando ex natis tunc.*
27 *Pœna delicti non imponitur, ſed mitior, ſi præſumptionibus, in eo proceditur.*
37 Vulpell.conſilio 126. *reijcitur, ſed num.38.39. declaratur.*
40 Text. §. Item lex Cornelia, Inſtit.de public.iudic. *explicatur.*

Fœnus.

46 Fenut.de moment.tempor.cap.19.n.24.*reyeitur.*
48 *Verbum,* Appoſtatamente, in pragm.1.tit.44.p.p. *declaratur.*
49 *Appoſtati qualitas, homicidium in aliam ſpeciem transformat.*
50 *Rixa in dubio præſumitur, non inſultus.*

ARGVMENTVM.

Homicidium ex vulneribus cum baculo prius, & inde pugione, in caput illatis, An appenſatum, vel caſuale ſit?

Plura delicta, eiuſdem, vel diuerſi generis, vno, eodemque tempore, ad vnum finem commiſſa, an pluribus, vel vna puniri debeant pœna, & qua?

Ad intellect. Pragm.1.tit.43. & Pragm.1. tit.44.p.p.

CONSILIVM LXXXII.

FRanciſcus Mazzeo cum pro Seio ſpopondiſſet, fore, vt Bertam vxorem ſibi deſponſaret, inde Paulam Ciappina matrem ab his nuptijs reſilire animaduerteret. Primo gra uibus verbis, ſuper ea re, cum Seio alloquutus, Paulam deinde conuenit, Pugione, Sclopo, quin, & Baculo etiam armatus, quod iter eundo, à puero ipſe eripuerat, & cum Paula congreſſus, cur matrimonio contrairet? interrogauit: ac fidem ſibi à filio datam infringi ſineret? Inter hæc Paulam repetitis ictibus, baculo illo, verberauit, quam denique in capite vulnerauit fracto oſſo, a denudato pugione eius caput alio vulnere iterum percuſſit, ex quibus illa vulneribus, decem poſt dies, hac vita obijt. Cumque de tota re conſtitiſſet; Franciſcus ſponte ſe carceribus obtulit, quem proinde Fiſcus torturę ſubijciendum eſſe contendebat. Quid iuris itaque ſit? quęritur.

1 Primo, Homicidium, vt † iuriſdictionem tribuat procedendi ex abrupto, deliberatum eſſe debet in Regno, aliàs torturæ nec locus erit, *Burg.de mod.pro ceden.ex abrupt. quæſt.23.num.41.* Qualitas enim tribuens iuriſdictionem probanda eſt prius, quàm ea vtatur iudex, *l.2.§.ſed etſi dubitetur.ff.de iud. Ben-intend.decis.18.num.3. Decian.conſil.67.num.22.in 3.Plac.lib.1.delict.cap.19.num.27.Gail.lib.1.de pac. public.cap.13.num.12.Cartar. de exequ.ſentent.capt. bannit.cap.1.num.375.378. Farinac.quæſt.8.numero 86.conſil.38.num.2.11.conſi.125.num.18.conſ.168. num.8.* ſicut qualitas aggrauans delictum, *Marſilius l.ſi quis ne quæſtio.num.154.ff.de quæſtion. Alexand. conſil.13.in 2.Cephal.conſ.206. Burſ.conſil.69. Farin. conſil.222.num.1.Sola,ad Decret. Saband.tit.23. gloſ.*
2 *2.num.6.* Sed ex inimicitia † homicidium præmeditatum præſumitur, *Caſon.de indit.tract.4.cap.1.num. 4.tract.7.num.2. Brun.de indict. quæſt.3.num.29.p.p. Boſſ.tit.de homicid.num.63. Gramm. Vot.15.num.3. Crauet.conſil.35.num.3. Carrer.prax. in princip.num. 118.Clar.§.homicidium.num.8.§.fin.quæſt.21. Ondedeus,conſil.87.num.99.in 2. Natta,conſi.449.num. 6.Maſcard.de probat. concluſ.98. num.3.concluſ.864. num 12.concluſ.901.num.4. Intrigl.conſcient.caſ.13. num.39.Molin.de iuſtit.& iur.tract.3. diſput.23.num. 2.Vulpell.conſil.127.num.8. Teſſaur.deciſ.24.num.1. Farinac.quæſt.49.num.97.quæſt.126.num.177.conſi. 61.num.2.conſil.211.num.7.conſ.138.num.8. Seacc. de iudic.quæſt.86.num.23.Menoch.de arbitr.caſ.361. num.22.Caſtill.deciſ.174.num.1.* Cum de percuſſore conſtet, *Blanc.l.fin.num.90.ff.de quæſtion. Burſ.conſil. 146.num.18.* non vt ad condemnandum ſatis ſit, ſed ad torquendum, *Cephal.conſil.657.num.45. Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.21.num.119. Natt.conſ.499.n.6.*
3 Sed tractatus matrimonij non ſequuti inimicitiam arguit, *Eugen.conſ.63.num.4.* Appenſatè ergo occiſam fuiſſe Paulam videtur, ſiue capitalis ſit inimicitia; ſiue non capitalis, *Blanc.d.nu.90.* edifferit, *Maſcard.d.concl.98.n.5.*

4 Secundo, cum non vnam Franciſcus, ſed plures † intulerit percuſſiones in illius caput, totumque corpus, non ex iracundia, ſed deliberatè homicidium in Paulam patratum cenſetur, *Gloſ.fin. cap.ſi quis iratus.3.quæſt.2.Marſ.l.1.num.37.C.de ſicar. Alber. de ſtat.p.3.quæſt.64.Menoch. de arbitr. caſ.361.num. 33.Carrer.in prax.§.de homicidij autem ſpecie.Caſon. tract.4.de delict.cap.5.num.4.Boſſ.tit.de homic.num. 64.85.Maſtrill.deciſ.278.num.32. Bertaz.crim.conſ. 326.lit.B.Farinac.conſil.1.num.24. conſil.138.n.20. Maſcard.de probat.concluſ.98.num.19.* & in capite, *ad tex.cap.ſignificaſti.2.de homid. Bart. Angel. & alij in l.1.§.ſed ſi clauſe. Marſil. §.diuus.num.15.26.ff. de ſicar. Gramm.vot.23.num.3. Caleph.conſi.52.num. 10.vol.2.crim.Burſ.conſil.272.num.3. Pacianus, de probat.lib.1.cap.46.num.56. Rim.iunior, conſil.656. num.83.Macerat.variar.lib.3.reſol.3.nn.13. Maſcardus,de probat.concluſ.864. num.8. Decian.conſ.104. num.16.in 3. Farinac.reſol.6. num.12.& quæſt.126. num.196.* vbi ſolam percuſſionem (inquit) in capite, occidendi animum indicare, *Merlin.deciſ.9.n.3.* licet modica illa ſit, *d.cap.ſignificaſti. Pegner.deciſ. 14.num.11.* ex ea enim corporis parte, quæ valde periculoſa eſt, occidendi animus colligitur, *Bart. Angel.& Marſil.num.39.d.§.diuus. Felin.d.cap.ſignificaſti.2.num.11.Angel.de malefic. gloſ.ſcienter. col.pen. Blanc.de indic.num.189. Gramm.crim.conſ.2.num.2. conſ.29.num.20.& vot.23.num.6.Farinae.conſ.211. num.12.conſil.32.lit.A. Menoch. lib.5.præſumpt.40. num.11.Canal.de brach.reg.p.2.num.285.Burſ.conſ. 272.num.3.Tuſc.lit.H.concl.143.num.10.Carpan.ad Nou.Mediol.Conſtit. §.homicidium. num.1142.* Qui enim armis ad mortem aptis, pugione nempè, in loco periculoſo alium percutit, morte ſequuta, ordinariam patitur pœnam, *ex Caball.de omn.gen.homicid.num.324.* Maximè, quod probatum à Fiſco ſit,
5 ex Chirurgij relatione Paulam † ob recepta vulnera deceſſiſſe, quibus ſtandum voluit, *Gramm.conſil. 2.num.7.Marſil.conſil.7.num.50.Carpan.d.§.homicida.num.123.131. Aldouin. conſil.21.num.3.conſilio 22.num.31.Farinae.quæſt.68.num.76.Turrett.conſil. 72.num.24.in 3.Menoch.conſil.437.num.30. Bertaz. crim.conſil.71.num.15. Pegner. d.num.11. Azeued. conſil.28.num.108.Burſ.conſil.272.num.4.Guaz.reorum defenſ.4.cap.12.Reyger.Theſaur.iur.lit.Ho.num. 96.Bardell.conſil.98.num.16.* Præſertim ſi occidendi animo

di animo percuſſerit, quod ex percuſſionũ, & vulnerum qualitate, prudens iudex diiudicabit, *ex Teſſaur.decis.224.nu.4.* licet, Baculo fuerit percuſſus in Capite, *Marſ. l. 1. §. diuus.num.15.ff.de ſicar. Gram. vot. 23. num.2.Maſcard.d.concluſ.864.nu.16. Menoch.lib.5.præſumpt.40. num. 10.11.Macerat.lib. 3.reſol.3.num.14.Muta,deciſ.27. num. 13. 14. Farin. quæſt.126.num.134.196.197.conſil.211. Gomez, 3. delict.c.3.num.17.Tuſc.lit.V.concluſ.377.* Cum & in rixa ſuperueniat quandoque occidẽdi animus, qui à principio non fuerat, *Alber.d.§.diuus. nu. 5. Boſſ. de homicid.num. 43.44. Gomez.d.num.17.Burſ.conſil. 232.num.14.conſil.271.nu.73.Guaz.d.pac.p.p.quæſt. 9. num. 22.*

Tertio, tradit *in term. Vulpell.conſil. 126.* quod
6 percutiens † alium in Capite cum ligno, quem cõmodè percutere potuerat ferro, morte ſequuta, Pæna tenetur ordinaria, quia mortis cauſam præbuit, *ad text.d.c.ſignificaſti.2.in fin. Decian.conſil.27.num. 3.volum.4.* Etſi nec præſumatur in dolo, *Vulpell.d. conſil. 126. num. 34.* Imo ſi eius erat inimicus, qui ligno percuſſerat, cum tamen ferro percutere potuiſſet, ab homicidio doloſo non excuſatur, *Caball. de omn.gener.homicid.num.320.* Præceſſit enim cauſa declarans animi ſui effectum, *Bim.conſil.171.nu.*
7 *40.* Nec præſumptio illa † quod ligno percuſſerit, doloſum homicidium excuſat, *ex §.Item lex, Cornelea.inſtit.de publ.iud.vbi,* Doloſus homicida ordinaria mortis pęna plectitur, ſiue telo, ligno, lapide, vel alio armorum genere interficiat, alioqui non apto ad necem, *Paz.l.Styl.63.num.37.Decian.d.conſ.27. num.3.optime,Farin.conſil.211.per tot.* Quia inimicus facilè præſumitur eum modum, quæſito potius colore elegiſſe, nõ vt parceret inimico, ſed propter maiorem fortaſſis opportunitatem: præcedentis namque inimicitiæ ratione, durior ſemper accipiẽda præſumptio eſt, *d.c.ſignificaſti.2.Caball.de omn. gener. homicid. num.321.Caual.deciſ.9.num.26.p.5.* maximè ſi graui baculo percuſſit, *Farin.conſil.211.*

Quarto, homicidij cauſa Etſi ad torturam ſatis non ſit; An non iure dixerim? ob tot illa delicta ſimul commixta, Torturæ locum eſſe debere, cum mulierem infirmioris, ſcilicet ſexus, *ad text.l.ſi mater.l.ſi mulier.C.ad Velleian.* gladijs, ſclopo, baculo, ſit aggreſſus, & non ſemel Baculo, ſed iterato percuſſerit, adeo vt, *ex Regni Pragm.1.titu.43.de pæn. percutien.cum inſtrum.contun.p.p.* Si ad homicidij pænam non tenetur reus, pro Baculatis torturæ ſubijci deberet, cum *ex d. Pragm.1.* impoſita ſit pæna à relegatione ſupra, & quod minus ferendum eſt, pro inſultu in propria eiuſdem Paulæ interfectæ domo, pœna etiam eſt ſupra relegationem, *ex Prag. 1.tit.44.p.p. Alber.* & quò magis iniuſta ex cauſa motus occiderit, *Seſſe,deciſ.104.num.26.* Ardua ſiquidem eſt illa iuris quæſtio non ſemel inter *Doct.*
8 agitata, An ex facto continuato † in quo plura cõprehendi poſſunt delicta, ratione Legum, vel ſtatutorum, cuiliber ſeparatim pœnam imponentium, vnum tantum reſultet delictum, ad quod totum illud prærordinatum fuit, ita vt vna irroganda ſit pęna: An verò ex tali facto, plura oriantur delicta, pluribus ſubiecta pœnis: Cũque, *Albei.Statut.p.2.q.24.* Plura ex eo delicta oriri dixerit, plures etiam imponendæ ſunt Pęnæ, *argu.l.nunquam plura.ff.de priuat. delict.Boer.deciſ.82.num.10.Teſſaur.deciſ.18.num.7.* *12.Couar.2.reſol.cap.10.num.8.Clar.§.fin. quæſt.84.* Proinde iuris eſſe exiſtimat, *Fanut. de momen. tempor.c.19.num.2.4.* Si quis in alium cum enſe inſiliat, eumque enſis capulo percutiat, vna ſolum puniretur pœna: Si verò procedente rixa, & incaleſcente animo, etiam percuteret, non amplius cum capulo, ſed vel cæſim, vel punctim cum enſe, tunc duabus pœnis is eſſet puniẽdus, ex mutatione namque modi feriendi, animus mutatus quoque deprehenditur, *ex not.in l.põponius.2.ff.de neg.geſt.* Non enim inconueniens eſt, vt *Bart.* notat *in l.fideicommiſſa.§. ſi quis decem.ff.de leg.3.* ex eodem facto, quem ſæpius puniri, ſi diuerſa oriantur delicta, *Alba,conſil. 309.num. 10.*

Re tamen ipſa diligentius perpenſa, Contrariæ ſententiæ Accedo, Cum in pura rixa vulnus à Reo fuerit illatum, quod vt commoſtrem, ſolidis hiſce moueor rationibus.

Primo, Homicidium inquit *text.l.1.C.de Sycar.*
9 quod † ex improuiſo, & caſu potius, quàm fraude accidit, Fato plerumque non noxę imputari, ve nec deliberatum præſumatur, *Felin.c.ſicut dignum.n.6. de homicid.Anchar.c.3.de præſumpt. Marſ.l.ſi in rixa. num. 14.ff. de ſicar.in prax.§.conſtante.num.45. Caſon.de indic.in præmiſſ.c.15.num.1.Carrer.in prax. §.homicidium.num.69.Plac.delict.lib.1.c.43.num.7. Gomez,3.delict.cap.3.num.17.Boſſ.tit.de homic.num. 64.Decian.conſil.104.nu.19.in 3.Tiraq. de pæn.cauſ. 13.Farin.conſil.138.num.17.quæſt.96.num.75. Tuſc. litte. H.concluſ.143.num.2.Cartar.de exeq.ſent.capt. bannit.c.1.num.371.Cranet.conſil.947.num. 12. Pacian.conſil.12.num.27.28. Alba. conſil.46. à num.2. Craſſ.cleric.effect.9.num.304.Rim.Iun.conſil.34.Cephal.conſil.206.num.10.11.Bertaz.crimin.conſil.85. num.2.Macerat.lib.3.reſol.10.num.5.Anton. Sola,ad Decret. Saband. titu.23.gloſ.1.num.3.Caball.de omn. gener.homic.num.385.Baiard.ad Clar.§.homicidium. num.23.Burſ.conſil.94.num. 21. conſil.134.num.26. Becc.conſil.11.num.18.conſil. 134.num.25.Menoch. de arbitr.in ſcholys,ad caſ.361.num.3.Vulpell.conſil. 121.Medic.de Caſib.fortuit.p.p.quæſt.16.nu.28.* quia crimen non contrahitur, vbi occidendi voluntas non interuenit, *d.l.1.Pacian.conſil.12.num.2.* Ceſſatque homicidium, & irregularitas, ceſſante volũtate, & culpa, *c.dilectus. c.ſignificaſti.1.de homicid. Borrell.conſil.62.num.11.* & delictum non eſt, niſi ſit Appenſatum, *Negus.conſil.509.num.3.* Imo nomine, & effectu criminis caret, *l. 1. C. ſi aduerſ.delict.l. ſæpe.ad fin.ff.de verbo.ſignif.Paz,ad l.Styl.63.nu.31.* Hinc credendum magis eſt Teſtibus homicidium fuiſſe Caſuale affirmantibus, quam deliberatum, *Bald.& Felin.c.in noſtra. de teſtibus Gabr.titu.de teſtibus concluſ.4.num.21.Cephal.conſil. 467.num.37.* Mitius ergo puniendum eſt, *ad text.l.ſi putator.ff.ad l.aquil.Boſſ.tit.de homic.num.60. Tiraq.de pæn.cauſ. 13. Rim. Iun.conſil. 743. num.15. Randen.conſil.27. num.31.in 2.Caball.de omn.gen.homic.num.159.* etſi lata concurreret culpa, non dolus, *Caſtr.l.1.nu.3.C. vbi Senat.vel clariſſ.Tiraq. de pæn.cauſ. 14. Rauden. d.num.31.Pacian.conſil.12.num.3.4.conſil.92.num. 23.Teſſaur.deciſ.13.num.4.Azeued.l.4.num.5.titulo 23.lib.8.recop.Paz.ad l.ſtyl.63.num.25.31.32.Enriquez,conſil.75.nu.26.27.Ceuall. comm. q.580.n.10.*

Secun-

Digitized by Google

10 Secundo, edocuit, Rit. 81. Neminem † moleſtan-
dum, niſi fundata prius Fiſci intentione, quam vno
tantum teſte fundatam non eſſe, etſi dixerit, Pariſ.
conſil. 95. in 1. Sed duos requiri teſtes: Verius tamē
in Regno eſt teſtem vnum ſufficere. Cumque blan-
dis prius verbis Paulæ alloquutus fuerit Reus, &
inde, contentioſis verbis à Paula prolatis ad rixam
deuentum; ceſſat animi deliberati præſumptio, Cri-
lenz. conſil. 144. num. 10. Menoch. de arbitr. caſ. 361.
num. 33. Qui addit, num. 35. præmeditationem con-
ſiderari ſi abſit omnis rixa, omniſque caſus fortui-
tus, Gutier. lib. 1. pract. quæſt. 2. num. 23. Adeo vt, ſi-
11 ue † ſimplex occidendi animus in dubio non præ-
ſumatur, ex Gomez. 3. delict. c. 3. num. 17. Burſ. conſil.
271. num. 22. Imo nec doloſus, Boſſ. tit. de homic. nu.
46. Marſ. conſil. 52. & in l. 1. C. de ſicar. Carrer. §. ho-
micidium num. 44. 45. Burſ. conſil. 271. num. 34. Siue
dolo percuſſus, quis cenſeatur, & occidendi animo,
ad text. l. 1. & ibi gloſ. C. de Sicar. Ang. Marſ. Carrer.
& alij à Surd. conſil. 33. nu. 5. Carpan. ad Non. Mediol.
Conſtit. §. homicida. num. 1133. Menoch. lib. 1. de præ-
ſumpt. quæſt. 97. num. 8. & lib. 5. præſumpt. 3. num. 46.
Gomez, d. c. 3. num. 15. Maſcard. concluſ. 97. num. 22.
28.num.15. Fateor tamen contumaci ad iudicium
non venienti poſſe iudicem ſuo arbitrio pœnam im-
ponere, Fiſco applicandam contemptus ratione,
l.1.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.l.eos.C.de mod.mul-
tan.Teſſaur.deciſ.265.num.4. Qui enim negligentia
comparationis, vel metu pœnæ non comparet ob
contemptum delinquere dicitur, l.omne delictum.ff.
de re milit.Iaſ.l.ſiue noſtrum.ff.de in lit.iuran.Corn.
13 conſil.97.numero 3.in 4. Sed fictum † erit delictum,
Marſ.l.de vnoquoque.nu.171.ff.de re iudic.conſ.117.
num.34.Maſull.d.deciſ.141.nu.6. Contumacia nam-
que non vera, ſed ficta commiſſi delicti probatio
dicitur, Marſ.in prax.§.poſtquam.num.51.Manent.
conſil.110.num.3.10.Roland.conſil.31.num.17.in 1.
Plot.conſil.52.num.29.Farin.conſil.5.nu.84.Cartar.
de exeq.ſent.capt.bannit.c.3.num.25.c.fin.num.24.
49.Gail.lib.1.de pac.publ.c.15.num.11.lib.2.c.5.nu.
10.c.8.n.1. Statuta, in caſu ficto, non intelliguntur,
l.3.§.hæc verba.vbi Bart.ff.de negot.geſt.Bald.l.tran
ſigere.nu.12.C.de tranſact.Gramm.conſ.45.num.27.
Corn.conſ.37.in 1.Maſcard.de ſtatut.interpr.concl.5.
num.125.ſi odioſa præſertim ſint, Manent.conſ.110.
nu.4.Macerat.lib.3.reſol.28.num.5.ne plus operetur
fictio, quam veritas, l.ſi filius.& ibi, Alex.ff.ſi cert.
petat.l.filio quem pater.vbi Alex.& alij, ff.de lib.&
poſth.Bero.conſil.53.num.30.in 3.Sacca, conſ.61.nu.
12.Caball.crim.reſol.caſ.60.num.2. Hinc ſtatuto di-
14 ſponente, † quod pater teneatur ſoluere condem-
nationem pro filio delinquente, intelligitur de de-
licto probato, non ex contumacia. Doct.l.cum filiuſ-
fam.ff.de verb.obligat.Clar.§.fin.q.86. Addit, Burſ.
conſ.169.ſic Mantuæ iudicatum: licet hoc controuer-
ſum ſepius fuiſſe non ignorem, & alios aliter diſtin
guere, ex Magon.Lucens.deciſ.94.num.5.

Non

Non obſtat Secū la, *Ronit. & Jizzarell.* opinio,
Foriudicandum eſſe reum, pro crimine, Cuius pœ-
15 na, mors naturalis tantum eſt, Quia † eſſet nimis
moderare, tum Regis, *Conſtit. pœnam eorum.* tum,
Ferdin. Reg. c. 56. Quæ innuunt pro crimine foriu-
dicari, quem poſſe, cuius etiam pęna eſt manus ab-
ſciſſio, aut exilium. Cumq; in caſibus, quibus mors
ciuilis in criminis pœnam conſtituta eſt, abſimilis
quoque non ſit à morte naturali, nec à perpetua
deportatione: Fatemur vtique cum, *A ponte Mol-
fes. & Thor. citatis, num. 6.* rectè foriudicari quem
poſſe, ſi criminis pœna eſt. Mors naturalis, ciuilis,
aut perpetua deportatio. Sed in hoc homicidio,
quod doloſum non eſt, quia non appenſatè, ſed ex
improuiſo commiſſum, & in rixa, *Farin. conſil. 2. nu.
19. Clar. §. homicidium. num. 7.* pœna corporalis im-
16 poni non poteſt, † Quæ dolum exigit, *Dec. conſil.
9. num. 1. Gramm. conſil. 68. num. 2. Guazz. reor. de-
fenſ. 33. c. 4. num. 3. Sim. de Prat. conſil. 15. nu. 2. conſil.
166. nu. 1. Caball. reſol. crim. caſ. 1. num. 12. Fari. conſ.
35. num. 7. & in addit. lit. F. Bott. conſil. 30. num. 2.* &
17 pœna † homicidij ordinaria requirit dolum, *l. cum
autem. §. excipitur. ff. de edil. edict. Iaſ. l. ſi pater. num.
9. C. de hered. Inſtit. Tiraq. de pœn. cauſ. 6. numero 10.
Caſtill. deciſ. 150. num. 3. Honded. conſil. 104. numero
14. in 1. Bertaz. crim. conſil. 193. num. 12. conſil. 100.
nu. 28. Farin. conſ. 1. nu. 18. conſ. 2. nu. 9. 19.* Vt nec la-
ta culpa ſufficiat, *Marſ. conſ. 137. num. 5. Boſs. titu. de
homicid. numero 68. Clar. §. homicidium. num. 3. Enriq.
conſ. 74. num. 28. Honded. conſ. 105. num. 31. in 1.* Nec
18 in Sententia † contumaciali pœna maior apponi
poteſt, ea, quæ veniret imponenda, ſi reus fuiſſet
præſens, *Dec. conſ. 11. num. 7. Thob. Noni, conſil. 104.
nu. 7. 8. 18. Cartar. de exeq. ſenten. capt. bannit. c. 1. nu.
417. Farin. conſ. 14. nu. 4. ad fin. Cephal. conſ. 79. n. 11.*
19 Non enim maior † eſſe debet pœna delicto, *l. reſcri
ptum. ff. de his quibus, vt indign. Enriquez, conſilio 77.
numero 8.*

Hæc ſcripſi pro Ioan. Dominico Paduano, cuius Filium cum ex improuiſo Occiſum fuiſſe exiſtimauerit M. R. C. *ad Foriudicationis Sententiam procedendum eſſe noluit.* Anno M DC XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia deliberatum occiſoris animum probat. Declar. num. 20.*
2 *Inimicitia, verè capitalis eſt, non præſumptiuè, ex percuſſionibus.*
3 *Iniuria perſonalis, præſertim cum ſanguine inimicitiam probat.*
4 *Homicida probare debet non occidendi animo percuſſiſſe, cum præſumptio contra eum ſit, ex armis, & ex offenſa corporis parte. Declar. num. 21. 22.*
5 *Occidens aggreſſorem ad ſui defenſionem, non delinquit.*
6 *Homicidium ad ſui defenſionem excuſatur, ſi vitæ periculum immineat. Declar. num. 23. 24. 25.*
7 *Vulnus ſi mortale ſit, quandocumque moriatur vulneratus, nulla etiam cura adhibita, ex vulnere cum deceſſiſſe cenſetur. Declar. num. 26. 27.*
8 *Vulnus ſi lethale eſſe non appareat, et vulneratus mortuus ſit ex interuallo, de occiſo non tenetur vulnerans, ſed de vulnere.*
9 *Vulneratus, an ex malo ſui regimine, eiuſque culpa deceſſerit? Quibus præſumatur indicijs.*
10 *Teſtis à Fiſco productus contra eum plenè probat, etſi de credulitate ſit.*
11 *Vulnus an ſit mortale, ſtandum eſt Medicis.*
12 *Febris vulnerato ſuperueniens ex malo ſui regimine, vulnerantem excuſat.*
13 *Exitu probatur factum, ſi illud alteratum, aut noua ex cauſa immutatum non fuit.*
14 *Inimicus ſi ſuo obuians inimico illum occidat, mortis pœnam non patitur, & quando?*
15 *Rixæ locus, in quo plures mediatores, et defenſores eſſe poſſunt, occidendi animum excludit.*
16 *Homicidium honoris, vel perſonæ defendendæ cauſa factum, non eſt ordinariè puniendum.*
17 *Armorum etſi prohibitorum qualitas, quibus in ſui defenſionem ad iniuriam repellendam, quis vtitur, & occidit, conſideranda non eſt.*
18 *Præuenire inſultatus poteſt, etiam percutiendo, ſi armatum viderit aduerſarium, & paratum ad offendendum.*
19 *Peecuſſionem expectare nemo debet, vt inde ſe defendat, licet potuiſſet aufugendo ſe ſaluare.*

ARGVMENTVM.

Vulneratus, An ex vulnere, vel ſui culpa, maloque vitæ regimine mortuus præſumatur?
Ad honoris, & perſonæ defenſionem, quādo aggreſſorem liceat occidere?

CONSILIVM LXXXIV.

VEndidit Philippus Alfano ſedes duodecim Seio à ſe conſtruēdas, Cumque conſtructæ vnius ſedis brachium difforme ferè eſſet, & à fabrili arte diſſimile Rixatus cū emptore fuit, Qui mādauit Militi, vt illatam ſibi à Philippo iniuriam vlciſceretur. Miles alijs aſſociatus. Venditoris apothecā pręcunctatur, à qua Philippum eo quæſito colore extraxit, quod fabrili eius arte indigeret: Sed non longè ab apotheca, Milites oēs in eum irruere, & Pugnis facie eius oppreſſa, ac fractis naribus, domū Philippus redijt. Serò euaginatis enſibus Philippum iterū inuaſerunt Oēs ſocij, peſſimè cū eo agentes: Vicinis tamen acclamantibus, à maiori iniuria inde ſe abſtinuerūt; Quos Philippus denudato enſe inſequitur, ipſique militi aggreſſori vulnus intulit in ſpatulis.

His ſic habitis. Vulneratus miles in hoſpitio, à Barbitonſore ſe mederi curat, Vinū die noctuq; bibēs. Proinde amicorum opera ad hoſpitale trāſuectus apoſtemati vulneris cauſa obijt. Quæ ſit itaq; Philippi vulnerantis pœna, dubitari contingit?

1 Primo, Homicidium deliberatè † à Philippo cō-
miſſum, probat Fiſcus, ex inimicitia de mane con-
tracta, pugnis in eius faciem à Milite illatis, & ſan-
guine à naribus emiſſo, *l. inimicitia. ff. de his quibus,
vt indign. l. 3. §. non ſolum. ff. de adim. legat. l. etſi a-
mici. ff. de adult. Alber. Stat. p. 3. quæſtion. 64. Blanc.*

l.fin.nu.89.90.ff.de queſt. Merend.conſil. 90.num.11.
lib.2.crim.Macerat.lib.3.reſol.5.num.10.Menoch.de
arbitr.caſ.362.num.22.49.Maſcard. de probat.concl.
98.*num.* 1.3.4.*Farinac.quaſt.*49.*num.*97.*queſt.*126.
num. 177. *Bertaz. crimin. conſil.*208.*num.*13.*Iacob.*
*Gall.conſil.*80.*num.*9. Quod procedere etiam intel-
ligit,*Blanc.d.l.fin.num.*163. in ijs, qui cum ipſo ini-
mico conuerſantur, nam ſi eorum alter inimicum
ſui ſocij occidat, nec de rixa cōſtet, præſumptio eſt,
quod appenſatè illum occiderit, *Menoch.d.num.*49.
2 *Maſcard.d.num.*3. Si capitalis † probata verè ſit ini-
micitia, non præſumptiuè, *Gramm.conſil.*12.*num.*9.
*conſil.*44.*num.*9.*Vot.*34.*num.* 5. *Mazol.conſil.*48.*nu.*
74. *Bero. conſil.* 179.*num.*8.*in* 3.*Farin.queſt.*126.*nu.*
117.*Caſtill.deciſ.*173.*num.*7. Quam ex percuſſioni-
bus in rixa, præcedente die, ſuborta, *Bald.* ſatis con-
ſtare inquit, *in l.in his.* §.1.*ff.ſolut.matrim.Marſ.con-*
*ſil.*20.*num.*28.*conſil.*28.*numero* 7. *Roland.conſil.*95.
*num.*29. *in* 2.*Viui.deciſ.* 435. *num.*22. & ex iniuria
3 † perſonali, *Marſ. l.* 1.§.*præterea.num.*57.*ff.de iniur.*
Viui. deciſ. 521.*num.*25. præſertim cum ſanguine,
Alex. conſil. 99. *in* 1.*Tuſc.lit.I.concluſ.*149.*num.*16.
4 Secūdo, Homicida tenetur † probare hominem
à ſe percuſſum, non occidendi animo percuſſum
fuiſſe, cum alioquin dolo, & animo occidendi per-
cuſſus præſumatur, *l.*1.*C.de Sicar.Menoch.lib.*5.*præ-*
*ſumpt.*3.*num.*46.*Maſcard. de probat. concluſ.*364.*nu.*
31.*Macerat.lib.*3.*reſol.*3.*num.*11. Tum ex armorum
qualitate, *Barto.l.*1.§.*diuus.& ibi, Marſ.num.*20.21.
23.*ff.de Sicar.Marſ.l.*1.*num.*32.33.36.*C.eod.Felin.c.*
*ſignificaſti,*2.*nu.*11.*de homic.Gram.conſil.*20.*num.*4.
*Menoch.conſ.*788.*nu.*32.*Burſ.conſil.*272.*num.*3.*An-*
*char.Iun.lib.*3.*famil.quaſt.*61.*nu.* 16.*Aldouin. conſ.*
20.*num.*205. Qui enim enſe, pugione, vel ſimilibus
armis ad occidendum aptis vulnerat, occidendi a-
nimo vulneraſſe cenſetur, *Hondcd.conſil.*104.*nu* 4.
in 1.*Menoch.de arbitr.caſ.*361.*nu.*5.*Merlin. deciſ.*9.
*nu.*3.*Farin.q.*126.*n.*122. maximè ſi ſimplici gladio
vulnus in ea corporis parte intulit. Qua mors facilè
inferri potuit, *Menoch.Merlin.Farinac.loc. iam citat.*
5 Tertio, Occidens † aggreſſorem ad ſui defenſio-
nem non delinquit, *l.vt vim.vbi Doct.* notant maxi-
mè, *Dec.num.*6.7.*ff.de iuſti.& iur. Bald.l.data opera.*
C.qui accuſ.non poſſ. Carrer. in prax.§.*circa.num.*28.
*Vaſq.lib.*1.*Illuſt.controuerſ.*18.*nu.*4.*Molin. de iuſt.&*
*iur.tom.*3.*diſput.*11.*à num.*1.*diſput.*31.*à num.*1. *De-*
*cian.lib.*2.*crim.c.*19.*num.*5.*Viui.deciſ.*439.*num.*26.
*latè Hondod.conſil.*99.*num.*9.11.*conſil.*104.*num.*33.
*volu.*1.*Boſſ.tit.de homic. nu.* 51.58.*Gail.lib.*2.*obſer.*
110.*nu.*9.*Menoch.conſil.*41.*nu.* 25. *Grat.conſil.*114.
*num.*18.*in* 2.*Plac. lib.* 1.*delict.c.*28.*num.*3. *Aldouin.*
conſil. 20. *numero* 187. *Burſ. conſil.* 273. *numero* 1.2.
*Barz.deciſ.*141.*nu.*8.9.10. *Paſet. conſ.*202.*Macerat.*
*lib.*3.*reſol.*26.*num.*1.*Farinac.quaſt.*125.*num.*3.*Seſſe,*
deciſ. 141. *num.* 5.*Cartar.de execut.ſent.capt.bannit.*
*in præfact.nu.*9.15. Nec peccat, *ex Marſ.l.is qui.C.de*
*Sicar.Doct.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Anan.conſ.*77.
*num.*2.*Clar.*§.*homicidium.num.* 24. *Honded.d.conſil.*
99.*num.*10.*Surd.conſil.*40.*nu.*21.*Becc.conſ.*51.*nu.*6.
Viui. deciſ. 439. *num.* 27. *Cartar.d.præfact.num.*14.
Addit, *Marſ.conſil.*4.*num.*5.*conſil.*25.*num.*49. Cleri-
cum occidere poſſe aggreſſorem, & inde Miſſam
perficere, *Macerat.d.num.*1. Vt nec irregularitatem
incurret, *Clement.* 1. *de homicid. Grat. conſilio* 114.
numero 18.*in* 2. *Macerat.d.nu.* 1. Sed prouocantem
6 † militem non in ſui defenſionem vulnerauit, cum
nullum immineret vitæ periculum *Menoch. de ar-*
*bitr.caſ.*363.*num.*20. Adeo, vt nec dixiſſe ſatis eſt,
quod ſi ſe non defendiſſet, interfectus fuiſſet ex ar-
mis ad necem aptis, Quibus accinctus erat inimi-
cus; Sed probandum omnino erat, Adeo propin-
quum ſe illi fuiſſet, vt tutum in locum nec ſe retra-
here, aut fugere potuerit, *Bolognet.d.l.Vt vim.num.*
38.*Caſtill.deciſ.*174.*num.*13.*p.*2.
Quarto, Vulneratus quandocumque moriatur
7 † etiam ex interuallo ob receptum vulnus deceſſiſ-
ſe inquit Fiſcus, ſi mortale fuiſſe conſtet, *ad text.l.*
*ait lex.ff.ad l.aquil.Salic.l.*1.*nu.*3. *C. de emend.ſeruor.*
*Afflic.in Conſtitut.terminum vitæ. num.*16. *Boer.de-*
*ciſ.*323.*num.*11. *Plac. delict. lib.*1.*c.*2.*num.*13.*c.*13.
*num.*23.*Ambroſ.deciſ.*47.*nu.*9.*p.*2.*Farin.quaſt.*127.
*nu.*11.*Gail.lib.*2.*obſer.*101.*nu.*9. *Guazz.reor.defenſ.*
4.*c.*10.*num.*2.*Rim. iun.conſ.*121.*nu.*2.*conſ.*799.*nu.*3.
ex interuallo dicimus ſi moriatur etiam infra an-
num, *Plac.d.nu.*23. licet adhibitus non fuerit Me-
dicus, vel imperitus, ſine nulla Medici culpa probe-
tur, nullum regimen, & inordinata vulnerati vita,
l.ita vulneratus.Gloſ.& Alber.l.huic ſcripturæ.§.*ſer-*
uus.ff.ad l.aquil. Alex.l.ſi ab hoſtibus.§.1.*ff.ſolut.ma-*
*trim.Angel.de maleſic.gloſ.ex interuallo. num.*12. *&*
*ibi, Scholiaſt.num.*14.*Gram.conſ.*49. *nu.*11. *Soc.conſ.*
178.*in* 2.*Vitalin.rub.de inſult, nu.*16. *Crot.conſ.*123.
*Clar.num.*33.*Batard.num.*157.*in* §.*homicidium. Fari.*
*conſil.*100.*num.*3.*queſt.*127.*nu.* 12. *Ambroſ.d.nu.*9.
*Gail.lib.*2.*obſer.*101.*num.*20.*Guazz. d. c.* 10.*nu.*3.4.
*Blanc.in prax.num.*97. *Rim. iun. conſ.*121.*nu.*2.*Cor-*
*rad.lib.*1.*de offic.prætor.c.*9.§.3.*num.*9.
Cæterum, contrariam Sententiam cenſui verio-
rem, Imo liberandum eſſe Reum, qui pro Perſona-
lis iniuriæ defenſione vulnus Militi aggredienti in-
tulit, caſu potius, quam culpa, vel appenſatè; ex ſo-
lidis hiſce rationibus.
8 Primo, De occiſo non teneri † Vulnerantem, Sed
de vulnere dixere, *Boer.deciſ.*323.*num.*3 *Becc.conſil.*
51.*num.*11.*Ambroſ.deciſ.*47.*num.*10.*p.*2. ſi vulnus
à principio non fuerit mortale, *Farin.conſil.*171.*nu.*
5.27. ipſeque vulneratus ex interuallo mortuus
fuerit, *Afflic.in Conſtit.terminum vitæ.nu.*38.*rub.*13.
*lib.*1.*Cartar.de exeq.ſenten.capt.bannit. in præfact.n.*
53. probandum enim erat, quod ex vulnere deceſ-
ſerit, *Bardell.conſil.*98.*num.*16. Cum ex malo ſuo re-
9 gimine, eiuſque † culpa obierit vulneratus, *ad text.*
cap.ad audientiam. c.ſignificaſti.de homicid.Caleſat.
*crim.conſ.*45.*nu.*6.*vol.*2.*diuerſ.Socc.conſ.*178.*vol.*2.
*Macerat.lib.*3.*reſol.*3.*nu.*10.*Tuſc.lit.V. concluſ.*377.
*num.*7.*concluſ.*380.*num.*1.*Caball.crim.reſol.caſ.*248.
*nu.*35.36. Tum quia vulneranti imputandum non
eſt, ſi vulneratus medicū non adhibuit, aut imperi-
tū, *l.qui occidit.*§.*fin.vbi, Floran.not.*1.*& Doct.ff.ad*
*l.Aquil.Boer.deciſ.*323.*num.*17. 20. *Tuſc.lit.V. con-*
*cluſ.*376.*nu.*1.2.9.22.*concluſ.*380.*nu.* 16. *Menoch.de*
arbitr. caſ. 274. *nu.* 10.*Paſet.conſ.*202.*nu.*34.*Farin.*
*queſt.*127.*nu.*88.*Ambroſ.deciſ.*47.*nu.*10.*p.*2.*Rim.*
*Iun.conſ.*799.*num.*30.*Gail.lib.*2.*obſer.* 111. *num.*21.
*Fachin.conſil.*82.*num.*74.77.*lib.*3.*Guaz.reor.defenſ.*
4.*cap.*10.*num.*10. *Crauet.conſ.*451.*num.*8.*Panciról.*
*conſ.*68.*nu.*14. Sed primus à quo ſe mederi curauit,
Stuffarius erat: Secundus verò Barbitonſor; vitium
ergo

Digitized by Google

ergo medici excuſat vulnerantem, *Rim.Iun.conſil.*
121.nu.20.Socc.d.conſ.178 ad fin.Bazard.ad Clar.§.
homicidium.nu.173.Cora.conſ.263.in 3. ſic vulnerã-
tem excuſat, *Ambroſ.d.deciſ.47.num.20.* Dum vul-
neratus, ſęmiuum, in medicum ſibi adhibuit, imo
iu culpa eum eſſe voluit, *Marſ.conſil.7.num.49.* qui
tardè medicum adhibuit. *Maſcard.de probat.concl.*
1035.Baiard.d.§.homicidium.num.150. Cumque le-
cto iacens vitam male regularam geſſerit, Medico
licet imperito non obediens, vinum purum, & ma-
gnum, vt ſanus bibens, *Gram.Vot.24.nu.11.conſ.2.*
num.5.6.conſ.49.nu.4.Marſ.conſil.7.nu.47.Menoch.
d.caſ.274.num.8.10.Rim.Iun.conſ.121.d.num.6.18.
conſ.799.num.28.Ambroſ.d.deciſ.47.nu.14.16.17.
Fari.quæſt.127.nu.95.conſ.100.nu.3.Guazz.d.c.10.
nu.19.Plac.lib.1.deliEt.c.13.nu.27. Mortale vulnus
illud non fuiſſe dicimus, cum in actis non conſtet,
tempore illati vulneris, aut infra paucos dies, acci-
dens aliquod, vel mortale ſignum illi ſuperueniſ-
ſe, *Cepoll.conſ.92.nu.7.Bardell.conſil.98.nu.12.Aſin.*
crim.conſ.107.nu.2.vol.2.diuerſ.Farin.conſ.171.n.4.
46.Paſſer.conſ.202.num.42.43.Guazz.d.c.10.num.
11. Accidentia conferunt ad cognoſcendum quid
ſit, *Fachin.conſ.82.num.74.lib.3.Crauet.conſil.451.*
num.6.Guazz.d.num.11.

Secundo, Medicum hoſpitalis produxit Fiſcus
10 † cui ſtandum contra producentem pro rei defen-
ſione, licet ſit vnicus, *Rom.conſil.104.Soc.Iun.con-*
ſil.69.num.11.in 1.Crauet.conſil.201.num.7.conſil.
451.num.5.Cephal.conſ.65.num.55.Pariſ.conſil.83.
num.30.in 1.Gabr.tit.de teſtibus concluſ.1.nu.14.15.
Menoch.conſ.437.nu.30.Bertaz.crim.conſ.71.nu.15.
Turret.conſ.72.num.24.in 3.Burſ.conſil.20.num.23.
conſ.152.nu.46.conſ.273.nu.9.Honded.conſ.99.num.
16.17.in 1.Farin.quæſt.68.nu.76.Aldouin.conſ.21.
nu.3.conſ.22.num.31. licet de credulitate teſtetur,
ſed depoſuit Medicus vulneratum militem ad Hoſ-
pitale veniſſe, vulnere iam apoſtemato, quo iuxta
medicinalem artẽ aperto, magna putredinis quan-
titas exierit, & addit Apoſtema ex inepta medici
cura, irregulata vita, maliſq; eius moribus procrea-
11 tum in vulnere fuiſſe, non quod vulneris † qualitas
mortalis fuerit; vt ex alijs quoque medicis conſtat,
Gram.24.nu.7.Dec.conſ.415.ad fi.Menoch.de arbitr.
caſ.274.nu.11.Ambroſ.d.deciſ.47.nu.10. Febris er-
12 go illi ſuperueniens † fuit cauſa, qua obierit, de vul
nere ergo, non de Occiſo tenetur Vulnerans, *Dec.*
conſ.415.Paſſer.conſ.202.nu.31.59.Carrer.in prax.
§.homicidium.11.num.1.§.circa.num.322.Gramm.
conſil.2.num.8.Ambroſ.deciſ.47.num.22.p.2.Rim.
Iun.conſil.799.num.32.Guazz.reor.defenſ.4.cap.10.
num.9.Becc.conſ.51.num.21.Caball.crim.reſolut.caſ.
248.num.41. Quia ſuperueniente febre, ob culpam
vulnus confunditur, *Fachin.conſ.82.num.75.lib.3.*
13 & quod dicimus † exitu probari factum, non pro-
cedit, inquit, *Fachin.d.conſ.82.nu.79.* ſi factum fuit
alteratum, vel noua ex cauſa immutatum: Modò
conſtet febrem alia ex cauſa ſuperueniſſe, quam ex
vulnere, *Caball.de omn.gener.homic.nu.336.Guazz.*
d.cap.10.num.9. & ex mala ſui cuſtodia, *Paſſer.con-*
ſil.202.num.60.

14 Tertio, illa eſt omnium opinio, Quod † ſi inimi-
cus ſuo obuians inimico, illum occidat, ordinariã
homicidij pœnam pati non debet, *Caſon.de indict.*
tract.4.c.1.num.2.3.Vulpell.conſ.127.Bertaz.crim.
conſ.208.nu.8.Clar.4.homicid.nu.6.Farin.q.126.nu.
216.Caſtill.deciſ.172.nu.7.deciſ.173.nu.8.Caball.de
omn.gener.homic.nu.382.Maſcard.de probat.concluſ.
98.nu.1.20. Sed ex percuſſionibus a Milite de ma-
ne in Philippum illatis, etſi contracta fuerit inimi-
citia, ſero fabrili ſuæ arti in apoteca inuigilans Phi-
lippus, cum illum ad ſe venientem viderit inſultã-
di cauſa obuiam factus, ita accenſus, circa pœnam
illum licuit vulnerare, *Rim.Iun.conſ.361.num.13.*
Becc.conſ.58.nu.8.Burſ.conſ.273. difficile cum ſit iu-
ſtum dolorem temperare, *Bellon.de ys, quæ fiunt in-*
15 *cont.c.7.nu.8.* Imo locus rixæ † ex qua occidit, per-
cuſſorem occidẽdi animum non habuiſſe denotat,
Percuſſit inquam, in via publica, & in itinere cur-
renti ſeu in loco vbi multæ erant perſonæ, non eum
inſidioſè expectauit, & in loco ſuſpecto, ſicut ag-
greſſor occidendi animum habens, offendere cogi-
tat, *Mant.conſ.153.nu.8.in 1.Burſ.conſ.272.num.14.*
Maſtrill.deciſ.297.nu.56.Honded.conſ.99.num.36.in
1. Iratus inquit, *Baiard.d.§.homicidium numero 31.*
poteſt inſidijs etiam, & induſtria aggreſſorem vul-
nerare, & occidere.
16. Quarto, licuit inquiſito † pro neceſſaria ſuę per-
ſonæ defenſione, & honoris eum vulnerare, & oc-
cidere; *l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.* permiſſum namque
cuique eſt ſe defendere ac impunè pro eius tuitio-
ne alium interficere, *d.l.vim.l.itaque.ff.ad l.aquil.*
Burſ.conſ.373.nu.1.& inter. de eo, qui prius pugno
percuſſus, percutientem occidit, quod defenſionis
modum excedere non dicatur, tradit, *Barz.deciſio.*
142.num.5. maximè ſi ſtetit, & licet voluiſſet terga,
ex hoc coſtare non videtur, quod velit diſcedere,
ſed potius cauſa vitandi illius vulnus, qui volebat
adminare, *Paſſer.conſ.202.nu.24.25.* Cum vitæ, vel
honoris periculum aliter euadere non potuiſſet,
Gram.conſ.56.nu.16.Azor.inſtit.Moral.p.3.lib.2.c.
1.Caſtill.deciſ.174.num.9.Baiard.ad Clar.§.homicid.
nu.106. Par enim eſt, vitæ, & honoris cauſa, *l.inſta.*
ff.de manumiſſ.vind.l.iſti quidem.ff.quod met.cauſ.
Menoch.conſ.302.nu.1.Vaſq.lib.1.illuſtr.controuerſ.
18.Burſ.conſ.273.num.10.16. Proinde homicidium
honoris defendendi cauſa commiſſum citra pęnam
eſt, *Gerar.Sing.33.Boſſ.tit.de homic.n.86.Vaſq.lib.1.*
illuſtr.controuerſ.18.nu.13.Schrader.conſ.4.nu.218.
219.Gail.lib.1.obſer.39.nu.3.lib.2.obſer.101.nu.4.
Farin.q.125.nu.41.Aldouin.conſ.20.nu.65. & dici-
tur quis, ſe aliter non poſſe defendere, ſi imminet ſ
periculum iniuriæ perſonalis, *Felin.c.dilecti.nu.14.*
de except.Crauet.conſ.29.nu.7.Paſſer.conſ.202.nu.6.
57.Gram.conſ.29.conſ.56.Barz.deciſ.141.nu.13.15.
deciſ.142.num.7.Burſ.conſ.273.num.2.4.15.Bertaz.
17 *crim.conſ.1.nu.19.* Nec tunc † armorum licet pro-
hibitorum qualitas conſideraretur, quibus pro de-
fenſione cõmiſſum fuit homicidium, *Marſ.in prax.*
§.pro complemento.num.4.Vulpell.conſil.66.num.7.
Burſ.conſil.134.num.8.Bertaz.crim.conſil.132.num.
5.Farin.quæſt.103.num.75.Fanut.de momen.tempo.
cap.19.num.28.Aldouin.conſil.20.num.171.Caball.
crim.reſol.caſ.62. Quia delicta plura ex eodem fa-
cto, eodemque tempore, ad eũdem finem, pro vno
delicto cenſentur, vt vna ſit pęna, *Pappon.conſ.45.*
n.13.Caball.crim.reſol.caſ.236.num.88.89. Proinde
quęrit, *Bal.poſt gl.in l.1.C.Vnd.vi,* Si quis in aliũ in-

ſiliet cum baſtono, an ei liceat cum enſe ſe defen-
dere, & concludit, Aut inſultatus aliter ſe defende-
re poterat, Tunc de exceſſu, punitur, alias non, *ex
not. in l. 2. C. de Siear.* & inſultatus cum enſe, ſcopit-
tam in eum exonerare permittit, latè, *Burſ. conſilio
273. num. 8.* Vel alio vti inſtrumento inæquali, vel
meliori, quo vtitur aduerſarius. *Caball. crim. reſolut.
caſ. 258. num. 31.* Imo quærit etiam, *Bald. l. 1. C. Vnd.
vi,* Si quis in me inſiluerit ſine vllo armorum gene-
re, cum dare ſolum mihi vellet vnam maxillatam
manuuacua; & gladio, eum percutiam, & interfi-
ciam, Anteneat? arguit, & diſtinguit. Aut aliter po-
teram me defendere, & tunc teneor, cũ defenſionis
modum non ſeruauerim, ſed vindictam potius ſum
pſecutus; Aut conſtat, quod nõ poteram, aliter ſaluus
euadere, quin percuterer, vel cum vituperio ſaltim
Honoris mei, vt propriè (hoc in caſu) contigiſſe
dicimus, tunc excuſor, *Burſ. conſ. 273. num. 10. Barz.
deciſ. 141. num. 13. Paſet. conſ. 202. num. 13.*

18 Quinto, Aduerſarium poterit † Reus occidere,
ſtatim, quod eum viderit paratum ad offendẽdum,
licet nondum offenderit, *Bart. l. ſi ex plagijs. §. taber-
narius. ff. ad l. aquil. Bald. l. in lege. lect. antiq. ff. locat.
Iaſ. conſil. 133. in 1. Bertaz. crimin. conſilio 101. num.
2. Burſ. conſil. 273. num. 5. Honded. conſil. 99. num. 6. in
1. Barz. deciſ. 141. num. 11. Tuſc. lit. D. concluſ. 129.
nu. 6. 19. 20. 27. concluſ. 134. nu. 5. 14. Seſſe deciſ. 104.
nu. 1. 2.* in vitę periculo erat reus ſi armatus is venit,
*gloſ. l. 1. C. vnde vi, Dec. conſ. 102. num. 24. Bero. conſil.
173. num. 25. conſ. 194. nu. 8. in 3. Gramm. conſ. 18. nu.
1. conſ. 56. num. 9. Honded. conſil. 99. nu. 14. in 1. Burſ.
conſil. 273. num. 6. Bertaz. crim. conſil. 307. nu. 7.* Late
contra alios, *Caball. crim. reſol. caſ. 88. nu. 4. 5. 7.* Hinc
homicidium ad defenſionem fieri ait, *Alex. conſil.
109. ad fin. volum. 1.* ſi aduerſarius lapides arripere
vellet, ad terram ſe incuruando, vel ſi aliter manus
ad arma admouere curaret, *Burſ. conſil. 273. num. 6.*
Addit optime, *Angel. l. quemadmodum. in princ. ff. de
inoffic. teſtament.* Si quis minetur ſe percurſurum
cum enſe, quem habet in manu, ſi ab illo percuti-
tur, ad defenſionem percuſſus cenſetur, quia com-
minando dicitur, ſe præparaſſe ad offenſam, *Burſ. d.
num. 6. Paſſet. conſil. 202. num. 15.* Sola ergo præpa-
ratio inquit ibi. *Angel.* ſufficiet ad offenſam, etſi cer
tus non ſit, ſe eſſe in periculo vitæ conſtitutũ, *Barz.
deciſ. 141. num. 12.* Satiſque eſt ſi probetur, quod po
terat offendi, *Paſſet. conſ. 202. num. 55.* Nemo enim
19 † expectare debet, vt percutiatur, ac inde ſe defen-
deret, ſed poteſt percutiendo præuenire, *Barto. l. vt
vim. num. 8. ff. de inſtit. & iur. & in l. etſi quacumque in
princip. ff. ad l. aquil. l. 1. num. 18. C. Vnd. vi, Gramm.
conſil. 18. nu. 1. conſil. 56. nu. 3. 12. Calcfat. crim. conſ.
88. num. 21. volu. 2. Diuerſ. Pancirol. conſil. 67. num. 9.
Burſ. conſil. 273. num. 6. Vulpell. conſil. 66. num. 10.
Grat. conſ. 47. num. 13. in 2. Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 2.
num. 6. Clar. §. homicidium. num. 33. Bero. conſil. 194.
num. 12. in 3. Barz. deciſ. 141. num. 2. Seacc. de iudic.
cap. 46. nu. 42. Caball. d. caſ. 88. num. 4. 5. Iacob. Gall.
conſil. 80. num. 6. Honded. conſ. 99. nu. 13. in 1. Aldouin.
conſ. 20. nu. 193. Bertaz. crim. conſ. 11. num. 2. Maſcar.
d. concluſ. 1126. num. 9.* Imo ſi potuiſſet aufugiendo
ſaluari, nec aufugere tenebatur, *Tuſc. lit. D. concluſ.
131. nu. 7. concluſ. 134. nu. 18.* etſi perſona ſit, cui fu-
gire non fuiſſet dedecus, vt reiecta, *Barto.* opinione,

probat, *Dec. l. vt vim. num. 25. ff. de inſt. & iur. Alex.
conſ. 109. nu. 4. in 1. Gall. d. conſ. 80. num. 7. Boſſ. titu. de
homicid. nu. 86. Tiraq. de nobilit. c. 29. num. 64. magis
comm. Barz. deciſ. 141. nu. 20. Paſſet. conſ. 202. nu. 16.
19. Honded. conſ. 99. nu. 12. in 1. Bertaz. crim. conſil. 1.
num. 23. Maſcard. concluſ. 1126. num. 13. Tuſc. lit. D.
concluſ. 131. nu. 7. Clar. §. homicidium. num. 32.*

20 Non obſtat Primum, Quia id verum, niſi † homi
cidium ex improuiſo commiſſum fuiſſe ex actis
conſtet, vel ex mera, & inopinata rixa, *Barto. l. poſt
contractum. nu. 8. ff. de donat. Bald. l. 1. ad fi. C. de Siear.
Gall. d. conſil. 80. num. 10.* cum nec in rixa præcedens
inimicitia conſideretur, *Surd. conſil. 40. nu. 28. Mace-
rat. lib. 3. reſol. 8. num. 4.* Ad quam rixam à defuncto
prouocatum reum fuiſſe videtur ex toruo ſępius ac
reiterato aſpectu, & ex verbis iniurioſis, imo inho-
neſtis à Teſtibus relatis, hic ex cauſa omiſſis.

Non obſtat Secundum, Quia alio non apparen-
21 te, Armorum qualitas † occidendi animum arguit,
ex Felin. Marſ. Gramm. citatis. nu. 4. At ſi alia concur-
rant ex aduerſo, illam facillimè reijcit, *Burſ. conſil.
272. num. 14.* Cum præſumptio vna, per aliam tol-
latur, vt fortiori ſtandum ſit, *l. diuus. ff. de in integr.
reſtit. l. non ſolum. §. de vno. ff. de rit. nupt. Cepoll. conſil.
2. num. 12. Menald. conſil. 56. nu. 17. conſ. 146. nu. 24.
in 2. Enriquez. conſ. 79. nu. 22. conſ. 83. num. 40. Sfort.
conſ. 15. nu. 12. conſ. 23. num. 25. Caball. crim. caſ. 199.
num. 38. Honded. conſil. 55. num. 69. conſil. 87. nu. 44.
45. in 1. Bardell. conſ. 4. nu. 79. Surd. conſ. 112. nu. 72.
Alba conſ. 56. num. 4.* Imo Iudicis arbitrium circa
præſumptiones illas verſatur plurimum, *Burſ. conſ.
272. num. 14.* Proinde ex perſonarum qualitate, &
loci conſuetudine, armorum delatio deliberatum,
non arguit occidendi animum, *Iſern. & Afflic. n. 9.
26. c. 1. §. ſi quis ruſticus. de pac. tenen. Iacob. Gall. con-
ſil. 80. num. 12. Farin. conſ. 193. num. 33.*

22 Reſpon. II. Quod ſi deliberatus † occidendi ani-
mus ex præmiſſis coniecturis præſumi poſſet, non
tamen concludentur, nec ex neceſſitate, cum in du-
bio animus deliberatus non præſumatur, *Hoſtien.
& Ioan. Andr. c. inter. alia. de immunit. eccleſ. & ibi,
Abb. num. 20. Blanc. l. fin. num. 54. ff. de quæſt. Iacob.
Gall. conſ. 80. num. 17.* notat, & merito, *Barto. l. qui te-
ſtamento. §. fin. ff. de teſtam.* Teſtes de deliberato oc-
cidendi animo deponentes recipi non ſolent, *Ia-
cob. Gall. d. conſ. 80. num. 18.*

Non obſtat Tertium, Quia excedens defenſio-
23 nis † limites, nec pœna extraordinaria plectendus
eſt, ſi exceſſus non fuerit ex propoſito, *Florian. l. ſi ex
plagijs. §. tabernarius. ff. ad l. aquil. Gramm. conſil. 29.
numero 32. Alex. conſil. 79. num. 4. conſil. 109. num. 6.
in 1. Turret. conſil. 61. num. 19. in 2. Barz. deciſ. 142.
num. 8. Tuſc. lit. D. concluſ. 131. nu. 19. 21. Felic. alleg.
13. num. 17. 19. p. p.* & moderamen inculpatæ tute-
læ non conſideratur in rixa, ſi accenſus iracundiæ
furore, Modum in ſe defendendo exceſſit, *Afflic. in
Conſtit. aſperitatem. nu. 18. rubr. 11. lib. 1. Barz. deciſ.
142. numero 9.* Sed pro Iudicis arbitrio, *Bald. Dec.
num. 18. l. vt vim. ff. de inſt. & iur. Rom. ſing. 3. Afflic.
deciſ. 206. ad finem Marſ. ſingu. 100. Boer. deciſ. 168.
num. 7. Gramm. conſ. 18. num. 6. conſ. 39. nu. 6. 7. conſ.
79. ad fin. Alex. conſil. 5. ad fin. in 1. Caball. crim. reſol.
caſ. 31. numero 6. Socc. Iun. cõnſ. 135. num. 12. in 3. Go-
mez. 3. reſol. c. 3. num. 24. Barz. deciſ. 142. num. 12.*

Digitized by Google

Tiraq.de pœn.cauſ.1.nu.6. & ad leg. connub.1.nu.81. Seſſe deciſ.104.num. 3. 4. 21.Plac.lib.1.delict.c.28. num.13.Tuſc.lit.D.concluſ.129.num.4.14.lit. E. concluſ.430.lit.V.concluſ.213. Couar.clem. ſi furioſus.p. 3.§.1.num.3.de homicid.Fachin.lib.1.iur. Controuer. 32.Menoch.de arbitr.caſ.278.num.2. & mitius, Seſſe, deciſ.141.num.6. vbi enim ex cauſa minoranda eſt pœna, Corporis afflictiua eſſe non debet, Burſ. conſil.273.num.20.

24 Reſpon. II. Modum in defenſione † adhibere non poteſt, ſi iratus quid agat, Bellon. de ijs, quæ fiunt incont.c.7.num.9.Barz.deciſ.142.num. 9. 10. Ira ſimilis eſt inſaniæ, Coraſ.lib.1.Miſcell.cap.8. Bellon. de ijs quæ fiunt incontin.cap.8.num.1. Ipſaque ira ad excuſandum ſatis prodeſt, Dec. & Cagnol. l. quicquid calore.ff.de reg.iur.Soc.iun.conſil.103.num.2.in 3.Farin.quæſt.91.Seſſe,deciſ.104.nu.17.20.21.24.Theſſaur.deciſ.178.Barz.deciſ.142.num.10.Surd.conſil.40.num.21.25.Cum ille impetus, vt plurimum ſenſus corporis impediat, Cepoll. conſil.41.nu.10.Burſ. conſil.272.num.31. ac præmeditati animi qualitatem, Menoch.de arbitr.caſ.361.num.18.19.Seſſe,deciſ.141.num.12. Nec dicitur incipere, qui ira quidpiam egerit, Sed qui ad iram prouocat, Crauet.conſil.2.num.12.Aldouin.conſil.20.num.179. & tenetur ſolum de exceſſu, Paßet.conſil.202.num.3. Imo excuſatur, Felic.alleg.56.num.28.p.p. Cum Princeps ſit culpæ is, à quo incipit malitia, Bald.conſil.143.in 2. Aldouin. conſil.20.num.180.

25 Reſpon. III. Ab homicidij pœna † excuſari reũ, nedum ſi mortis, ſed perſonalis iniuriæ periculum immineat, Bart.l.1.C.vnd.vi.Alex.conſil.76.num.2. in 1. conſil. 109. volum. 1. Gramm. conſil.18.num.6. conſil.56.num.16.Baiar.ad Clar. §. homicidium.num. 106.Seſſe,deciſ.104.num.7.Iacob. Gall. conſil.80.nu. 5.Caſtill.deciſ.174.numero 9.Tuſc.lit.D. concluſ.129. numero 25.concluſ.154.num.1.concluſ.134.num.17. Azor.Inſtit.moral.p.2.c.1. Licet, Menoch.de arbitr. caſ.363.numero 20.ad finem. Puniendum homicidã dixerit pro exceſſu in defenſione commiſſo, niſi probetur periculum mortis aliter euadere non potuiſſe, idem tamen eſt ſi perſonalis iniuriæ periculum immineat, vt dixit Seſſe,deciſ.104.numero 7.8. Qua enim facilitate defunctus ad inhoneſta verba prorupit, eadem armis offendere potuiſſet, quod ſatis eſt, vt ab homicidio excuſetur, Imol.c. ſi vero. de ſenten.excomm.Aret.§.ius autem gentium.inſtit.de iur.natur. Iacob. Gall.conſil.80.numero 4.

Non obſtat Quartum, Quia vulnus mortale
26 † eſt, ſi infra octo menſes etiam moriatur vulneratus, licet ſuperuenerit infirmitas, quæ ad alia accidentia cauſam præbuiſſe videtur, c. presbiterorum. c.ad audientiam.c.de cætero.de homic. l. nihil.ff. ad l. aquil. Si imperitiæ, vel negligentiæ medicorum, vel incuriæ, ſeu culpę vulnerati id attribui non poteſt, l.qui occidit.§.fin.l.quas actiones.§. fin. ff.ad l.aquil.c. tua nos.c.exhibita.de homicid. Ricc. in prax.deciſione 702. numero 3. Ambroſ. deciſione 47.numero 24.25. 26.28.p.2.Soc.conſil.178.in 2.Farin.conſil.100.nu.5. Crauet.451.

27 Reſpon. II. † Plures caſus, pro reſolutione conſtituendos eſſe, vt facilior ſit cauſa exitus.

Primus caſus eſt, ſi conſtet vulnus fuiſſe mortale, ac ex eo vulneratum obijſſe: Tunc vulnerans tenetur de occiſo, nec conſideranda eſt mala eius cura, Boß.de homic.num.115.Clar.§.homicidium.nu.33. Crot.conſil.132.Crauet.conſ.451.num.8. Farin.quæſt. 127.num.10.Rim.Iun.conſil.121.num.13. conſ 799 num.3.Paſſet.conſil.202.num.46.Tuſc.lit.V.concluſ. 376.num.25.Peregr.de citat.real. lib.1.cap.2.nu.54. Ambroſ.d.deciſ.47.num.9.Guaz.reor.defenſ.4.c.10. num.1. Siquidem certitudini ſtandum eſt, cum in claris non ſit opus coniecturis, l.continuus.§.cum ita ff. de verborum obligat.

Secundus caſus eſt, Si conſtet, quod vulnus non erat mortale, Tunc non præſumitur eum deceſſiſſe ex vulnere, etſi ſpaſmus ſuperueniat, ſed vel ex culpa medicorum, vel mala cura, maloque regimine, aut inordinata vita vulnerati, Boer.deciſ.315.num. 4.7.20.Boſſ.de homic.num.115. Raudens.de analog. cap.34.num.31.Clar.§.homicidium.num.33.Maſcar. de probat. concluſ.1074. num.11.Menoch.de arbitr. caſ.274.num.2.Ambroſ.deciſ.47. num. 10.p.2.Tuſc. d.num.25.Caball.crim.reſol.caſ.248.num.40.Rizz. deciſ.1.num.63.64.Rim.Iun.conſ.121.num.3.5.conſ. 799.num.6.7.8.Guazz.d.c.10.nu.7.Paſſet.conſ.202. num.60.Farin.quæſt.127.num.113. qui Gandin. & alijs reſpondet; cum in ſpatula vulnus non ſit mortale, Paſſet.conſ.202.nu.48. nec occidendi animum habuiſſe præſumitur, Caball.de omn.gener.homic.nu. 293.297.305.324.

Tertius caſus eſt, Si dubium ſit, An vulnus ſit mortale, vel ſi eſſet mortale, non cõſtet, quod adeo mortale omnino opinetur cum ex ſui natura poſſit haberi ad vitam, & ad mortem: Tunc conſtito de culpa, mala cura, ſeu malo regimine, vel quod non fuit adhibitus Medicus peritus, minimè præſumitur, quod deceſſerit ex vulnere, Afflic.in Conſtit.terminum. vitæ.num.41.rub.13.lib.1.Paſſet.conſil.202. num.50. Crauet.conſil.451.num.11.13.16.Panzirol. conſil.68.num.14.Farin.conſil.100.num.6.Tuſc.num. 25.Guazz.d.c.10.nu.12. Ambroſ.d.deciſ.47.nu.13. 28. Conſtito ergo de Vulnerati negligentia in curando vulnere, ac de eius culpa in regimine vitæ, potius ex malo regimine, & negligentia, vulneratum obijſſe dicimus, quam ex vulnere, eamque negligentiam, & culpam probauit Percuſſor, ex Farin. conſil.100.num.5. ergo.

Ex his, Cum Straticotiales Iudices pronuntiaſſent, Philippus Alfano exulet per Annos tres. Fiſcus Curiæ eiuſdem, ad M. R. C. ſe grauauit, pœna hac non contentus: Proinde facto verbo, fuit interloquutum Cauſa remaneat in M. R. C. Die, 27. Septembris, M DC XIX.

Sed diſcuſſo negotio Die, 11. Octob. MDCXIX. fuit à M. R. C. iudicatum, Carceres, cedant in pœnam, Fuitque exinde ex literis Proregis à M. R. C. expeditis Panormi Die, 12. Octobris, Præſentatis Meſſanæ Die 22. eiuſdem, M DC XIX. excarceratus liberè.

SVMMARIVM.

1 Auxilior, ſi ex propoſito opem præſtitit in maleficio, pœna, qua Principalis puniendus eſt. Declar. num. 20.

2 Obuiare delicto ſi quis potuit, & non obuiat. delinquenti fauere dicitur. Declar. num. 21.

3 *Uxor in delictis viro ſuo obedire non tenetur. Declar. num. 22. 23. 24. 25.*
4 *Filius patri in delictis obedire non debet.*
5 *Metus non præſumitur.*
6 *Mandatum ad delinquendum datum non cenſetur.*
7 *Metus reuerencialis ab vxore in maritum non præſumitur, niſi coniecturis probetur.*
8 *Mina, & verbera, iuſtum metum probant.*
9 *Moneta falſa in poſſe alterius inuenta, illum conuincit, quod ipſe cuderit, ſi iuſtitiæ miniſtris abſcondit, & à feneſtra proijcere conatur, ſiue bonæ, aut malæ famæ ſit. Declar. num. 26. 28. 29.*
10 *Teſtis de viſu, licet ſingularis in falſæ moneta crimine, ſatis eſt, ad torturam.*
11 *Delictum ſi difficilis probationis eſt, leuiores ad torturam admittit coniecturas.*
12 *Vxor, quæ cum viro monetam tonſerat Torturam pati debet, Declar. num. 30.*
13 *Uxor furcis ſuſpenditur, quæ marito homicidium (furandi cauſa) committen i opem præſtitit.*
14 *Voluntas, & propoſitum, diſtinguunt maleficia.*
15 *Voluntas coacta, etſi voluntas ſit, imperfecta tamen eſt, quæ ſatis non eſt ad præmeditatum delinquendi animum.*
16 *Delinquens coactè, nulla plectendus eſt pœna.*
17 *Vxor viro abſente, qui delictum mãdauit ſi delinquat, ordinariam patitur pœnam, & quando ſecus?*
18 *Actus ex voluntate licet factus, neceſſarius dicitur, ſi iuſſus præceſſit, & coactio.*
19 *Vxor iuſſus viri delinquens excuſatur in leuioribus, in Grauioribus mitius punitur.*
27 *Moneta falſæ fabricatio, virile munus eſt.*

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ in fabricãda falſa moneta, aut ea tondenda, auxilium Marito ſuo præſtitit, An metus cauſa, à pœna excuſetur.

CONSILIVM LXXXV.

FAlſæ monetæ reus à Fiſco Straticotiali delatus cum fuerit Ioannes Macri, mandarunt Iudices, quæſitum illum apprehenderent Satellites in Carceres falſarium detruſuri; Cuius domum, inueſtigantes ipſi, Magnum falſæ monetæ numerum propè vxorem inueniſſe retulerunt, & plures pœnes cã argenti eiuſdem inciſuras, quas ſudiolo inuolutas e feneſtra in tenebras, peruigili ſtudio proijcere nixa quoque fuerat, dũ ſe perquiri renuit. Viro falſatore minimè reperto, quia monitus aufugerat; Vxor denique Carcere mancipata eſt, Birroarijs in teſtes productis, & muliere alia, quæ ne in Cuſione, & inciſione prædicta culpoſam ferè ſe redderet, vt teſtis depoſuit, *Ioannem alioſque falſatores monetam cudiſſe, ipſaque Vxor etſi nõ cuderit, opem tamen, auxilium, & miniſterium præbuerit*. Straticotiales Iudices vehementia contra Vxorem indictia, hęc eſſe opinantes, cum clauſula, *Citra præiudicium probatorum*. contra eam ad Torturam procedendum (Facto prius verbo D. Proregi) terminarunt. Quo decreto ſe grauatam vxor allegat coram M. R. C.

Primo, Agentes, & cõſentientes in atrocioribus delictis, pari pœna puniendos ſcimus, ſi cõſenſum,
1 † & auxilium pręſtiterint ex propoſito ad committendum maleficium, *Clar. §. fin. quæſt. 87. num. 4. Faber. lib. 9. C. tit. 15. defin. 3. num. 3.* Qui enim delicto
2 † potuit obuiare, & non obuiat, delinquenti fauere cenſetur, *Bero. c. 1. num. 74. de offic. deleg. Caſtill. deciſ. 160. num. 44.* Sed vxor enormi huic ſceleri à marito commiſſo, nedum iuſtitiæ miniſtris ſaltim reuelando, non obuiauit, vt opem potius in eo præſtiterit, ergo.
3 Secundo, in delictis viro † obedire non tenetur vxor, *l. 1. vbi Doct. ff. de act. & oblig. l. ſi mulier. §. ſi ſeruus. ad fin. ff. rer. amot. Plac. lib. 1. delict. cap. 15. n.*
4 *24.* Sicut nec filius † patri, *l. ſeruus non omnibus. ff. de action. & oblig. Caball. crim. reſolut. caſ. 389. num. 3.* Imo viri, aut Patris mandato, eiuſque metu deli-
5 quiſſe non præſumitur, cum ſit generale † metum non præſumi, *Bald. conſil. 148. num. 4. in 1. Iaſ. conſil. 165. in 2. Angel. conſil. 217. Cuman. conſil. 68. Ruin. conſil. 121. num. 2. in 4. Afflict. deciſ. 69. num. 8. deciſ. 150. num. 16. Tuſc. lit. M. concluſ. 223. num. 1. concluſ. 224. num. 1. 2. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1003. num. 13. concluſ. 1051. num. 1. 2. concluſ. 1052. num. 1. Farin. fragmen. p. 2. lit. M. num. 167. Menoch. lib. 3. præ-*
6 *ſumpt. 126. num. 1.* Tum, quia mandatum † ad delinquendum non præſumitur, *Bald. l. 1. C. de reb. alien. non alienan. & in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrumen. Alexan. l. ſciendum. num. 20. ff. de verbo. obligat. Menoch. lib. 2. præſumptione 15. num. 3. Bertaz. crimin. conſilio 503. numero 1. 2. Honded. conſilio 87. à num. 72. in 2.* Tum,
7 quia reuerentialis † metus ab Vxore in Maritum non præſumitur, niſi coniecturis ſaltim probetur, quod vxorem verberare eſſet ſolitus, *Bart. l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum action. non det. Abb. c. cum contingat. de iureiur. Alexan. conſil. 83. in 6. Dec. con-*
8 *ſil. 232.* Cũque mulier nullas probaret minas † præcedentes, nec verbera, quæ duo ciuili etiam in contractu, *Doct.* requirunt ad probandum iuſtum metum, *ex not. in l. 1. ff. quod met. cauſ. Teſſaur. lib. 3. foren. quæſt. 46. num. 2.*
9 Tertio, Ex falſa moneta † pęnes vxorem inuenta, ſatis ſuperque conuincta ipſa dicitur, quod eam cuderit, *Caball. crim. reſol. caſ. 199. num. 23.* Tum maximè, quod eam iuſtitiæ miniſtris abſcondere, & extra feneſtra proijcere enixã fuiſſe probatum ſit, ſiue bonæ aut malæ famę ipſa ſit, *Decian. lib. 7. crim. c. 26. num. 5. Guazz. reor. defenſ. 4. c. 9. num. 4.* Acce-
10 dat, & Fortius mulier † illa, quæ cum ſingularis ſit teſtis, de viſu tamen indictium faciet ad torturam, quia crimen eſt de exceptis, *Gloſ. Barto. & Doct. in l. maritus. ff. de quæſtion. Marſ. conſ. 74. num. 1. Decian. d. lib. 7. cap. 24. num. 10. cap. 26. numero 4.* Tum quia falſæ monetæ crimen, clam ſolet committi, *L. 1. C. de falſ. monet. l. 2. C. quibus ex cauſ. ſeru. pro præm. liber.*
11 *accip. Decian. d. c. 24. num. 10.* & in iis † quæ difficilis ſunt probationis leuiores ad torturam ſufficerent coniecturæ, *Marſ. l. diuus pius. ff. de quęſtion. & in prax. §. diligenter. num. 80. 124. Decian. d. numero 10. Guazz. reor. defenſ. 30. c. 4. num. 9. Oſaſc. deciſ. 72. n. 1. Merlin. deciſ. 100. nu. 13. Bim. conſ. 188. num. 43. Burſ. conſ. 116. n. 33. Fari. cõſ. 5. n. 100. conſ. 37. n. 150. 153.*

ac proinde iudex promptior eſſe debet ad torquen-
dum, Ferret.conſ.51.num.15. Farin.quæſt.37.n.150.
Macerat.lib.3.reſol.20.caſ.5.
Quarto, Accedat in term. Maſtrill.deciſ.246.qui
11 vitum, † & vxorem pro tonſione monetę tortos à
13 M.R.C. fuiſſe ex multis probat. Imo † addit Teſſau-
rus, lib.3.foren.quæſt.46. vxorem furcis ſuſpenſam,
quæ marito præſtitit auxilium, dum in ſuo hoſpi-
tio hoſpitatum hominem noctu occiderit, furandi
cauſa.
Cæterum dixi coram M.R.C. contrariam ſenten
tiam veriorem, ac vxori illatum fuiſſe grauamen,
ex Straticotialis Magiſtratus decreto, quo defini-
tum fuerat, torturæ ſubijciendam eam eſſe.
14 Primo, voluntas, † & propoſitum diſtinguunt
maleficia, l.qui iniuriæ.ff.de furt. l.1. §.diuus.ff.de ſi-
car. Crauet.conſil.88.num.12. Aldouin.conſi.26.num.
21. Neguſ.conſil.494.num.15. Bimi.conſil.137.num.
12. Coſta, de ſcient.centur.2. diſtinct.13.num.21. Pa-
gianus, conſil.12.num.12.conſil.37.num.81. Sed hoc
in caſu defecit libera vxoris voluntas, quia licet ad
falſam monetam cooperata fuerit, viri tamen me-
15 tu coacta fuit, & licet voluntas † coacta voluntas
eſſe dicatur, eſt tamen imperfecta, ad tex.l.ſi mulier.
§.quod ſi metu.ff.quod met.cauſ. Bartol.ad repremend.
verb.videbitur.num.2. Rom.conſil.197.num.5. Teſſau
rus forenſ.quæſt.51.num.13.lib.1. Tuſcus lit.V.con-
cluſ.280.num.3.concluſ.281.num.7. Menoch.conſilio
912.num.9. Surd.conſil.414.num.55. Viui.deciſ.150.
num.3. Sola ad Decreta Sabaud.tit.de accuſat. gloſ.1.
nu.4. quæ ad, & præmeditatum, animum ſatis non
eſt, vt pœnæ ordinariæ locus ſit, Caſtr.l.1.C.vbi Se-
nat. Abb.conſil.4.in 1. Cepoll.conſil.29. Tuſcus lit.V.
concluſ.280.num.2. Marſil.conſil.25.num.3. Farinac.
quæſt.97.num.16. Teſſaur.lib.3.forenſ.quæſt.46.nu.4.
16 Imo † addit Marſ.d.conſ.25.num.29. qui compul-
ſus delinquit, plectendus non eſt, Dec.conſ.336. Viu.
deciſ.394.num.9. Bertaz.crim.conſil.266.numero 4.
Teſſaur.d.quæſt.46.num.4. quæ enim fiunt contra
facientis voluntatem, non imputantur facienti, l.
cura.§.nec ſi per vim.ff.de muner.& honor. metuſque
imminentis periculi delinquentem excuſat ab homi-
cidio, Petr. & Cin.in l.ſcientiam. §.qui cum aliter.ff.
ad leg.aquil.ex gloſ.l.ſi familia communis.ff.ſi famil.
furt.fec. Nouell.defenſ.reorum, p.p.cap.1.numero 67.
Ponens exemplum in eo, qui iuſſu tyranni, vel alte-
rius poteſtatem habentis aliquem occidit, Teſſaur.
d.quæſt.46.num.5. Carrer.in prax.§.circa ſextum.ver
ſic.octauo excuſat.num.1. & coactus dicitur ne dum
is, qui miniſtrorum poteſtate ad aliquid faciendū
cogitur, ſed ſi ciuiliter, & ordinario iure cogatur, l.
1.§.neceſſariò.ff.ſi mul.ventr.nom.in poſſ. Soc.in.conſ.
151.num.3.in 1. Sola, d.tit.de accuſat. gloſ.1.numero
5. Coactus enim magis pati, quam agere dicitur, c.
in ſacris.de ijs quæ met.cauſ. & vbi deſideratur volun
tas, non admittitur coacta, Cordub.l.ſi quis à liberis.
§.& ſi impubes.ad fin.ff.de liber.agnoſc. Teſſaur.lib.
1.foren.q.51.num.13. etiam in ſtatuto, Cagnol.l.ſi
quis maior.num.3.C.de tranſact. Sola, d.tit.de accuſat.
gloſ.3.p.2.num.6.
17 Secundo, vxor † ſi viro abſente deliquerit (licet
ipſe iuſſerit) id egiſſe videtur pro lucro captando,
& punitur ordinariè, at ſi præſente viro, tunc deli-
ctum cum in viri vtilitatem cederet, ab ordinaria
delicti pœna excuſatur, quia mandatum præſumi-
tur, ſicut metus reuerentialis in filio præſumitur ex
patris iuſſu, Teſſaur.lib.4.foren.quæſt.60.num.6. Imo
18 actus etiam † ex voluntate factus, dicitur ex neceſ-
ſitate ſi præcedat iuſſus, vel coactio, Anchar.conſil.
159.num.4.5. Tuſc.lit.M.concl.250.num.34. Nec di-
ci poteſt voluntas, quia velle non creditur, qui alie
no obſequitur imperio, l.velle.ff.de reg.iur. Teſſaur.
d.num.13.
19 Tertio, vxor iuſſu † viri delinquens excuſatur in
leuioribus. Floran.in l.liber.homo.2.num.4.ff.ad l.a-
quil. in grauioribus verò, ab ordinaria criminis pœ-
na excuſatur, Farin.quæſt.97.num.151. Mitius ta-
men punitur, Gomez, 3. reſol.capit.3.num.42.ad fi-
nem. qui ſe practicaſſe teſtatur in muliere, quæ de
mandato mariti auxilium ei præſtiterat in falſa mo
neta fabricanda, Farinac.d.num.151. Faber, lib.9.C.
tit.15.defin.3. nec diſſentit, Plac.lib.1.delict.capitulo
15.numero 24.26. Ne mariti crimen, qualecumque
illud ſit impune ſequatur, conſentiens enim delicto
per viam authoritatis, & defenſionis plus puniri
debet, quam delinquens ipſe, in grauioribus, non
ſic in minoribus, Faber. Farinac.iam citat.
20 Non obſtat Primum, Quia id verum † niſi coactè
auxilium præbuerit vxor.
21 Reſpon.II. Obuiare non potuiſſe † vxorem, nec
prohibere, cum mulier nullum in maritum habeat
imperium, l.culpa caret.ff.de regul.iur. Nec magi-
ſtratui tenebatur denuntiare, quia durum eſt cogi
mulierem ipſam, vt mariti vitam in tam apertum
diſcrimen conijciat, l.milites.§.deſertorem.ff.de re
milit.l.pen.C.de ijs qui accuſ.non poſſ. Faber.lib.9.C.tit.
15.definit.3. Nec alios prodere potuit, quin mariti
vita in diſcrimen vocaretur, Faber.d.definit.3. Cer-
tique iuris eſt, vt nemo teneatur obuiare delicto,
nec malefactorem indicare, etſi commodè, ac ſine
vllo ſuo periculo potuerit prohibere, etiam de iure
Canonum, l.1.ſed in eo. vbi Bart.num.2.ff.ad Syllan.
Abb.cap.1.num.5.& ibi.Felin.num.4. Bero.num.75.
de offic.deleg. Felin.in cap.quantæ.num.4.de ſenten.ex-
comm. Rom.conſil.117.num.1. & ibi Mandoſ. verbo
non puniatur. Boer.ad Dyn.cap.non eſt ſine culpa. de
reg.iur.in 6. Dec.l.culpa caret.num.7.8.ff.eodem. Nat.
conſil.158.num.13. Thob.Nonius.conſil.101.num.18.
Clar.§.fin.quæſt.87.num.3. Læſæ maieſtatis crimine
excepto, Farinac.conſi.207.num.18. etſi diſſentiant,
Cagnol.d.l.culpa caret. Couar.clem.1.p.2.§.2.num.7.
de homicid. Menoch.de arbitr.caſ.351.num.7. Contra
quos eſt verior, & magis comm.opinio, Hondedeus,
conſil.98.num.34.in 1.conſil.96.num.26.in 2. Bertaz.
crimin.conſil.445.num.2.in 2. Farinac.quæſtione 51.
num.4.
22 Non obſtat Secundum, Quia † ratione obedien-
tię auxilium ab vxore pręſtitum potius pręſumitur,
cum ſi quid iniuſta, aut nulla ex cauſa, ipſa egerit,
ex ſimplicitate potius, & fragilitate id egiſſe prę-
ſumeretur, ex l.cum de indebito.ff.de probat. Ruin.
conſil.60.num.21.in 3. etiam in pœnalibus, vt ſubdu
cta potius cenſeatur à viro, l.1.C.de rapt.virg. Bald.
l.raptorem. C.de epiſc.& cleric. Ruinus, conſil.189.
num.10.in 3.
23 Reſpon.II. Ad excludendum † delictum, metus
pręſumitur, Gram.deciſ.18.num.5. Farinac.quæſt.97.
nu.15. maximè ſi ex actu ſubſequuto ingens ſequa-
tur

Digitized by Google

tur damnum, *l. ſi ſuperſtes. C. de dol.* Ipſaque ſola reuerentiæ cauſa, ab vxore in virum, probabilis eſt ad reſcindendum, *Rip. lib. 3. reſpon. 15. num. 8. Farinac. fragm. p. 2. lit. M. num. 124. Sanchez, de matrim. diſput. 6. num. 24.* & qui metu delinquunt ſunt excuſandi, *Gram. decis. 18. num. 14.*

24 Reſpon. III. Quod ſi quis alteri † obediendo delinquat, extra ordinem punitur iudicis arbitrio, *Iaſ. conſ. 136. vol. 1. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 34. Gomez, 3. reſolut. cap. 10. de homic. num. 42. Plac. lib. 1. delict. cap. 15. num. 25. Clar. §. fin. quæſt. 60. Cephal. conſ. 110. num. 3. 4.*

25 Reſpon. IV. Voluntas dicitur † coacta, ſi quis fecerit actum etiam voluntarium præcedente eius iuſſu, qui poteſt compellere, quia in vim metus cenſetur facere, *Anchar. conſil. 299. Tuſc. lit. V. concluſ. 281. num. 2.* Imo actus voluntarius dicitur coactus, ſi poteſt gerens compelli de iure, ad actum illum peragendum, *l. nouiſſimè. §. quod ſi compulſus. ff. quod falſ. tut. Cagnol. l. ſi quis maior. num. 67. C. de tranſact. Tuſc. d. concluſ. 281. num. 3. Suarez, allegat. 23. num. 3. Pinell. l. 2. c. 3. num. 16. C. de reſcind. vendit. Aldouinus conſil. 15. num. 8. Sola, d. tit. de accuſat. gloſ. 1. num. 5.* Satiſque eſt potentia nocendi, & impreſſio metus, licet metus non ſit ſecutus, *Bald. conſil. 26. in 3. Tuſc. lit. M. concluſ. 223. nu. 44.* Imo importunæ etiam preces metum inferunt, *Innoc. cap. petitio. de iureiuran. Sola, d. gloſ. 1. num. 6.*

26 Non obſtat Tertium, Quia diligens, † & exquiſita, in quolibet domus angulo, cum ſæpius à Iuſtitiæ miniſtris facta fuerit perquiſitio, ad falſas monetas exquirendum, vltra exhibitas, & inſtrumenta ad eas fabricādum, ſed nihil prorſus de eo, quod quærebatur, inuentum in domo fuit, quæ res apertè fauet imputatis, *ex Caball. crim. reſol. caſ. 199. nu. 23.* Sicut eis noceret inuentio, *ex Marſ. l. qui falſam. num. 114. ff. de falſ. Cephal. conſil. 345. num. 32. Maſcard. de probat. concluſ. 1066. num. 10. Decian. conſil. 92. num. 81. in 2. & lib. 7. crim. cap. 26. num. 6. Caball. d. num. 23. Honded. conſ. 92. num. 29. in 2. Guazz. reor. defenſ. 4. cap. 9. num. 5.* Ita eis prodeſſe debet non inuentio, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, *§. 1. Inſtit. de ijs, quæ ſunt ſui, vel alien. iur. §. 1. Inſtit. de tutel.* Id enim operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *l. fin. §. ſi filius. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Dec. conſil. 382. num. 5. Macerat. lib. 3. re-*
27 *ſolut. 52. num. 12.* Ipſaque falſę † monetę fabricatio virile eſt officium, non muliebre, *Caball. d. caſ. 199. num. 24.*

28 Reſpon. II. A pœna mortis † excuſari, eam, ſi modicam quantitatem penes ſe habere repertum ſit, *Decian. lib. 7. crim. c. 27. n. 2.*

29 Reſpon. III. Bona illius fama † penes quam reperta eſt falſa moneta, minuit pœnam, *Marſ. d. l. qui falſam. num. 124. Alex. conſ. 121. num. 8. in 7. Decian. lib. 7. crim. cap. 26. num. 6. cap. 27. num. 17.* Dummodo bona fama inquiſiti non vulgaris ſit; ſed notabilis, & vehemens, & maximè ſi neſciat reus rationem reddere, quomodò dicta inſtrumenta, vel moneta ad eum peruenerint, *Decian. d. cap. 26. num. 6. Franc. deciſ. 401. num. 3. 4. 5. Muſcatel. prax. crim. rub. de falſ. monet. num. 1. 47. Guaz. reor. defenſ. 4. cap. 9. n. 6.* Nemo enim tam vilis eſt, & infimę conditionis, aut tam perditæ vitæ, qui aliquos non reperiat teſtes, bonam eius famam deponentes.

30 Non obſtat Quartum, Quia † vxorem extra ordinem puniendam reſoluit, *Maſtrill. deciſ. 246. num. 8. Faber. lib. 9. C. tit. 15. definit. 3.* Sed mitius, *ex Gomez.* inquit *Farin. quæſt. 97. num. 151.*

Ex his, facto verbo D. Protegi prouiſum à M. R. C. fuit, *Fuiſſe illatum grauamen, & nihilominus fiat iniunctio fiſco.* Fuitque ſic exequutum, ac proinde iniunctione iam elapſa, impunis à carcere dimiſſa fuit vxor.

SVMMARIVM.

1 *Patri à iure, & non auo, data eſt facultas occidendi filiam in adulterio comprehenſam, eiuſque ſtupratorem, num. 10. 16.*

2 *Fratri ſororem ſtupratam occidere non licet. Contrar. num. 14. Ampl. num. 15. 17.*

3 *Homicidium appenſatum dicitur, & dolo commiſſum, quod* incontinenti, *ſequuta iniuria non vindicauit occiſor.*

4 *Defenſio quando* incontinenti, *dicatur, vel ex interuallo.*

5 *Dictio,* incontinenti, *quid denotet? n. 18. 23.*

6 *Maritus adulterum in domo inuentum, impunè occidit, & vxorem. num. 9.*

7 *Mortis pœnam non patitur, qui pro honoris ſui tutela alium occidit.*

8 *Iniuſta etiam homicidij cauſa, mortis naturalis pœnam excuſat.*

11 *Filius, ſi patris iuſſu adulterum occidit, excuſatur. Quid ſi matrem? num. 12.*

13 *Patruus ſtupratam neptem occidens mitius punitur.*

19 *Honoris cauſa ſemper vrget ad vlciſcendum, nec dicitur ex interuallo vlciſci, qui cum primum potuit, vlciſcatur, num. 21.*

20 *Iniuria perſonalis vna; Realis alia eſt, & quæ?*

22 *Inſultatus etiam ex interuallo aggreſſorem occidens,* incontinenti, *ſe defendiſſe dicitur, ſi ad extraneos actus, grauiori fortuna, iactatus ſit.*

ARGVMENTVM.

Frater pro honoris proprij defenſione ſtupratorem ſororis occidens non in actu Veneris, ſed poſt longum temporis interuallum, An mortis naturalis pœna plectendus ſit?

CONSILIVM LXXXVI.

SIluſter Cardili, qui ſororem ſtuprum paſſam, annis retro elapſis occiderat; cum triennium poſt, Franciſcum Barbera ſtupratorem in platea obuium, ſcopetonis ictu interfeciſſet, à Iuſtitiæ Miniſtris comprehenſus, iure ſe occidiſſe faſſus fuit, an ordinaria puniendus ſit pœna, vel mitiori, citra mortem? Qua in re, pœnam ordinariam illi irrogandam, videbatur.

1 Primo, Facultas occidendi filiam † eiuſquè adul-

terum

terum patri à iure conceſſa, ex Clar. §.homicidium.
num.48.§.adulterium.num.11. Caball. crim.reſol.caſ.
300.à num.5.Tuſc.lit.A. concluſ.225. num.23. Auo
non competit, nec vltra extenditur, l.ſi eueniet. ff.de
adult.Bart.l.patri.ff.eodem.Paſqual.de virib.patr.po-
teſt.p.p.cap.5.num.19. Gomez. l.Thaur.80.num.51.
Baiardus ad Clarum, §.homicidium.numero 170.Fra-
2 tri † ergo non licet occidere ſororem, gloſ.l.quod aie
lex.& ibi, Alber.num.1.ff.de adult. Decian.lib.9.cri-
min.c.15.num.18.Paſqual.d.c.5.nu.20. Farin. quæſt.
12.num.48.

Secundo, Si ſororem ab occiſo ſtupratam con-
ſtet, ordinaria adhuc occiſori irroganda eſt pœna,
quia non, incontinenti, ſe vindicauit, ſed poſt annos
3 tres, delictum dicitur appenſatum, † & dolo com-
miſſum, Quod enim, incontinenti, non interpoſito
aliquo temporis ſpacio fit, ſine dolo præſumitur,
Quod verò, ex interuallo, non caret machinatione,
& fraude, Bellon.de his, quæ fiunt incont. cap.65.num.
17. Homicidium namque pro honoris proprij de-
fenſione, mitiori pœna tunc dicimus puniendum,
ſi incontinenti (ſequuta iniuria) fuerit perpetratū,
alias ſecus, Bart.l.et m qui.ad fin.ff.de vi, & vi armat.
Blanc.in prax.p.3.defenſionis.num.3. Cum ad vindi-
ctam tūnc fiat, gloſ.cap.1. verb. propulſandam. 23.q.
1.l.vt vim.& ibi, Iaſ.Bolognet.& alij.ff.de iuſt.& iur.
Clar.§.homicidium.num.24. Gail.lib.2.obſer.100.ob-
ſer.101.Farin.conſil.1.Marta, vot.206.num.5.6. In-
4 continēti facta † defenſio dicitur, ſi extraneus actus
non interceſſit, Clar.§.homicidium.num.6.& ibi, Ba-
iard.num.113. Maſcard. de probat. concluſ.1126.nu.
5 42.Neguſ.conſil.344.num.14.15. Propria enim † di-
ctionis Incontinenti, natura eſt. ſine temporis inter-
uallo, gloſ.cap.quia propter. verb. mox. ideſt Inconti-
nenti, nullo actu intermedio, de election. Iaſ.l.ſi quis
mihi bona. §.iuſſum.ff.de acquir. poſſ. Brunor. in com-
pend.reſol.iur.verb.incontinenti. Aldoum.conſil.16.
num.26.Tiraq.de reuocan.donat.gloſ.reuertatur.num.
112.Farinac.in fragm.lit.L. num.113. nec diſſentit,
Salas de legib.quæſt.96.tract.14. diſput.15.ſect.6.nu.
78.conuenit tex.l.quod ait. §.fin.ff.de adult. Quę inter
pretatur Incontinenti, ideſt, vno impetu, licet duret
per horas, Caball.crim.reſol.caſ.300. num.23. & de-
notat, vt nullo etiam momentaneo actu interpoſi-
to, debeat actus celebrari, ad tex. & ibi gloſ. l.ſi pa-
ter captus.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. Bero.cap.1.nu.
38.de reſtit.ſpoliat.Honded. conſil.87.num.142.in 2.
Auend.de exeq.mandat.cap.16.num.1.p.p. & dicitur
Incontinenti, fieri, quod fit in fragranti delicto, hoc
eſt, donec animus continuus duret, Caball.crim.re-
ſolut.caſ.189.num.3.de Souſa, in relect. de cenſur. Bul-
læ, Cœnæ.cap.15. diſputat.78.num.6. Vltio enim eſt,
quod non fit incontinenti, Azeued.conſil.28.num.
6 118. Hinc maritus adulterum † ſua in domo reper-
tum impunè occidit, Caball. de omn.gener.homicid.
numero 23. & vxorem, Farinac. conſil. 111. numero
22.110. Quod ex interuallo non permittitur, Go-
mez.l.Thaur.80.num.58.59. Caball. crimin.reſol.caſ.
300.num.24.28.Bellon.de his, quæ fiunt incontin. cap.
9.num.5.

Re ipſa diligentius perpenſa, Mitiorem illi, ac
citra mortem infligendam eſſe pœnam cenſui: Ve-
rum ad apertiorem huius controuerſię cognitio-
nem, Duo ex propoſitis Fiſci argumentis, enuclean
di ſunt Articuli; Primus licuit nè fratri, ſororis ſtu-
pratorem occidere? Secundus, An incontinenti, vel
ex interuallo potius, illum frater occiderit?

Circa Primum, Licuiſſe fratri ſtupratorem illum
interficere, reſpondeo, Solidis hiſce ductus ratio-
nibus.

7 Primo, Qui pro honoris † ſui tutela alium occi-
dit, naturalis mortis pœnam pati non debet, arg.l.
iſti quidem.ff.quod met.cauſ.Bald. & Doct.l.vt vim.ff.
de iuſtit. & iur. Honded. conſilio 105.à num.42.in 1.
Leuis enim cauſa, non eſt, honoris conſeruatio,
Blanc.l.fin.num.113.ff.de quæſtion.Coſta, de re integr.
diſtinct.61.num.13. Cum famæ, & honoris amiſſio,
mors ciuilis ſit, ad tex.l.penult.ff.de var.& extraord.
cognit.l.fin.ff.de capit.dimin. l.1.§.deportatus. ff.de
contratab.cap.nullo.12.quæſt.1.Bald.conſil.382.in 5.
Bertaz.crim.conſ.155.num.3.conſ.356.num.13. Tur
ret.conſ.14.à num.31.in 1. Rim.iun.conſ.486.nu.59.
Menoch.conſ.302.num.2.Cephal.conſ.710.nu.59. Sed
pro ſtupro in ſororem commiſſo, Silueſter Franci-
ſcum interfecit, ergo.

Secundo, Si qua iniuſta etiam ex cauſa ad malefi
8 cium † committendum motus fuerit reus, à natu-
ralis tamen mortis pœna, vel alia etiam corporis af
flictiua, excuſatur, ex Angel.l.ait prætor.§.hac actio-
ne.ff.vi bonor.raptor.Pariſ.cap.dilecti.num.16.de ex-
cept.Alex.conſil.128.num.11.in 4. Gramm.deciſ.5.
num.25.deciſ.23.deciſ.29.nu.26. Honded. conſ.105.
num.23.36.37.39.in 1.Gizzarel. deciſ.18.numero 4.
Marta, vot.206.num.8.Tiraq.de pœn. cauſ.43. & vbi
iuſto dolore motus, quis deliquit, mitius punitur, l.
ſi adulterium.§.Imperatores.& ibi Ang.ff.de adulter.
Abb.cap.olim.num.15.de reſtit.ſpoliat. Felin.cap.di-
lecti filij.num.23.de except. Marſil. l.1.num.5.ff.de ſi-
car.conſ.25.num.26.conſil.vlt. num.10. Peguer.de-
ciſ.78.num.43.Marta, d.num.8. Homo enim incenſo
calore permotus, nō eſt in plenitudine intellectus,
l.gracchus.C.de adulter. Alex. conſ.76.num.109. in
1.Neguſ.conſ.352.num.28.Maſcard.de probat.concl.
1126.num.50.Tuſc.lit.I.concluſ.360.num.8. Bardell.
conſ.176.num.24. Ipſamque iram cohibere difficile
eſt, Caball.crim.reſol.caſ.288.num.63. Neguſ.conſilio
397.num.3.Surd.conſil.40.num.21.23. Aerodi.lib.8.
rer.iudic.tit.4.cap.32. Bardell. conſil.87. à numero 1.
Proinde excuſatur reus à delicto, Cagnol.l.quidquid.
ff.de reg.iur.Clar.§.fin.quæſt.60. num.9. copioſè, in §.
iniuria.ad finem.Teſſaur.deciſ.178.num.4.Farinac.q.
91.Bellon.de his, quæ fiunt incontin.cap.8 num.2.Tuſc.
lit.I.concluſ.360.num.5. Honded.conſil.105.num.47.
in 1. Neguſ.397.num.3. vt mitiſſimè ſaltem punia-
tur, l.aut facta. §.cauſa.ff.de pœn. l.ſi non conuitij. C.de
iniur.c.notandum.cap.ſi quis iratus.2.quæſt.3.l.2.C.de
aboli.late Bero.conſ.189.à num.2.in 3. Bardell.conſil.
176.num.25.

9 Tertio, Maritus adulteram vxorem occidens, †
vltimo ſupplicio puniendus non eſt, l.ſi adulterium.
§.Imperatores.ff.de adulter.l.ſi quis in graui.§.ſi ma-
ritus.ff.de adulter.Caball.crim.reſol.caſ.300.num.14.
18.26.Bellon.de his, quæ fiunt incontin. cap.9.num.3.
Marta, vot.206.nu.3. vel adulterum, ex interuallo,
Caball.de omn.gener.homicid. num.43. & d.caſ.300.
num.24.28. vel adoleſcentem in loco ſuſpecto cum
vxore inuentam, Caball.de omn.gener. homicid.num.
10 45. De patre † occidente filiam, Fortun. Garz. de
vltim.

Digitized by Google

*vltim.fin.num.*177.*Bellon.d.cap.9.num.3*.etiam poſt
occiſum adulterum, *Tuſc.lit.ſ.concluſ.*80.*num.*16.
Imo prægnantem filiam ei licet occidere, *Caball.
crim.reſol.caſ.*300.*num.*82.ratio eſt, *ex l.nec in ea.ff.
de adulter.* nam plerumque pietas paterni nominis
conſilium pro liberis capit: At ſi adulterum, vel ſtu
pratorem occidat, punitur, *Caball.de omn.gen.homi-
cid.num.*46.*Clar.d.§.homicidium.num.*48. Sic filius,
11 † qui patris iuſſu adulterum interfecit, excuſatur,
ac ſi pater occidiſſet, *Caball.crim.reſol.caſ.*300.*num.*
12 78. Matrem verò ſine patris iuſſu † ſi occidat filius
ordinariam pati debet pœnam, *Salicet.l.gracchus.
num.*13.*C.de adulter.Caball.d.caſ.*300.*num.*79. De
13 patruo neptem ſtupratam † occidente, vt mitius
puniatur, inquit, *Thob.Non.conſ.*109. & frater ſi ſo-
14 rorem cum amaſio inflagranti † repertam interfi-
ciet, nec mortis pœnam ſubit, *Paſqual.de virib.patr.
poteſt.p.p.cap.*5.*num.*21. Scriptum, & merito reli-
quit, *Gram.deciſ.*5.*in S.N.C.* deciſum alias fuiſſe, oc-
15 cidens † eum qui minatus fuerat, ſe velle carnali-
ter cognoſcere eius ſororem, in ordinariam homi-
cidij pœnam condemnari non debet, ſed ad trire-
mes, *Thob.Non.conſ.*109.*num.*8. ex carnali namque
ſororis ſuæ cognitione honorem amittere timebat,
ipſeque timor iuſtam præbuit cauſam, qua ab ordi-
naria vitæ pœna excuſaretur, *Gram.deciſ.*5.*num.*10.
*Thob.Non.conſ.*109.*num.*8.

Non obſtat Primum Fiſci obiectum, Quia patri
16 † permittitur filiam ſuam pro adulterio, vel ſtupro
occidere impunè, vt citati, *num.*1.10. loquuntur,
quod fratri ergo abnegatum penitus eſſe non de-
bet, ſed cum pęna aliqua, ſed mitiori citra mortem,
vt mox dicemus.

17 Reſpon. II. Si fratri citra † mortis naturalis pœ-
nam, permiſſum quoque eſt, eum occidere, qui ſo-
rorem carnaliter cognoſcere ſolum minabatur, nec
tamen cognouerat, *ex Gram.deciſ.*5.*Thob.Non.conſ.*
109.*num.*8. Fortius eum occidere permiſſum dici-
mus, qui eam ſtuprauerit? Hæc ad Primum.

Secundus eſt Articulus, An ex interuallo, vel in-
continenti frater ſororis ſtupratorem occiderit?
Qua in re obſeruandum, etſi regulariter ſit, ex in-
teruallo factum cenſeri, quod tribus retro annis a-
ctum fuerit. Non tamen diffiteor legem quid, *incon
18 tinenti*, fieri requirentem † actum non exigere per-
neceſſe, vt eodem temporis momento fiat, *Abb.
cap.*1.*num.*15.*de mutu.petit.* Sed longum quandoq;
ſignificat interuallum, *Alex.l.*1.*§.qui præſens.num.*
8.12.*ff.de verb.oblig.* pro ſubiecta materia, *Honded.
conſ.*87.*num.*147.*in* 2. vt arbitrarium illud, *inconti-
nenti*, eſſe tum ciuilibus in cauſis dixerint, *ex l.*3.*§.
cum igitur.ff.de vi & vi armat. Menoch.recup.poſſeſ.
remed.*1.*num.*253.259.*de arbitr.caſ.*13.*Maſcard.de
probat.concluſ.*1065.*num.*7.*Cened.ſing.*56.*numero* 4.
*Fenut.de momen.tempor.cap.*15. *Valaſc.deciſ.*88.*nu.*
6.*& de partit.cap.*3.*num.*11. *Azeued.l.*11.*num.*3.
*tit.*7.*lib.*3.*recop.Tuſc.lit.I.concluſ.*80.*nu.*12. *Cabed.
deciſ.*172.*num.*4.*p.p.* Tum in criminalibus, quæ gra
uiores ſunt, *Gizzarel.deciſ.*18.*num.*5. & quandoque
aliquod breue temporis ſpacium, iudicis arbitrio
taxandum denotat, *ex Menoch. de arbitr.caſ.*12.*nu.*
4.*caſ.*30.*caſ.*361.*num.*27. *Bellon.de his, quæ fiunt in-
contin.cap.*6.*num.*5.*cap.*117.*num.*2. *cap.*166.*num.*5.
*Contard.de moment.poſſ.limit.*12.*num.*7.*Decian.con-
ſil.*94.*num.*12.*in* 3.*Turret.conſ.*67.*num.*4.*in* 1. *Sard
conſ.*252.*num.*4.*Crauet.conſ.*156.*num.*17. *Sanchez,
de matrim.lib.*10.*diſput.*12.*num.*23. *Rot.Rom.deciſ.*
811.*num.*36.40.*p.p.Teſſaur.deciſ.*168.*num.*6.*Tuſc.
d.concluſ.*80.*num.* 3.*Peguer.deciſ.*78.*num.*41. inter-
dum tres dies *l.fin.§.illico.& ibi, Iaſ.C.de indic.in l.
lecta.num.*19.*ff.ſi certum petatur. Decian. conſilio* 23.
*num.*102.*in* 1.*Vulpell.de aduerb.ſignif. verb.inconti-
ti.Tuſc.lit.I.concluſ.*80.*num.*7.8. interdum intra men
ſem vnum, *l.diuortio.num.*10.*ff.ſolut.matrim.* vel in-
tra menſes ſex, inſpecta perſonæ qualitate. *Decian.
conſ.*3.*num.*121.*in* 4. *Tuſc. d.concluſ.*80.*numero* 11.
Quandoque refertur intra decennium, *gloſ.l.ab eo.
C.quomod.& quand.iud.vbi Bald.num.*1. *Decianus, d.
num.*121.*& d.conſ.*23.*num.*102. Cum à iure in ſin-
gulis caſibus id determinatum non reperiatur, *Ce-
phal.conſil.*221.*num.*16.*Menoch.de arbitr.caſ.*7.*num.*
8.9.*recup.poſſeſſ.remed.*1.*num.*252. *Honded.conſ.*87.
*num.*143.*in* 2. Sed qui pro honoris proprij defenſio
ne non cogitat, nihil à Belluis differt, illud ergo
incontinenti arbitrari cogimur. etſi poſt aliquos an-
nos, quis ſe vendicet, cum multoties, illo tunc non
poſſit: licet diſſentiat, *Vinc.deciſ.*107.*num.*16. Eaq.
19 honoris † cauſa ad vlciſcendum ſemper viget, *Giz-
zarel.deciſ.*18.*num.*5. vbi de eo loquitur, qui rece-
pta ab alio alapa, poſt longum tempus, illum occi-
dit, & licet impune S.N.C. occiſorem non dimiſe-
rit, non tamen mortis naturalis pęna puniendum
voluit. Sic maritus vxori, & adultero pepercisse
non præſumitur, ſi cum primum potuit, illum occi-
dit, quia *incontinenti* occidiſſe videtur, *l.*2.*§.confe-
ſtim.ff.ad Tertull.Bart.l.*3.*§.cum igitur. ff.de vi, & vi
armat.Cabed.deciſ.*172.*num.*5.*p.p. Decian.conſil.*23.
*num.*102.*vol.*1.*conſ.*94.*num.*12.*in* 3. *conſ.*3.*numero*
121.*in* 4. vt à pęna ordinaria excuſandus ſit, *Marta,
deciſ.*206.*num.*7. & quod ex interuallo ſit homici-
dium, ad actum tamen defenſionis neceſſario *incon
tinenti* commiſſum, ex multis probat, *Neguſ.conſilio*
344.*num.*15.

20 Secundo iniuria, Alia realis, † perſonalis alia, *l.*1.
§.omnem.§.iniuria autem.§.neratius.ff.de iniur. Per-
ſonalis ſit perſonæ, & in perſonam, *Belling.de Princ.
rub.*27.*§.milites.num.*42. *Honded.conſ.*103.*num.*14.
in 1. Realis eſt, qua directè perſona non læditur, ſed
honor, vt in marito, cuius vxor adulterium com-
mittit; in fratre, cuius ſoror ſtuprum fuit paſſa; in
patre, cuius filia defloratur. Perſonalis *incontinenti*
propulſari debet, *Doct.l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.l.*1.
*C.vnde vi.Marta, deciſ.*206.*num.*10. *Farinac. quæſt.*
125.*num.*211.*Ponte, conſil.*93.*num.*29.30.*Bellon.de
his quæ fiunt incontin.cap.*7.*num.*6. Realis, dum Lex
21 vindictam *incontinenti* permittit, intelligitur, †
quam primum potuit, *Bellon.d.num.*6.*Farin.d.num.*
211.*Marta, d.num.*10. vt eadem ſemper adſit ratio;
ac ſi *infragranti* deprehenſus ille eſſet, niſi aliter
conſtaret; Quod verum ſaltim eſt, ne pęnæ ordina-
riæ locus ſit ratione exceſſus, loci, temporis & per-
ſonæ, *Apenn.l.*1.*numero* 52.*C.de public.lætit.lib.*12.
*Doct.l.ſi ſtatua.ff.de iniur.copioſè Pariſ.conſ.*149.*nu.*
12.*in* 4.*Marta, deciſ.*206.*num.*10. Imo ſi perſonalis
ſit iniuria, vt de alapa in alium illata, inquit *Gizza-
rel.d.deciſ.*18. vbi, & de eo loquitur, qui cum graui-
ter offenſus fuerit, ſi poſt aliquos annos pro ho-
nore vindicando, offendentem occiderit, di-
cetur

Digitized by Google

ctetur *incontinenti* ſe defendiſſe.

22 Tertio, Inſultatus † aggreſſorem occidere ex interuallo prohibetur, verum ſi grauiori fortuna iactatus, vindictam differat, interuallum faciens, & practicas ad colligendos amicos, ſi demum interficiat, licet ex interuallo, dicetur tamen *incontinenti* ab eo facta defenſio, *Felin.c.ſignificaſti.2.num.12.de homicid.Carrer.in prax.§.circa.nu.124. Maſcard. de probat.concluſ.1126.num.51.*

23 Non obſtat Secundum Fiſci obiectum, ex † dictione *incontinenti*, vt dictum ſatis fuit.*num.*4. Quia cum aliquo temperamento illam accipi par eſt, *Bellon.de his, quæ fiunt incontin.cap.85.nu.3.Bertazz.deciſ.88.num.18.20.* Cum aliquod temporis interuallum non excludat, ſi *incontinenti* id fieri non poteſt, *ex Tiraquell.de conſtit.p.3.limit.21.num.11.* Sed hoc temporis interuallum iudicis arbitrio taxandum probaui, *num.18.Benint.deciſ.83.num.7. Caual.deciſ. 36.num.4.p.2.Surd.conſ.99.num.*40. & interpretandum vbi commodè potuerit arbitrio iudicis, *ex l.3. §.cum igitur.ff.de vi,& vi armat. cum alijs iam citatis*, iniuriam ergo *incontinenti* à fratre vindicatam cenſeo, vt de marito pro adulterio vxorem occidente, inquit *Marta, deciſ.*206.& de eo, qui alapa offenſus, offendentem poſt aliquos annos occidit, iudicatum refert, *Gizzarel.deciſ.*18. à mortis ergo naturalis pœna excuſandus eſt Silueſter, & ita iuris eſſe concludo.

In hac cognoſcenda cauſa, Prorex iudicibus M.R.C. Criminalis, alios duos M.R.C. Ciuilis Iudices addendos voluit. Et ſi verò minimè cauſam iſtam coram egerim, in gratiam tamen vnius ex Iudicibus, qui pro rei iuſtitia maximè propendebat; Hæc ſcripſi. Cumque Iudices omnes de rei ſtatu ad Principem retuliſſent, Silueſtrem occiſorem ad remigandum ſuper Regijs triremibus toto tempore vitæ ſuæ condemnarunt. Die 11. Iulij 1622. Fuitq. ſic exequutum, die 13. eiuſdem.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium non punitur, ſi de principali reo verè non conſtet, vt nec ſententia, etiam contumacialis ſufficiet. Declar.num.22.*

2 *Conſuetudo de loco ad locum extendi non poteſt, cum localis ſit.*

3 *Auxilium non punitur, ſi principalis delinquens fuit abſolutus. Declar.num.23.*

4 *Tortura illata principali ſuffragatur, etiam auxiliatoribus ſi fuiſſet negatiua, & è contra.*

5 *Medianus in homicidio etiam per aſſaſinium, remotum præſtat auxilium. Declar.num.24.*

6 *Fama, alijs non coadiuuata adminiculis non facit indicium ad torturam, nec delictum ſemiplenè probat. Declar.num.25.*

7 *Variatio rei interrogati, in non tangentibus delictum, torturæ non eſt indicium. Declar.num.26.*

8 *Mendacium circa circumſtantias, & qualitates delicti, non facit indicium ad torturam. Declar.num.27.28.*

9 *Torqueri non poteſt reus, qui delictum prius negans, poſtea confiteatur, cum qualitate iuſtificatiua.*

10 *Indicia, quæ per ſe non ſufficiunt, coniunguntur in Ciuilibus, non in Criminalibus, etiam ad torturam. Declar. num.29.30.31.*

11 *Iudex in delictis, quæ difficilis probationis ſunt, promptior ad torturam eſſe debet.*

12 *Homicidium difficilis probationis ex quibus cognoſcatur.*

13 *Tractatus ad homicidium cum ſit difficilis probationis ex quibus præſumatur indicijs.*

14 *Torturæ ſubijciendus eſt is, qui potuit, & noluit, maleficium impedire, ſed iuuauit.*

15 *Conuerſatio mala, alio concurrente adminiculo, torturæ facit indicium.*

16 *Homicidium præſumitur præmeditatè commiſſum ab eo, qui perquiſiuit ſcire iter occiſi.*

17 *Frequentatio loci, in quo occiſus, quis reperitur, ſufficiens eſt torturæ indicium, alio accedente adminiculo.*

18 *Repertus in loco, vbi erat occiſus, præſumitur eum interfeciſſe, ſi erat inimicus.*

19 *Teſtis de viſu, etſi ſingularis indicium facit ad torturam.*

20 *Confeſſio etiam extraiudicialis ad torturam ſatis eſt, & quando?*

21 *Fama alijs concurrentibus adminiculis, torturæ eſt indicium.*

ARGVMENTVM.

Homicidium, quibus indictijs etiam imperfectè probatis commiſſum ab auxiliatore probetur, vt torturæ locus contra eum ſit, licet reus principalis (qui prius fuerat tortus) negauerit omnia.

CONSILIVM LXXXVII.

ANtoninus Raò grauem à D. Fabritio Romano illatam ſibi iniuriam vlciſci curauit ſæpius; nec animum ſuum explere potuit. Pace inita; Omnem adhuc vlciſcendi modum excogitauit, nec verum aſſequi potuit; ac proinde amicitiam cum Antonino de Anſelmò contraxit, vt qui Don Fabritij ſub ficto Compatris nomine familiaris erat, eundem noctis tempore certum in locum, tranſueheret, quò facilius per inſidias poſſit ab ipſo Raò occidi; Cumque pluries Antoninus Anſelmò, ipſum Don Fabritium deprecatus eſſet, vt inſimul ad Mandram noctu accederent, ipſæque abnegaſſet, precibus deniq. conuictus, die 15. Maij 1622. ſe cum eodem Anſelmò illuc iturum promiſit.

His ſic habitis; Frequens inter dictum de Anſelmo, & Don Fabritium continuauit amicitia, Frequentior inter Antoninum Raò, & Alſelmò, qui die 12.13. Maij extra Melatij Ciuitatem ſecretè alloqui viſi fuerunt, & in loco campeſtri *delli Corrij*, Die 15. Maij, Don Fabritius ad primam vſque noctis horam aleis luſit in domo Franciſci Riczo, qua pulſata (alijs ludentibus) ſtatim diſceſſit ad domū Antonini de Anſelmo, quem petit, ſi ibi eſſet, cum-

que

que abeſſe reſponderit ſeruus, ſubiunxit Don Fabritius, ſi meus famulus me quæſitum veniet, dic, me ad Mandram iuiſſe cum Antonio Anſelmò meo Compatre. Inde liberæ mulieris domum acceſſit, petijtque num Anſelmò illic eſſet? negauit illa, & ſodali ab ea recepto addidit, ne me impedias, pulſata iam eſt ſecunda noctis hora, & iturus ſum ad Mandram cum Anſelmò meo Compatre, qui expectat in Eccleſia Sancti Leonardi. Manè iam facto propè Eccleſiam prædictam Don Fabritij cadauer pluribus vulneribus confoſſum, occiſum, trucidatum viderunt omnes, ſcelus hoc à Rao, Anſelmo, & alijs commiſſum deteſtantes. Receptis teſtibus, M.R.C. contra Antoninum Rao *ad Torturam pro modò procedendum* dixit, Cumque negatiuus reus ipſe permanſerit. Dubium fuit non leue, *An contra Anſelmo locus ſit torturæ?* Permultæ erant rationes. Quibus *illum torturæ ſubijci non poſſe*, reſponderem.

1 Primo, De delinquente † conſtare prius oportet, vt contra auxiliatores procedi poſſit, *l.ſi is qui rem.§.ſi tu tibi tium.vbi,Bart.ff.de furt. Marſil.in prax. §.oportunè.num.*40.*Boſſ.tit.de delict.num.*34. *Burg. de mod.proced.quæſt.*23.*nu.*110. *quæſt.*70.*numero* 7. *Natt.conſ.*422.*num.*1.*Pariſ.conſil.*71. *num.*10. *in* 4. *Decian.conſil.*92.*num.*117.*in* 2.*Farin.conſil.*60.*num.* 121.*quæſt.*3.*num.*2.4.*quæſt.*131.*num.*54.*Guaz.reor. defenſ.*33.*cap.*10.*num.*16. *Felic.allegat.*4.*num.*1.*p.p. Surd.conſil.*20.*num.*9.*conſil.*40.*num.*47.*Honded.conſil.*98.*num.*13. *in* 1. vt ſatis nec ſit ſententia contra principalem, *Guazz.d.num.*16. *Honded.d.conſil.*98. *num.*18.& eo minus ſi contumacialis illa ſit, *Surdus conſ.*40.*num.*47.*Honded.d.num.*18. *Cartar.de exequ. ſentent.capt.bannit.cap.*1.*num.*349. *Burſat.conſ.*146. *num.*10.*conſil.*216.*num.*60.*Clar.§.fin.quæſt.*90. *num.* 6.*Menoch.de arbitr.caſ.*349.*num.*13.*Guaz.d.cap.*10. *num.*15.16. nec ficta principalis confeſſio ei nocet, *Cartar.d.cap.*1.*num.*346.& licet, *Clar. ibid.* dicat, quod aliter ſeruetur in illo Ducatu Mediolani, attamen, *Burſ.d.conſil.*146.*num.*10. Conſuetudinem hanc ad ſtatum illum reſtringendam cenſuit, *Baiard.ad Clar.d.quæſt.*90.*num.*9. *Farin.quæſt.*3.*nu.*5. *Muſcatell.delict.prax. tit.de homicid.median.mandat.*

2 *num.*6.*Guaz.d.num.*15.Cum nec de loco † ad locum extendi poſſit, *Turrett.conſ.*9.*num.*41.*in* 1.*Tuſc.lit.C. concluſ.*864.

Secundo, vbi de crimine abſolutus fuerit principalis

3 palis reus † fortius, & abſolui debent imputati de auxilio, *Marſ.conſil.*24.*num.*23. *Menoch.de arbitrar. caſ.*349.*num.*15.*conſil.*230.121. *Honded. conſil.*98. *num.*22.*in* 1. *Guazz.reor.defenſ.*33.*cap.*10.*num.*17. vbi enim non deliquiſſe dicimus principalem, eo minus dici poteſt deliquiſſe acceſſorios, *Bart.conſil.* 199.*in princ.p.p.Bald.conſil.*497.*in* 1.*Crauet.conſilio* 319.*num.*12.*Farin.quæſt.*3.*num.*4.*Macerat.lib.*3.*re-*

4 *ſol.*26.*num.*10. & tortura † illata principali, ſuffragatur etiam alijs imputatis de auxilio, *Guazz.reor. defenſ.*19.*cap.*18.*ſub num.*1. vt ſublata ne dum ſint indicia, quæ contra reum ſupponerentur, ſed omnia, quæ contra auxiliatores imaginari ſanè poſſet, ita *Decian.conſil.*91.*num.*116.117.*in* 2. Imo tortura mandatarijs illata prodeſt mandanti, ſi in negatiua illi perſiſterent, *ad tex.l.*1.*§.ſi quis vltro. verſic.prudenter.ff.de quæſtion.Farin.conſil.*130.*num.*14.& data criminis ſocio, purgat indicia, ne dum contra ipſum, ſed contra alios eius complices, ſi qui ſunt, *Farin.conſ.*161.*num.*1.2.*quæſt.*43.*à num.*10. & vbi delictum ceſſat in principali, eius acceſſorio imputari non debet, *Bart.conſil.*199.*lib.*1.*Rolan.conſil.*47.*numero* 29.*in* 1.*Felic.allegat.*11.*num.*25.*p.p.* & proceſſus informatiuus contra criminis reum nullus, validus nec erit contra auxiliatorem, *Farinac. quæſt.* 131.*num.*60. *Burg. de mod.proced. ex abrupt.quæſt.* 70.*num.*8.

5 Tertio, Medianus † in homicidio, etiam per aſſaſſinium, auxilium remotum præſtat, pœna ergo, qua principalis non teneretur, *ex Salic.l.*1.*num.*24. *C.de rapt.virg.Barbat.num.*73.*Felin.num.*13.*Decius num.*12.*Bero.num.*98.*in cap.*1.*de offic.delegat.Blancus,in prax.cap.*120.*Cepoll.conſil.*27. *Bertaz.crimin. conſ.*304.*num.*10.*conſ.*305.*num.*1. *Socc.iunior,conſil.* 34.*num.*16.*in* 2.*Pariſ.conſ.*152.*num.*31.*conſil.*154. *num.*2.*in* 4.*Laderch.conſil.*194.*num.*5.*Menoch.de arbitr.caſ.*349.*num.*9. *Tuſc.lit.A. concluſ.*569.*num.*1. vt minus rectè ſenſerit, *Clarus,§.final.quæſt.*90. Affirmans eum, qui ſpem dedit homicidæ de eum adiuuando ad fugam, teneri pœna ordinaria, cum tale auxilium conſubſtantiale non ſit ad delictum, nec medium, ſed remotum valdè; Imo probabiliter tenetur Fiſcus, quod ſine hac ſpe delinquens non fuiſſet aliter occiſurus, comprobat *Teſſaur. lib.*1.*forenſ.quæſt.* 46.*num.*3.*Guaz.reorum defenſ.*33.*cap.*10.*num.*4. Sic etiam, *Clar.* improbat, *Giacchar.in Scholys ad eum. quæſt.*56.*lit.B.& Baiard.num.*5.*ex Pariſ.conſil.*152. *vol.*1. Hinc ſtatutum puniens auxiliantem eadem pœna, qua delinquens, de auxilio intelligi debet, quæ fuit cauſa homicidij, non de quouis auxiliandi modo, *Ruin.conſ.*82.*num.*5.*in* 4. *Rim.iun.conſil.*106. *num.*12.*in* 2.*Crim. Baiard. ad Clar.§.fin.quæſtio.*90. *num.*28.*Marſ.ſing.*15.*Guazz.d.cap.*10.*ſub numero* 4. Fortius reſpondet, *Grat. conſil.*52.*num.*15.*volum.*2. quod ſi auxiliator inueſtigauerit offenſum, denuntiauerit domo exiſſe, & curauerit, vt ad locum ille veniret, in quo fuerat occiſus, ordinaria tamen nec puniretur pœna pro quo ſi extra ordinem punitur, *ex Burſ.conſ.*146.*num.*23.*Menoch.d.caſ.*349.*num.*9. Torturæ ſubijci non poterit, proceſſu non concluſo, *Intrigl.deciſ.*38.*num.*14. Etenim tortura in Regno inferri non ſolet, niſi in caſibus à relegatione ſupra, *Cum.rit.*46.*num.*52.*rit.*72.*num.*15. *Foller.in praxis, verb.rei indurati.num.*12. *& in fragment.num.*215. *Burg.de mod.proced.ex abrupt.quæſt.*23.*nu.*8. *Gram. conſil.*15.*num.*4.*Caball.crim.reſolu.caſ.*28.*nu.*5.14. 18.*caſ.*170.*num.*14. *Intrigl.deciſ.*19.*num.*23.*ſingul.* 234.*num.*2.*lib.*1.*Muta, Panorm. conſuet.*10.*num.*58. *Marant.conſ.*38.*num.*1.13. *Farin.quæſt.*42.*numero* 3. *Muſcatell.delict.prax.tit.de vulnerib.num.*29.*Peguer. deciſ.*16.*num.*2.*Beec.conſil.*67.*num.*26. *Franciſc.de Leonard.prax.official.cap.*5.*numero* 42. Cum ex proceſſu condemnari potuiſſet ad pœnam à relegatione infra, *Intrigl.lib.*1.*ſing.*234. Sed ſi quæ Anſelmo, tanti criminis iuri poteſt nota, medianus in homicidio eſt, non quod ipſe occiderit, ergo.

Quarto tradit *Bald.conſil.*447.*num.*12.*in* 5. Fa-

6 mam † per ſe probationis ſpeciem non eſſe, quæ ſi adminiculis coadiuuetur ad inquirendum ſufficit, *Crauet.conſil.*41.*Caball.crim.reſol.caſ.*100.*num.*223. Nec adminiculis etiam concurrentibus criminali in cauſa plenè probat, *Felin.cap.veniens.num.*11.*de teſtib.*

teſtib.Maſcard.de probat.concluſ.754.num.3.Macer.
lib.3.reſol.20.num.1. Addit *Caſtr.conſ.299.num.2.in*
2. Fama adminiculatur ſolum ad probationem,
Clar.§.fin.quæſt.21.Natt.conſ.473.num.15. Peregr.
conſ.87.num.22.in 1.Aldouin.conſ.26.num.33. Ca-
ball.d.caſ.200.num.222. Nec facit indictium ad tor
turam, *Peguer.deciſ.17.num.12.Natt.conſ.362.n.9.*
Alijs ceſſantibus adminiculis, etſi legitimè proba-
ta ſit, *Bald.l.milites.C.de quæſtion.& conſil.364.num.*
6.in 3.Crauet.conſ.41.num.6.conſ.260.num.8.Clarus
d.quæſt.21.Burſ.conſ.20.num.32.conſil.368.num.16.
Aldouin.conſil.26.num.33. Maſcardus concluſ.753.
num.2.19.concluſ.754.num.5.Caball.d.caſ.200.num.
134.Menoch.lib.1.de præſumpt.quæſt.89.nu.28. Ma-
cerat.lib.3.reſol.34.num.9.Turret.conſil.59.num.14.
in 3.Peregr.conſil.2.num.41.42.in 2.Rim.iun.conſil.
683.num.46.Farinac.quæſt.47.nu.17. Quod verum
ipſe addit, *num.91.* in caſibus etiam difficilis proba
tionis, *Macerat.lib.3.reſol.7.num.10.* Sed nec legiti-
mè probata eſt fama, cum teſtes non depoſuerint à
quibus, quando, & quomodo illa ortum habuerit,
Claud.ad Bertaz.crim.conſ.162. Maſcard.de probat.
concluſ.749.num.22.Macerat.d.reſol.34.num.9. Hæc
namque & alia ad eam requiruntur, *Borrell.conſilio*
45.num.50.Natt.conſ.473.num.16.conſ.362.num.9.
Tuſc.lit.F.concluſ.65.Azeued.conſil.28.numero 53.
conſil.30.num.26.Aldouin.conſ.14.num.11. Surdus,
conſ.151.d.num.76.Laderch.conſil.181.num.14.Ma-
ſcard.d.concluſ.748.cum ſequent. Menochius, conſilio
149.num.40.conſ.191.num.75.conſ.395.nu.38.conſ.
521.num.12.conſ.614.num.24.conſ.615.nu.11.conſ.
740.num.16.

7 Quinto, Variatio rei † in eius examine non no-
cet, cum circa principales criminis circumſtantias
non ſit, *Marſ.conſil.15.num.15. Crauet. conſ.260.nu.*
5.Honded.conſ.102.num.77.in 1. Burſ. conſ.20.num.
21.Caball.d.caſ.200.num.135.Bertaz.crimin.conſil.
548.num.8. Magon.Lucenſ.89.num.6. & hoc remo-
tum eſſe indictium, inquit, *Gramm.vot.30.num.16.*
Teſſaur.deciſ.24.num.8. & ex magis comm. reſpondit
Bertaz.crim.conſil.272.num.4. Mendatium non eſſe
indictium ad torturam, *Carrer.in prax.in princ.num.*
8 *119.* Maximè ſi circa circumſtantias, † delicti ſit:
Imo nec ſi circa ſubſtantialia, niſi iunctis alijs admi
niculis, ex *comm.Oſaſc.deciſ.79.num.17. Burſat. conſ.*
20.num.21.conſ.79.num.15.conſil.166.num.25.conſ.
192.num.30.Clar.d.§.fin.quæſt.21.Farinac.quæſt.52.
num.6.8.conſ.51.num.66.conſ.127.num.36.Crauett.
conſil.260.num.6.Hondedeus conſ.106.num.14.in 1.
conſ.93.num.61.62.in 2.Felic.alleg.162.num.9.p.2.
Caball.crim.reſol.caſ.200.num.136. Eoque minus, ſi
quid affirmet, vel neget reus, quo delictum non in-
ferretur, *Marſ.conſ.55.num.67. Bertaz.d. conſil.272.*
num.5. Vel ſi in ijs ſit mendax, quæ ſi faſſus fuiſſet
non nocuiſſent, *Farin.quæſt.52.num.12.Honded.con-*
ſil.102.num.78.conſ.106.num.76. conſ.107.num.49.
in 1.conſ.93.num.63.in 2. præſertim cum ſit circa re-
mota, *Farin.quæſt.52.num.11.12.Honded.conſi.107.*
nu.49.in 1.Felic.alleg.79.n.9.p.2. Imo variatio, ideſt
9 negatio alicuius facti, † & inde eiuſdem facti confeſ
ſio à reo facta; ſi conſtaret, quod prima negatio
fuit timore ſalutis, & ſubſequuta confeſſio poſtea
fuit pro defenſione eiuſdem, ideſt cum qualitate
defenſiua, licita eſt, & nec punibilis, nec ad tortu-
ram indictialis ſit, *Blanc.de indict.nu.265.269.271.*
Sfort.conſ.15.n.24.

10 Sexto, Singula indictia, † quæ per ſe non ſuffi-
ciunt, ciuili in cauſa coniunguntur, non in crimi-
nali, etiam ad torturam, *Marſilius, conſilio 20.num.*
48.Honded.d.conſ.102.num.82. conſil.106.num.77.
Caball.crim.reſolut.caſ.200.num.138. Maximè ſi in
ſuo genere ſint imperfectè probata, *Alex.conſ.13.*
num.19.in 1.conſ.180.num.6.in 2. conſ.11. num.7.8.
conſ.21.num.3.in 4.conſ.150.num.27.28.in 5.Marſil.
conſ.20.num.47.50.51.52.conſ.88.num.32. in prax.
§.diligenter.num.29.Gram.conſ.3.num.18.Dec.conſ.
615.num.10.Galeat.conſil.110.num.6.tom.2.crimin.
Cornaz.deciſ.13.num.19.deciſ.114.num.6.7.Crauett.
conſ.260.conſ.452.conſ.482. Clar.§.fin.quæſt.63.Sur-
dus, conſ.132.num.48.58. Peregr. conſ.75.num.30.in
1.conſ.2.num.12.13.in 2.conſ.106.num.17.in 3.Ma-
ſcard.de probat.concluſ.1223.num.33. Felic.allegat.
89.num.8.alleg.167.num.8.p.2. Farin.quæſt.86.num.
3.72.95.conſ.193.num.19. Guaz.reor.defenſ.30.cap.
32.num.1. Aldouin.conſ.22.num.21.22.conſ.26.nu.
52.53.54.Perſonal.de indict. num.63. Eugen. conſil.
27.num.60.conſ.63.num.73. Menoch.de præſump.lib.
1.quæſt.91.num.3.Rim.iunior, conſ.524.num.65.con-
ſil.647.num.16.conſ.752.num.39. Rot.Auenion. de-
ciſ.93.num.10.Mazzolin.conſ.47.nu.48. Miſing.cent.
2.obſer.100.Borrell.conſ.46.num.65.66. Hondedeus,
conſ.102.num.83.in 1.conſ.87.num.122.conſ.93.nu.
81.conſ.97.num.28.conſ.98.num.1.28.in 2.Bott.con-
ſil.2.num.54.conſ.41.num.32. Pariſ. conſ.153.num.
34.conſ.169.num.43.in 4. Schrader.conſ.12.numero
297.Caball.d.caſ.200.num.139.Cauale.de teſtib.p.2.
p.p.num.125. & cum valde remota ſint à delicto, ad
vnum indictium perfectum non iunguntur pro tor
tura, *Boſſ.tit.de indict.num.10. Honded. conſ.102.nu.*
85.in 1.Surd.conſ.132.num.48. Quod ſi proxima vi-
derentur indictia, non ſunt in ſua ſpecie perfectè
probata, ergo.

Cæterum, demandatum hoc ſcribendi onus hu-
meris meis pęnè impar, lubentiſſimo animo recu-
ſaſſem, niſi me magna quædam veritatis illuſtran-
dæ ratio, quantum per me licebit, impuliſſet.

Re itaque maturius, ac diligenti ſtudio diſcuſſa,
Antoninum Anſelmo torturæ ſubijciendum cen-
ſui. Quo autem facilius intelligat M.R.C. conſulta-
tionis difficultatem, pro conſtanti ſupponendum
11 eſt: Quod in delictis † difficilis probationis index
debet eſſe promptior ad torquendum, *Bald. l. qui-*
cumque.num.25.C.de ſeru.fugit. Menoch.de arbitrar.
quæſt.84.ad finem.Ferret.conſ.51.num.15. Peregrin.
conſ.2.num.101.in 2.Felic.alleg.45.num.6.7.p.p.Ma-
cerat.lib.3.reſolut.20.caſ.5.ad finem. Farinac.quæſt.
37.num.85.86.150.Decian.lib.5. crim.cap.36. num.
16. Quia leuiora in his ſufficiunt indictia, *Baldus d.*
l.quicumque.num 2.& in l.3.nu.3. C. de epiſc.audien.
Marſ.l.diuus.ff.de quæſtion.& in prax.§.diligenter.nu.
86.124.Carrer.in prax.§.circa quartum. numero 19.
Gram.vot.3.21.Azeued.conſ.28.à num.66. Honded.
conſ.106.num.68.conſ.107.num.52.in 1.Guazz.reor.
defenſ.30.cap.4.num.9.Merlin.deciſ.100.numero 13.
Felic.alleg.45.num.7.p.p. Burſ.conſ.116.num.33. Fa-
rinac.quæſt.2.num.12.quæſt.37. num.150.153.conſi.
5.num.100.conſ.116.num.16.conſil.175.num.4.18.
Perſon.de indict.num.23.100.Decian.lib.7.criminal.
cap.24.

cap.24.num.10.Bim.conſ.188. num.43.44. Oſaſc.deciſ.72.num.1. Ipſaque indictiorum materia Iudicis eſt arbitraria, *Merlin.deciſ.100.num.14.Farin.quæſt.38.num.33.86. Alba,conſ.149.num.12.* ex iuris regulis moderanda, *Honded.conſ.106.num.66.conſilio 101.num.8.9.conſ.107.nu.24.25.in 1.* vt ex circumſtantijs ſibi notis, extra proceſſum, poſſet iudex ad torturam procedere, *Boſſ.ti..de indict.num.24.Felic.alleg.45.nu.6.p.p.*& ſine indictijs, *Merlin.deciſ.100.*
12 *num.13.* Difficilis probationis † fuit homicidium hoc, quia in loco remoto, à Ciuitate commiſſum, & in campis, *Abb.& Hoſtien.cap.præterea.de teſtib. Alex.conſ.24 num.6.in 2. Ferrett.392.num.25.in 2. Farin.quæſt.62.num.55. Valenzuol.conſ.28.num.14. Plot.de in lit.iurand.§.4.num.32.* & licet aliqua propè locum illum eſſet domuncula, cuius habitatores ad trucidati hominis voces laceſſiti, trucidantes ipſos cognoſcere potuiſſent, cum tamen noctis tempore patratum illud fuerit, ipſaque nox neminem à domo exire permittat, vix probari poſſe, inquit *Gloſ.Ang.& Cuma. in l. ſi cum exceptione. §.in hac.ff. quod met.cauſ.Bald.conſ.77.num.5.in 3. Dec.conſilio 429.num.15. Alex.conſ.24.num.8.in 2. Azeued.conſil.28.num.64.Gramm.conſ.22.nu.15. Boſſ.tit.de indict.num.31. Menoch.lib.5.præſumpt.46.num.1.2. de arbitr.caſ.116. Gabr.tit.de teſtib.concluſ.7. Magon. Lucenſ.deciſ.89.num.7.Farinac. conſ.116.numer.16. Decian.conſ.92.num.14.in 2.Rip.de noctur.temp.cap.33.num.15.* nox delictum aggrauat, *Azeued.conſilio 28.num.55.56.Caball.crim.reſolut.caſ.21. num.3.caſ.97.num.10. caſ.99. num.61.* & qualitas delicti eſt, *Caball.caſ.56.num.40.* Difficilis probationis quid eſſe dicimus, ſi teſtes nec actu, nec habitu interuenire potuerint, qui ſi actu non interuenerunt, ſatis nō eſt, ſi habitu interuenire potuiſſent ex multis, à *Gabr.tit.de teſtib.concluſ.7.num.8.Roland.conſilio 7. num.15.in 1.Maſcard.concluſ.1359.num.9. Decianus conſ.92.num.64.in 2.Farin.quæſt.62.à num.50.Felic.alleg.10.num.6.p.p.* & requiritur, quod alij teſtes habitu illic non potuerint interuenire, *Alex.conſ.64. num.6.vol.1.Marſ.conſ.31.num.33.conſ.41.num.5.6. conſ.80.num.52.Gabr.conſ.7.num.15.in 1. Rolandus, conſ.7.num.16.conſ.24.num.67.in 1.Bertazz.crimin. conſ.293.num.2. Oſaſc.deciſ.79.num.42. Azeued.l.6.num.8.tit.6.lib.4.Cornaz.deciſ.114.num.5.Decian. d.conſ.92.num.65.* quia neceſſitas contra iuris regulas id permittit, quod alias non permitteretur, *l.1. §.huius.vbi,Iaſ.not.5. ff. de offic.cius. Tuſc.lit.N.concluſ.19.20.Roland.conſ.80.in 3.* Sed quando alij teſtes poſſunt interuenire, ſi non, interueniant, dicetur caſus contingens, vt iuris regulæ, merito ſtandum ſit, quod claræ requirantur probationes, ita *Rim.iun.conſ.360. num.91. Farin.quæſt.62.num.64. Felic.alleg.10.num.8.p.p.* Cumque conſtet nec actu, nec habitu teſtes interuenire potuiſſe, ne dum reſpectu tractatus ad maleficium, tum quia coram teſtibus non fit, tum quia in campis ille fuit initus: Sed nec reſpectu homicidij, Tum quia de nocte commiſſum, Tum quia in loco adeo campeſtri, vt nemo illuc de die tranſire ſit ſolitus. His ſic præmiſſis, torturæ locum eſſe dixi, in occultis difficilis probationis ex *Pacian.conſ.158.num.18. Granut.theor. 23.num.15.Gabr.tit.de probat.concluſ.1.num.30.46. & alijs num.11.*

13 Primo, Tractatus † homicidij etſi inter proditores difficilis probationis ſit, *Intrigl. deciſ.40.num.7. Felic.alleg.36.num.13.p.p.Farinac.quæſt.18.nu.105.* Proinde coniecturę ſufficiunt, ne dum ad torturam, ſed ad condemnationem, *Bald.l.quacumque. nu.25. C.de ſeru.fugit. Alex.conſ.24.num.6.42.in 2.Clar.§. fin.quæſt.20.Farinac.conſ.55,num.54.Guazz.reorum defenſ.4.cap.14.num.4.Cephal.conſ.652.num.6. Decian.conſil.88.num.3.in 3.Maſcard.de probat.concluſ. 1386.Menoch.de arbitr. caſ.116.num.15.* Cum nec præſumatur tractatus, *Farin.conſ.166.nu.2.* Verum ex ſecreta eorum alloquutione tractatum probari, ait, *Bart.l.ſi quis mihi bona.§.pater.ff.de acquir.hæredit.in l. ſi ventri.§.eorum ratio.ff.de priuileg.creditor. Alex.l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.ff.ſolut.matrim. Anchar.& Imol.cap.officium.de elect. Blanc.l.fin.num. 232.ff.de quæſtion.Farin.quæſt.43.num.176. Menoch. de præſumpt.lib.1.quæſt.89.num.115.116. Macerata, lib.3.reſol.22.num.5.* Si capitalis cum occiſo præceſſerit inimicitia, & homicidium incontinenti fuerit ſequutum, *Bald.col.3.Iaſ.col.6.in l.1.C.de ſeru.fugit. Rip.d.l.ſi ventri.§.eorum.not.3.Plac.lib.1.delict.cap. 14.num.6.Dec.conſ.234.ad finem.Ioan.de Amic.conſil.59.col.3.Petr.Anton. Anguiſſ. conſ.16.in 1.Crau. conſ.35.num.4. Felic.alleg.36.num.1.p.p. Clar.§.fin. quæſt.89.ad finem.& ibi, Baiardus.num.27.Gabr.de crim.concluſ.2.num.48.55.Rim.iun.conſ.88.Farinac. conſ.102.conſil.147.num.7.quæſt.43.num.175.quæſt. 49.num.119.Decian.conſil.88.num.10.conſ.104.nu. 1.in 3.Burſ.conſ.20. conſ.116. num.30. Bellon.de ijs, quæ fiunt incontin.cap.77.num.3. Sim.de Præt.conſil. 15.Maſcard.de probat.concluſ.419.num.4. Menoc.de præſumpt.lib.1.quæſt.89.num.115.lib.5.præſump.27. num.16.de arbitr.caſ.361.num.49.* Alioquin altero eorum ceſſante, tractatus non præſumitur, *Macerata,lib.3.reſol.22.num.6. Menoch. d.quæſt.89.nu.116.* Inimicitia, etſi probanda ſit in ſpecie, ex *Bald. l.ſi quis.ad finem.C.de teſtib. Gramm. deciſ.34.num.21. conſ.44.num.7.Macerat.d.reſol.22. num.7.* Satis tamen ea conſtat ex proceſſu informatiuo, alloquutio etiam bis fuit, die (nempè) 12.13.Maij ſecretè, & in campis. Homicidium vero die 15.eiuſdem. Breue tempus, nec aliud eos alloquutos crederem, Tum quia lex de inimico omne malum præſumit, *l.inimicitiæ.l.ex parte. ff. de his quib. vt indign. l.1. §. præterea.ff.de quæſtion.Surd.conſ.40.num.1.Macerat. lib.3.reſol.6.num.12.20.Vim.deciſ.467.numero 72.* Tum quia inimicus ſemper mala cogitat de inimico, *Macerat.lib.3.reſol.37.num.4.* eique nocere velle, *Menoch.lib.6.præſumpt.29.num.26.* Imo tractatus etiam in eo præceſſiſſe præſumitur, qui aſtitit maleficio perpetrato, vt torturæ ſit indictium, *Blāc. de indict.num.236.Felic.alleg.36.num.5.p.p.* coadditis mendatijs, Imo ex variationibus, ex ore inquiſiti ortis deſumi tractatum conſtat, *Farin.conſ.55.nu. 3.* Si circa tractatus ſubſtantialia ſint mēdatia, *Honded.conſ.93.num.63.in 2.Guaz.reor.defenſ.4.cap.14. num.23.* maximè ſi aliunde veritas haberi non poſſit, *Marſ.in prax.§.diligenter.nu.81.83.84.124.125. Alba,conſ.72.num.16.*

Secundo, Amicitia inter Antonium Rao, & Antoninum Anſelmo iam contracta, nixus ſumma ope fuit Anſelmo, vt D.Fabritium in Rao inimici ſui manus extra Ciuitatem in campis traderet,

Quare

Quare eundem Don Fabritium ſæpius rogauit, vt
ad Mandram dormiendi cauſa noctu accederent,
putabat (inquam) commodius campeſtri illo in
loco Don Fabricium à Rao interficiendum fore.
Ob id Ciuitatem diſpaciandi cauſa, octo nondum
elapſis diebus, ante perpetratum homicidium, no-
cte ſimul exierunt, muliere ad canendum ab Anſel-
mò tarenis decem conducta; Cumque ad quatuor
vſque noctis horas, magna cum lætitia diſpaciati
fuiſſent, ad Mandram illum tranſuehere curauit
Anſelmò, ac iteratis precibus rogauit; Renuit Don
Fabritius, ſed alia nocte inſimul ituros fore ſub ver
bo pollicetur. Quæ tua eſt cura, ò Anſelmò? Quæ
præces? Quæ animi ſollicitudo? Vt ad Mandram
non die, ſed noctu, Don Fabritium tranſueheres?
Niſi (iuxta omnium opinionem) illic Antoninum
Raò, eius inimicum paratum ad occidendum con-
ueniſſes antea? Si indictium ad torturam ſufficiens
14 oriri compertum eſt † ex ſcientia maleficij in eo,
qui ne committatur potuit impedire, & noluit,
imo adiuuauit, *ex Bald.c.veritatis. de dol. Felin.cap.
Petrus.num.6.de homic.Gandin.de maleſic.rub.de in-
dict.ad tortur.9.indict. Arct.de maleſ. verb.fama pu
blica.* Blanc.de indict.num.303. *Plac.lib.1.delict.cap.
14.num.4.ad fin.Menoch.de præſumpt. lib.1.q.89. nu.
113.& lib.5.præſump.27.num.14. Oſaſc.deciſ.104.n.
7.* Fortius contra Anſelmò, homicidij ne dum con-
ſcium, ſed participem, imo medianum ipſiq. mala
15 † conuerſatio, alio concurrente adminiculo, ſatis
eſt ad torturam, *ad tex.l.ædiles.§.pedius.ff.de ædilic.
edict.l.ſi plures.§.quamuis.ff.de admin.tutor.l.fin.C.ſi
mancip.ita fuer.alien. Bald.l.1.num.11.C.de ſeru.fu-
git.* apertius, *conſ.95.in 1.Gandin. de maleſic. rubr. de
quæſtion.Marſ.in prax.§.expedita.ad fin. Crauet.conſi.
73.num.12.Gram.conſ.17.num.14.conſ.53.num.25.
deciſ.34.ad fin.& vot.6.num.3. Menoch.d.quæſt.89.
num.125.*

Tertio, Deponit portarum Ciuitatis cuſtos bis
ea nocte ad eum adceſſiſſe Raò, cum Anſelmò, &
alijs, qui ab eo anxiè præcuntati fuere, ſi Don Fabri
tius à Ciuitate exierat; reſpondit ipſe primo, quod
non dum exijt. Subiunxit Raò, ſis quæſo intentus,
& inuigila, quando exiet, vt me certum facias. Ite-
rum cum redijſſent; Don Fabritium Ciuitatem
iam egreſſum dixit Cuſtos. Quo monito, Cuſtodem
deprecatur Raò, nemini dixeris, hoc me præcunta-
tum à te fuiſſe. Mox omnes ſimul in S. Leonardi Ec-
16 cleſiam iter arripuerunt. Præmeditatè † homici-
dium ab eo commiſſum præſumitur, qui perquiſi-
uit iter occiſi, *Farin.conſ.193.nu.83.* accedente om-
nium feſtinatione, qua diſceſſere, vt indictium ſit,
Seſſe, deciſ.211.n.22.

17 Quarto, Frequentatio loci delicti † quæ verifica-
tur in duabus vicibus, *ex Archid.c.illud.12.d.diſtinct.
Farin.quæſt.23.num.17.* Indictium eſt ad Torturam,
alio præſertim accedente adminiculo, ſi malæ vitæ
nempè ſit, *Bart.l.iuſto.in princ. ff.de vſucap.in l.3. ff.
de furt.in l.fin.num.5.ff.de quæſtion. Boſſ. tit.de indict.
num.51.Natt.conſ.422.num.24. Alba, conſ.72.num.
3.Marſ.in prax.§.diligenter.num.108.Blanc.de indic.
& tortur.num.73.74.Merlin.deciſ.100.nu.7. Menoc.
lib.1.de præſum.quæſt.89.num.126.* Conſtat enim ne
dum peſſima occiſorum vita, ſed capitalis illius ini
micitia, Imo loci frequentatio præmeditatum ar-
guit occidendi animum, *Blanc. l.fin.num.70.72.ff.
de quæſtion.* Tum maximè ſi ab eo citra rixam com-
miſſum ſit homicidium, *Menoch.de arbitr.caſ.361.
num.44.* & deponit Franciſcus Riczo teſtis, in porta
Ciuitatis, vidiſſe Rao tribus alijs aſſociatum, parũ-
per tamen diſtantibus, eumque ipſe interrogauit,
Quo iret? Ad Eccleſiam S. Leonardi ſe iturum re-
ſpondit, vbi venturus certò eſt D. Fabritius, quem
nocte hac occiſurus ſum.

Quinto, accedit teſtis, qui ex alta hominis accla
matione, ſuccurrite, ſuccurrite: Domum ſuam egreſ
ſus cum fuerit, vidit Antoninum Raò venientem à
loco, vnde acclamationes audiuerat, & dubius ne
Raò, aut alij eius ſocij, damnum ſibi inferrent, in
domum ſe retraxit, dicimus ergo illis aſſociatum
fuiſſe, quos portarum cuſtos paulò ante iunctim vi
18 derat, Anſelmum nempè, & alios, † Reperti ergo, ſi
qui ſunt in loco, in quo occiſus quis eſt, ab ipſis oc-
ciſus cenſetur, accedente inimicitia cum occiſo, vel
alia ſuſpicione, *l.1.§.ſi quis in villa.verſ.ſufficit ergo.
ff.ad ſillan. Alb.conſ.56.num.19.* Sic fuga à loco deli
cti, enſe adhuc nudo in manibus, cum nemo illos
inſequeretur indictium eſt homicidij, *ex Bart.l.2.in
princ.ff.de furt. Alba, conſ.56.num.20.Marcabr.conſ.
112.num.15.Granut.Theor.23.n.14.* vt torturę con-
tra eum locus ſit, *Menoch.de præſump.lib.1.quæſt.89.
num.117.119.* Imo vulnere, *Bart.n.6.Blanc.n.301.in
l.fin.ff.de quæſtion.* Quod ſi viſus quis ſit propè lo-
cum delicti contra eum præſumitur, *Nat.conſ.422.
num.22.24.Farinac.quæſt.52.num.133.137.Borrell.
conſ.45.num.4.26.Alba, conſ.56.num.30.Hondedeus
conſ.97.num.23.in 2. Menoch.d.quæſt.89.num.134.*
Si fama ſaltim concurrat, *Blanc.d.l.final.num.295.
296.300.Honded.conſil.96.num.7.conſil.97.numero
23.in 2.Menoch.d.quæſt.89.num.100.* præſertim in
occultis, & difficilis probationis, *latè Farinacius,
19 quæſt.47.num.11.* Conſtat etiam † teſtem vnum (*de
viſu*) indictium ad torturam ſufficiens eſſe, quia pro
pinquum eſt, *Menoch. d.quæſt.89.num.5. Caualc.de
teſtib.par.2.p.p.num.117. Ludouic.commun.opin.con-
cluſ.45.col.4.Petra, de fideicomm.quæſtio.9.num.131.
Scacc.de iudic.lib.1.cap.84.num.7. Alba, conſil.149.
num.2.conſil.472.num.1.Turretta, conſilio 56.nume-
ro 4.conſilio 59.numero 1. in tertio. Granut.Theorem.
23.numero 5.Peregrinus, conſilio 2. numero 78.104.
in 2. Aldouinus, conſil.26.num.6.* etſi omni exceptio-
ne maior non ſit, *l.3.C.ad leg.Iuliam maieſtatis. Blan-
cus, de indict.numero 323. Menochius, d.quæſt.89.nu-
mero 6.*

20 Sexto, Rei confeſſio, † quod ipſe occiderit cum
Anſelmò ſatis probat, *l.1.l.certum.ff.de confeſ.Schra
der.conſil.3.num.78.* vt confeſſus pro iudicato ha-
beatur, *l.1.C.de confeſſ.Mancin.de confeſſ.c.1.num.1.
Rim.iun.conſ.502.n.3.* in quem nullæ ſunt iudicum
partes, niſi in exequendo, *l.proinde.2.§.ſi.ad l.aquil.
Aldouin. conſ.26.num.10.11.* & licet in iudiciali
confeſſione obtineant hæc, non in extraiudiciali
(iure præſertim ciuili inſpecto) *ex Farin. quæſt.82.
num.1.* Confeſſio tamen extraiudicialis, quæ tranſit
in nomen delicti, plenè probat, *Bertaz. crim.conſil.
42.num.2. Aldouin.conſil.26.nu.14.* ſi duobus con-
ſtet teſtibus, *Gabr.tit.de confeſſ.concluſ.1.num.46.
Felic.alleg.10.num.38.p.p.* & aliæ concurrant conie-
cturæ, veluti publica vox, & fama, *Socc.iun.conſ.32.
num.17.*

num.17.in 2.Farinac.quaſt.84.num.2.Bertaz.crimin.conſ.42.num.4.& ibi,Scholiaſt. Aldoun.conſil.26.num.15. vel indictium ſaltim facit, vt torturæ locus ſit, *Menoch.d.lib.1.quaſt.89.num.14.de arbitrar.caſ.331.num.1.Guazz.reor.defenſ.32.c.34.num.1. Bertaz.crim.conſ.42.num.2. Farinac.quaſt.82.num.13.quaſt.84.num.23.quaſt.37.num.47. Aldouin.conſilio 26.num.16.Clar.§.fin.quaſt.21.num.19. Gomez, delict.p.3.cap.13.num.8.Maſcard.de probat.concl.350.num.3.Brunor.Sol.in compend.iur. verſ.confeſſio facta abſente parte.Rot.Auenion.deciſ.138.num.4. Baiardus ad Clar.§.fin.quaſt.55.num.3. Villag. in prax.lib.7.tit.de confeſſ.c.3.concl.1. Mancin.de confeſſ.cap.3.artic.2.num.2.c.5.num.20. Caball.crimin.reſolut.caſ.81.num.2.ex gloſ.l.capite quinto.ff.de adulter.* In his præſertim, quæ difficilis ſunt probationis, *Socc.iun.conſil.32.num.12.in 2. Menoch. de arbitrar.caſ.116.num.11.& de præſumpt.lib.1.quaſtio.5. num.3. lib.5. præſumpt.41.num.1.Farinac.quaſt.86.num.35. Borrell.conſil.48.num.57.* Siue præſente, vel abſente parte fiat, *Gomez, d.cap.13.num.8. Mandoſ. ad Roman. conſil.373.ad finem.Menoch.d.quaſt.89.num.23.Maſcard.de probat.concluſ.350.num.3. Baiard. ad Clar. §.fin.quaſt.21.num.127.Guazz.d.defenſ.32.cap.34.num.1.*

21 Septimo, Fama publica teſtibus probata † ſatis grauat, & non leue, eſt torturæ indictium, *Menoch. lib.1.de præſumpt.quaſt.89.num.28.conſil.788. num.26.Turret.conſ.59.num.8.in 3. Alba, conſil.72.num.6. Aldouin.conſ.26. num.1.* Si alijs adminiculetur, *Mareabr.conſ.59.num.71.* Imo in his, quæ difficilis probationis ſunt, famam publicam plenè probare, inquit *Soc.iun.conſ.32.num.23.in 2. Azeued.l.3.nu.85.86.tit.10.lib.4.recop. Menoch.conſ.31.num.20.& d.quaſt.89.num.34. Aldouin.conſil.26.num.1. Clarus §.fin.quaſt.21.* Maximè ſi vehemens ſit, *Socc.iunior, d.num.23. Gram.conſ.57.num.16.deciſ.34.num.52.deciſ.42.num.11. Menoc.conſ.788.num.27.de arbitr.caſ.89.num.93.Peguer.deciſ.17.num.16. Aldouinus, conſ.26.num.2.* Nec alia tunc requiruntur adminicula, ſed ſola ſatis eſt ad torturam, *Azeued.conſ.28.num.65.Menoch.de præſumpt.lib.1.quaſt.89.num.32.* Addit etiam *Menoch.d.caſ.89. num.93.* Fama rectè probata, vel duobus ſaltim teſtibus, *ex Rot.Auenion.deciſ.20.num.2.* rei veritatem indicat, *Aldouin. conſ.26. num.3.*

22 Non obſtat Primum, Quia homicidij † delictum ſatis conſtat, cum Don Fabritium, occiſum, ac trucidatum, & adeo inhumanè, vt nullus ex vulneribus in eius faciem illatis videretur hominis effigies, Pro auxilio ergo torqueri Anſelmò poteſt, *Honded.conſ.98.num.13.26.in 1.* Ex eo ſaltim quod cum Raò viſus ea nocte fuerit, tum in perquirendo à Cuſtode, ſi Ciuitatis portam exierit, tum in feſtinatione illa, quam ad delicti locum habuit, cum ſciuerint eum exiuiſſe, tum ex alijs, quæ adduximus.

Reſpon.II. Quod incertitudo principalis omnimoda eſſe debet, ne auxiliator teneatur, *Nat.conſ.432.num.13.Surd.conſ.40.num.10.* & ita procedit, *tex.d.§.ſi tu titium.* quia certi hominis factum debet argui, *l.licet.§.poſſumus.ff.naut.caup.ſtabul.* Hoc tamen in caſu, ex tot indicijs, nemo eſt, qui ignorat à Raò, & Anſelmò illum occiſum fuiſſe, & vbi conſtat de principali, contra auxiliatorem ad torturam procedi poteſt.

10 Non obſtat Primum, Quia ſatis præiudicat † or-
dinario, cum conceſſa alteri certa cauſarum ſpecies
priuatiuè ad ordinarium præſumatur, Capic.deciſ.
9.num.16. Guazz.reorum defenſ.13.cap.3.num.12.
Franc.deciſ.417.num.7.Valenzuol.conſil.70.numero
19.Rim.iunior, conſ.715.num.9. vt in ea ſe intromit-
tere nec poſſit amplius, l.1.C.vbi, & apud quem. Feli-
nus, cap.paſtoralis.limit.3.de offic.ordin. Ruin.conſilio
7.num.7.in 4. Menochius, de arbitrar.quæſt.40.num.
2.Gratianus, deciſ.145.num.2. Satiſque præiudicat
ciuitatis iuriſdictioni, quæ priuatiua cum ſit, cu-
mulatiua fieret cum altero, quem officialem Prin-
ceps in loco nominaret; Nec affirmare poteſt
Rex, quod hæc fuerit ſua intentio, in concedenda
iuriſdictione, vt poſſit illi præiudicare, Franc.deciſ.
166.numero 5. Anna, allegat.52.num.56.58. & cum
palam ſit, vrbis priuilegium circa iuriſdictionem,
interpretari in eius præiudicium ab eo non poteſt,
Schrader.conſil.43.num.103.104. Imo vltro ſibi le-
gem impoſuit Rex, Quod ſi quæ in dubijs facienda
ſit interpretatio, Pro Meſſana interpretanda eſſe,
11 Sed † iuriſdictionem reſtringere, eamque modera-
ri odioſum eſt, Cartar.deciſ.67.numero 2. Botta, con-
ſil.86.num.7. ergo.

Non obſtat Secundum, Quia tres ſunt iuris titu-
li, quibus concedi à Rege ſolet Iuriſdictio Præcario,
ex Gratia, & ex Onere.

12 Primo, Quæ Præcario conceditur † iuriſdictio,
pro velle reuocare princeps poteſt, Menoch.de arbi.
in Scholijs, ad quæſt.55.numero 5. optimè, Petra, de
Princip.poteſ.cap.29.num.1. vt reuocationem hanc
conqueri nec quis poſſit: Natura enim contractus
præcarij, ita ſuadente, tandiu is, qui rogauit vtatur,
vel quaſi, quandiu cõcedens patiatur, l.1.ff.de Præ-
car. Atque ita accipiendos eſſe, Guid.Pap.conſil.65.
num.4.Gramm.deciſ.46.num.2.3. probat, Petra, d.c.
29.nu.2. Sed præcario poſſideri præſumuntur, quæ
ad Principem ſpectant, Sacca, conſil.2.numero 145.
ergo.

Secundo, ex gratia. Sic conceſſam iuriſdictionem
13 † pro ſuo arbitrio moderari poteſt Princeps, ſi vr-
get cauſa, ita Bald.l.qui ſe patris.num.10.verſ.in con-
ceſſis.C.vnde liber. Caſtr.conſil.288.num.2.in 1.Brun.
conſil.97.num.2.Menoch.conſil.1.nu.181.& in Scho-
lijs, d.quæſt.55.num.5. Manent. conſil.109.à num.22.
Bellug.de Princ. rubr.26.§.princeps.numero 3.

Tertio, Quæ ex cauſa Oneroſa data eſt iuriſdi-
14 ctio, moderari † non poteſt Princeps, ex Bald. d. l.
qui ſe patris.num.10.Caſtr.& Brun. nuper citati, Caſ-
ſan.conſil.43.num.59.Ruin. conſil.230.num.4.9.in 1.
Bellug.d.§.Princeps.num.3.Menoch.in Scholijs, d.q.
55.num.2.conſil.1156.Cancer.3.reſol.cap.3.à nu.62.
ad num.74.158.Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3.c.2.num.
57.Ponte, de poteſt.proreg.tit.3.de elect.offic.§.1.nu.
13.23.

Digitized by Google

13.23.*Villar.conſil.8.num.28.31.32.* Si cauſa etiam vrgeat ingratitudinis *Menoch.conſilio* 1007.*Sixtin. lib.1.de regalibus.cap.6.num.* 13. Imo nec alterare eam poteſt,(*ancer.d.c.3.nu.413.414.* etſi vſus Princeps ſit verbo, indulgemus, vel Gratiam facimus, *Bald.d.num.10.verſ.hoc ſcias.Menoch.in ſcholys.d.q.55.num.4.* Duo enim ſunt, quæ iuriſdictionem conſeruant, Priuilegium nempè, & Conſuetudo, *Surd. conſil.465.nu.5.* Sed priuilegiorum reuocationem Prorex in mandatis non habet, (etſi Alter ego ſit,) *Iacob.Gallus.conſil.125.num.25.ex Franc.deciſ.125. ad fin.* & poſſit omnia, quæ Principi permiſſa ſunt, *Felic.alleg.3.num.33.p.p.*

Reſpon. II. Id verum niſi Proregis moderatio-
25 ni conſenſerit Ciuitas, † Quo in caſu loquitur, *Morot.conſil.15.* vt ipſe comprobat, *num.11.* ad hoc enim inuenta interinatio fuit, *ex l.etſi non cognitio. C.ſi contr.ius vel vtilit. public. Crauet. conſ.592.nu.7.*

26 Reſpon. III. Poſſe principem † ex cauſa etiam non probata (quæ cum periculo, vel ſcandalo probari poſſit, inhibere Meſſanæ Iudicem, ne certa in cauſa ſe impediat, *ex Aufr.de recuſat.nu.67.Canale. de brach.reg.p.3.num.340.D.Tapp.de iur.Neapol. rub.33.de ſuſpit. Offic.rit.265.num.13.* & alijs à me citatis, *Deciſ.48.num.6.* Quod autem omni in cauſa, ſe abſtineat, certi perſonarum, aut delictorum generis reſpectu, Hoc eſt vetitum, quia Iudicis munere, vel eum priuaret, non ſine magno honoris ſui diſpendio, vel priuatiuam ſuam iuriſdictionem reſtringeret, Quod ſine cauſa, iuſto Principi non eſt permiſſum, Notat, & merito, *Cancer,3.reſolut.c.13. num.158.159.* Iuriſdictionem in officium, vel in adminiſtrationem à Principe cōceſſam reuocari poſſe, At ſi in titulum, vel dominium, cum priuatiuè data ſit, ſine cauſa reuocari non poteſt, hæc ad Primum.

Secundus eſt Articul *Ordinaria nè? vel delegata? Secreto aut Maczabò de mandata iuriſdictio ſit?* Qua
17 in re, illud memoria repetendum eſt † Regiæ Dohanæ Secreti munus eſſe, quod ſit Regis procurator in iuribus gabellarum exigendis, alijſque Regi cōpetentibus ex hoc portu, *Maſtrill.lib.5.de magiſtrat. c.9.num.151.* nec aliquam (ſubditis ſuis exceptis) habet in Vrbe iuriſdictionem, quæ adeo Meſſanæ eſt propria, vt nec Rex, nec Officialis Regius actū aliquem ſi ad Straticotum pertineat, exercere poſſit, *Lanar. conſil.53.num.5.Peregr.Tract.var.lib.1. tit.1.de iuriſd.num.10.* Cum priuilegia (vt dixi) reuocare non poſſit Prorex, *ex Iac.Gallo, conſil.125. num.25.Franc. deciſ.125. ad fin.*

His ſic poſitis, Si Ordinarium eo in loco Secretū conſtitutum fuiſſe, inquit Fiſcus cum certum cauſarum genus, in vniuerſo commiſſum ei fuerit, *ex Barbos.l. cum prætor.§.1.num.54.68.74.* maximè ſi perpetuò, ipſe ſit conſtitutus, *nu.70.75.ff. de iudic.*
18 Errat ſatis, Quia nouum Officialem † etſi conſtituere Rex potuerit, *ex Cuſſan.ad Burgun.Conſuet.rub. 1.num.104.105.Lanar.conſil.22.num.11.Azeued. l.11.num.6.tit.3.lib.7.recop.* Hanc tamen vltro ſibi, & ſuis legem impoſuit Rex Rogerius, ex priuilegio Meſſanæ dato, *Ne noui conſtituerentur Officiales*, Nullæ ergo ſunt generales, quas Prorex fecerit cōmiſſiones in certo perſonarum, aut delictorum genere, licet non ad aliquid fortè iudicandum, aut exequendum, ſed ad effectum recipiendi teſtes pro Superioris informatione fuerint expeditæ, & quos culpabiles inuenerit, carcere mancipet, Cum nec poſſit, *Cancer.3.reſol.c.9.num.24. Oliban. de action. p.p.lib.3.§.pœnales. num.121.* Tum maximè, quod Ordinaria, non delegata præſumitur, quæ demandata eſt iuriſdictio, *Matheſ.ſing.89.Carauit.rit.295. nu.24.Anna,Sing.632.Maſull.ad Capic.deciſ.9.n.19.*

Secundo, Nec vt Proregis delegatus eum, poteſt Secretus, vel Maczabò, exercere iuriſdictionem,
19 † Quia de ſua commiſſione illi non creditur, *c.cum in iure peritus. de offic. deleg. Guid. Pap. deciſ.322. Tuſc.lit.I.concluſ.553.num.6. Maſcard. concluſ.948. num.2.* Cum iuriſdictionem non habeat, niſi iuxta commiſſionis verba, *c.cum dilecta. vbi Felin. & alij de reſcript.Surd.conſil.334.num.6. Becc.conſil.21.nu. 14.Guttier.lib.2.Canon.quæſt.15.num.120.Tuſc.lit.I. concluſ.434.concluſ.544.num.12.* & à die præſentati
20 † reſcripti, *Felin.c.cæterum.num.11.de reſcript.& in c.cum ex officij.num.40.de præſcript. Bald. l.falſus.nu. 17.C.de furt.Cagnol.rub.ff.de offic. eius. num.26. Verall.deciſ.324.nu.4.p.p.* Optimè *Scholiaſt. ad Bertaz. crim.conſil.366.lit.B.Mantic.deciſ.84.nu.4. Guttier. d.lib.2.quæſt.17.num.31.Soc.conſil.39.num.49.in 1. Tuſc.lit.D.concluſ.154.lit.I.concluſ.435.nu.5. Azeued.l.10.nu.25.tit.13.lib.8.recop. Vant. de nullit. defec.iuriſd.deleg.num.34. Anna,alleg.24.nu.2. Franc. deciſ.326.num.2.Rot.deciſ.25. num.5.deciſ.69.nu.1. p.p.Rauden.lib.1.reſol.c.67.num.8.Borrell.Summ.deciſ.tit.41.nu.85.129.Alba,conſil.514.Peregr.Tract. var.lib.1.de iuriſd.deleg.num.28.* Vt nec quid minimum exercere interim poſſit, *Rot.deciſ.4.num.5.de conceſſ.preben.in antiq.deciſ.6. alias,142.de offic.deleg. deciſ. 7. de procurat. Alba,d.conſil.514.Peregr. Tract.var.lib.1.de iuriſd.deleg.nu.28. Azeued. l. 10. num.25.tit.13.lib.8.recop.* quæ præſentatio in Actis neceſſe eſt, vt appareat, *Dec. cap.ſuper eo.not.vlt.de appell.Cagnol.d.num.46. Canalc. deciſ.11.num.8.p.p. Burſ.conſ.74.* etſi partes conſenſerint, ne præſentetur, *c.ſuper eo.2.de appell.& ibi Rem.n.9.* Sic in Prorege, *Franc.deciſ.393. Maſtrill.de magiſtrat.lib.5.c. 6.nu.106.108.110.* & quouis alio Magiſtratu, *Peregr.tract.var.lib.1. de iuriſd.num.38.*

Tertio, Si vt Generalis Capitaneus in gentes bellicas Prorex, ſecreto delegauit, ac ſi Arſenale (in quo triremes ad bellum conſtruuntur) exemptum
21 à Straticoto ſit, nec minus potuit † Quia ex nouiſſimo Meſſanæ Priuilegio, dato Madrid, 5. Septembris, 1622. ſancitum legimus, Delegatos à Belli Duce, eiuſdemque Generali Auditore, Meſſanam mitti non poſſe, pro crimine à ſuis verè ſubditis commiſſo: ſolum permittit Rex eo in priuilegio, vt ſi quis ex gente bellica deliquerit, Auditoris Officiales ab eo nominandi aſſiſtant ſolum apud Ordinarios Straticoti Iudices, pro cognitione, & executione ciuilium, aut criminalium, cauſarum: Dicimus ergo iuriſdictionem Auditori Generali extra Vrbē moranti competere ſolum habitu, non actu, *Seſſe, deciſ.117.num.3.* Nec locus in quo conſtruuntur triremes ad bellum aptæ, militaris eſt, ab ordinarij iuriſdictione exemptus. Nec operarij in triremē conſtruenda laborantes ſunt de foro militum; Etſi conſtructa trireme, qui illi inſeruient, Nautæ nempe, remiges, & alij, militari foro gaudent, quia &

alij

alij non operarij ſi illic deliquerint, voluit Prorex à
Maczabò carcerandos eſſe, & à Secreto informa-
tiones capiendas, vt à Prorege ipſo extra Meſſanã
Vrbem quandoque cõmorantem puniantur, Quod
ptiuilegijs aduerſatur ſatis.

Tertius eſt Artic. Nũ actus à Secreto geſti, vſum
eum fuiſſe iuriſdictione, probent? Qua in re, ſi à Ci-
22 tatione incipimus, Cui dubium iuriſdictionis † v-
ſum probatum ſatis eſſe, *ex l. cum clericus. l. omnes. §.
ſi vero apparitor. C. de epiſc. & cleric. l. 1. ff. de in ius
vocand. Guid. Pap. deciſ. 275. num. 2. Azeued. l. 4. nu.
92. titu. 21. lib. 4. recop. Borrell. Summ. deciſ. titu. 41.
num. 260.* eiuſque exercitium ex ea probari inquit,
Brun. conſil. 16. num. 34. inter feud. conſ. Diuerſ. Maxi-
mè ſi obediat citatus, *Bald. l. data opera. num. 28. C.
qui accuſ. non poſſ. Afflic. deciſ. 265. nu. 11. Marcell.
Calà, de mod. artic. & proband. §. 2. gloſ. 1. num. 531.
Tuſc. lit. I. concluſ. 545. num. 5. Peregr. Tract. var. lib.
1. titu. 1. de Iuriſd. num. 87. Maſcard. de probat. conclu.
946. num. 4.* Sed teſtes recepti ſunt citato reo à Pu-
23 blico officiali citare ſolito, cum nec alij † commit-
tenda citatio ſit, *Azeued. l. 3. num. 5. titu. 3. lib. 4. re-
24 cop.* Illud enim, *Iubere*, quod quis citetur † iuriſdi-
ctionis eſt, *Oroſc. l. cui iuriſdictio. in princ. ff. de iuriſd.
omn. iud. Azeued. d. l. 4. num. 91. Surd. conſil. 429. num.
57.* Tum maximè ſi obtemperauit, *ex Bald. Afflic.
& alijs citatis, num. 22.* quia obedientia ſignum eſt
ſubiectionis, *c. 1. diſtinc. 99. Peregr. Trac. var. lib. 1.
titu. 1. de iuriſd. num. 88.*

Secundo iuramentum dare teſti, pro dicenda ve-
25 ritate † Actus eſt iuriſdictionis, ſine ab eo detur, ſi-
ue committatur, *c. ſi quis teſtium. vbi Abb. num. 1. de
teſtibus Clemen. 1. de offic. deleg. Triniſan. deciſ. 10. nu.
12. deciſ. 62. num. 9. lib. 2. Gizzarel. deciſ. 24. num. 2.
Borrell. d. titu. 41. num. 295.* Imo teſtes recipere pro
futura criminis inquiſitione, Actus eſt iuriſdictio-
nis, ad præueniendam etiam iuriſdictionem, *Deciã.
lib. 4. crim. c. 21. num. 2. Farinac. conſil. 208. Reuſner.
deciſ. 18. num. 20. 21. p. 4.* etſi aliter ſentiat, *Barboſ. l.
ſi quis poſteaquam. num. 51. ff. de iudic. ex Angel. l. li-
bertus. num. 5. 8. ff. de in ius vocand.*

Tertio, Delinquentis captura, à Maczabò facta
26 † eiuſq; carceratio iuriſdictionem probat, *ex Brun.
d. conſil. 16. num. 34. Maſcard. d. conſil. 946. numero 4.
Peregr. Tract. var. lib. 1. titu. 1. de iuriſd. nu. 85.*

27 Proinde ſeruanda non ſunt † Principum reſcri-
pta, quæ Ordinarij iuriſdictionem turbent, *l. ſi. vbi,
Gloſ. Barto. & reliqui. C. ſi per vim. idem Barto. conſil.
92. Anchar. conſil. 270. Alex. conſil. 5. in 2. Soc. conſ.
13. in 4. Peregr. conſil. 137. num. 5. in 5.*

Hæc ſunt, Quæ de hac Controuerſia diſſerere vo
lui. Vt Meſſanæ Priuilegijs aduerſari dicamus Pro-
regis Bannum, & id omne, quod à Secreto, & Mac-
zabò, actum, geſtumq; fuit. Proinde Iudices, quos
Regios Delegatos hiſce in cauſſis, eſſe ſcimus pro-
nunciarunt, *Sunt contra Priuilegia*. Menſe Iunij,
M DC XXII.

SVMMARIVM.

1 *Spe immunitatis Eccleſiæ, nemo in dubio delinquere præſumitur.*

2 *Delinquens in Eccleſia ex propoſito, ſpe immunitatis Eccleſiæ diliquiſſe cenſetur, etſi ad aliam confugiat,*

3 *Delinquens in Eccleſia, ex Rixa inopinata, aut Caſu, Spe immunitatis Eccleſiæ delinquere non præſumitur. Ra io, num. 4.*

5 *Delinquens propè Eccleſiam, Spe immunitatis ipſius, An ea gaudeat, ſi commiſſo delicto ad Eccleſiam confugiat. Diſtingue, num. 6.*

7 *Actus ſequens præcedentem declarat voluntatem.*

8 *Delinquens longè ab Eccleſia, in eam confugiens, an eius fruatur immunitate.*

9 *Eccleſiæ immunitate gaudet is, qui in Eccleſia exiſtens, ex ea egrediẽs delictum committit, & ad Eccleſiam reuertitur.*

10 *Latronis publici inſtar, vltimo ſupplicio damnandus eſt, ex Seculari lege qui in ſtrata publica ſemel graſſatus eſt.*

11 *Graſſator (vt Eccleſiæ priuetur immunitate) Quis ſit?*

12 *Graſſator Eccleſiæ gaudet immunitate, ſi ſemel, aut bis, graſſetur, num. 13.*

14 *Principis Secularis eſt prouidere, quæ ad Vrbis Politicam pertinent.*

15 *Fur, ſi pro tertio furto, ex Seculari lege, morti tradendus eſt: Sed An Primum Principis indulgentia abolitum, inter tria furta connumeretur, num. 16.*

17 *Latro publicus non eſt, qui ſemel, aut bis in via priuata aliquos ſpoliauit, num. 18.*

19 *Princeps ſtatuere non poteſt Teſtibus ſingularibus plenè credendum.*

20 *Teſtis vnius dicto, ſtandum eſſe, an Princeps ſtatuere poſſit? num. 21.*

22 *Laicorum lex, qua ſemel latrocinium committens, quoad punitionem pro publico latrone habeatur, Eccleſiæ immunitatem iure Canonum conceſſam non aufert.*

23 *Delicti natura non immutatur, ſi pœna illi Principis lege, aucta ſit.*

24 *Teſtibus pro ſuo intereſſe deponentibus non creditur, niſi illud prius renuntiaſſent Fiſco. Nec tunc ad ordinariam pœnam imponendam ſufficerent.*

25 P. Gambacur. de Immunit. Eccleſ. lib. 5. c. 13. *reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Delinqueus Spe gaudendi Eccleſiæ immunitate, ſi ad eam confugiat, An extrahi inde poſſit? Quibuſue coniecturis eius animus probetur?

Latro, cui primum, & ſecũdum furtum in ſtrata publica commiſſum, Princeps pepercit, ſi tertium committat; An vnum, vel tria ſint furta, ne viarum Graſſator appellari poſſit, vt Eccleſiæ gaudeat immunitate.

Probandi criminis modum à Seculari Principe *ſua Pragmatica* conſtitutum An ſeruare debeat Epiſcopus, ſi immunitatis Eccleſiæ ſit quæſtio?

Ad intell. Gregor. xiv. Bullæ, de Immunit. Eccleſ.

CON-

CONSILIVM XC.

SVmmis exoratus precibus cum fue-
tim, Vt ingenuè dicā, quid de hi-
ſce tribus propoſitis dubijs ſenti-
tem; Libentiſſimè meam operam,
& diligentiam adhibebo, Quò D.
Vicarius Generalis (Archiepiſco-
pali Sede Vacante) hanc ipſam rei geſtæ veritatem,
pro qua reſpondendum duxi, cognoſcat.

Prima eſt dubitatio, *Eccleſia immunitate, An
gaudeat exiſtens in Eccleſia, ſi ex ea egrediens delictū
committat, inde ad Eccleſiam reuertatur?* Qua in re,
Memoria repetendum cenſui, Neminem in dubio
1 † Spe immunitatis Eccleſiæ delinquere, *c. fin. de im-
mun. Eccleſ. Alciat. regul. 3. præſumpt. 33. Rebuff. ad
Gall. Conſtit. tit. de immunit. eccleſ. art. 1. gloſ. 1. nu. 10.
Seſſe, deciſ. 141. Menoch. lib. 5. præſumpt. 10. num. 2.
Gallin. de verb. ſignific. lib. 5. c. 18. num. 199. Baiard.
ad Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 21.* etſi aliter, *ex Hoſtien.*
ſenſerit, *Marta, de iuriſd. p. 2. c. 51. nu. 3.* Aliàs enim
Sacri templi perfugio quiſque priuaretur, *Nauar.
in Manual. c. 25. num. 20. Viſch. de immun. eccleſ. num.
27. Remig. de immun. fall. 25. Zanch. eccleſ. priuil. 13.
à num. 11. Marta, de iuriſdict. p. 2. c. 51. num. 1. Paz, in
Prax. p. 5. c. 3. §. 3. num. 94. tom. 1. Maſtrill. de indult. c.
6. num. 11. Peguer. deciſ. 221. num. 5. Farin. quæſt. 28.
à num. 53. Queſad. diuerſ. quæſt. c. 1. à num. 6. Azeued.
l. 3. num. 24. tit. 2. lib. 1. recop. Perez. lib. 6. gloſ. matā-
do. tit. 2. lib. 1. Ordinamen. Ambroſ. de immunit. eccleſ.
c. 5. num. 4. Gomez, 2. reſol. c. 10. nu. 2. Menoch. d. præ-
ſumpt. 10. nu. 4. conſil. 438. num. 8. Vulpel. conſil. 130.
num. 7. Bouadill. lib. 2. polit. c. 14. nu. 26. Cened. canon.
quæſt. 25. num. 2. Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 15. Couar.
2. reſolut. c. 20. nu. 15. Heuya, in Curi. Philip. p. 3. §. 12.
retraydos. num. 20. Gutier. lib. 3. pract. quæſt. 1.*

His ſic præhabitis. Ad Propoſiti Dubij reſolu-
tionem (veluti compendio quodam;) Quatuor
conſtituo iuris concluſiones, Quibus facilior ſanè
erit cauſæ exitus, ac immunitatis huius reſolutio:
Quotidianis rerum experimentis compertum nā-
que eſt, Nihil dici, aut conſtitui pernicioſius poſſe,
quàm ſi facinoroſis liberum indiſtinctim ſit, con-
fugiendo ad Eccleſiam, laici iudicis coërctionem
effugere. Ne dum immunitas quæritur, impunitas
concedatur, *Paz, d. c. 3. §. 3. num. 26. Menoch. d. præ-
ſumpt. 10. num. 5. Bouadill. d. c. 14. nu. 92. Petr. Cened.
d. quæſt. 25. num. 2.*

Prima concluſio eſt, Si in Eccleſia quis delin-
quat. Hoc in caſu *Doct.* variant; Ego diſtinguendū
cenſui: Aut homicidium, vel membri mutilationē
appenſatè in Eccleſia quis commiſit; Aut caſu, in
rixa non cogitata.

2 Priori in caſu, Spe immunitatis Eccleſiæ † in ea
deliquiſſe Reus præſumitur, Eius ergo non gaudet
immunitate, *c. fin. & ibi Anchar. num. 3. Butr. nu. 4.
Abb. num. 8. de immunit. eccleſ. Aufr. ad Capell. Tho-
loſ. deciſ. 422. Bellamer. conſil. 13. Couar. d. c. 20. num.
15. Viſc. de immunit. eccleſ. num. 29. Nauar. d. cap. 25.
Guttier. lib. 3. pract. quæſt. 1. nu. 10. Remig. de immun.
eccleſ. fallen. 3. Caſtil. deciſ. 156. num. 11. Farin. de im-
mun. eccleſ. num. 205. 241. Peguer. deciſ. 121. num. 6.
Paz. in prax. p. 5. c. 3. §. 3. nu. 74. 78. tom. 1. Azeued.
l. 3. num. 23. tit. 2. lib. 1. recop. Tuſc. lit. E. concluſ. 11.
num. 13. 14. 21. lit. I. concluſ. 59. num. 45. Azor. inſtit.
moral. lib. 9. c. 9. q. 9. p. 2. Suarez, lib. 3. de religioſ. c. 11.
num. 6. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 5. 49.
Menoch. lib. 5. præſumpt. 10. num. 9. Bouadill. lib. 2. po-
lit. c. 14. num. 24. 25.* licet ad aliam confugerit eccle-
ſiam, *Remig. de immunit. eccleſ. fallen. 2. num. 2. Paz.
d. c. 3. §. 3. num. 15. Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 8. Fa-
rin. quæſt. 28. num. 59. de immunit. num. 219. Tapp. de
iur. neapol. rub. 11. num. 34. Clar. §. fin. quæſt. 30. num.
15. Couar. 2 reſol. c. 20. num. 15. P. Gambacurt. de im-
mun. lib. 5. c. 27. num. 3. Tuſc. lit. E. concluſ. 21. nu. 11.
Azor. d. lib. 9. c. 9. quæſt. 9. Germon. de ſacror. immun.
lib. 3. cap. 16. num. 80.*

3 Poſteriori in Caſu, Præſumit lex † Non eccleſiæ
immunitatis ſpe illum delinquere, *Hoſtien. & An-
char. num. 4. Butr. num. 4. Abb. num. 7. d. c. fin. Viſc. de
immunit. eccleſ. num. 30. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ.
432. Queſad. Variar. quæſt. c. 1. Azor, d. cap. 9. quæſt. 9.
Farin. de immun. num. 238. 239. Couar. d. c. 20. nu. 15.
Menoch. d. præſumpt. 10. nu. 10. 11. Germon. de ſacror.
immun. lib. 3. c. 16. num. 81. Azeued. l. 3. num. 25. 26.
tit. 2. lib. 1. Seſſe, deciſ. 141. à num. 9. Tuſc. d. concl. 11.
num. 14. Guttier. d. q. 1. num. 8. 10.* Bouadill. *d. c. 14. nu.
25. 26.* Vbi enim illa ſumi poteſt coniectura, quod
ſub ſpe immunitatis eccleſiæ non deliquerit, gau-
debit reus illius immunitate, etſi in eccleſia homi-
cidium commiſerit, *Remig. d. fallen. 3. num. 4. Seſſe,
deciſ. 141. num. 1.* Proinde effuſo nimis ſermone lo-
quutum intelligo, *P. Gambacurt. de immunit. eccleſ.
4 lib. 5. c. 16. num. 4. 5. 6.* Quia finalis † cauſa, qua ab
Eccleſię immunitate excludatur reus, (pręter alias)
ſpes etiam eſt gaudendi ea immunitate, *Alciat. re-
gul. 3. præſumpt. 33. num. 2. Gutier. d. quæſt. 1. num. 10.
Seſſe, deciſ. 141. num. 2.* etſi diſſentiat, *Decian. lib. 6.
crim. c. 28. num. 5. Ambroſ. de immunit. eccleſ. c. 5. nu.
4. P. Gambacurt. d. c. 16. num. 5.*

Secunda Concluſio eſt, Si quis propè eccleſiam
5 delinquat † ſpe tamen ad illam confugiendi, ſi cō-
miſſo delicto ad eam perfugiat, An eccleſiæ gau-
deat immunitate? Duæ ſunt *Doct.* opiniones.

Prima eorum fuit opinio, quam contra, *Alciat.*
defendit *Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 5.* delinquen-
tem propè eccleſiam, eius gaudere immunitate,
*Ital. de immunit. lib. 1. c. 4. §. 7. num. 18. c. 5. §. 3. nu. 3.
Maſtrill. deciſ. 22. P. Gambacurt. de immunit. eccleſ.
lib. 5. c. 19. num. 4. Menoch. lib. 5. præſumpt. 10. nu. 14.
Suarez, d. c. 11. num. 9. Germon. de Sacror. immun. lib.
3. c. 16. num. 81. Gratian. diſcept. 619. num. 33. Ambr.
d. num. 4.*

Secunda fuit, *Anchar.* opinio, *in c. fi. de immunit.
eccleſ.* Indiſtinctim etiam affirmantis, Eccleſiæ im-
munitate non gaudere eum, qui propè eccleſiam
deliquit ſpe immunitatis illius, *Nauar. in Manual.
c. 25. num. 22. Paz. d. §. 3. c. 3. num. 94. Couarru. d. c. 20.
num. 15. Alciat. d. præſumpt. 33. reg. 3. num. 3. Viſch.
de immunit. eccleſ. num. 27. Peguer. deciſ. 121. num. 7.
Farin. q. 28. num. 56. & de immunit. num. 210. Tapp. d.
rub. 11. num. 37. Gutier. lib. 3. pract. q. 1. num. 15. 16.
Bouad. lib. 2. polit. c. 14. num. 27. P. Gambacurt. de im-
mun. Eccleſ. lib. 3. c. 13. num. 16. 17. lib. 5. c. 19. num. 4.
Villadeg. in polit. c. 3. num. 206. Heuya, in Curi. Philip.
p. 3. §. 12. retraidos. num. 21. Mantua. conſil. 211. num.
23. Ball. Tract. var. lib. 5. pragm. 1. num. 11. litu. 42.*

Aze-

*Azeued.l.3.num.25.titu.2.lib.1.recop.Menoch.lib.5.
præſumpt.10.nu.4.5.12.Ambroſ.de immunit.eccleſ.
cap.5.num.4.Monticul.reg.12.nu.25.Vulpell.conſil.
130.num.7.Raudens.conſil.17.num.5.in 2.*
6 Quid dicendum? Placuit eoſdem † eſſe retinen-
dos (hac in re) Diſtinctionis terminos, quos mox
excuſſi.

Aut ex improuiſo, & licet propè eccleſiam occi-
dat, eius tamen nō priuatur immunitate, ad quam
ſe receperit; Facile enim euenire potuit, quod cre-
dat ipſe, ſe tutò poſſe, eo in loco occidere, Cumque
iuſtitiæ Miniſtri ſuperuenerint rixæ ad eccleſiam
confugit: Alias tota eccleſiæ immunitas ſubmoue-
retur, *Guttier.d.q.1.num.16.Gratian.diſcept.619.nu.
33.35.Suarez.d.c.11.num.9.* Tum maximè ſi patra-
to homicidio Alibi prius confugerint, & ob impe-
dimenti timorem, ad Eccleſiam recurſum habue-
rint, ceſſatque occidendi animus ſpe immunitatis
illius, ac proinde ea fruitur, *Anchar.Rebuff.& Me
noch.à Gratian.*relati, *diſcept.619.num.36.Farinac.
de immunit.eccleſ.num.112.*

Aut ex propoſito inimicum propè eccleſiā quis
occiderit, ad eam ſtatim confugiens, Tunc eccleſiæ
immunitate non gaudet, *Butr.Abb.Ancharan.&
alij, in d.c.fin.Greg.Lopez,l.4. en la yglesia.tit.11.p.p.
Couar.d.c.20.num.15.Vulpell.conſil.130.nu.7.Mon-
ticul.regul.12.num.25.Remig.de immunit.eccleſ.fal-
len.25.Paz,d.§.3.c.3.nu.91.Alciat.d.præſumpt.33.
Viſch.de immunit.eccleſ.num.27.Heuya.d.§.retrai-
dos.12.num.21.Villadeg.in polit.c.3.num.206.Fari.
q.28.num.56.& de immunit.eccleſ.num.212.Caſtill.
deciſ.156.num.21.Azeued.l.3.num.25.titu.2.lib.1.
recop.Ambroſ.d.c.5.num.4.Guttier.d.q.1.nu.15.16.
35.Baiard.ad Clar.§.fin.q.30.num.21.Bouadill.d.c.
14.num.32.Menoch.d.præſumpt.10.num.4.5.15.16.
Tuſc.lit.E.concluſ.11.nu.49.* Quod verum ſi in eius
Cimiterio ex propoſito delinquat, vel alio in loco
admodum vicino: tunc enim ſpe immunitatis oc-
cidiſſe præſumitur: Loci vicinitas occiſoris animū
arguit, ſi delicto commiſſo ſtatim in Eccleſiam ſe
recipiat, *Alciat.d.præſumpt.33.nu.3.Menoch.d.præ-
ſumpt.10.num.15.16.Marta, de iuriſd.p.2.c.51.nu.2.*
7 *Gratian.diſcept.619.nu.34.* Actus ſequens † præce-
dentem declarat voluntatem, *§.pauonum.Inſtitut.de
rer.diuiſ.l.hi qui.C.de adult.l.reprehendenda.C.de in-
ſtit.& ſubſtit.l.ſed & Iulianus.§.proinde.ff.ad Mace-
don.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de legat.1.Bart.l.cæte-
ra.§.ſi.ff.de legat.1.Dec.conſil.336.in princ.Bertaz.
crim.conſil.74.num.12.Rim.Iun.conſ.310.num.25.
Menoch.d.præſumpt.10.num.17.Farin.conſil.13.nu.
19.Surd.conſ.140.num.44.conſ.374.num.24.conſil.
534.num.28.Marta, d.cap.51.num.3.* eaque optima
eſt voluntatis declaratio, quæ a ſubſequuto effectu
deſumitur, *Pappon.conſ.1.nu.8.* Niſi ſtudioſe ſuum
inimicum propè Eccleſiam induxerit: *Decian.lib.
6.crim.c.23.num.5.Caſtill.deciſ.156.num.18.Farin.
de immunit.eccleſ.num.212.Guttier.d.q.1.num.15.
Tuſc.lit.E.concluſ.11.nu.4.* Verum ſi commiſſo deli-
cto alibi prius confugerit reus, & inde ad Eccleſiā,
Tunc ceſſaret præſumptio, quod ſpe immunitatis
ſtudioſè inimicum, illic induxerit confugaſcum v-
na præſumptio remoueat aliam, & fortior ſit, quæ
pro eccleſiæ immunitate vrget, eius ergo potitur
immunitate.

Tertia Concluſio eſt, Si longè ab Eccleſia delin-
8 quens reus † ad Eccleſiam perfugiat; Tunc ſi in ri-
xa repentè ſuborta, iracundiæ calore, & impetu oc-
cidat, Eccleſiæ gaudet immunitate, Neque enim
immunitatis ſpem conſiderare ipſe potuit, *ex cōm.
Couar.d.c.20.num.7.ad fin.Clar.d.q.30.Guttier.lib.3.
pract.quæſt.1.num.29.Marta, d.cap.51.num.9.* Idque
deciſum refert, *Decian.lib.6.crim.c.28.num.16.*

Si vero longè ad Eccleſia, conſultò tamen, & ap-
penſatè ipſe delinquat, ad illam ſtatim ſe recipiēs,
Eccleſiæ non gaudet immunitate, *Faber, in C.lib.1.
titu.4.de his qui ad Eccleſ.confug.deffinit.1.Farinac.
quæſt.28.num.56.Marta, d.c.51.nu.4.* Quia Spe im-
munitatis illius deliquiſſe præſumitur, *Gomez, 3.re-
ſol.cap.10.num.2.*

Contrar.reſoluit, *Bellamer.conſil.13.Decian.lib.6.
crim.c.28.num.5.Azeued.l.3.num.28.titu.2.lib.1.
Caſtill.deciſ.156.à num.15.Ambroſ.de immunit.ec-
cleſ.cap.5.num.4.vbi Farinac.*increpat.*d.num.56.* &
hoc verius.

Quarta concluſio eſt, ſi exiſtens in Eccleſia fu-
gitiuus ob delictum, Ab ea exeat ad aliud delictum
committendum, illudq; verè extra Eccleſiam, eiuſ-
que cimiterium committat, non ab hoc, quod ab
eccleſia exiuit ad illud perpetrandum (ſi de priuā-
tibus immunitate Eccleſiæ non ſit) eius immuni-
9 tate expoliandus erit. Gaudebit ergo † Eccleſię im-
munitate, quia interim dum ad Eccleſiam reddit,
à Iudice, eiuſque familia capi poterat, vt contra
Gomez. probat *Azeued.l.3.num.28.titu.2.lib.1.re-
cop.Farin.de immunit.eccleſ.num.245.Caſtill.deciſ.
156.num.16.Guttier.pract.lib.3.q.1.num.34.Boua-
dill.lib.2.polit.c.14.num.29.* Niſi ſpe gaudendi im-
munitate eccleſiæ id ipſe egiſſet: Quod præſumi-
tur, ſi ibi delinquat, ita vt ſecurè ſtatim ſe poſſit in
eccleſiam recipere, quia in ea tutus non erit, *Aze-
ued.d.num.28.Farinac.d.num.245.Guttier.d.quæſt.1.
num.e1035.*

Secunda dubitatio eſt, *Latro, cui primum & ſe-
cundum furtum in Strata publica commiſſum, Prin-
ceps pepercit, ſi tertium committat, An vnum, vel tria
ſint furta, ne viarum Graſſator nominari poſſit, & Ec-
cleſia fruatur immunitate?* Qua in re, Paucis, quan-
tum per me licebit, reſpondebo. Hoc vno prius
præmiſſo.
10 Quamuis † Seculari lege definitum ſit, Semel
graſſantem vltimo damnari ſupplicio, & vt publi-
cum latronem ſuſpendi, contra *text.l.capitalium.§.*
11 *graſſatores.ff.de pœn.* quoad immunitatem † tamen
eccleſiaſticam, ius commune ſeruandum erit, *Pe-
guer.deciſ.40.Ambroſ.de immunit.eccleſ.c.3.num.
6.Guazz.reor.defenſ.1.cap.38.numero 36.* Vt viarum
12 † Graſſator, tunc eccleſiæ immunitate indignus
ſit, ſi ſæpius, Tanti ſceleris fuerit reus, *Igne.l.3.§.
ſubuertitur.num.107.ff.de Syllan.Angel.conſil.403.
Peguer.d.deciſ.40.Ambroſ.d.cap.3.nu.34.P.Gam-
bacur.de immu.eccleſ.lib.2.§.6.gloſ.1.& lib.5.c.12.
à num.2.Decian.lib.6.crim.c.28.num.2.c.29.nu.10.
Tuſc.lit.L.concluſ.14.num.8.Guazz.d.c.38.num.36.*
vt nec aliàs publicus latro dicetur, *ex Barto.l.2.ff.de
furt.Angel.conſil.403.Muſcatell.prax.delict.titu.de
furt.num.55.Tuſc.lit.L.concluſ.14.num.1.* Frequen-
tia namque deprędandi cum armis requiritur, *l.ca-
pitalium.§.graſſatores.§.famoſos.ff.de pœn.Igne.d.nu.
107.*

107. Angel.conſil.403. Fulgoſ.conſil.157.num.3.Fa-
rin.ſc.de immun.nu.163.164. Muſcatell.d.tit.de furt.
num.15.16.17.Tuſc.d.concluſ.14.num.1.2.Decianus
lib.9.cap.29.num.14.Ambroſ.d.cap.3.num.4. in pu-
blicis terræ, vel maris ſtratis, Alciat.conſil.11.lib.1.
Franc.deciſ.142.Muſcatell.d.tit.de furt. num.38. Ro-
uit.tit.vbi de delict.quis deb.conuen. pragm.5.num.5.
P.Gambacur.d.cap.12.nu.4. Decian.d.cap.29. Ball.
Tract.var.lib.3.tit.de liter.diſpenſat. caſ.9.numero 2.
Adeo vt ſi ſemel, aut bis publica, & frequentata in
via, furatus quis ſit, vel vnicam fecerit aggreſſoriã,
dici non poteſt, quod ſit ſolitus, Angel.conſil.403.
num.3.Fulgoſ.conſ.149.num.3. Tuſc.d.concluſ.14.nu.
4. vt eccleſię priuetur immunitate, Farin.de immun.
13 eccleſ.num.164. Quia ſecularis † Principis lex, ec-
cleſiæ libertatem iure canonum conceſſam, aut pri-
uilegia, tollere nec etiam indirectè poteſt, Doct.
cap.Eccleſia S.Mariæ de conſtit. ſcripſit in term. Pe-
guer.deciſ.40.Ambroſ.d.cap.3.num.6. Guazz. reor.
defenſ.1.c.38.num.36. Nam ſi ad Principem ſecula-
rem, cui à Deo in temporalibus populorum cura,
14 demandata eſt † leges condere ſpectat, circa ea,
quæ ad viuendi rationem pertinent, & politicum
Reipublicæ ſtatum, non ad Epiſcopos, alioſuè Iu-
dices eccleſiaſticos, D.Sot.4.ſenten. diſtinc.25.quæſt.
25.& de iuſtit.& iur.quæſt.7.art.2. Ipſique clerici,
& laici in concernentibus politicam temporalem,
eundem habeant rectorem, Principem ſecularem,
cuius legibus gubernantur, Ambroſ.deciſ.39.num.
3.Menoch.conſ.800.num.27. Surd.conſil.301.num.8.
Si clericorum perſonas, & bona eccleſiæ, priuile-
gia, & immunitates non attingant, vt contra Me-
noch.excutit, Surd.conſ.301.nu.45.46.latè Mexia, de
tax.pan.concluſ.5. Ambroſ. deciſ.39.num.32.

His ſic præhabitis, ad magis expeditam propo-
ſiti dubij cognitionem, eam aliquot caſibus diſtin-
guam; vt quid iure verius? quid Doct. calculis rece-
ptius? quid denique conſultius ſit? Breui vſus com-
pendio, ex iuris profeſſoribus, quiſq. aſſequatur.

15 Primus caſus eſt, † Si prima illa duo furta, aut
eorum alterum, fuerint ſimplici Principis indul-
gentia remiſſa, quia nihilominus apparet conſuetu
do furandi, Eccleſiæ immunitate reum non gaude-
re concludo, ex his, quæ Afflict. notat, in Conſtit. ad
legitima pondera.num.1.rub.35.lib.3. Si lege, aut cõ-
ſuetudine obtentum ſit, fures pro tertio furto mor-
ti tradendos fore, ea obtinebit: Licet prima duo fur
ta, aut eorum alterum Principis indultu fuerint a-
bolita, quod praxi receptum aſſerit, Caſſ.in. Burgun.
conſuet. rub.1.§.5.num.24. Couar.variar.lib.2.c.10.
num.2.

16 Secundus caſus eſt, Si ſimplex non † ſit Principis
indulgentia, ſed addita etiam clauſula, Quod non poſ
ſit dici, nec allegari, quod commiſſa fuerint furta in præ
teritum. vt ex Iſern.c.1.§.præterea.col.5.quæ ſit prim.
cauſ.benef.amitt. tradit Afflict.d.conſtit.legitima pon
dera.nu.3. Tunc tertium hoc furtum pro primo ha-
beri voluere, Iſern.& Affl. cita i. Adeo vt ad Greg.
XIV. mentem, graſſator dici non poterit, ſed pro
eo, Eccleſiæ fruetur immunitate.

17 Tertius caſus eſt, Si ſemel † aut bis, priuata in via
aliquos ſpoliaſſet reus, latro publicus non erit, vt
eccleſiæ priuetur immunitate, Decian.lib.6.crim.c.
28.num.2.Peguer.deciſ.40.P.Gambacurt.de immun.
eccleſ.lib.5.cap.12.nu.5.6. Ambroſ.de immun.eccleſ.
cap.3.num.5. Quia immunitatis huius priuatio ob
criminis atrocitatem fuit adinuenta, cum nocere
poſſit multis, dum vias frequentatas obſederet, ex
Oldrad.conſil.154. ediſſerit Ambroſ.d.cap.3.num.5.
18 Neque enim ita † atrox videtur delictum, ſi vias
non frequentatas ipſe obſederit, ad tex.l.1.C.quand.
lic.vnic.ſine iudic.ſe vendic.ibi, Aut itinera frequen-
tata inſidijs aggreſſionis obſederit. Quod expreſſim
decidit S.P. teſte, Farin.de immun. nu.165. in culpa
enim eſt, qui per inſuetas vias vadit, ad text.l.qui fi-
ſcales.vbi, Bart.C.de nauicular.lib.11.l.cum proponas
C.de naut.fœnor. Quæ autem frequentata ſit via, ex-
curit, P.Gambacur.d.c.12.num.6.

Tertia Dubitatio eſt, Probandi criminis modum
à Seculari Principe, ſua Pragmatica conſtitutum, An
ſeruare debeat Epiſcopus? ſi eccleſiæ immunitatis ſit
quæſtio. Hac in re, Ducis Feriæ Pragmaticam alle-
gat Fiſcus Secularis, quæ ſtatuit tres teſtes deroba-
tos, etſi ſingulares, fidem facere contra derobantẽ,
eumque publicum latronem eſſe ſignificat, vt mor
tis naturalis pœnam pati debeat. Pro reſolutione,
receptam, etſi eam eſſe, ac veram Doct. ſententiam
dixerit, Menoch.conſil.1108.num.7. Supremum
19 etiam Principem † ſtatuere minimè poſſe, teſtibus
ſingularibus plenè credendum, ex Iaſ.l.admonendi.
lect.2.num.191.ff.de iureiuran. Federic.de Sen.conſil.
16.Rom.ſing.361.Crot.de teſtib.num.219.221.Tira-
quell.de iudic.in reb.exig.Bardell.conſil.182.num.30.
Gabr.tit.de teſtib.concluſ.1.nu.11. Nec quod vnius
20 teſtis † dicto, in alterius præiudicium ſtandum ſit,
cap.iudicas.3.quæſt.9. Doct.cap.nuper. de teſtib. Ma-
ſcard.de probat.concluſ.163.num.5. Felic.allegat.46.
num.16.p.p. Decian.conſil.92.num.58.in 2.Petra de
Princip.poteſt.cap.31.num.1. Non enim condem-
nat, nec iuſtificat vnius atteſtatio, cap.admonere.13.
quæſt.3.Gabr.tit.de teſtib.concluſ.1.in princ. Rim.iu-
nior, conſil.30.num.35. Felic.alleg.46.num.16.p.p. &
teſtes ſingulares licet ſint mille, nec probant plus,
quam vnus, Socc.iun.conſil.148.num.23.in 2. Gabr.
tit.de teſtib.concluſ.2.num.2.Rim.iun.conſ.210.num.
66.Menoch.conſil.701.num.27.Maſcard.concl.347.
num.56. Cum contra ius diuinum ſit, cap.in omni.de
teſtib.cap.nouit.de iudic. Alciat. cap.cum contingat.
num.196.de iureiuran.Surd.conſil.12.num.6.Felic.d.
allegat.46.num.18. Niſi id ſtatuat criminali in cau-
21 ſa † ciuiliter etiam mota, Matheſ.ſingul.61.Petra, d.
num.1. vel ſi credendum vni teſti dixerit, concurren
te coniectura, Decian.conſil.62.num.94.in 3. Menoc.
de arbitr.caſ.99.num.20.Petra, d.cap.31.num.1. Fe-
lic.allegat.46.num.23.p.p. vel ob publicam vtilita-
tem, Abb.& alij, c.2.num.16.de probat. Bart.l.1.§.
fin.C.de cadu c.tollend. Clar.§.fin.quæſt.24. Ball.lib.5.
pragm.3.num.1.tit.32.de comput. Sicut mandare
etiam poteſt Princeps vt probationibus minus le-
gitimis fides adhibeatur, Surd.deciſ.312.num.4. Si
alia concurrerent, quæ rectam iudicantis conſcien-
tiam informare poſſint, ex Menoch.de arbitr.quæſt.
25.Bardell.conſil.182.num.33.34.

Cæterum in foro Seculari hæc vera dicimus, non
22 vt Eccleſiæ † immunitati præiudicet. Etenim ſta-
tuere poteſt Princeps, vt quod ſui natura delictum
non eſt, delictum ſit, vel quod grauiori puniatur
pœna, & qui graſſator de iure non eſt, graſſator ſit,
vt Se-

de off.ordin. poſſe Epiſcopum eos leuiter caſtigare, *ex gloſ.c.ſicut.7.queſt.1.*

Contrarium. Imo officiales laicos, qui curiæ Epiſcopali inſeruiunt, pro delictis in officio (eius intuitu) commiſſis ab Epiſcopo puniendos eſſe voluit, *Archid. Ioan. Andr. & alij, in c.ſi epiſcopus. de off. ordin. in 6. Boer. deciſ.9. num.7.8. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib.2. queſt.166. Gratian. deciſ.233. num.19. diſcept. 340. num.31. Macerat. lib.1. reſol.75. num.2. lib.3. reſol.14. num.2. Barboſ. d. alleg.107. num.15. Couarru. practic. queſt.10. num.2. Bellett. d. §.1. num.19. Guaz. reor. defenſ.20. cap.9. num.24. Carauit. rit.49. num. 10.23.*

Non obſtat, *Barbat. d. cap. cum contingat. num.79.*
13 Quia loquitur † vel in perſonis non habentibus iuriſdictionem, in domino nempe circa ſeruum, in patre circa filium, in magiſtro circa diſcipulum, vel in prælatis inferioribus, vt clarius illic explicat, *Barbat. nu.116. Macerat. lib.3. reſol.14. n.5.*

Secundus caſus eſt, Si curiæ epiſcopalis notarius
14 extra officium † delinqueret, tunc à laico iudice puniri eum poſſe, etſi dixerint alij. verius tamen eſt Epiſcopi foro eum gaudere, à quo puniendus eſt, vt *Guaz.* inquit *d. cap.8. num.24. M. Anton. Genuenſ. prax. Archiepiſc. cap.9. num.4. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quaſt.65. num.81.* Sed an prætextu officij deliquerit, *Farin.* conſulas *quaſt.24. num.58. & conſil.5.* Carauit. rit.49. *Rot. deciſ.598. num.3. deciſ.754. num.2. p.p.*

Ex his reſolutum in S.R.C. fuit, D. Prorege præſente, *Fori Eccleſiaſtici priuilegio M. Notarium gaudere pro delicto etiam extra Officium.* Anno Domini 1612.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarij iuriſdictioni præiudicium non fit, ſi eodem in loco alteri demandatum quid ſit.*
Declar. num.10.

2 *Princeps inferioris Magiſtratus iuriſdictionem reuocare, & moderare poteſt.*
Declar. num.16.

3 *Princeps vnit, & diuidit.*

4 *Subditos ſuos mediatos, ab immediati Superioris iuriſdictione eximere, Princeps prohibetur.*

5 *Iuriſdictionem habens in territorio, in qualibet eius parte exercere eam poteſt, quia indiuidua eſt.*

6 *Clauſula,* Tu ſolus, *priuatiuam denotat iuriſdictionem.*

7 *Ciuitatis partem ab ordinarij ſui iuriſdictione, diuidere non poteſt Princeps.*

8 *Princeps, Caſtrum, Pagum, Oppidũ, ſi Ciuitati adimat, alteri infeudare illud poteſt, niſi ex priuilegio oneroſo illud Ciuitati fuerit conceſſum.*

9 *Exemptus locus, extra Ciuitatem cenſetur.*

11 *Iuriſdictionem alterius moderare, odioſum eſt.*

12 *Iuriſdictio precario conceſſa, pro velle, reuocari poteſt.*

13 *Iuriſdictio ex gratia conceſſa, ob cauſam Princeps reuocat.*

14 *Iuriſdictionem ex cauſa oneroſa conceſſam moderare poteſt Princeps.*

15 *Morot. conſ.15. declaratur.*

17 *Secreti Regia Dogana officium, quod ſit?*

18 *Officialem nouum conſtituere quis poſſit?*

19 *Delegatus, ex commiſſione iuriſdictionem aſſumit.*

20 *Delegatus nullam habet iuriſdictionem, niſi præſentato prius reſcripto.*

21 *Auditor Generalis ex Nouiſſ. Meſſanæ priuilegio, in gentes bellicas, ſi quis earum deliquerit, Delegatum Meſſanam mittere prohibetur; Sed quid tunc ſeruandum ab eo ſit? recenſetur.*

22 *Citatio, eſt vſus iuriſdictionis.*

23 *Citatio, publico officiali citare ſolito, & non alij, committenda eſt.*

24 Iubere, *eſt iuriſdictionis.*

25 *Iuramentum dare teſti pro dicenda veritate, actus eſt iuriſdictionis.*

26 *Rei captura, eiuſque carceratio, vſum iuriſdictionis probat.*

27 *Principis reſcriptum, quod ordinarij iuriſdictionem turbat, ſeruandum non eſt.*

A R G V M E N T V M.

Straticoti iuriſdictionem, ad certam Vrbis partem moderare, An poſſit Prorex? nouum illa in parte Officialem conſtituens? & An delegatus nè, vel Ordinarius is ſit? Quibuſuè actis iuriſdictione vſus ille cenſeatur.

C O N S I L I V M LXXXIX.

PLures in Arſanali, cum ſint operarij ad triremes conficiendas laborantes; vt ſine diſcrimine, in pace viuerent, ſtatuit Prorex, banno illic affixo, Rectorem omnium eſſe Baptiſtam Maczabò (quem intitulat vulgus) *Lo Capomaſtro delli Galeri*, facultate eidem conceſſa, poſſe Proregis nomine operarios, & alios quoſcumque carcerare, qui eo in loco exceſſerint, deliquerint. Exceſſus verò, & commiſſi criminis teſtes, R. Secretus ſuo in Magiſtratu recipiat, quos originales Proregi tranſmittat ad iuſtitiam miniſtrandam: Cumque 16. Iunij 1612. citato Marco Altopaſſo, teſtes ipſe receperit, de nece ab eo commiſſa. Meſſanæ Sindicus illud Proregis bannum, & quod à Secreto actum fuit Priuilegijs aduerſari propoſuit: Proinde tres diſcutiendos eſſe articulos cenſui.

Primus eſt, Straticoti iuriſdictionem, quæ in tota Vrbe eſt, eiuſque conſtrictu, an reſpectu Arſanalis moderare potuerit Prorex?

Secundus eſt, Quæ per edictum illud Secreto, & Maczabò demandata à Prorege fuit iuriſdictio, ordinaria, vel delegata?

Tertius eſt, Actus à Secreto geſti, an iuriſdictionem probent?

Circa primum, Reſpondendum videretur Magiſtratus inferioris iuriſdictionem moderari à Prorege poſſe, & reuocari.

Primo. Iuriſdictione alteri, vt ordinario conceſ-
1 ſa, † nullum verè ordinario fit præiudicium, *ex Bart. l.1. ff. de offic. præfect. vrb. & in l. final. C. de bon. vacant.*

v ... *ant.lib.10.Bald.l.1.§.vbi autem. C. de caduc. toll.*
Angel.l.teſtamenta.C.de teſtam. Iaſ. l.quod ſi verum.
§.qui poſt.ff.de legat.1.Barboſ.l.1.artic.4.num.77.86.
144.ff.de iudic.Brun.conſ.47. Dec.conſil.3.nu.3.con-
ſil.542.num.7.Rom.conſ.393. Ruginell.pract.quæſt.
43.num.6.Cabed.deciſ.168.num.2.p.p. deciſ.13.num.
5.p.2.Cancer.2.reſolut.c.2.num.200.206.Iacob.Gall.
conſ.125.num.4.6. Rouit.tit.vbi de delict. quis.deb.
conuen.pragm.1.num.28.Ludouic.concl.20.com.opin.
lib.3.Gramm.deciſ.30.num.2.Borrell.ſumm.deciſ. tit.
41.num.232.Rolan.conſ.48.nu.25.conſ.80. in 2. Me-
noch.lib.2.præſum.18.num.28.Natt.conſ.536.nu.34.
Ruin.conſ.7.num.5.in 4. Quia cumulatiua in dubio
præſumitur iuriſdictio, *Felin.c.paſtoralis.de off.ordi-*
nar.Barboſ.d.art.4.n.110.121.144. Capic.deciſ.9.n.
16.vbi,Petra,C.& Maſull.num.19. Vrſill.ad Afflict.
deciſ.41.lit.Rom.& Mandoſ.in Scholys,conſ.393.Vãt.
de nullit.defect.iuriſd.ordin.num.26. Bero.conſ.21.nu.
26.42.in 1.Pariſ.de confiden. q.79.nu.41. Franc.de-
ciſ.417.num.7.Menoch. d.præſumpt.18. num.25.34.
38.Guaz.reor.defenſ.1.c.1.num.25.defenſ.13.cap.3.
num.1.Ludouic.d.concluſ.20.Capiblan. de baron.pra-
gmat.1.num.219.Roland.conſil.80.in 2. Scacc.de iu-
dic.lib.1.c.66.num.10.Ruginell.pract.quæſt.43. num.
7.Ioannet.Peregr.de citat.real.lib.1.cap.1.num.577.
Tuſc.lit.I.concluſ.419.num.2.Farinac.conſ.51.num.3.
Lanar.conſ.66.num.1.Rim.iun.§.1.num.466. Inſtit.
de donat.& conſil.715.num.1. Minad. ad conſtitut. in
aliquibus.verb.comitum, vel baronum. num.15. Can-
cer.d.c.2.num.203.Garz.de nobilit. gloſ.1.nu.5. Gut-
tier.lib.3.pract quæſt.24.num.2. Morla, in empor.iur.
tit.2.de iuriſd.in præmiſſ.num.10. Azeued. l.10.num.
15.tit.13.lib.8.recop. Sixtin. de regalib. lib.1.c.5.nu.
55.Gratian.deciſ.78.num.30. Peregr. Tract.var.lib.
2.tit.1.num.19.Anna,ſing.631.Cabed.deciſ.13.num.
1.p.2.Caldas.conſil.28.nu.69. Quæ enim in officium
conceditur creando officiales, cumulatiua eſt, *Ca-*
mill.de Curte,diuerſ.feud. p.p. §.10. num.8. Hinc iu-
riſdictioni ciuitatis, quæ poteſt cognoſcere de dam
nis datis, poſt ſpecialem alterius Officialis depu-
tationem, derogatum nec eſt, *Pariſ.de confident.qu.*
79.num.41. Guazz. d.defenſ.reor.13. cap.3.num.12.
ad finem.

2 Secundo, Ciuitati iuriſdictionem † ſupprimere
poteſt Princeps, *l.meminiſſe.ff.de offic.proconſ.Innoc.*
cap.intimaſti.num.1.de appellat.Gramm.vot.28.num.
21.deciſ.46.num.2.3. Alex. conſil.187.num.7. in 5.
Roſentall.de feud.p.3.concluſ.21.lit.A. Suarez,alleg.
7.allegat.12.num.56. Valenzuol.conſ.85.nu.8.9. Ca-
bed.deciſ.11.num.8.p.2. Rot.deciſ.297.num.3.par.2.
Curte,d.§.10.num.6. Addit, *Guid.Pap.conſil.65.num.*
4. poſſe Principem, vnum, aut plures à iuriſdictio-
ne alteri conceſſa eximere, Imo ſcripſit, *Bald.conſil.*
233.num.2.in 3. poſſe vnum priuare iuriſdictione,
& alteri dare, *ex l.1. §.cum vrbem. ff.de offic. præfect.*
vrb.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic. Caſſan. Burgundiæ
conſuet.tit.des Iuſtices.rub.1.num.107. ac vnum mi-
litem creare ab ordinario exemptum, *l. neminem.*
cum ibi not.C.de re milit.in l.1.C.qui milit.poſſ.lib.12.
& in l.1.C.de dignit. Cancer, 3.reſol. cap.3. num.318.
tum quia iuriſdictio ſine Principis auctoritate à
nemine exerceri poteſt, *Bald.l.qui ſe patris.C.vnde*
liber. Petr.Greg.de conceſſ.feud.p.p. quæſt.7.num.4.
Cabed.deciſ.9.num.1.2.p.2.Peregrin. conſi.2.num.1.
conſ.3.num.16.in 1.Curte,d.§.10.nu.7.Gallus.d.conſi.
125.num.19. tum quia in iuriſdictionalibus pleniſſi
mam ipſe habet poteſtatem, *Natt.conſil.636.num.*
54.Morot.conſ.15.num.11. Moderari ergo Straticoti
iuriſdictionem rectè potuit, ne de delictis certo in
loco cognoſcat, *l.2.ff.de orig.iur. Bald.Salic.& aly,in*
l.omnes.C.ſi contra ius,vel vtilitat. Barboſ. d.artic.4.
num.111.Ruin.conſil.21.num.9.in 5. Pariſ.conſilio 1.
num.38.in 4.Cancer.3. reſol.cap.9.num.37. Menoch.
conſil.1156.num.31. Boſſ. tit.de for.compet. num.49.
Peregr.de fideicomm. artic.52. num.115. de iur.fiſci,
lib.5.tit.2.num.54.56. Licet priuatiuè in feudum al
ter poſſideat, *Morot.conſil.15.num.2.* Princeps enim
3 † vnit, & diuidit, *l.ſi eadem.ff.de offic.aſſeſſ.Bart.l.1.*
num.8.10.C.de Metrop.Berit.lib.11. Crauett. conſilio
411.num.20.Socc.iun.conſ.91.num.4.in 2.Loſæ.de iu-
re.vniuerſ.p.p.c.2.num.9.Menoch.conſ.264.à numero
63. quod ſuperioritatis eſt ſignum, *Alba,conſil.64.*
num.15.Peregr.d.tit.1.num.105. Hęc me ancipitem
reddebant.

Cæterum, Iure ſuſtineri non poſſe cenſui, Strati-
coti iuriſdictionem ad certam vrbis partem mode-
rari Protegem poſſe, hiſce ductus argumentis.

4 Primo, Subditos ſuos mediatos ab alterius † iu-
riſdictione priuatiuè conceſſa eximere non poteſt
Princeps, *Brun.conſil.169. Capiblanc.de baronib.pra-*
gm.8.num.81.82.Marta,de iuriſdict. par.4. centur.2.
caſ.190.num.4.Morot.conſil.15.num.1. quia priuile-
gium datum loco, perſonis conceſſum cenſetur, *c.*
per exemptionem.de priuileg.in 6. Bart. l.quod conſti-
tutum.ff.de milit.teſtam. Dec.l.omnibus.num.16. ff.
de regul.iur.& conſ.152.num.3. Rom.conſ.180.num.
1.Valenzuol.conſ.79.num.73. Gratian. deciſ.233.nu.
13. & conceſſum patrię, cuilibet de patria compe-
teret, *Auiles,l.pretor.19.gloſ.priuilegios. num.3. Va-*
lenzuol.conſil.79.num.75. vt contra omnes ſolus or-
dinarius cognoſcet, quacumque in ciuitatis, aut ter
ritorij parte deliquerint, quia iuriſdictionem ha-
5 bens † in territorio, in qualibet eius parte exercere
illam poteſt, *Reyger.Theſaur.iur. lit.I.verb.iuriſdi-*
ctio.num.25. & in toto, *Seſſe,deciſ.187.num.69.* Cum
indiuidua ſit, reſpiciens ęqualiter totum, *Bart.l.2.*
ff.de verb.ſignific. Bald.*cap.1. num.5.6. de Capit.qui*
curi.vendid. Ioan.Andr.ad Spec.rub.de feud. Polid.
Rip.de indiuid.ſect.22.num.7. Peregr.conſil.29.num.
22.in 1.Iacob.Gall.conſ.38.num.42. Sixtin. de regal.
lib.1.cap.3.num.27.Peguer.deciſ.10. Suarez, allegat.
6 *6.Valenzuol.conſ.79.num.72.* Sed Meſſanę † iuriſdi-
ctio, priuatiua in ſuos eſt, *ex Clauſ.tu ſolus, Angelus,*
l.1.C.apud quem,in integr.reſtit.Bart.l.1. num.1. ff.ſi
quis ius dicen.non obtemp.Gozad.conſil.60. numero 7.
Crauet.conſil.201.num.4. Pariſ.conſil.47. num.18. in
4.Franc.deciſ.723.num.8.Gratian.deciſ.145. num.2.
deciſ.78.Cartar.deciſ.68.num.4. Seraphin.deciſ.820.
num.6.Farin.Rot.deciſ.426.num.5.tom.1.p.2. Barboſ.
l.1.art.4.num.106.ff.de iudic. Menoch. de arbitrar.q.
40.num.7.lib.2.præſumpt.18. num.13. Rouit.pragm.
15.num.10.de milit. Milanenſ.deciſ.5. num.3.4.lib.1.
Amat.deciſ.9.num.18. Ruginell.practic. quæſtion.44.
num.4. Omnes enim dictiones taxatiuę, exponun-
tur negatiuę, *l.lutius. §.qui habebat.ff.ad trebell. Bal-*
dus,l.ſi quis ex conſenſu.num.2. C. de epiſcop.audiend.
Roman.conſil.114.num.5. Ruginell.d.quæſt.44.num.
5. vt maioris cuiuſque Magiſtratus iuriſdictionem

 excludat,

excludat, *Felin.cap.paſtoralis.limit.6.de offic.ordinar. Brun.conſil.27.num.18. Manent.conſil.108.numero 4.conſil.109.num.23. Pancirol. conſil.185.num.12. Pariſ. conſil.8. num.30. in 1.* Nec præueniri poſſet, *Roland.conſ.48.in 2.conſil.21.in 4.Gramm.deciſ.30. Manent.conſil.109.num.24.Marta,d.caſ.190.num.4.* & licet clauſulas taxatiuas id operari neget, *Dec. conſ.3.num.3.Menoch.d.quæſt.40.* Cum tamen vltra dictiones taxatiuas, derogauerit Rex priuilegijs, aliorumque magiſtratuum facultatibus, cæteri ſuperiores Magiſtratus excluſi præſumuntur, *Gratian. deciſ.145.à num.2.* Tum quia præſeruatam ſoli Meſſanæ iuriſdictionem eſſe Rex voluit in tota Vrbe, eiuſque conſtrictu, & diſtrictu, alios ergo priuaſſe conſtat, ne ſe intromittant, *Capic.deciſ.9.nu.14.15. Ludouic.concluſ.20.lim.1.comm.opin.lib.3. Gratian. deciſ.145.num.4.* Tum quia, *clauſula irritanti*, vſus Rex fuit in conceſſæ iuriſdictionis priuilegio, *Quod ſi ſecus fiat ſit irritum, & inane.* Cui nec de conſenſu partium renunciari poteſt in vrbis præiudicium, *Franc.deciſ.529.Lauar.conſ.14.num.6.Natta,conſil. 636.num.60.Peregr.tract.var.lib.1.tit.1. de iuriſdic. num.56.Socc.iun.conſ.146.num.13.in 3.* quiſq. enim ſuo priuilegio, etſi in ſui præiudicium renunciet, *l. ſi quis in conſcribendo.C.de pact. Cened. practic.quæſt. 44. num.2.* in ſuperioris præiudicium renunciare non poteſt, *Cened.practic.quæſt.12.num.10.quæſtio. 26.num.10.* Suntque nulla acta omnia, etſi pars non alleget, *gloſ. cap.3. verb.proceſſus. in cap.ſtatutum. verb.committatur.de reſcript.in 6. Felin.cap.cæterum num.19.de reſcript.* & tradit in term. *Capic.deciſ.9. num.17.18.Creſcen.deciſ.3.ad fin.de for.compet.Gratian.deciſ.145.num.5.6.* Tum quia in vim priuilegij data iuriſdictio, priuatiua eſt, *Peregrin.Tract.var. d.tit.1.num.19.* Tum quia, & in vim contractus, *Roman.conſ.393.num.11.Natt.conſ.408.num.7.Pereg. d.num.19.*

7 Secundo, Ciuitatis partem † ab ordinarij ſui iuriſdictione diuidere non poteſt Princeps, & dare alteri, *Rip.reſpon.25.num.7.lib.1. Menoch.conſ.264. num.29.30.* Sicut nec Papa partem vnius epiſcopatus diuidere ſine cauſa poteſt, & dare alteri, *Menoc. d.conſ.264.num.39.ex Gemin. cap.1.22.quæſt.1.* &
8 licet Imperator, Caſtrum, Pagum, Oppidum † alicui Ciuitati hactenus ſubiectum adimere, & alteri infeudare ex certa ſcientia poſſit, *ex Ceph.conſ.155. num.12.Roſentall.de feud.cap.3.concluſ.21.nu.1.Menoch.conſ.264.num.65.* Si tamen oppidi illius, ciuitas effecta ſit, domina ex contractu, inueſtitura, aut priuilegio, quod in contractum incideret, tunc ſecus, *Roſentall.d.concluſ.21.num.2. Pancirol.conſ.23. num.6.conſ.26.Morot.conſ.46. Menoch. conſ.264.nu. 37.38.40.Seſſe,deciſ.187.n.8.9.Petra,de Princip.poteſt.c.10.à num.21.Alba,conſ.111. Couarru. practic. quæſt.1.num.10.Gabr.de iur.quæſit.non tollen.concluſ. 7.num.3.4.Crauet.conſ.592.num.87.89.Natt.conſilio 636.num.54.Plot.conſ.24.num.52.* vt de vrbe *Meſſana* ſcripſit in term. *Petr.Gregor. de conceſſ.feud.p.p. quæſt.6.num.1.2.3.4.* Immediate namq. dominus ipſe non eſt, *Viui.deciſ.126.n.11.* cumque à Straticoti iuriſdictione, Arſanale, locum ad triremes conſtruendas deſtinatum eximere voluerit Prorex, il-
9 lum ad vrbis † territorium amplius non ſpectare dixit, *Alciat.l.pupillus. §.territorium. num.52.ff.de verb.ſignif.* Quod enim eſt exemptum, extra territorium eſt, *cap.luminoſo. 18.quæſt.2. Alciat.c.quod ſedem.num.64.de offic.ordin. Gemin.c.1.§.in eos.num. 8.de priuileg.in 6.Caſtr.conſ.307.num.1.in 2. Puſt.de viſitat.lib.2.c.8.num.10. Valenzuol. conſ.74.num.5. Beret.conſ.38.num.1.2.Rolan.conſ.33.num.23.in 3. Alba,conſ.114.* Sed nec publicæ vtilitatis cauſa in vrbis præiudicium, locum aliquem poteſt Princeps eximere, *Menoch.conſ.264.num.32.33.* niſi in ſui præiudicium, *num.63.64.* ergo.

10 Non obſtat Primum, Quia ſatis præiudicat † ordinario, cum conceſſa alteri certa cauſarum ſpecies priuatiuè ad ordinarium præſumatur, *Capic.deciſ. 9.num.16. Guazz.reorum defenſ.13. cap.3. num.12. Franc.deciſ.417.num.7.Valenzuol.conſil.70.numero 19.Rim.iunior,conſ.715.num.9.* vt in ea ſe intromittere nec poſſit amplius, *l.1.C.vbi,& apud quem.Felinus,cap.paſtoralis.limit.3.de offic.ordin. Ruin.conſilio 7.num.7.in 4. Menochius, de arbitrar. quæſt.40.num. 2.Gratianus,deciſ.145.num.2.* Satiſque præiudicat ciuitatis iuriſdictioni, quæ priuatiua cum ſit, cumulatiua fieret cum altero, quem officialem Princeps in loco nominaret: Nec affirmare poteſt Rex, quod hæc fuerit ſua intentio, in concedenda iuriſdictione, vt poſſit illi præiudicare, *Franc.deciſ. 166.numero 5.Anna,allegat.52.num.56.58.* & cum palam ſit, vrbis priuilegium circa iuriſdictionem, interpretari in eius præiudicium ab eo non poteſt, *Schrader.conſil.43.num.103.104.* Imo vltro ſibi legem impoſuit Rex, Quod ſi quæ in dubijs facienda ſit interpretatio, Prò Meſſana interpretanda eſſe,
11 Sed † iuriſdictionem reſtringere, eamque moderari odioſum eſt, *Cartar.deciſ.67.numero 2. Botta,conſil.86.num.7.* ergo.

Non obſtat Secundum, Quia tres ſunt iuris tituli, quibus concedi à Rege ſolet Iuriſdictio Præcario, ex Gratia, & ex Onere.

12 Primo, Quæ Præcario conceditur † iuriſdictio, pro velle reuocare princeps poteſt, *Menoch.de arbi. in Scholijs,ad quæſt. 55. numero 5.* optimè, *Petra,de Princip.poteſ.cap.29.num.1.* vt reuocationem hanc conquæri nec quis poſſit: Natura enim contractus præcarij, ita ſuadente, tandiu is, qui rogauit vtatur, vel quaſi, quandiu cõcedens patiatur, *l.1.ff.de Precar.* Atque ita accipiendos eſſe, *Guid.Pap.conſil.65. num.4.Gramm.deciſ.46.num.2.3.* probat, *Petra,d.c. 29.nu.2.* Sed præcario poſſideri præſumuntur, quæ ad Principem ſpectant, *Sacca,conſil.2.numero 145.* ergo.

Secundo, ex gratia. Sic conceſſam iuriſdictionem
13 † pro ſuo arbitrio moderari poteſt Princeps, ſi vrget cauſa, ita *Bald.l.qui ſe patris.num.10.verſ.in conceſſis.C.vnde liber. Caſtr.conſil.288.num.2.in 1.Brun. conſil.97.num.2.Menoch.conſil.1.nu.181.& in Scholijs,d.quæſt.55.num.5. Manent.conſil.109.à num.22. Bellug.de Princ. rubr.26.§.princeps.numero 3.*

Tertio, Quæ ex cauſa Oneroſa data eſt iuriſdi-
14 ctio, moderari † non poteſt Princeps, *ex Bald. d. l. qui ſe patris.num.10.Caſtr.& Brun. nuper citati, Caſſan.conſil.43.num.59.Ruin. conſil.230.num.4.9.in 1. Bellug.d.§.Princeps.num. 3.Menoch.in Scholijs, d.q. 55.num.2.conſil.1156.Cancer.3.reſol.cap.3.à nu.62. ad num.74.158.Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3.c.2.num. 57.Ponte,de poteſt.proreg.tit.3.de elect.offic.§.1.nu. 13.23.*

Digitized by Google

13.23.*Villar.conſil.8.num.28.31.32.* Si cauſa etiam vrgeat ingratitudinis *Menoch.conſilio* 1007.*Sixtin. lib.1.de regalibus.cap. 6. num.* 13. Imo nec alterare eam poteſt,(*ancer.d.c.3.nu.413.414.* etſi vſus Princeps ſit verbo, indulgemus, vel Gratiam facimus, *Bald.d.num.10.verſ.hoc ſcias.Menoch.in ſcholys.d.q.* 55.*num.*4. Duo enim ſunt, quæ iuriſdictionem conſeruant, Priuilegium nempè, & Conſuetudo, *Surd. conſil.465.nu.*5. Sed priuilegiorum reuocationem Prorex in mandatis non habet, (etſi Alter ego ſit) *Iacob.Gallus.conſil.125.num.25.ex Franc.deciſ.125. ad fin.* & poſſit omnia, quæ Principi permiſſa ſunt, *Felic. alleg. 3.num.33.p.p.*

Reſpon. II. Id verum niſi Proregis moderatio-
15 ni conſenſerit Ciuitas, † Quo in caſu loquitur, *Morot.conſil.15.* vt ipſe comprobat, *num.*11. ad hoc enim inuenta interinatio fuit, *ex l.etſi non cognitio. C.ſi contr.ius vel vtilit. public. Crauet. conſ.592.nu.7.*

16 Reſpon. III. Poſſe principem † ex cauſa etiam non probata (quæ cum periculo, vel ſcandalo probari poſſit, inhibere Meſſanæ Iudicem, ne certa in cauſa ſe impediat, *ex Auſr.de recuſat.nu.67.Caualc. de brach.reg.p.3.num.* 340.*D.Tapp.de iur.Neapol. rub.33.de ſuſpit.Offic.rit.265.num.*13. & alijs à me citatis, *Deciſ.48.num.6.* Quod autem omni in cauſa, ſe abſtineat, certi perſonarum, aut delictorum generis reſpectu, Hoc eſt veritum, quia Iudicis munere, vel eum priuaret, non ſine magno honoris ſui diſpendio, vel priuatiuam ſuam iuriſdictionem reſtringeret, Quod ſine cauſa, iuſto Principi non eſt permiſſum, Notat, & merito, *Cancer,3.reſolut.c.13. num.158.159.* Iuriſdictionem in officium, vel in adminiſtrationem à Principe cõceſſam reuocari poſſe, At ſi in titulum, vel dominium, cum priuatiuè data ſit, ſine cauſa reuocari non poteſt, hæc ad Primum.

Secundus eſt Articul *Ordinaria nè? vel delegata? Secreto aut Maczabò de mandata iuriſdictio ſi?* Qua
17 in re, illud memoriæ repetendum eſt † Regiæ Dohanæ Secreti munus eſſe, quod ſit Regis procurator in iuribus gabellarum exigendis, alijſque Regi cõpetentibus ex hoc portu, *Maſtrill.lib.5.de magiſtrat. c.9.num.*151. nec aliquam (ſubditis ſuis exceptis) habet in Vrbe iuriſdictionem, quæ adeo Meſſanæ eſt propria, vt nec Rex, nec Officialis Regius actũ aliquem ſi ad Straticotum pertineat, exercere poſſit, *Lanar. conſil. 53.num.5.Peregr.Tract.var.lib.1. tit.1.de iuriſd.num.*10. Cum priuilegia (vt dixi) reuocare non poſſit Prorex, *ex Iac.Gallo, conſil.* 125. *num.25.Franc. deciſ.125. ad fin.*

His ſic poſitis, Si Ordinarium eo in loco Secretũ conſtitutum fuiſſe, inquit Fiſcus cum certum cauſarum genus, in vniuerſo commiſſum ei fuerit, *ex Barbos.l. cum prætor.* §.1.*num.*54.68.74. maximè ſi perpetuò, ipſe ſit conſtitutus, *nu.70.75.ff. de iudic.*
18 Errat ſatis, Quia nouum Officialem † etſi conſtituere Rex potuerit, *ex Caſſan.ad Burgun.Cõſuet.rub.* 1.*num.104.105.Lanar.conſil.22.num.11.Azeued. l.11.num.6.tit.3.lib.7.recop.* Hanc tamen vltro ſibi, & ſuis legem impoſuit Rex Rogerius, ex priuilegio Meſſanæ dato, *Ne noui conſtituerentur Officiales,* Nullæ ergo ſunt generales, quas Prorex fecerit cõmiſſiones in certo perſonarum, aut delictorum genere, licet non ad aliquid fortè iudicandum, aut exequendum, ſed ad effectum recipiendi teſtes pro Superioris informatione fuerint expeditæ, & quos culpabiles inuenerit, carcere mancipet, Cum nec poſſit, *Cancer.3.reſol.c.9.num.* 24. *Oliban. de action. p.p.lib.3.§.pænales. num.*121. Tum maximè, quod Ordinaria, non delegata præſumitur, quæ demandata eſt iuriſdictio, *Matheſ.ſing.89.Carauit.rit.295. nu.24.Anna,Sing.632.Maſull.ad Capic.deciſ.9.n.19.*

Secundo, Nec vt Proregis delegatus eum, poteſt Secretus, vel Maczabò, exercere iuriſdictionem,
19 † Quia de ſua commiſſione illi non creditur, *c.cum in iure peritus. de offic. deleg. Guid. Pap. deciſ.322. Tuſc.lit.I.concluſ.553.num.6. Maſcard. concluſ.948. num.*2. Cum iuriſdictionem non habeat, niſi iuxta commiſſionis verba, *c. cum dilecta. vbi Felin. & alij de reſcript.Surd.conſil.334.num.6. Becc.conſil.21.nu. 14.Guttier.lib.2.Canon.quæſt.15.num.120.Tuſc.lit.I. concluſ.434.concluſ.544.num.*12. & à die præſentati
20 † reſcripti, *Felin.c.cæterum.num.11.de reſcript.& in c.cum ex officij.num.40.de præſcript. Bald.l.falſus.nu. 17.C.de furt.Cagnol.rub.ff.de offic. eius.num.26.Verall.deciſ.324.nu.4.p.p.* Optimè *Scholiaſt. ad Bertaz. crim.conſil.366.lit.B.Mantic.deciſ.84.nu.4.Guttier. d.lib.2.quæſt.17.num.31.Soc.conſil.39.num.49.in 1. Tuſc.lit.D.concluſ.154.lit.I.concluſ.435.nu.5.Azeued.l.10.nu.25.tit.13.lib.8.recop. Vant. de nullit. defec.iuriſd.deleg.num.34. Anna,alleg.24.nu.2. Franc. deciſ.326.num.2.Rot.deciſ.25. num.5.deciſ.69.nu.1. p.p.Rauden.lib.1.reſol.c.67.num.8.Borrell.Summ.deciſ.tit.41.nu.85.129.Alba,conſil.514.Peregr.Tract. var.lib.1.de iuriſd.deleg.num.*28. Vt nec quid minimum exercere interim poſſit, *Rot.deciſ.4.num.5.de conceſſ.preben.in antiq.deciſ.6.* alias,142.*de offic.deleg. deciſ. 7. de procurat. Alba,d.conſil.514.Peregr. Tract.var.lib.1.de iuriſd.deleg.nu.28. Azeued. l. 10. num.25.tit.13.lib.8.recop.* quæ præſentatio in Actis neceſſe eſt, vt appareat, *Dec. cap.ſuper eo.not.vlt.de appell.Cagnol.d.num.46. Caualc. deciſ.11.num.8.p.p. Burſ.conſ.*74. etſi partes conſenſerint, ne præſentetur, *c.ſuper eo.2.de appell.& ibi Rom.n.9.* Sic in Prorege, *Franc.deciſ.393. Maſtrill.de magiſtrat.lib.5.c. 6.nu.106.108.110.* & quouis alio Magiſtratu, *Peregr.tract.var.lib.1. de iuriſd.num.38.*

Tertio, Si vt Generalis Capitaneus in gentes bellicas Prorex, ſecreto delegauit, ac ſi Arſenale (in quo triremes ad bellum conſtruuntur) exemptum
21 à Straticoto ſit, nec minus potuit † Quia ex nouiſſimo Meſſanæ Priuilegio, dato Madrid, 5. Septembris, 1622. ſancitum legimus, Delegatos à Belli Duce, eiuſdemque Generali Auditore, Meſſanam mitti non poſſe, pro crimine à ſuis verè ſubditis commiſſo: ſolum permittit Rex eo in priuilegio, vt ſi quis ex gente bellica deliquerit, Auditoris Officiales ab eo nominandi aſſiſtant ſolum apud Ordinarios Straticoti Iudices, pro cognitione, & executione ciuilium, aut criminalium, cauſarum: Dicimus ergo iuriſdictionem Auditori Generali extra Vrbẽ moranti competere ſolum habitu, non actu, *Seſſe, deciſ.117.num.3.* Nec locus in quo conſtruuntur triremes ad bellum aptæ, militaris eſt, ab ordinarij iuriſdictione exemptus. Nec operarij in triremẽ conſtruenda laborantes ſunt de foro militum; Etſi conſtructa trireme, qui illi inſeruient, Nautæ nempe, remiges, & alij, militari foro gaudent, quia &

alij

Digitized by Google

alij non operatij ſi illic deliquerint, voluit Prorex à
Maczabò carcerandos eſſe, & à Secreto informa-
tiones capiendas, vt à Prorege ipſo extra Meſſanã
Vrbem quandoque cõmorantem puniantur, Quod
priuilegijs aduerſatur ſatis.

Tertius eſt Artic. Nũ actus à Secreto geſti, vſum
eum fuiſſe iuriſdictione, probent? Qua in re, ſi à Ci-
22 tatione incipimus, Cui dubium? iuriſdictionis † v-
ſum probatum ſatis eſſe, *ex l. cum clericus. l. omnes. §. ſi vero apparitor. C. de epiſc. & cleric. l. 1. ff. de in ius vocand. Guid. Pap. deciſ. 275. num. 2. Azeued. l. 4. nu. 92. titu. 21. lib. 4. recop. Borrell. Summ. deciſ. titu. 41. num. 260.* eiuſque exercitium ex ea probari inquit, *Brun. conſil. 16. num. 34. inter feud. conſ. Diuerſ.* Maximè ſi obediat citatus, *Bald. l. data opera. num. 28. C. qui accuſ. non poſſ. Afflic. deciſ. 265. nu. 11. Marcell. Calà, de mod. artic. & proband. §. 2. gloſ. 1. num. 531. Tuſc. lit. I. concluſ. 545. num. 5. Peregr. Tract. var. lib. 1. titu. 1. de Iuriſd. num. 87. Maſcard. de probat. conclu. 946. num. 4.* Sed teſtes recepti ſunt citato reo à Pu-
23 blico officiali citare ſolito, cum nec alij † commit-
tenda citatio ſit, *Azeued. l. 3. num. 5. titu. 3. lib. 4. re-*
24 *cop.* Illud enim, Iubere, quod quis citetur † iuriſdi-
ctionis eſt, *Oroſc. l. cui iuriſdictio. in princ. ff. de iuriſd. omn. iud. Azeued. d. l. 4. num. 91. Surd. conſil. 429. num. 57.* Tum maximè ſi obtemperauit, *ex Bald. Afflic. & alijs citatis, num. 22.* quia obedientia ſignum eſt ſubiectionis, *c. 1. diſtinc. 99. Peregr. Trac. var. lib. 1. titu. 1. de iuriſd. num. 88.*

Secundo iuramentum dare teſti, pro dicenda ve-
25 ritate † Actus eſt iuriſdictionis, ſiue ab eo detur, ſi-
ue committatur, *c. ſi quis teſtium. vbi Abb. num. 1. de teſtibus Clemen. 1. de offic. deleg. Trimſan. deciſ. 10. nu. 12. deciſ. 62. num. 9. lib. 2. Gizzarel. deciſ. 24. num. 2. Borrell. d. titu. 41. num. 295.* Imo teſtes recipere pro futura criminis inquiſitione, Actus eſt iuriſdictionis, ad præueniendam etiam iuriſdictionem, *Deciã. lib. 4. crim. c. 21. num. 2. Farinac. conſil. 208. Reuſner. deciſ. 18. num. 20. 21. p. 4.* etſi aliter ſentiat, *Barboſ. l. ſi quis poſteaquam. num. 51. ff. de iudic. ex Angel. l. libertus. num. 5. 8. ff. de in ius vocand.*

Tertio, Delinquentis captura, à Maczabò facta
26 † eiuſq; carceratio iuriſdictionem probat, *ex Brun. d. conſil. 16. num. 34. Maſcard. d. conſil. 946. numero 4. Peregr. Tract. var. lib. 1. titu. 1. de iuriſd. nu. 85.*

27 Proinde ſeruanda non ſunt † Principum reſcripta, quæ Ordinarij iuriſdictionem turbent, *l. fi. vbi, Gloſ. Barto. & reliqui. C. ſi per vim. idem Barto. conſil. 92. Anchar. conſil. 270. Alex. conſil. 5. in 2. Soc. conſ. 13. in 4. Peregr. conſil. 137. num. 5. in 5.*

Hæc ſunt, Quæ de hac Controuerſia diſſerere volui. Vt Meſſanæ Priuilegijs aduerſari dicamus Proregis Bannum, & id omne, quod à Secreto, & Maczabò, actum, geſtumq; fuit. Proinde Iudices, quos Regios Delegatos hiſce in cauſſis, eſſe ſcimus pronuntiarunt, *Sunt contra Priuilegia.* Menſe Iunij, M DC XXII.

SVMMARIVM.

1 *Spe immunitatis Eccleſiæ, nemo in dubio delinquere præſumitur.*
2 *Delinquens in Eccleſia ex propoſito, Spe immunitatis Eccleſiæ diliquiſſe cenſetur, etſi ad aliam confugiat,*
3 *Delinquens in Eccleſia, ex Rixa inopinata, aut Caſu, Spe immunitatis Eccleſiæ delinquere non præſumitur. Ratio, num. 4.*
5 *Delinquens propè Eccleſiam, Spe immunitatis ipſius, An ea gaudeat, ſi commiſſo delicto ad Eccleſiam confugiat. Diſtingue, num. 6.*
7 *Actus ſequens praecedentem declarat voluntatem.*
8 *Delinquens longè ab Eccleſia, in eam confugiens, an eius fruatur immunitate.*
9 *Eccleſiæ immunitate gaudet is, qui in Eccleſia exiſtens, ex ea egrediẽs delictum committit, & ad Eccleſiam reuertitur.*
10 *Latronis publici inſtar, vltimo ſupplicio damnandus eſt, ex Seculari lege qui in ſtrata publica ſemel graſſatus eſt.*
11 *Graſſator (vt Eccleſiæ priuetur immunitate) Quis ſit?*
12 *Graſſator Eccleſiæ gaudet immunitate, ſi ſemel, aut bis, graſſetur, num. 13.*
14 *Principis Secularis eſt prouidere, quæ ad Vrbis Politicam pertinent.*
15 *Fur, ſi pro tertio furto, ex Seculari lege, morti tradendus eſt: Sed An Primum Principis indulgentia abolitum, inter tria furta connumeretur, num. 16.*
17 *Latro publicus non eſt, qui ſemel, aut bis in via priuata aliquos ſpolians, num. 18.*
19 *Princeps ſtatuere non poteſt Teſtibus ſingularibus plenè credendum.*
20 *Teſtis vnius dicto, ſtandum eſſe, an Princeps ſtatuere poſſit? num. 21.*
22 *Laicorum lex, qua ſemel latrocinium committens, quoad punitionem pro publico latrone habeatur, Eccleſiæ immunitatem iure Canonum conceſſam non aufert.*
23 *Delicti natura non immutatur, ſi pœna illi Principis lege, aucta ſit.*
24 *Teſtibus pro ſuo intereſſe deponentibus non creditur, niſi illud prius renuntiaſſent Fiſco. Nec tunc ad ordinariam pœnam imponendam ſufficerent.*
25 P. Gambacut. de Immunit. Eccleſ. lib. 5. c. 13. *reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Delinqueus Spe gaudendi Eccleſiæ immunitate, ſi ad eam confugiat, An extrahi inde poſſit? Quibuſue coniecturis eius animus probetur?

Latro, cui primum, & ſecũdum furtum in ſtrata publica commiſſum, Princeps pepercit, ſi tertium committat; An vnum, vel tria ſint furta, ne viarum Graſſator appellari poſſit, vt Eccleſiæ gaudeat immunitate.

Probandi criminis modum à Seculari Principe *ſua Pragmatica* conſtitutum An ſeruare debeat Epiſcopus, ſi immunitatis Eccleſiæ ſit quæſtio?

Ad intell. Gregor. xiv. Bullæ, de Immunit. Eccleſ.

CON-

CONSILIVM XC.

SVmmis exoratus precibus cum fuerim, Vt ingenuè dicā, quid de hiſce tribus propoſitis dubijs ſentirem; Libentiſſimè meam operam, & diligentiam adhibebo, Quò D. Vicarius Generalis (Archiepiſcopali Sede Vacante) hanc ipſam rei geſtæ veritatem, pro qua reſpondendum duxi, cognoſcat.

Prima eſt dubitatio, *Eccleſiæ immunitate, An gaudeat exiſtens in Eccleſia, ſi ex ea egrediens delictū committat, inde ad Eccleſiam reuertatur?* Qua in re, Memoria repetendum cenſui, Neminem in dubio
1 † Spe immunitatis Eccleſiæ delinquere, *c. fin. de immun. Eccleſ. Alciat. regul. 3. præſumpt. 33. Rebuff. ad Gall. Conſtit. tit. de immunit. eccleſ. art. 1. gloſ. 1. nu. 10. Seſſe, decis. 141. Menoch. lib. 5. præſumpt. 10. num. 2. Gallin. de verb. ſignific. lib. 5. c. 18. num. 199. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 21.* etſi aliter, *ex Hoſtien.* ſenſerit, *Marta, de iuriſd. p. 2. c. 51. nu. 3.* Aliàs enim Sacri templi perfugio quiſque priuaretur, *Nauar. in Manual. c. 25. num. 20. Viſch. de immun. eccleſ. num. 27. Remig. de immun. fall. 25. Zanch. eccleſ. priuil. 13. à num. 11. Marta, de iuriſdict. p. 2. c. 51. num. 1. Paz, in Prax. p. 5. c. 3. §. 3. num. 94. tom. 1. Maſtrill. de indult. c. 6. num. 11. Peguer. deciſ. 221. num. 5. Farin. quæſt. 28. à num. 53. Queſad. diuerſ. quæſt. c. 1. à num. 6. Azeued. l. 3. num. 24. tit. 2. lib. 1. recop. Perez. lib. 6. gloſ. mat. ā-do. tit. 2. lib. 1. Ordinamen. Ambroſ. de immunit. eccleſ. c. 5. num. 4. Gomez, 2. reſol. c. 10. nu. 2. Menoch. d. præſumpt. 10. nu. 4. conſil. 438. num. 8. Vulpel. conſil. 130. num. 7. Bouadill. lib. 2. polit. c. 14. nu. 26. Cened. canon. quæſt. 25. num. 2. Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 15. Couar. 2. reſolut. c. 20. nu. 15. Heuya, in Curi. Philip. p. 3. §. 12. retraydos. num. 20. Guttier. lib. 3. pract. quæſt. 1.*

His ſic præhabitis. Ad Propoſiti Dubij reſolutionem (veluti compendio quodam;) Quatuor conſtituo iuris concluſiones, Quibus facilior ſanè erit cauſæ exitus, ac immunitatis huius reſolutio: Quotidianis rerum experimentis compertum nāque eſt, Nihil dici, aut conſtitui pernicioſius poſſe, quàm ſi facinoroſis liberum indiſtinctim ſit, confugiendo ad Eccleſiam, laici iudicis coërctionem effugere. Ne dum immunitas quæritur, impunitas concedatur, *Paz, d. c. 3. §. 3. num. 26. Menoch. d. præſumpt. 10. num. 5. Bouadill. d. c. 14. nu. 92. Petr. Cened. d. quæſt. 25. num. 2.*

Prima concluſio eſt, Si in Eccleſia quis delinquat. Hoc in caſu *Doct.* variant; Ego diſtinguendū cenſui: Aut homicidium, vel membri mutilationē appenſatè in Eccleſia quis commiſit; Aut caſu, in rixa non cogitata.

2 Priori in caſu, Spe immunitatis Eccleſiæ † in ea deliquiſſe Reus præſumitur, Eius ergo non gaudet immunitate, *c. fin. & ibi Anchar. num. 3. Butr. nu. 4. Abb. num. 8. de immunit. eccleſ. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 422. Bellamer. conſil. 13. Couar. d. c. 20. num. 15. Viſc. de immunit. eccleſ. num. 29. Nauar. d. cap. 25. Guttier. lib. 3. pract. quæſt. 1. nu. 10. Remig. de immun. eccleſ. fallen. 3. Caſtil. deciſ. 156. num. 11. Farin. de immun. eccleſ. num. 205. 241. Peguer. deciſ. 121. num. 6. Paz. in prax. p. 5. c. 3. §. 3. nu. 74. 78. tom. 1. Azeued. l. 3. num. 23. tit. 2. lib. 1. recop. Tuſc. lit. E. concluſ. 21. num. 13. 14. 21. lit. I. concluſ. 59. num. 4. 5. Azor. inſtit. moral. lib. 9. c. 9. q. 9. p. 2. Suarez, lib. 3. de religioſ. c. 11. num. 6. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 5. 49. Menoch. lib. 5. præſumpt. 10. num. 9. Bouadill. lib. 2. polit. c. 14. num. 24. 25.* licet ad aliam confugerit eccleſiam, *Remig. de immunit. eccleſ. fallen. 2. num. 2. Paz. d. c. 3. §. 3. num. 15. Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 8. Farin. quæſt. 28. num. 59. de immunit. num. 219. Tapp. de iur. neapol. rub. 11. num. 34. Clar. §. fin. quæſt. 30. num. 15. Couar. 2. reſol. c. 20. num. 15. P. Gambacurt. de immun. lib. 5. c. 27. num. 3. Tuſc. lit. E. concluſ. 21. nu. 11. Azor. d. lib. 9. c. 9. quæſt. 9. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 16. num. 80.*

3 Poſteriori in Caſu, Præſumit lex † Non eccleſiæ immunitatis ſpe illum delinquere, *Hoſtien. & Anchar. num. 4. Butr. num. 4. Abb. num. 7. d. c. fin. Viſc. de immunit. eccleſ. num. 30. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 422. Queſad. Variar. quæſt. c. 1. Azor, d. cap. 9. quæſt. 9. Farin. de immun. num. 238. 239. Couar. d. c. 20. nu. 15. Menoch. d. præſumpt. 10. nu. 10. 11. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. c. 16. num. 81. Azeued. l. 3. num. 25. 26. tit. 2. lib. 1. Seſſe, deciſ. 141. à num. 9. Tuſc. d. concl. 11. num. 14. Guttier. d. q. 1. num. 8. 10. Bouadill. d. c. 14. nu. 25. 26.* Vbi enim illa ſumi poteſt coniectura, quod ſub ſpe immunitatis eccleſiæ non deliquerit, gaudebit reus illius immunitate, etſi in eccleſia homicidium commiſerit, *Remig. d. fallen. 3. num. 4. Seſſe, deciſ. 141. num. 1.* Proinde effuſo nimis ſermone loquutum intelligo, *P. Gambacurt. de immunit. eccleſ.*
4 *lib. 5. c. 16. num. 4. 5. 6.* Quia finalis † cauſa, qua ab Eccleſię immunitate excludatur reus, (prętet alias) ſpes etiam eſt gaudendi ea immunitate, *Alciat. regul. 3. præſumpt. 33. num. 2. Guttier. d. quæſt. 1. num. 10. Seſſe, deciſ. 141. num. 2.* etſi diſſentiat, *Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 5. Ambroſ. de immunit. eccleſ. c. 5. nu. 4. P. Gambacurt. d. c. 16. num. 5.*

Secunda Concluſio eſt, Si quis propè eccleſiam
5 delinquat † ſpe tamen ad illam confugiendi, ſi cōmiſſo delicto ad eam perfugiat. An eccleſiæ gaudeat immunitate? Duæ ſunt *Doct.* opiniones.

Prima eorum fuit opinio, quam contra, *Alciat.* defendit *Decian. lib. 6. crim. c. 28. num. 5.* delinquentem propè eccleſiam, eius gaudere immunitate, *Ital. de immunit. lib. 1. c. 4. §. 7. num. 18. c. 5. §. 3. nu. 3. Maſtrill. deciſ. 22. P. Gambacurt. de immunit. eccleſ. lib. 5. c. 19. num. 4. Menoch. lib. 5. præſumpt. 10. nu. 14. Suarez. d. c. 11. num. 9. Germon. de Sacror. immun. lib. 3. c. 16. num. 81. Gratian. diſcept. 619. num. 33. Ambr. d. num. 4.*

Secunda fuit, *Anchar.* opinio, *in c. fi. de immunit. eccleſ.* Indiſtinctim etiam affirmantis, Eccleſiæ immunitate non gaudere eum, qui propè eccleſiam deliquit ſpe immunitatis illius, *Nauar. in Manual. c. 25. num. 22. Paz. d. §. 3. c. 3. num. 94. Couarru. d. c. 20. num. 15. Alciat. d. præſumpt. 33. reg. 3. num. 3. Viſch. de immunit. eccleſ. num. 27. Peguer. deciſ. 121. num. 7. Farin. q. 28. num. 56. & de immunit. num. 210. Tapp. d. rub. 11. num. 37. Guttier. lib. 3. pract. q. 1. num. 15. 16. Bouad. lib. 2. polit. c. 14. num. 27. P. Gambacurt. de immun. Eccleſ. lib. 3. c. 13. num. 16. 17. lib. 5. c. 19. num. 4. Villadeg. in polit. c. 3. num. 206. Heuya, in Curi. Philip. p. 3. §. 12. retraidos. num. 21. Mantua. conſil. 211. num. 23. Ball. Tract. var. lib. 5. pragm. 1. num. 11. tum. 42.*

Aze-

Azeued.l.3.num.25.titu.2.lib.1.recop.Menoch.lib.5.
præſumpt.10.nu.4.5.12. Ambroſ. de immunit. eccleſ.
cap.5.num.4.Monticul.reg.12.nu. 25. Vulpell. conſil.
130.num.7. Raudens. conſil.17.num.5.in 2.

6 Quid dicendum? Placuit eoſdem † eſſe retinen-
dos (hac in re) Diſtinctionis terminos, quos mox
excuſſi.

Aut ex improuiſo, & licet propè eccleſiam occi-
dat, eius tamen nō priuatur immunitate, ad quam
ſe receperit; Facile enim euenire potuit, quod cre-
dat ipſe, ſe tutò poſſe, eo in loco occidere, Cumque
iuſtitiæ Miniſtri ſuperuenerint rixæ ad eccleſiam
confugit: Alias tota eccleſiæ immunitas ſubmoue-
retur, Guttier.d.q.1.num.16.Gratian.diſcept.619.nu.
33.35.Suarez.d.c.11.num.9. Tum maximè ſi patra-
to homicidio Alibi prius confugerint, & ob impe-
dimenti timorem, ad Eccleſiam recurſum habue-
rint, ceſſatque occidendi animus ſpe immunitatis
illius, ac proinde ea fruitur, Anchar.Rebuff.& Me
noch.à Gratian.relati, diſcept.619.num.36.Farinac.
de immunit.eccleſ.num.212.

Aut ex propoſito inimicum propè eccleſiã quis
occiderit, ad eam ſtatim confugiens, Tunc eccleſiæ
immunitate non gaudet, Butr.Abb.Ancharan.&
alij, in d.c.fin.Greg.Lopez.l.4. en la ygleſia.tit.11.p.p.
Couar.d.c.20.num.15.Vulpell.conſil.130.nu.7.Mon-
ticul.regul.12.num.25.Remig. de immunit.eccleſ.fal-
len.25.Paz.d.§.3.c.3.nu.91.Aleiat.d.præſumpt.33.
Viſch.de immunit.eccleſ.num.27.Henya.d.§.retrai-
dos.12.num.21.Villadeg.in polit.c.3.num.206.Fari.
q.28.num.56.& de immunit.eccleſ.num.212.Caſtill.
deciſ.156.num.21.Azeued.l.3.num.25.titu.2.lib.1.
recop.Ambroſ.d.c.5.num.4.Guttier.d.q.1.nu.15.16.
35.Baiard. ad Clar.§.fin.q.30.num.21.Bouadill.d.c.
14.num.32.Menoch.d.præſumpt.10.num.4.5.15.16.
Tuſc.lit.E.concluſ.11.nu.49. Quod verum ſi in eius
Cimiterio ex propoſito delinquat, vel alio in loco
admodum vicino: tunc enim ſpe immunitatis oc-
cidiſſe præſumitur: Loci vicinitas occiſoris animũ
arguit, ſi delicto commiſſo ſtatim in Eccleſiam ſe
recipiat, Alciat.d.præſumpt.33.nu.3.Menoch.d.præ-
ſumpt.10.num.15.16.Marta, de iuriſd.p.2.c.51.nu.2.
7 Gratian.diſcept.619.nu.34. Actus ſequens † præce-
dentem declarat voluntatem, §.pauonum.Inſtitut.de
rer.diuiſ.l.hi qui.C.de adult.l.reprehendenda.C.de in-
ſtit.& ſubſtit.l.ſed & Iulianus.§.proinde.ff.ad Mace-
don.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de legat.1.Bart.l.cæte-
ra.§.ſi.ff.de legat.1.Dec.conſil.336.in princ.Bertaz.
crim.conſil.74.num.12.Rim.Iun.conſ.310.num.25.
Menoch.d.præſumpt.10.num.17.Farin.conſil.13.nu.
19.Surd.conſ.140.num.44.conſ.374.num.24.conſil.
534.num.28.Marta, d.cap.51.num.3. eaque optima
eſt voluntatis declaratio, quæ a ſubſequuto effectu
deſumitur, Pappon.conſ.1.nu.8. Niſi ſtudioſe ſuum
inimicum propè Eccleſiam induxerit: Decian.lib.
6.crim.c.23.num.5.Caſtill.deciſ.156.num.18.Farin.
de immunit.eccleſ.num.212.Guttier.d.q.1.num.15.
Tuſc.lit.E.concluſ.11.nu.4. Verum ſi commiſſo deli-
cto alibi prius confugerit reus, & inde ad Eccleſiã,
Tunc ceſſaret præſumptio, quod ſpe immunitatis
ſtudioſè inimicum, illic induxerit confuga, cùm v-
na præſumptio remoueat aliam, & fortior ſit, quæ
pro eccleſiæ immunitate vrget, eius ergo potitur
immunitate.

Tertia Concluſio eſt, Si longè ab Eccleſia delin-
8 quens reus † ad Eccleſiam perfugiat; Tunc ſi in ri-
xa repentè ſuborta, iracundiæ calore, & impetu oc-
cidat, Eccleſiæ gaudet immunitate, Neque enim
immunitatis ſpem conſiderare ipſe potuit, ex cõm.
Couar.d.c.20.num.7.ad fin.Clar.d.q.30.Guttier.lib.3.
pract.quæſt.1.num.29.Marta, d.cap.51.num.9. Idque
deciſum refert, Decian.lib.6.crim.c.28.num.16.

Si vero longè ad Eccleſia, conſultò tamen, & ap-
penſatè ipſe delinquat, ad illam ſtatim ſe recipiẽs,
Eccleſiæ non gaudet immunitate, Faber, in C.lib.1.
titu.4.de his qui ad Eccleſ.confug. deffinit.1.Farinac.
quæſt.28.num.56.Marta, d.c.51.nu.4. Quia Spe im-
munitatis illius deliquiſſe præſumitur, Gomez, 3.re-
ſol.cap.10.num.2.

Contrar. reſoluit, Bellamer.conſil.13.Decian.lib.6.
crim.c.28.num.5.Azeued.l.3.num.28.titu.2.lib.1.
Caſtill.deciſ.156.à num.15.Ambroſ. de immunit.ec-
cleſ.cap.5.num.4.vbi Farinac.increpat.d.num.56. &
hoc verius.

Quarta concluſio eſt, ſi exiſtens in Eccleſia fu-
gitiuus ob delictum, Ab ea exeat ad aliud delictum
committendum, illudq; verè extra Eccleſiam, eiuſ-
que cimiterium committat, non ab hoc, quod ab
eccleſia exiuit ad illud perpetrandum (ſi de priuã-
tibus immunitate Eccleſiæ non ſit) eius immuni-
9 tate expoliandus erit. Gaudebit ergo † Eccleſię im-
munitate, quia interim dum ad Eccleſiam teddit,
à Iudice, eiuſque familia capi poterat, vt contra
Gomez. probat Azeued.l.3.num.28.titu.2.lib.1.re-
cop.Farin.de immunit.eccleſ.num.245.Caſtill.deciſ.
156.num.16.Guttier.pract.lib.3.q.1.num.34.Boua-
dill.lib.2.polit.c.14.num.29. Niſi ſpe gaudendi im-
munitate eccleſiæ id ipſe egiſſet: Quod præſumi-
tur, ſi ibi delinquat, ita vt ſecurè ſtatim ſe poſſit in
eccleſiam recipere, quia in ea tutus non erit, Aze-
ued.d.num.28.Farinac.d.num.245.Guttier.d.quæſt.1.
numero 35.

Secunda dubitatio eſt, Latro, cui primum & ſe-
cundum furtum in Strata publica commiſſum, Prin-
ceps pepercit: ſi tertium committat, An vnum, vel tria
ſint furta, ne viarum Graſſator nominari poſſit, & Ec-
cleſiæ fruatur immunitate? Qua in re, Paucis, quan-
tum per me licebit, reſpondebo. Hoc vno prius
præmiſſo.

10 Quamuis † Seculari lege definitum ſit, Semel
graſſantem vltimo damnari ſupplicio, & vt publi-
cum latronem ſuſpendi, contra text.l.capitalium.§.
11 graſſatores.ff.de pœn. quoad immunitatem † tamen
eccleſiaſticam, ius commune ſeruandum erit, Pe-
guer.deciſ.40.Ambroſ. de immunit.eccleſ.c.3.num.
6.Guazz.reor.defenſ.1.cap.38.numero 36. Vt viarum
12 † Graſſator, tunc eccleſiæ immunitate indignus
ſit, ſi ſæpius Tanti ſceleris fuerit reus, Igne.l.3.§.
ſubuertitur.num.107.ff.de Syllan.Angel.conſil.403.
Peguer.d.deciſ.40.Ambroſ.d.cap.3.nu.34.P.Gam-
baeur.de immu.eccleſ.lib.2.§.6.gloſ.1.& lib.5.c.12.
à num.2.Decian.lib.6.crim.c.28.num.2.c.29.nu.10.
Tuſc.lit.L.concluſ.14.num.8.Guazz.d.c.38.num.36.
vt nec aliàs publicus latro dicetur, ex Barto.l.2.ff.de
furt.Angel.conſil.403.Muſcatell.prax.delict.titu.de
furt.num.55.Tuſc.lit.L.concluſ.14.num.1. Frequen-
tia namque deprędandi cum armis requiritur, l.ca-
pitalium.§.graſſatores.§.famoſos.ff.de pœn.Igne.d.nu.
107.

Digitized by Google

107. *Angel.conſil.403. Fulgoſ.conſil.157.num.3.Farinac.de immun.nu.163.164. Muſcatell.d.tit.de furt. num.15.16.17. Tuſc.d.concluſ.14.num.1.2.Decianus lib.9.cap.29.num.14.Ambroſ.d.cap.3.num.4.* in publicis terræ, vel maris ſtratis, *Alciat.conſil.11.lib.1. Franc.deciſ.142.Muſcatell.d.tit.de furt. num.38. Ronit.tit.vbi de delict.quis deb.conuen. pragm.5.num.5. P.Gambacur.d.cap.12.nu.4. Decian.d.cap.29. Ball. Tract.var.lib.3.tit.de liter.diſpenſat. caſ.9.numero 2.* Adeo vt ſi ſemel, aut bis publica, & frequentata in via, furatus quis ſit, vel vnicam fecerit aggreſſionē, dici non poteſt, quod ſit ſolitus, *Angel. conſil.403. num.3. Fulgoſ.conſ.149.num.3. Tuſc.d.concluſ.14.nu.4.* vt eccleſię priuetur immunitate, *Farin.de immun.*

13 *eccleſ.num.164.* Quia ſecularis † Principis lex, eccleſiæ libertatem iure canonum conceſſam, aut priuilegia, tollere nec etiam indirectè poteſt, *Doct. cap.Eccleſia S.Mariæ de conſtit.* ſcripſit in term. *Peguer.deciſ.40. Ambroſ.d.cap.3.num.6. Guazz. reor. defenſ.1.c.38.num.36.* Nam ſi ad Principem ſecularem, cui à Deo in temporalibus populorum cura,

14 demandata eſt † leges condere ſpectat, circa ea, quæ ad viuendi rationem pertinent, & politicum Reipublicæ ſtatum, non ad Epiſcopos, alioſuè Iudices eccleſiaſticos, *D.Sot.4.ſenten. diſtinc.25.quaſt. 25.& de iuſtit.& iur.quaſt.7.art.2.* Ipſique clerici, & laici in concernentibus politicam temporalem, eundem habeant rectorem, Principem ſecularem, cuius legibus gubernantur, *Ambroſ.deciſ.39.num. 3. Menoch.conſ.800.num.27. Surd.conſil.301.num.8.* Si clericorum perſonas, & bona eccleſiæ, priuilegia, & immunitates non attingant, vt contra *Menoch.* excutit, *Surd.conſ.301.nu.45.46.latè Mexia, de tax.pan.concluſ.5. Ambroſ. deciſ.39.num.32.*

His ſic præhabitis, ad magis expeditam propoſiti dubij cognitionem, eam aliquot caſibus diſtinguam; vt quid iure verius? quid *Doct.* calculis receptius? quid denique conſultius ſit? Breui vſus compendio, ex iuris profeſſoribus, quiſq. aſſequatur.

15 Primus caſus eſt, † Si prima illa duo furta, aut eorum alterum, fuerint ſimplici Principis indulgentia remiſſa, quia nihilominus apparet conſuetudo furandi, Eccleſiæ immunitate reum non gaudere concludo, ex his, quæ *Afflict.* notat, in *Conſtit. ad legitima pondera.num.1.rub.35.lib.3.* Si lege, aut cōſuetudine obtentum ſit, fures pro tertio furto morti tradendos fore, ea obtinebit: Licet prima duo furta, aut eorum alterum Principis indultu fuerint abolita, quod praxi receptum aſſerit, *Caſſan.Burgun. conſuet. rub.1.§.5.num.24. Couar.variar.lib.2.c.10. num.2.*

16 Secundus caſus eſt, Si ſimplex non † ſit Principis indulgentia, ſed addita etiam clauſula, *Quod non poſſit dici, nec allegari, quod commiſſa fuerint furta in præteritum. vt ex Iſern.c.1.§.præterea. col.5. quæ ſit prim. cauſ.benef.amitt.* tradit *Afflict.d.conſtit.legitima pondera.nu.3.* Tunc tertium hoc furtum pro primo haberi voluere, *Iſern.& Affl. cita i.* Adeo vt ad *Greg. XIV.* mentem, graſſator dici non poterit, ſed pro eo, Eccleſiæ fruetur immunitate.

17 Tertius caſus eſt, Si ſemel † aut bis, priuata in via aliquos ſpoliaſſet reus, latro publicus non erit, vt eccleſiæ priuetur immunitate, *Decian.lib.6.crim.c. 28.num.2. Peguer.deciſ.40. P.Gambacurt.de immun. eccleſ.lib.5.cap.12.nu.5.6. Ambroſ.de immun.eccleſ. cap.3.num.5.* Quia immunitatis huius priuatio ob criminis atrocitatem fuit adinuenta, cum nocere poſſit multis, dum vias frequentatas obſederet, *ex Oldrad.conſil.154.* edisserit *Ambroſ.d.cap.3.num.5.*

18 Neque enim ita † atrox videtur delictum, ſi vias non frequentatas ipſe obſederit, *ad tex.l.1.C.quand. lic.vnic.ſine indic.ſe vendic.ibi, Aut itinera frequentata inſidijs aggreſſionis obſederit.* Quod expreſſim decidit S.P.teſte, *Farin.de immun. nu.165.* in culpa enim eſt, qui per inſuetas vias vadit, *ad text.l.qui fiſcales.vbi, Bart.C.de nauicular.lib.11. l.cum proponas C.de naut.fœnor.* Quæ autem frequentata ſit via, excutit, *P.Gambacur.d.c.12.num.6.*

Tertia Dubitatio eſt, *Probandi criminis modum à Seculari Principe, ſua Pragmatica conſtitutum, An ſeruare debeat Epiſcopus? ſi eccleſiæ immunitatis ſit quæſtio.* Hac in re, Ducis Feriæ Pragmaticam allegat Fiſcus Secularis, quæ ſtatuit tres teſtes derobatos, etſi ſingulares, fidem facere contra derobantē, eumque publicum latronem eſſe ſignificat, vt mortis naturalis pœnam pati debeat. Pro reſolutione, receptam, etſi eam eſſe, ac veram *Doct.* ſententiam dixerit, *Menoch.conſil.1108.num.7.* Supremum

19 etiam Principem † ſtatuere minimè poſſe, teſtibus ſingularibus plenè credendum, *ex Jaſ.d.admonendi. lect.2.num.191.ff.de iureiuran. Federic.de Sen.conſil. 16.Rom.ſing.361.Crot.de teſtib.num.219.221.Tiraquell.de indic.in reb.exig.Bardell.conſil.182.num.30. Gabr.tit.de teſtib.concluſ.1.nu.11.* Nec quod vnius

20 teſtis † dicto, in alterius præiudicium ſtandum ſit, *cap.indicas.3.quæſt.9. Doct.cap.nuper. de teſtib. Maſcard.de probat.concluſ.163.num.5. Felic.allegat.46. num.16.p.p. Decian.conſil.92.num.58.in 2.Petra de Princip.poteſt.cap.31.num.1.* Non enim condemnat, nec iuſtificat vnius atteſtatio, *cap.admonere.13. quæſt.3.Gabr.tit.de teſtib.concluſ.1. in princ. Rim.iunior,conſil.30.num.35. Felic.alleg.46.num.16.p.p.&* teſtes ſingulares licet ſint mille, nec probant plus, quam vnus, *Socc.iun.conſil.148.num.23.in 2. Gabr. tit.de teſtib.concluſ.2.num.2.Rim.iun.conſ.210.num. 66.Menoch.conſil.701.num.27.Maſcard.concl.347. num.56.* Cum contra ius diuinum ſit, *cap.in omni.de teſtib.cap.nouit.de indic. Alciat. cap.cum contingat. num.196.de iureiuran.Surd.conſil.12.num.6.Felic.d. allegat.46.num.18.* Niſi id ſtatuat criminali in cau-

21 ſa † ciuiliter etiam mota, *Matheſ.ſingul.61.Petra,d. num.1.* vel ſi credendum vni teſti dixerit, concurrente coniectura, *Decian.conſil.62.num.94.in 3. Menoc. de arbitr.caſ.99.num.20.Petra,d.cap.31.num.1. Felic.allegat.46.num.23.p.p.* vel ob publicam vtilitatem, *Abb.& alij,c.2.num.16.de probat.Bart.l.1.§. fin.C.de caduc.tollend. Clar.§.fin.quæſt.24. Ball.lib.5. pragm.3.num.1. tit.32.de comput.* Sicut mandare etiam poteſt Princeps vt probationibus minus legitimis fides adhibeatur, *Surd deciſ.312.num.4.* Si alia concurrerent, quæ rectam iudicantis conſcientiam informare poſſint, *ex Menoch.de arbitr.quæſt. 25.Bardell.conſil.182.num.33.34.*

Cæterum in foro Seculari hæc vera dicimus, non

22 vt Eccleſiæ † immunitati præiudicet. Etenim ſtatuere poteſt Princeps, vt quod ſui natura delictum non eſt, delictum ſit, vel quod grauiori puniatur pœna, & qui graſſator de iure non eſt, graſſator ſit, vt Se-

vt Secularis,& maior illi irrogetur pœna,non vt ex
hoc, eccleſiæ priuetur immunitate, *Peguer. deciſ.
40.num.7.verſ.quinimo.Ambroſ.de immun.cap.3.nu.
6.Farin.de immun.eccleſ.num.25.26. Gambacurt. de
immun.eccleſ.lib.3.cap.12.num.7.* Principes namq.
Seculares coadiuuare poſſunt Eccleſias, & conferre per ſuas Leges, non auferre quæſita, *Caccialup.l.
1.num.189.C.de Summ.Trinit. Ceuall. de cognit. per
vim,& violen.in proem.cap.6. Tuſc.lit.I.concluſ.59.
num.11.* Neque illa aſtingere, limitare, modificare,Tum quia reſtringere, eſt in parte aliqua reuocare;ex illa ratione, *gloſ.cap.quia circa.de priuileg.* Tũ
quia ſi poſſet concedens limitare,poſſet etiam fraudem excogitare, qua paulatim reſtringendo impediret,reuocaret: Neque enim ſi noua conſtitutione
23 † aucta ſit delicti pœna,eius natura immutata cenſetur, *Afflict.ad Regni Conſtit.rub.55.de periur.num.
3.lib.3.Decian.lib.5.crim.cap.4.num.13. Felic.alleg.
24 77.num.2.p.2.* & licet teſtibus interreſſatis † credendum ſit,ſi Fiſco ſuum renuntiauerint intereſſe, *Baldus,l.dictantibus.num.3.C.de teſtam. Felin.cap.perſonas.ad fin.de teſtam.Ferrar.cautel.40. Dec.conſ.342.
num.4.Crauet.conſ.73.num.29.Oſaſc.deciſ.99.num.4.
Caſtill.deciſ.157.num.11.Muſcatell.prax.delict.tit.de
priuileg.& pœn.vſur.num.21.Roland.conſil.45.num.
14.conſil.98.num.31.in 4.* quibus alias non crederetur, Statuto etiam mandante, quod illis credatur,
*Bertaz.crim.conſil.33.num.16.*Cum in ſui commodum deponant,*l.nullus.ff.de teſtibus.l.1.§.impropria
ff.quand.appell.ſit.Farin.quæſt.60.num.64. Petra, de
fideicomm.quæſt.12.num 449. Honded.conſi.33.num.
91.in 2.Viui.deciſ.179.num.1. Felic. alleg.169.num.
8.p.2.*& in damnum alterius, *Decian.conſil.93.num.
58.in 2.Felic.alleg.46.num.20.p.p.* Imo renuntiatione hac non obſtante,omni exceptione maiores habendi non ſunt, vt ex eorum dictis ad pœnam ordinariam condemnandus ſit reus, *in term.Crauet.conſil.73.num.30.Burſ.conſil.320. num.89. Caſtill.deciſ.
157.num.11.* Niſi coadiuuante Regni Pragmatica,
quæ aliter præcipit, ſed in foro eccleſiaſtico non
25 ſeruatur. Quare † cauendum à *P.Gambacur.Ieſuita,de immun.eccleſ.lib.3.cap.13.* quatenus non rectè
ſentiens immunitatem hanc, conſtituit in generalibus Regni Comitijs, ex interuentu Prælatorum
Regni poſſe fieri legem, qua ab eccleſiæ immunitate per S.P.conſtituta,deflectamus.

Ex his interloquutum fuit,ab Eccleſiaſtico Magiſtratu,in omni criminum capite, Philippus Militi, eiuſque filij *gaudeant Eccleſiæ immunitate.* Anno
1624.

SVMMARIVM.

1 *Tortura promptior debet eſſe iudex in delictis ſecretò commiſſis.*
2 *Coniecturas admittunt, quæ difficilis ſunt probationis.*
3 *Mandatum ad occidendum inter patrem, & filium ſecretò committi ſolet.*
4 *Tractatus de occidendo ſecretò fit.*
5 *Inimicitia mandatum arguit ad occidendum, alijs concurrentibus.*
Declar.num.27.28.29.
6 *Pactum redimendi infra annos tot, & non vltra, validum eſt.*
Declar.num.22.
7 *Perquirere inimici iter, torturæ eſt indicium.*
8 *Fuga filij,homicidium à patre mandatum arguit.*
Declar.num.30.31.32.33.
9 *Minæ,indicium faciunt ad torturam.*
Declar.num.34.35.36.37.38.
10 *Mandatarius an eſſet alias occiſurus? quibus indicijs? & à quo probandum ſit? & num.39.40.41.42.*
11 *Fama alijs iuuata adminiculis,torturæ eſt indicium.*
Declar.num.43.44.
12 *Fama vehemens, etſi ſola, ad torturam ſufficit.*
13 *Fama ſola,mandatum probat ad occidendum,quod difficilis eſt probationis.*
14 *Ratihatio in delictis, mandato eſt ſimilis.*
15 *Mandatum à patre filio datum præſumitur, ſi futurum homicidium ſciuit pater,& tacuit.*
Declar.num.45.46.47.48.50.
16 *Teſtis requiſitus, vt pecunia mediante, aliquem occidat; ſi renuit, & deponit indicium eſt, contra mandantem.*
Declar.num.51.52.53.54.
17 *Mandatum, ciuili, vel criminali in cauſa non præſumitur, ad illicita.*
18 *Mandatarij perſonam verè conſtare debet.*
19 *Torturæ locus non eſt in delictis, quorum extraordinaria eſt pœna.*
20 *Homicidium grauem expoſcit cauſam.*
21 *Inimicitia,ſi leuis ſit, ceſſat occidendi animus.*
23 *Actus ſequens, præcedentem animum arguit, qualis fuerit.*
25 *Spontanea ad carceres præſentatio, fugæ indicium remouet.*
25 *Falſus etſi in modicis ſit teſtis, tota cauſa arguitur falſa,ne torqueri poſſit reus.*
26 *Mandatarius, ſi occidere velle minatus ſit,ceſſat mandati præſumptio contra mandantem.*
49 Tex.c.conſtitutus. de teſtib. *declaratur.*
55 *Teſti inhabili, An credendum? ſi veritas aliter haberi non poteſt?*

ARGVMENTVM.

Mandatum à Patre Filio datum ad occidendum, quibus indictijs præſumatur? Quibuſuè excuſetur? Ne torturæ locus ſit?

Diſcutitur, Menoch. conſil.788. & Pacian. conſil. 119.

CONSILIVM XCI.

Aſcanium, ſcopettæ ictu occiſum (cũ in curru aſſociatus vxore, & filijs domum veheretur) à D.Franciſco fuiſſe ex D. Petri patris mandato Fiſcus contendit. Eoque ob contumatiam bannito; D. Petrus cum alia omnia cogitans in foro ſpaciaretur, in carcerem(extra mentem)rapitur, veluti mandati homicidij reus. Porrò Fiſcus mandatum ſatis probaſſe credit, ac propterea quæſtionibus locum eſſe, ex infraſcriptis indictijs. Vno tamen prius cognito.

In

1 In delictis, quæ ſecretò fiunt † Iudex debet eſſe
promptior ad torturam, Bald. l.quicumque.num.28.
C.de ſeru.fugit.Gram.conſ.17.num.5. vot.21. num.6.
deciſ.34.num.38.Ferrett.conſ.51.num.15. Boſſ.tit.de
indict.num.181.Menoch.de arbitr.quæſt.84.ad finem.
Decian.lib.5.crim.cap.36.num.16.Pacian.conſ.158.
num.18.Farinac.quæſt.37.num.85.86.150. Granut.
Theorem.23.num.15.Macerat.lib.3.reſolut.10.caſ.5.
Peregr.conſil.2.num.101.in 2. Felic.allegat.45.num.
6.7.p.p.Gabr.tit.de probat.concluſ.1.nu.30.46. Quæ
2 enim difficilis ſunt † probationis, coniecturas ad-
mittunt,& veræ ſunt probationes, Bart. l.ſi quis ex
argentarijs.§.an verò.num.3.ff.de edend. Bald.l.ſi fu-
gitiui.num.5.C.de ſeru.fugit. Feder. de Sen. conſ.119.
Marſ.in prax.§.principium.num.13.Alex.conſil.64.
num.7.in 1.conſ.24.num.16.in 2. Pacian.conſil.158.
num.19.Menoch.conſ.788.num.1. Imo leuiores ſuffi-
ciunt ad torquendum, Bald.d.l.quicumque. num.2.
& in l.3.num.3.C.de epiſcop. audien. Marſ. l. diuus.ff.
de quæſtion.& in prax.§.diligenter.num.80.124.Car-
rer.in prax.§.circa quartum.num.19. Gramm.vot.3.
21.Crauet.conſ.220.num.15.Perſon.de indict.numero
23.100.Burſ.conſ.116.num.33.Hondcd.conſ.106.nu.
68.conſ.107.num.52.in 1. Guazz. reorum defenſ.30.
cap.4.num.9.Merlin.deciſ.100.num.13.Felic.allegat.
45.num.7.p.p.Farinac.quæſt.2.num.12.quæſt.37. nu.
150.153.conſil.5.num.100. conſil.116.num.16.conſ.
175.num.4.18.Decian.lib.7.crim.cap.24.numer.10.
Bim.conſil.188.num.43.44. Oſaſc. deciſ. 72. num. 1.
Azeued.conſ.28.à num.66. Cald, de modo articul.§.
3 2.gloſ.1. num.1432. Sed mandatum † ad occiden-
dum inter patrem,& filium ſecretò committi ſolet,
vt difficilis probationis ſit, ex Bald.conſ.84.in 3.De-
cian.conſ.88.num.3.in 3. Menoch.conſ.788.num.1. Si-
4 cut,& tractatus † de occidendo, Craueta.conſ.220.
num.15.Intrigl.deciſ.40.num.7.38. Farin.quæſt.18.
num.105.Menoch.conſil.788. num.1. de arbitrar. caſ.
116.num.15.Cald,de modo articul.§.2.gloſ.1. numero
1432. vt ſingulares teſtes probent, Abb.cap.fin.not.
2.de teſtib.cogen.Alexand.conſ.64. num.7.in 1. Me-
noch.d.conſ.788.nu.14. Iudicia ergo ſatis ſunt. His
ſic poſitis.

5 Primo, inimicitia mandatum arguit † ad occidē-
dum, Bald.conſ.98.in 1. conſ.383. in 5. idem Bald.nu.
10.Iaſ.num.21.in l.1.C.de ſeru.fugit. Alex.conſ.69.
num.4.in 2.Blanc.de indict.num.96. Si inimicus ſecre-
tò ſit allocutus aliquem, qui ferè illico homicidiū
patrauit, Marſ.conſ.3.num.8.& in l.1.§.præterea. nu.
58.ff.de quæſtion.Decian.conſil.88. num.10.in 3. Ma-
ſcard.de probat.concluſ.901. num.2. Menoch. conſilio
788.num.2.9. Inimicitiam ex eo ſupponit Fiſcus,
quod cum Sardus baroniam Mottæ vendiderit D.
Petro, reluendam aduerſus Romeum tunc poſſeſſo-
rem, pro vntijs duabus mille. Reſeruata ſibi redi-
mendi facultate poſt annos nouem, Cumque D.
Petrus maximam pecuniam, tum in ea recuperan-
da, tum in ea ab inſtanti creditorum mole conſer-
uanda impenderit innouauit illud redimendi pa-
ctum, vt infra annos quatuor tantum Sardus poſſit
6 redimere, Quod † validum dixere, Bald.conſ.108.in
5.Angel.conſ.199.Soc.iun.conſ.46.num.3.in 4.Natt.
conſ.492.in princ.Tiraq.2.retrac.§.1.gloſ.2.num.40.
Sed Aſcanius nullo agnationis gradu, Sardo con-
iunctus? Pecuniam omnem D.Petro ſe ſoluturum
obtulit, ſi baroniam ſibi ad formam bullæ ipſe ſub-
iugaret. Quod ægrè ſatis tuliſſe D.Petrum opina-
tur Fiſcus; & ex odio in Aſcanium concepto, capi-
talem ortam inimicitiam inquit, Qua mandauerit
filio, Aſcanium occidere; Secretum fuiſſe manda-
tum commoſtrat Fiſcus, tum quia à patre in filiū,
vt de domino eiuſque domeſticis reſpondit, Marſ.
conſ.3.num.9.Menoch.conſ.788.num.7. Incontinenti
ſecutum fuiſſe homicidium videtur, cum vix breue
interceſſerit tempus. Deponit namque Octauius
teſtis, quod cum conſcius eſſet D. Petrus, depoſitū
à Sardo cum pecunijs Aſcanij de proximo facien-
dum eſſe, petijt ab eo, Quo die iturus erat Meſſanā
ad pecuniam pro reluitione deponendam, & an A-
ſcanius cum eo Meſſanam accederet. Cumq. vtriq.
petitioni ipſe reſpondiſſet certo die Meſſanam itu-
ros ipſum, & Aſcanium, iratus D.Petrus dixit, Bono,
andate, mæſtitiæ ſigna, rigido ſuo aſpectu commo-
7 ſtrans, perquirere inimici † iter, deliberati animi
eſt indictium, Farin.conſ.193.num.85. etſi non ho-
micidij, quia non ipſe occidit, mandati ſaltim, cum
literas miſerit filio, ex quibus ſecretam ſupponit
Fiſcus allocutionem, & eo die, quo Octauius dixe-
rat, ipſe, & Aſcanius Meſſanam appulerunt, & hunc
occiſum conſtat.

8 Secundo, accedat filij fuga, † Qui ſicut fugiendo
ſtatim ſecuto homicidio, ſe de eo ſuſpectum fecit,
Boſſ.tit.de indict.num.49.Clar.§.fin.quæſt.21.Menoch.
conſ.788.num.28. Tum maximè, ſi cum ipſa fuga
coniunctum aliud eſt adminiculum, Bart.l.fin.ff.de
quæſtion.Blanc.de indict.nu.279.Ioan.de Amic.conſ.
37.num.5. conſ.131.nu.3.Menoch.d.nu.28. Ita etiam
cum ſit D.Petri filius, de eius voluntate, & manda-
to homicidium perpetraſſe cenſetur, vt ex c.conſti-
tutus.de teſtib. arguit in term. Pacian.conſ.119.num.
8.9.10.

Tertio, vlciſcendi animum habuiſſe D.Petrum
probat Fiſcus ex minis, ne dum in Sardum redimē-
tem, ſed in Aſcanium, vt ex literis ab Aſcanio, & ipſi
Sardo ſcriptis conſtat. Imo deponit Octauius, Ba-
roniæ reluitionem ſibi diſſuaſiſſe D.Petrum, quia
ſua erit ruina. Addit Antonius Marinus teſtis,
quod in maritima Ciuitatis Thauromenij D. Pe-
trus alloquens Presbitero Iacobo, & Ioanni Vincen
tio Monſignori, in hęc prorupit verba, Vada con
Dio Aſcanio, ſi hà volſuto impedire à fatti mei di la
Motta, ma non importa, mi la paghirà, & minabatur
Aſcanium, digitum mordens, quaſi ira percitus,
pro Baroniæ reluitione cum pecunijs ab Aſcanio
9 mutuatis. Sed minæ † faciunt indictium ad tortu-
ram, Alex.conſ.180.num.5.in 2. Crauet.conſil.35.nu.
1.16.Plac.1.delict.cap.28.num.18. Tuſc.lit.M.con-
cluſ.236.num.3. Si duobus ſaltim probatæ ſint teſti-
bus, Farin.conſ.130.num.7.Bertazz.crim.conſil.116.
num.18. ac ex illis vrget præſumptio D.Franciſcum
homicidium non aliter commiſſurum, niſi patris
10 mandato, probare ergo debebat pater, † quod ſine
ſuo mandato Aſcanium ipſe interfeciſſet, ex Bald.
l.ob hac verba.num.3.ff.de ijs, qui notan.infam. in l.1.
num.9.C.de ſeru.fugit.in l.data opera.num.7.C.qui ac-
cuſ.non poſſ.Dec.l.conſilij.num.9.ff.de reg.iur. Felin.c.
ſicut dignum.num.12.de homicid.Marſ.l.1.§.præterea
ff.de ſicar.& ſing.218.Ruin.conſ.6.num.3.in 5.Couar.
clem.1.p.2.§.2.num.1.de homicid. Menoch. conſ.788.
num.34.

num.34. Imo quod mandatarius perpetraturus eſ-
ſet delictum, vel non, coniecturis conſtare poteſt,
ex *Ruin.conſ.6.num.3.in 5. Decian.conſ.4.num.20.in*
3. Quarum altera ex eo ſumitur, quod minimè erat
ipſe mandatarius æquè principaliter inimicus oc-
ciſi, ſicut, & mandans, *Menoch.d.num.34.* idq. eue-
niet, ſi illata fuerit iniuria filio, aut ſeruo in contu-
meliam patris, vel domini, Tunc iniuriæ vindicta
principaliter ad patrem, vel dominum pertinet: ip-
ſeque iniurians, inimicus domini, vel patris, eſt in
conſequentiam famuli, ſeu filij, *l.item apud labeo-*
nem.§.ſi quis fecerit.ff.de iniur. §.ſi ſeruus. Inſtit.eod.
Si ergo dominus mandauit famulo, vt iniuriantem
occidat, tenetur dominus; præſumptio enim eſt,
quod famulus non erat occiſurus, *Ruin.conſil.6.nu.*
3.in 5. Cumque iniuria principaliter illata fuerat
patri, filius ſine eius mandato Aſcanium non occi-
diſſet. Imo communis eſt *Doct.* opinio, nullam eſſe
faciendam diſtinctionem, an mandatarius homi-
cidium eſſet perpetraturus, vel non, ſed abſolutè
pœna homicidij teneri mandantem, *gloſ. l.1.§.per-*
ſuadere.ff.de ſeru.corrupt.Bald.l.non ideo minus.num.
13.C.de accuſat.& in l.ob hec verba.num.3. ff. de ÿs,
qui notan.infam.comm.Iaſ.l.1.num.22. C.de ſeru.fu-
git.Gomez,§.pœnales.num.10.Inſtit.de action. Menoc.
conſ.788.num.34.Couarr.clemen.1.p.2.§.2.num.1.de
homicid.Clarus,§.fin.quæſt.89. Qui *communem* hanc
eſſe *opin.* ſcripſit, *Eamq; ſeruaſſe Senatum Mediolan.* à
quo deciſum refert Auguſtino Marentio, amputandum
eſſe caput, quia mandauerat filio ſuo, vt
propriam vxorem, quam erat interfecturus, oc-
cideret.

11 Quarto, Accedat fama, quæ † in Ciuitate Thau-
romenij ſtatim fuerit orta, occiſum fuiſſe Aſcaniũ
à D.Franciſco, ex D.Petri patris mandato, Eam-
que ſatis eſſe, ait, *Menoch.conſil.788.nu.26.* Etenim
concurrentibus adminiculis perpetrati criminis
facit indictium, *Blanc.de indict.num.313.Perſonal.*
de indict.num.50.Gramm.conſ.17.num.10.conſil.32.
num.7.vot.34.num.3. Rimin.iunior, conſ.88.num.44.
Burſ.conſ.35.num.16.conſ.315.num.8. Petr.de fidei-
comm.quæſt.13.num.137. Pariſ.conſ.153.in 4. Fari-
nac.quæſt.47.num.11.206. Maſcard. concluſ.754.nu.
5.Decian.conſ.83.num.6.in 3. Macerata.lib.3.reſolut.
20.caſ.5.ad finem.Eugen.conſ.27.num.24. Clar.§.fin.
quæſt.21.& ibi Baiard.à num.1.Bertaz.crim.conſilio
160.num.4.conſ.234.num.6.conſ.548.num.4.Menoc.
de præſumpt.lib.1.quæſt.89.num.9.Non.conſ.99.num.
12 28. maximè ſi † vehemens ſit, *Iaſ.l.admonendi.num.*
205.ff.de iureiur Felin.cap.veniens.num.15.de teſtib.
Marſ.l.de minore.§.plurimum. num.29. ff.de quæſtion.
& ſingul.97.ſing.205.conſ.3.num.6. Menoch.d.quæſt.
89.num.32.Gramm.deciſ.34.num.52. deciſ.42. num.
11.conſ.57.num.16.Peguer.deciſ.17.num.16. Cum-
13 que mandatum de † occidendo difficilis probatio-
nis eſſe dixerim, *num.3.* ſola fama, abſque alijs admi
niculis indictium facit, *Clar.d.quæſt.21. Menoc.con-*
ſil.788.nu.27. eiſque additis, probat etiam ad con-
demnandum, *Bard. d.quæſt.21. num. 8. quæſt.63.*
num.8.9.

14 Quinto, Ratihabitionem in delictis † mandato
aſſimulari, inquit *Bald.num.21. Salic. nu.35. in l.non*
ideo minus.C.de accuſat. Macerat.lib.2.reſol.55.num.
9.10. Maximè ſi ratum habentis nomine commiſ-
ſum fuerit homicidium, *Farin.in ſcholijs ad conſ.26.*
lit.A.Peregr.conſ.104.num.2.in 2. Hondcd.conſ.96.
num.58.in 2. Sed Fabio Aleſſi miſſo à D. Didaco ad
vocandum D. Petrum patrem, vt Meſſanam veni-
ret, quia fertur Aſcanium a D. Franciſco occiſum
fuiſſe. Cui reſpondidit D. Petrus, *Queſto villano non*
ſapeua tutto queſto. Quibus verbis nedum ratihabi-
tionem probari, ſed quod à principio ſciuerit pa-
15 ter, filium † occiſurum eum fore, præſumitur ergo
ſic ab ipſo patre mandatum, *cap.conſtitutus. de te-*
ſtib. Bart.l.1.§.fin.ff.quod vi, aut clam. Butr.c.fin.de
præſumpt.Rom.num.6.Alex.num.24.in l.de pupillo.§.
ſi quis ipſi prætori.ff.de nou.oper.nunt.& in l.1.num.4.
C.ne lic.poten.Dec.conſ.224.ad fin. Marſ.conſ.132.ex
comm.Decian.conſ.88.num.1.20.21.in 3. Menochius,
conſ.788.num.8.Pacian.conſ.119.num.11.12. Quæ
iuris præſumptio eo magis locum habet, ſi homici-
dium ab his fuerit perpetratum, qui arcto ſangui-
nis vinculo ſunt coniuncti, vt in filio, reſpondit *Ale*
xan.conſ.69.num.5.in 2.Marſ.conſ.3.num.18. Menoc.
d.num.8. Ex eo enim, quod ſciuit, & tacuit, manda-
tum dediſſe patrem cenſetur ad occidendum, *Pa-*
cian.conſ.119.num.80. Fortius ſi delictum ſucceſſi-
uam cauſam habeat, cui dominus, vel pater veriſi-
militer occurrere potuit, *Abb.c.cum cauſam.num.*
2.de teſtib. Felin.d.c.petrus.num.4. Menoch.d.num.8.
Idem quoque eſt, ſi actui momentaneo occurrere
ipſe potuit, *Felin.d.c.Petrus.nu.6. Curt.ſen. conſ.41.*
Oſaſc.deciſ.104.num.7.Menoch.d.num.8.

Sexto, Cum hæc ex primis teſtibus ad informan-
dum receptis, imperfectè etiam probauerit Fiſcus,
quæ ſimul, ad mandatum ſaltim coniungi hodie
poſſe petit, *ex Menoch.conſ.788.* Nouem ferè elapſis
menſibus, Paſqualem Luchino teſtem produxit, af-
16 firmantem, requiſitum alias † à D. Petro fuiſſe, &
precibus rogatum in ſtrata publica, quod ſi Aſca-
nium occideret ſcutos mille ei daret, vel quincen-
tos; Sed teſtis ipſe renuit, Cumque crimen *hoc pa-*
trari ſit ſolitum, cum perſona inhabili, per eum pro
bari potuerit, maximè ſi atrox illud ſit, ſic in tenta-
to de corruptela, vel de mandato, quando non ſu-
ſcepit mandatum, & corruptelam non acceptauit,
Franc.Marc.deciſ.488.num.8.p.p.Gramm. conſil.21.
vot.11.num.1.2.Bald.conſ.429.in 3. Boſſ.tit.de indic.
num.154. Caual.deciſ.13.num.4.5.9.p.5. Addit Fi-
ſcus, & alios duos teſtes, qui requiſitionem *hanc* à
Paſquali relatam depoſuerunt, & cum audiuerint
occiſum fuiſſe Aſcanium, crediderunt verè D.Petri
mandato occiſum eum fuiſſe, Hactenus Regius
Fiſcus.

Cęterum maturius, ac diligentius re ipſa perpen
ſa, contrariæ ſum opinionis, Torturæ nempe locum
non eſſe, cum nullum tacitum, vel expreſſum à pa-
tre præceſſerit mandatum, nec D.Franciſcum *filiũ*
occidiſſe conſtat, quod vt dicam, me mouent mul-
ta non contendenda.

17 Primo, Certi iuris eſt mandatum † ne *dum* ciui-
li in cauſa non præſumi, niſi probetur, *Dec.conſilio*
437.num.2.Gabr.tit.de procur.concluſ.1. Sed, nec in
criminali, in qua de maiori agitur præiudicio, *Feli-*
nus, cap.Petrus.num.3.de homicid.Bald.conſ.98.num.
8.in 1.alias, conſ.388.num.5.in 5.Dec.conſ.437.num.
5.Tuſc.lit.M.concluſ.32.num.8. Maluaſ.conſ.88.num.
7.Decianus, conſil.4.num.50.conſ.104. num.33.in 3.
maximè

Digitized by Google

maximè ad illicita, Jacob.Gall.conſ 81.num.23. Addit illic, Bald. etſi delictum à famulo, vel amico cõmitteretur, Anan.conſ.59. Boſſ.tit.de mandat.ad homic.num.39. Natt.conſ.449. Burſ.conſ.20.n.2. Farin. quæſt.134.num.67.72.conſ.22.num.31. Cephal.conſil. 652.num.22. Tuſc.d.num.8. Iacob. Gall.conſ.115.n.8. vel etiam à filio, Paeian.conſ.119.d nu.46. Proinde aduerſus mandantem formari non poteſt inquiſitio, nec vllo modo procedi ratione mandati, niſi de mandato prius conſtiterit, Bart.l.ſi is qui rem.§.ſi tu titium.ad fin.ff.de furt. Foller.in prax. gloſ.capiant informationes.num.58. Boſſ.tit.de delict.num.35. Pariſ. conſil.171.num.10.in 4. Marſ. conſil.49.num.11.& ibi Ruin.num.59. Burſat. conſil.20.num.6. Menoch.de arbitrar.caſ.352.num.15. Farinac.quæſt.3.in princip. Paeian.conſ.119.num.49. Sed conſtare, aut præſumi nec poterit, quod pater mandatum dederit filio, ad occidendum, tum quia pater pro eo præſumitur bonum capere conſilium, l.final.ff.de curat.furioſ.l. nec ea.ff.de adult. Menoch.conſ.8.num.1. Tiraq.de reuoc.donat.in præfat.num.3. Maccrat.lib.3.reſol.10. num.23. Alba, conſ.286.nu.17.conſ.214.nu.58.conſ. 304.num.11.conſ.307.num.5. Decian. conſ.78.n.2.in 5. Tum quia pater ditiſſimus, non præſumitur ita faciliter delinquere, Barbat.conſ.20.in 2. Carrer.in prax.§.homicidium.num.32. Gram.conſ.57.nu.8. Menoch.conſ.361.num.3. Maccrat.d.reſol.10.n.24. Tum quia commune votum parentum eſt, velle filijs theſaurizare, non ad miſeriam eos reducere, l.reſcriptum.ff.und.liber.l.nihil.§.1.ff.de oper.libert. Bertaz. crim.conſ.8.num.20. Macer.d.reſol.10.num.25. Tum quia primogenitus, caput domus, & familiæ; vxoratus cum nobiliſſima, habens quinque filios. Quis ergo ita impius pater eſt? qui in hæc filium velit exponere, & maximè D.Petrus pro ſua prudentia nemini ſecundus? Somniant ergo illi, qui de tali mandato loquuntur.

Secundo, Mandatarij perſonam conſtare neceſ-
18 ſe † eſt, verè, non per coniecturas, vt contra mandantem procedi poſſit, Boſſ.d.tit.de delict.num.36. ad fin. Farinac.conſ.24.num.11. quæſt.3.d num.1. Menoch.de arbitr.caſ.349.num.13.caſ.352.num.15. Decian.lib.9.crim.c.33.num.2. Cartar.de exequut.ſent. capt.bann.c.1.num.347. Macerat.lib.3.reſol.2.num. 10.reſol.47.num.5. Tuſc.lit.M.concl.35. Burſ.conſ.20. num.6.conſ.146.num.11.conſ. Felic.alleg.114.num. 13.alleg.167.num.2.p.2.216.num.82. Surd.conſ.40. num.10. Turret.conſ.94.n.1.in 1.conſ.4.num.10.in 2. Rouit.tit.de aſſaſſ.pragm.6.n.2. vt nec ſufficiat mandatarij contumacia, niſi vera ſit eius confeſſio, ex Bart.d.§.ſi tu titium.vbi, Alex.in ſcholijs.& conſ.99. in 1. Marſ.conſ.49.n.11.12. Boſſ.d.tit.de delict. nu.49. Plac.lib.1.delict.c.16.num.9. Ang.de malef.gloſ.dicto maleficio.num.20. Foller.in prax.gloſ.capiat informationem.num.69.70. Burſat.conſ.20.num.2. Caball. crim.reſol.caſ.56.num.101. Maſcard.concluſ.169.nu. 17. Intrigl.deciſ.19.nu.19. Farin.conſ.24.nu.11.qu.3. num.5. Cartar.d.cap.1.num.348. Clar.§.fin.quæſt.90. Alias delicti corpus, nec probatum eſſe voluit, Eugen.conſ.76.num.135. Guaz.reor.defenſ.4.c.13.nu.2. & licet mandantem extra ordinem puniri poſſe dixerit, Intrigl.d.deciſ.19.num.20. Si plenè de mandatario non conſtet, Farin.quæſt.3.num.8. In delictis tamen, pro quibus extraordinaria imponenda eſt
19 pœna † non ſolet tortura inferri, Intrigl.ſing.238. lib.1. Sed vbi pro crimine pœna dumtaxat, eſt ſu... relegationem, Cumi.rit.c.46.num.52.cap.72.nu.15. Gramm.conſil.15.num.4. Foller.in prax. gloſ.rei indurati.num.12.& in ſragm.p.p.num.215. Maſtrill. deciſ.218.num.8. Baiard.ad Clarum.§.adulterium.num. 62. Maran.conſ.38.num.1.13. Granut.Theorem.3.numero 10. Rouit.pragm.2.num.59.64.65. de iuriſdict. inuic.non turban. Muſcatell.in prax. rub.de vulner.nu. 29. Intrigl.deciſ.19.num.23. Burſ.conſ.445.num.60. 61. Farin.q.42.num.9. Peguer.deciſ.16.nu.2. & ita in M.R.C.ſeruatum inquit, Ball.lib.2.de quæſtion.num. 2. vt nec in Supremis Regni Tribunalibus, dubitari amplius, teſtetur, Maſtrill.deciſ.16.& deciſ.218. num.8. ad torturam ergo procedi non poſſe concludo.

20 Tertio, In quouis delicto conſideranda eſt † cauſa, quæ grauis eſſe debet, Caſon. de indict.tract.3.c.9. Mantua, conſ.152.num.13.conſ.163.num.14.in 3. Larat.conſ.105.num.12.13. Bertaz.crim.conſ.85.num. 17.18. Felic.allegat.168.num.3.p.2. & manifeſta, ex qua capitalis oriri poſſet inimicitia, Decian.lib.3. crim.c.25.num.30.31. Farin.quæſt.49.num.101.127. Honded.conſ.87.num.96.in 2. Felic.alleg.168.num.2.
21 p.2. Certique iuris eſt † leui inimicitia occidendi animum non argui, Pancirol.conſ.151.num.3.4. Honded.d.conſ.87.num.91. Bertaz.d.conſ.85.num.19.20. & ſine cauſa homicidium non committi inquit, Felic.alleg.18.num.2.p.p. Quin grauis requiritur cauſa, Caſon.de indict.c.1. Honded.d.conſ.87.nu.88. Bertaz.crim.conſ.192.num.16. Felic.allegat.36.num.11. p.p. Hinc homicidij cauſam potius ſpectandam, quam homicidium ipſum probat, tex.l.verum.2.ff. de furt. Menoch.conſ.438.num.1. ſine cauſa, nec delinquere quis velle præſumitur, Eugen. conſil.30.nu. 27. nec leuis inimicitia ſatis ſit, Azened.conſ.30.nu. 27. Menoch.lib.1.de præſumpt.quæſt.89.num.52. vel ſi leuis præceſſit cauſa, aut offenſa, Iaſ.l.1.num.30. C.de ſeru.fugit. nec offenſus diſſimili offenſione ſe vendicaturum fore præſumitur, Gabr.tit. de crim. concluſ.2.num.54. Cephal.conſ.324.num.30. Imo, vt ex inimicitia præſumatur mandatum, nedum requiritur capitalem eam eſſe, ſed quod correſpondeat offenſæ factæ, ex Fulgoſ.l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi.num.17. Rom.num.6. Alex.num.15.ff.de acquir. hæred. Iaſ.l.1.nu.21. C.de ſeru.fugit. Farin. conſ.147. num.32. Sed D.Petrus Baroniæ reluitionem ex pecunijs ab Aſcanio mutuatis, ad minimam etiam iniuriam non reuocauit, quia nihil de ſuo ipſe amittebat, cum quod minutatim ipſe expendit, ac per plures ferè annos ſoluit, vna ſolutione, omnem pecuniam conſequeretur. & cum diſertiſſimi ingenij illum credamus, & expectatę vitę, iraſci nec debuit de eo, quod à principio emptionis prædictæ Terrę contentus ipſe fuerat. Nec pactum illud poſſe intra annos quatuor redimi Baroniam, ex ſecundo contractu nouante conceſſum, operari poſſet effectum, vt illis elapſis nulla ſit Sardo redimendi ſpes, ipſaq. Baronia, pro ipſo D.Petro remanere deberet: Iuris enim
22 eſt pactum redimendi ad tempus † fieri perpetuũ, ſi quæ concurrat læſio, Hoſtienſ.in Summ.de vſur.§. an aliquo.num.9.10. Iacobin. à S. Georg. l.mutuum.in princip.ff.ſi cert.pet.ex comm. Soc.iun.conſ.104.in 3. Caſſan.conſil.11.num.40. ad Conſuet.Burgund.rubr.5.

§.1.num.22.rub.10.num.4. Bertrand. conſ.88.ad fin. vol.1.Boer.deciſ.182.num.12. Merlin. deciſ.70.num. 30.deciſ.96.num.94.comm. Tuſc.lit.P.concluſ.30.nu. 10.20.Bero.conſ.121.num.18.conſil.122.num.9.in 3. Sim.de Prat.conſ.160.num.33. Surd. deciſ.34.num.5. magis comm.Fab.Ann.conſ.68. num.1.4. Anna ſen. alleg.83.num.4.5. Tiraqu.lib.2.retract.§.1.gloſ.2.nu. 40.Menoch.de arbitr.caſ.217.num.2. Magon.Lucenſ. deciſ.77.num.18.Lepid.Lucen. deciſ.60. Lup.de vſur. comment.2.§.3.num.92.96. Ludouic.comm.concl.51. Quod æquum ſatis inquit, Tiraqu.d.gloſ.2.num.53. 55.Tuſc.d.concluſ.30.num.12. Socc.iun.conſ.104.nu. 3.in 3.Gramm.deciſ.76.num.15.Surd.d.num.5. Si læſio conſiderabilis ſaltim erit, Tuſc.d.conclu.30.num. 11. Socc.iun.d.conſ.104. Qua ceſſante, redimendi terminus pręſcriptus cenſetur, ſi inhibitum ei quoque ſit, (ne vlterius poſſit redimere,) Alias ſecus, ex
23 multis à Tiraq.d.gloſ.2.Hinc ſi animum † ex ſequenti actu agnoſcimus, ad tex. §.pauonum.Inſtit.de rer. diuiſ.l.hi qui.C.de adult.l.reprehendenda. C.de inſtit. & ſubſtit.l.ſed & Iulianus. §.proinde.ff.ad macedon.l. ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de legat.1. Bart. l.cætera. §. fin.ff.eodem.latè Dec.conſ.336.in princ. Farin.conſil. 13.num.19.conſ.139.num.13. Bim. conſil.18.num.4. conſ.43.num.33.conſil.92. num.9. conſ.145.num.28. Bertazz.crim.conſil.74.num.12. Rimin.iunior.conſil. 310.num.25.Surd.conſ.140. num.44.conſ.374. num. 24.conſil.534.num.28. Conſtat apertiſſimè ne dum ad iniuriam reluitionem illam non reuocaſſe, ſed ad gratiam, quia ſi ſucceſſor redimiſſet, & non ipſe Sardus, vncias ſolum bis mille conſequeretur, quæ in cauſam legitimam expenſæ videntur: reliquas verò ſummas cum in Sardi cauſam exoluiſſet Don Petrus, repetere nec poterit, Sardo mortuo, ſucceſſor feudi ad eas exoluendas tenetur, quæ feudum afficiunt, Abb.cap.1.de ſolut. Peralta, l.3.§.fin.num. 130.ff.de hæred.inſtit. Minad.in Conſtit.in aliquibus. num.50.de ſucceſſ. Padill.l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.num.7.ff.de legat.2.Franc.deciſ.273.num.5. Molina.de primogen. lib.1.cap.10.num.32.Gomez.l. Thaur.40.num.72. Peregrin. conſil.4.num.46.47.in 1.Cabed.deciſ.110.num.4.p.2. Rouit.tit.de feud.pragmat.25. dum reluitionis cauſam expediri curauit, & depoſitum reintegrari, à Sardo: Sententiæ acquieſcens, nulla appellatione interiecta, licet à Straticoti iudicibus grauatus in multis ipſe fuerit: Cumque præſumptio vna remoueat aliam, l.diuus.& ibi gloſ.extimatur. ff. de in integr.reſtitut.in l.non ſolum. ff. de rit.nupt. in cap. accedens. de crimin.falſ. Imo vincit ſemper præſumptio delicti excluſiua, Romanus, conſil.68.num.8.& ibi Scholiaſt. Grammat.deciſ. 18.numero 5. Gabriel.tit.crimin. concluſ.2.numero 1. Maſcardus, concluſ.864. num.3. concluſio.1224.numero 30. Farinacius.conſilio 102. numero 49.conſilio 112. num. 8.Tuſcus, lit.D. concl.165. num.10.ergo.

Quarto, Si ſpontanea rei præſentatio in carcere,
24 omne purgaret † indictium, à fuga exortum, Bart. l.ſi quid ſit fugitiuus. §.ſcienti.ff.de ædilit.edict. Brun. de indict.quæſt.3.num.7. Ioan.de Amic.conſ.7.num. 19.Farin.conſil.55.num.27.conſil.102.num.49. Clar. §.fin.quæſt.21.maximè ſi longum poſt temporis interuallum non ſe pręſentauerit, l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milit. Gramm.conſil.57.nu.2.3.Menoch. conſ.788. num. 30. Quid dicendum, hoc in caſu? cum à Terra Mottæ Meſſanam venerit D. Petrus pro filij defenſione, quam publicè diſpaciatus eſt per dies octo, & ad eum vſque diem, quo in D.Mariæ planitie, à Iuſtitiæ miniſtris fuerit ad carceres ductus. Imo in carcere exiſtens, Proregis iuſſu excarceratur, & nullo pœnali pręcepto ei facto, nullaque ab eo pręſtita fideiuſſione, liberè ad ſuam Moij Terram ſe contuliſſe conſtat, Quam ſolo verbo, ad priuatas ſuas literas iuſſit Prorex, vt pro carcere detineat.

25 Quinto, M.R.C. praxis † eſt, quod detecta modica teſtis falſitate in inquiſitionis ſubſtantia, ſolet reos grauiſſimorum etiam criminum, remittere in iuſtitiam, tota enim cauſa tunc arguitur falſa, Intrigl.deciſ.12.num.22.lib.3.ſing.37. Ball.de quæſtion. & tormen.quæſt.10.num.32.quæſt.11.num.25.Muta, Panorm.Conſuet.9.num.79. Burg. de mod.proced. ex abrupt.quæſt.46.num.11.28. Sed Marinus teſtis, afferens minas illas à Barone dictas, in conteſtem vocat Ioan. Vincentium Monſignore, qui totum negauit, de falſo ergo conuictus dicitur, ex Gramm.conſ. 26.num.20.21.Marſ.ſing.408. Intrigl.deciſ.12.num. 14.Gabr.tit.de teſtib. concluſ.2.num.5. Burſat.conſil. 164.num.7.Cephal.conſ.233. num.24. Maſcardus de probat.concluſ.1368.num.1.Bertazz.crim.conſ.334. num.3.Felic.alleg.14.num.33.alleg.15.num.134.alleg.50.num.20.p.p.alleg.92.num.9.allegat.134.num. 18.alleg.169.num.11.p.2.Rimin.iun.conſ.723. num. 54.Farinac.conſil.127.num.11.ſi enim in vno de falſo, ſuſpectus quis eſt, in omnibus ſuſpectus cenſetur, Felic.alleg.138.num.39.p.2. In vno falſus, in omnibus dicetur falſus, Felin.cap.fraternitatis.de hæret. Doct.l.ſi ex falſis.C.de tranſact.Farin.conſil.110.num. 1.conſi.115.num.14.conſ.146.num.6. conſ.172.num. 9.Clar.§.fin.quæſt.53.Pacian.conſ.20.num.105.conſ. 136.num.27.conſ.32.num.16.Bim.conſ.282.num.25. Gabr.tit.de crim.concluſ.4.Bertazz.crim.conſ.71.nu. 28.conſil.106.num.14. Felic.allegat.46.num.39.p.p. Rot.Auenion.deciſ.33.num.1.deciſ.53.num.4. Guaz. reor.defenſ.25.c.1.num.23.24. & in parte falſus, in totum creditur falſus, Farin.conſ.169.n.9.conſ.114. nu.17. & cum dignior eo ſit Monſignori teſtis, Qui negat, quam ipſe Marinus, nulla fides danda ei eſt. Imo teſtis ipſe cum Aſcanij debitor ſit, pro quinquennali dilatione obtinenda depoſuerit, quàm inde conſequutum fuiſſe conſtat, tradit, & meritò, Sim.de Prat.conſ.15.n.43. Teſtis multis implicitus, ſi deponat, & dimittitur, nullam facit fidem, contra quem depoſuit, Burſ.conſ.192.n.4.Guaz.reor.defenſ.20.c.24.num.2.

26 Sexto, ceſſat mandati † præſumptio, inquit Carot.ſing.366.Bertaz.crim.conſ.187.num.3. ſi mandatarius occidere velle minatus ſit, vt ex Fiſci teſtibus id conſtat ſatis. Proinde ſi filius occidiſſet, pater eius moleſtandus non eſſet, Pacian.conſ.119.num.9. Regulare enim eſt parentes non teneri pro delictis filiorum, nec filij pro parentum delictis, l.crimen.ff. de pœn.gloſ.l.ſi cui crimen.§.1. verb.pater.ff.de accuſat.l.ſancimus.C.de pœn. Imo ſi pater, & filius in eum fuerint minati, contra eum, minę facient indictium qui occideret, vt ceſſet mandatum, Eugen.conſ.76. num.78.Honded.conſ.87.num.87.in 2. Farinac.quæſt. 129.num.143.

27 Non obſtat Primum. Quia ſola † ipſa inimicitia

etiam

Digitized by Google

etiam capitalis, torturæ indictium non eſt, niſi alia concurrant, *Boſſ. tit. de indict. num. 47. Marſ. in prax. §. diligenter. num. 70. Blanc. l. fin. num. 177. ff. de queſtio. Grammat. vot. 30. num. 20. Pacian. conſ. 119. num. 22. Natt. conſ. 499. num. 6. Burſ. conſ. 20. num. 18. Gabriel. tit. de crimin. concluſ. 18. num. 2.* Fortius ſi leuis ſit, *Farin. conſil. 127. num. 26. 27. Alba, conſ. 516. num. 1.* maximè ſi de certo conſtet interfectore eius inimico, *Decian. conſ. 115. num. 15. in 3. Eugen. conſ. 27. nu. 32. Farin. conſ. 147. num. 13.* nec mandatum ex inimicitia, præſumit *Menoch. conſ. 788. num. 2.* Si occiſor eius erat inimicus, *Honded. conſ. 96. num. 65. in 2.* licet à famulo, vel à valde amico commiſſum ſit homicidium, *Decian. conſ. 4. n. 50. in 3. Alba, conſ. 516. & ibi, Scholiaſt. lit. A.* Nec perquiſitio illa D. Petri, quo die diſceſſuri erant ſatis eſt, cum remotum ſit indictium, duobus ergo teſtibus probandum, *Eugen. conſ. 27. num. 35. conſ. 63. nu. 55. Farin. conſ. 192. num. 23. Rim. iunior, conſ. 723. num. 30. Felic. allegat. 168. num. 5. p. 2. Honded. conſ. 87. nu. 120. in 2.* Cumque ſolus Octauius perquiſitionem illam depoſuerit, vt ſingularis non probat. Imo ſi perquiſitio illa fuit ante portam Caſtri, in ſtrata publica, palam, & in meridie, cum ab alijs id probari potuerit, ipſeque teſtis, nec alium in conteſtem vocet, nec teſtes alios produxit Fiſcus, de falſo ſuſpectum eum eſſe dixit, *Natt. conſ. 666. num. 12. Rym. iunior, conſ. 489. num. 5.* cum nec ſecreta fuerit, *Farin. conſ. 147. num. 43.*

28 Reſpon. II. Nullam hoc in caſu † extare inimiciciam, quæ nec præſumitur, niſi fuerit à Fiſco probata, *Bald. num. 16. Salic. num. 2. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. & in c. conſtitutus. de reſcript. Gramm. conſil. 42. num. 11. Crauet. conſ. 7. num. 8. Gozad. conſ. 89. ad fin.* & in ſpecie, *Gramm. deciſ. 34. num. 21. conſ. 44. num. 7. Decianus, conſil. 104. num. 9. in 3. Macerat. lib. 3. reſolut. 22. num. 7.* cum nemo præſumatur inimicus, *Azeued. l. 19. num. 23. tit. 10. lib. 2. recop. Farin. conſil. 132. num. 3.*

29 Reſpon. III. Quod ex inimicitia † capitali delictum, ita demum præſumitur, Alterius conſanguinei mandato factum, ſi tria concurrant, capitalis nempè inimicitia, item quod offenſus ſit ſecreto illi alloquutus, & quod homicidium ſecutum mox ſit; Quorum altero deficiente, ceſſat mandati præſumptio, *Bald. num. 17. Iaſ. num. 31. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Rip. l. ſi ventri. §. eorum. not. 3. ff. de priuileg. credit. Ioan. de Amic. conſ. 59. Anan. conſ. 59. num. 2. Decius, conſ. 234. ad fin. Rim. iunior, conſ. 88. Sim. de Pratis. conſ. 15. Burſat. conſ. 20. num. 20. conſ. 216. num. 30. Crauet. conſ. 35. num. 4. Clar. §. fin. quæſt. 89. ad fin. ex comm. Gabr. tit. de crimin. concluſ. 2. num. 55. Plac. lib. 1. delict. c. 14. num. 6. Pacian. conſ. 119. num. 82. Macerat. lib. 3. reſol. 22. num. 6. Maluaſ. conſ. 88. num. 8. Iacob. Gall. conſ. 115. num. 6. Farin. conſ. 102. conſil. 147. num. 6. 7. 8.* Quæ tria copulatim nec negat, *Menoch. de arbitr. caſ. 361. nu. 49. conſ. 788. nu. 2. 7. & alij, quos citat.* Cumque non conſtet inimicitia, nec ſecreta eorum alloquutio, quam in bonam partem potius præſumendam teſtatur, *Marſ. conſ. 21. num. 12. Macerat. d. reſol. 22. num. 8.* Tum maximè quod ſecretæ alloquutionis indictium, leue cenſetur, *ex Bald. l. non hoc. ad fin. C. vnd. cognat. Ioan. de Amic. conſ. 134. nu. 4.* contra perſonam bonæ vitæ, & famæ, *Maſcard. concluſ. 419. nu. 11.* Ipſumque mandatum, delictum debet præcedere, *Decian. lib. 9. crim. c. 34. num. 25. c. 35. num. 8.* ex verbis præceptiuis, deprecatiuis, vel optatiuis, non alijs, *Farin. conſ. 225. num. 11.* Addit, & merito, *Peregr. conſ. 104. num. 4. in 2.* illis remotis, ſi filius inimicum meum occidat, mandato meo non præſumitur occidiſſe, *ex Bald. l. 1. num. 11. C. de ſeru. fugit. Boſſ. tit. de mandat. ad homicid. num. 39. 51.* Si eius erat inimicus, *Decian. d. c. 34. n. 12.* Nec contemplatione mea, *Natta. conſ. 469. num. 2. Simon de Prat. conſ. 51. num. 39. 54. 67. Gomez. 3. reſol. num. 47. Guaz. reor. defenſ. 32. cap. 30. num. 4. Honded. conſ. 93. num. 13. conſ. 96. num. 38. 39. in 2.* Quia beſtialitas vnius (vt *Guaz.* verbis vtar, *d. num. 4.*) nocere alteri non debet, *Prat. d. conſ. 51. num. 75. Honded. d. num. 13.* Maximè ſi delictum ſit momentaneum, vt homicidium.

Non obſtat Secundum, Quia nullo iure cauetur,
30 quod ex ſimplici fuga † vnius, probetur alterius mandatum. Fuga namque nihil commune habet cum mandato, imo vnum ab altero eſt diuerſum, non poteſt ergo ex D. Franciſci fuga, inquit *Pacian. conſ. 119. nu. 50.* ad D. Petri mandatum inferri, *l. Papinianus exuli. ff. de minor.*

31 Reſpon. II. Fugam nocere fugienti, non illi † qui non fugit, alias ſequeretur, quod quilibet fugiendo poſſet alijs nocere, *Pacian. conſ. 119. num. 51.* Sicque ex facto vnius alter plecteretur, quod eſſe non debet, *l. ſancimus. C. de pœn.* regulare enim eſt, delictum vnius, alteri non nocere, *Farinac. conſ. 124. num. 15.*

32 Reſpon. III. Fugam torturæ indictium non † eſſe, ſi poſt formatam inquiſitionem, quis fugit, vel poſt aſſumptas informationes, vel ſi habuit ſuſpicionem, quod contra ipſum formaretur inquiſitio, His enim caſibus, fugiens potius timore carceris fugiſſe præſumitur, quam ex mala conſcientia, nec aliquod aduerſus ſeipſum facit indictium ad torturã, *Blanc. l. fin. num. 281. ff. de quæſtion. Marſ. conſilio 49. num. 37. d. §. diligenter. num. 42. Dec. conſ. 234. Clar. d. quæſt. 21. num. 22. Pacian. conſ. 119. nu. 53. Tuſc. lit. F. concl. 529. n. 2. concluſ. 531. nu. 2. Menoch. d. quæſt. 89. n. 38. 39. Peguer. deciſ. 17. num. 32. 33.*

33 Reſpon. IV. Don Franciſcum occiſorem fuiſſe † non conſtat, quod ſi conſtaret, dicimus regulariter delictum conſanguinei, vel domeſtici non imputari alteri conſanguineo, vel domeſtico, niſi aliud, præter conſanguinitatem, appareat, *Bald. l. 1. num. 5. C. ſi rect. prouinc.* aſſerens, quod officiales non tenentur ex facto aliorum domeſticorum, vel coniunctorum, ſiue ab eis commiſſum ſit delictum, ſiue ſit cõtractus, niſi officialis principalis ad hoc operam præbuerit, *& in l. 1. n. 5. C. de epiſc. & cler.* falſam eſſe eorum opinionem, inquit, Quod ex delicto familiaris, præſumatur contra dominum, *c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Pacian. conſ. 119. nu. 71. 72. Maur. alleg. 93. d. n. 1. p. p.*

34 Non obſtat Tertium, Quia in † probandis minis conteſtes in qualitate minarum, & verborum formalitate, requiruntur Teſtes, *Farin. quæſt. 50. num. 42. conſ. 22. num. 8.* Sed quatuor iſti, quos produxit Fiſcus, ſingulares ſunt, & duo conteſtes, ſaltim ad id ſunt neceſſarij, *Bertaz. crim. conſ. 116. num. 18. Farin. conſ. 130. num. 7.* Alter enim deponit Baronem

dixiſſe, *Vada con Dio, Aſcanio Martiano, ſi li ha voluto pigliari con me, ma non importa che mi la paghirà.*
Alter, quod dixerit Baro, clericis cum eo exiſtentibus, dum ſe conquereretur, quod nemo alius, quam ſolus Aſcanius, voluit terram Mottæ contra me redimere, *Dicin à Aſcanio Martiano, che è vn gran villano*, Tertius quod dixerit Baro, *Aſcanio non mi hà tanta obligatione, ma vadi con Dio, queſto Gintilhomo.* Quartus vero, *Non mi importa, che ſe ni pentirà.* Cumque variè deponerent, & conteſtes duo ſaltim non ſunt, ergo.

Reſpon. II. Minæ ſatis non ſunt ad præſumendum mandatum, *ex Bald. l. 1. num. 17. C. de ſeru. fugit. Carrer. in prax. §. circa num. 53. 56. Honded. conſi. 87. num. 110. in 2. Felic. alleg. 167. num. 7. alleg. 168. nu. 7. p. 2. Decian. lib. 9. crim. cap. 34. nu. 29.* Quę tunc
35 † demum torturæ ſunt indictiũ, ſi certæ illę eſſent,
illicitam homicidij vindictam inferentes, *ex Maſtrill. decıſ. 297. num. 91.* Secus ſi iuris, & facti vindictam ſaperent, vel cum æquiuocæ ſint, in bonam, & in malam partem tenderent, quia de iuris vindicta, ac in bonam partem accipiendæ ſunt, *Oſaſcus, conſ. 64. num. 55. conſ. 65. num. 39. Farin. quæſt. 50. nu. 18. conſ. 22. num. 13. conſ. 102. num. 45. conſ. 130. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. nu. 66. Eugen. conſ. 76. num. 51. Viui. decıſ. 282. num. 23. Randen. conſil. 27. num. 81. in 2. Ladercb. conſ. 64. num. 6. Natta, conſ. 42. num. 3. Roland. conſ. 11. num. 37. in 3. Maſtril. decıſ. 297. num. 61. 66. Carot. decıſ. 46. num. 5.* & vindicare ſe iactans, de vindicta iuris intelligitur, *Menoc. d. quæſt. 89. num. 66. Coſta, de ſcient. inſpect. 59. num. 3. Decian. lib. 9. crim. c. 34. n. 6.* Cum ſint verba generalia, *Cephal. conſ. 424. num. 20. Honded. conſ. 87. n. 105. 106. vol. 2. Felic. alleg. 168. nu. 9. p. 2.* Quia vt inquit *Bald. l. 1. num. 17. C. de ſeru. fugit.* plura ſunt quæ terrent potius, quam noceant.

36 Reſpon. III. Indictium ex minis † implicitam habet qualitatem, ſi prolatæ ab eo ſint, qui malæ vitę, & famæ ſit, ac ſolitus exequi, *Plot. de in lit. iuran. §. 53. num. 10. Farin. quæſt. 50. num. 21. 23. conſ. 22. num. 9. 12. conſil. 130. num. 33. Azeued. conſi. 30. num. 16. Eugen. conſ. 76. num. 77. Felic. allegat. 168. num. 8. p. 2. Honded. conſ. 107. num. 47. in 1. conſ. 87. num. 111. in 2. Cephal. conſ. 424. num. 20. Triuſan. decıſ. 45. num. 18. in 1. Burſ. conſ. 72. num. 42. Decian. d. c. 34. nu. 29. Peguer. decıſ. 17. num. 11.* Secus in homine (inquit) qui cum bonæ vocis, & famæ ſit, neminem offenderit, ex iracundia, namque aliqua proferri, quandoque ſolent verba, quæ non exequentur, *ad tex. l. famoſi. ibi, nec lubricum linguæ. ff. ad leg. Iul. maieſt. Maſcardus, concluſ. 98. num. 7. Ball. de indict. & tortur. quæſt. 12. Menoch. d. quæſt. 89. num. 59. 63. Farin. conſ. 130. num. 10.*

37 Reſpon. IV. Indictium ex minis † fallax eſt, *Randen. de analog. c. 31. num. 24.* Proinde incontinenti opus eſt ſubſequi homicidium, breuitas enim temporis arguere ſolet dolum, *Farin. quæſt. 50. num. 14. conſ. 22. num. 11. Maſcard. de probat. concluſ. 1059. num. 4.* & licet illud *incontinenti*, Iudicis arbitrio remiſerit, *Farin. quæſt. 50. n. 56.* Id tamen ad ſummum ampliat, *Dec. in l. quod calore. ff. de reg. iur.* ad triginta vſque dies, *Boſſ. tit. de homic. num. 59. Maſcard. d. concl. 1059. nu. 16.* & contrarijs reiectis reſoluit, *Farin. conſ. 102. num. 44. 46.* Si à minis ad homicidium duo tantum intercesſerint dies, hoc tamen caſu, duo elapſi fuerunt menſes, ergo.

Reſpon. V. Vt ex minis torturæ indictium oria-
38 tur † duo dicimus neceſſaria: Primum, quod minę, vel ex inimicitia capitali proceſſerint, vel ex cauſa graui, quam D. Petrus, ad grauem iniuriam in eius animum reuocauerit, *ex Clar. §. fin. quæſt. 21. Farin. quæſt. 90. num. 27. 29. conſ. 34. num. 10. conſ. 102. nu. 7. Gomez, variar. p. 3. de tortur. num. 11.* vt nec ſatis ſit, ſi ad leuem iniuriam inferret, *Farin. quæſt. 49. num. 500. Surd. conſ. 40. num. 27. Maſtrill. decıſ. 297. nu. 57.* Nec iniuria ex reluitione illa oriri potuit, niſi eius prætextu eueniſſe diſſentionem conſtaret, *Maſtrill. decıſ. 297. num. 60.* Secundum verò eſt, quod ipſe occiderit, vel occidi mandauerit, *ex Bertaz. crim. conſ. 434. num. 8.* Sed verba, quæ ex teſtibus probauit Fiſcus, minas operari non poterant; neceſſe enim erat, fuiſſe ea clara, & quæ in minas ſonarent de occidendo, vt *Bertaz. inquit, d. conſ. 434.* Non dubia, & equiuoca, *ex Maſtrill. decıſ. 297. num. 61. Farin. conſ. 130. num. 9.*

39 Reſpon. VI. Quod ſi mutuas † pecunias Aſcanius dederit, ad reluendum in D. Petri iniuriam; Mandatum ad occidendum, proportionatum non eſt cum iniuria, non enim eam talem exiſtimauit D. Petrus, vt pro illa vindicanda, homicidium committere debuiſſet: ſufficere quidem potuerat, vel ſimplex vulnus, vel alia leuior vindicta, *Iaſ. l. 1. num. 31. C. de ſeru. fugit. Cephal. conſ. 652. num. 58. Pacian. conſ. 119. num. 44.* Cauſa delicti debet eſſe grauis, *Larat. conſ. 105. num. 12. 13. Bertaz. crim. conſ. 85. nu. 17. 18. Felic. alleg. 168. num. 3. p. 2. Farin. conſ. 147. nu. 12.* Cum mandatum ad homicidium perpetrandum non præſumatur, ex multis, *à Felin. cap. Petrus. num. 3. de homicid. Decian. lib. 9. crim. c. 34. nu. 1. conſ. 4. num. 50. conſ. 104. num. 33. in 3.* Imo ne dum capitalis requiritur inimicitia, ſed quod factæ etiam iniuriæ correſpondeat mandatum, *Farin. conſ. 147. nu. 33.* Si in dubio ſaltim verſaremur, vt euenire inquit *Menoch. conſ. 788. num. 9.* cum nulla ſubſit cauſa ſic mandandi filio. Porrò delicti cauſa ceſſante, omnia ceſſant indictia, *Farin. conſ. 127. nu. 1. 7. 13. conſ. 130. num. 15. conſ. 151. n. 10.* Quia nemo ſine cauſa delinquere vult, *Farin. conſ. 170. num. 15.* nec alium occidere, *Felic. alleg. 18. num. 2. p. p.*

40 Reſpon. VII. Quod ſi ex reluitione † conſiderari poteſt iniuria, cum æqualiter illa pertinere poſſit ad filium, iuris eſſe inquit, *Ruin. conſ. 6. num. 4. in 5.* filium ſine patris mandato occidere Aſcanium potuiſſe, *Decian. d. lib. 9. c. 36. num. 15.* vt fatetur etiam *Menoch. conſ. 788. num. 34.* Qui ſuo in caſu, ſolum patrem grauiter offenſum conſiderat, non filium, *num. 10. 11.*

41 Reſpon. VIII. Ob propriam inimicitiam eum † interfeciſſe, *Gram. conſ. 63. num. 12. Macerat. lib. 3. reſol. 8. n. 4. Iacob. Gall. conſ. 115. n. 7.* Actum enim quiſque facere præſumitur pro ſuo intereſſe, *l. & magis. ff. de ſolut. Bart. l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. nou. nunt. Farin. quæſt. 49. num. 86.* Non ex conſilio, nec mandato alterius, *Bart. & Plate. l. 1. C. ſi propt. inimic. lib. 10. Decian. lib. 9. crim. c. 34. num. [illegible]. Macerat. lib. 3. reſol. 27. num. 10.* Quod aliunde conſtare debebat ſaltim tacitè, *Gomez, 3. reſol. c. 3. num. 47. Iacob. Gall. conſilio 115. num. 8.*

42 Reſpon. IX. Non obſtare † *Boſſ. tit. de mandat. ad homic. num.* 50. 51. 52. Quia regulam conſtituit, *num.* 50. Mandatum a patre in filium ad occidendum non præſumi, ſed alia requiri, *num.* 51. quæ ipſe non aperit, ſed ex verbis, vel ſecreta allocutione cum filio habita colligi poſſe inquit: Sed nullam ſecretam cum filio allocutionem præceſſiſſe dixi, *num.* 29. Nec verba filio dicta, conſtat *Boſſ. loc. iam citato, num.* 53. ergo.

43 Non obſtat Quartum, Quia fama † non facit indictium ad torturam, *Bart. Bald. & alij, l. milites. C. de quæſt. Maſcard. de probat. concluſ.* 753. *nu.* 21. *concluſ.* 754. *num.* 5. *Farin. quæſt.* 47. *num.* 17. *Macerat. lib.* 3. *reſol.* 7. *num.* 10. *reſol.* 34. *num.* 9. etſi legitimè probata ſit, *Maluaſ. conſ.* 88. *num.* 20. Nec criminali in cauſa probaret, alijs concurrentibus adminiculis, *Felin. cap. veniens. num.* 12. *de teſtib. Macerat. lib.* 3. *reſolut.* 20. *num.* 1. etſi difficilis probationis ſit, *Farin. quæſt.* 47. *num.* 91. *Macerat. d. reſol.* 7. *nu.* 10. Præſertim quod in Ciuitate Thantomenij fuerit hæc fama à maleuolis orta, *Farin. quæſt.* 47. *nu.* 153. 156. cum à teſtibus ſaltim oriri debuerat, qui omni exceptione maiores ſint, *Farin. quæſt.* 47. *num.* 210. quę qualitas probanda etiam eſt, *n.* 211. & cum in loco commiſſi delicti non fuerit, nullus eſt effectus, *Farin. quæſt.* 47. *num.* 179.

44 Reſpon. II. Ortam contra D. Petrum fuiſſe famam, poſt factam ipſius carcerationem, quæ ſatis non eſt, *Azeued. conſ.* 22. *num.* 28.

45 Non obſtat Quintum, Quia teſtis † eſt ſingularis, cui nec creditur, eoque magis quod patitur plures defectus, vt nec in ſubſidium admitteretur, *Gramm. conſ.* 45. *num.* 22. *Cephal. conſ.* 65. *nu.* 28. *Burſat. conſ.* 369. *num.* 2. *Rim. iunior. conſ.* 113. *conſ.* 723. *num.* 82.

46 Reſpon. II. Vt delicti ratificatio, † noceat ratificanti, duo præcipuè requiruntur, Vnum quod ratificantis nomine commiſſum fuerit delictum, Alterum quod ratificatum ab eo fuerit ſcienter, vt ſuo nomine geſtum, *Farin. quæſt.* 135. *num.* 64. *conſ.* 104. *num.* 18. *Scholiaſt. ad Farin. conſ.* 26. *lit. A. Peregrin. conſ.* 104. *num.* 2. *in* 2. *Honded. conſ.* 96. *num.* 56. *in* 2. optimè, *Decian. conſ.* 88. *num.* 20. *in* 3. Aſſerens, quod ſi audito delicto commiſſo à filio lætetur pater, & cum eo congratuletur, nulla etiam inducitur ratificatio, *Decian. lib.* 9. *crim. c.* 38. *nu.* 7. niſi illa duo probentur, in term. *Natt. conſ.* 499. *num.* 5. *conſ.* 595. *nu.* 15. *Oſaſc. deciſ.* 138. *nu.* 17. Cumque neutrum iſtorum probauerit Fiſcus, & delictum ſuo nomine commiſſum præſumatur, *Natt. conſ.* 494. *n.* 14. *conſ.* 595. *n.* 13. 14. *Oſaſc. conſ.* 65. *num.* 35. Nec ex ratificatione cenſetur delictum ratificantis nomine commiſſum, *Farin. quæſt.* 134. *num.* 95.

47 Reſpon. III. Nullam ex hac † ſingularis teſtis depoſitione conſiderari D. Petri ſcientiam, de Aſcanij homicidio, imo probata ſatis eſt ignorantia: Cum dixerit teſtis D. Petrum in Terra Mottæ commorantem ad Lardariæ fundacum ab eo vocatum acceſſiſſe, & omnis rei geſtæ ignarus cum fuerit, inquit D. Petrus. *Mi hauete ammaczato à farmi venire inſino quà coſi imprexia, è ſtato forſi amaczato D. Francisco mio figlio, ò alcuno altro?* Tantum ergo abeſt, quod cogitauerit de morte Aſcanij, eiuſque conſcius fuerit, quod petierit de morte, & nece filiorum, propter notoriam, in Vrbe Meſſanæ, inimicitiam, quam D. Franciſcus habebat: Cumque rem omnem enarraſſet nuntius (qui hodie teſtis eſt pro Fiſco) Perijt ab eo D. Petrus, ſolus ne? eo in homicidio fuerit D. Franciſcus? Conſtat ergo, quod ſi mandaſſet D. Petrus, aut criminis conſcius fuiſſet, non ignoraſſet, quibus ipſe ad homicidiũ ſit aſſociatus.

Reſpon. IV. *Ex Bald. l.* 1. *num.* 18. *C. de ſeru. fugit.*
48 ratione † familiaritatis, vel conuerſationis, non præſumi, quem eſſe criminis conſcium, vel culpabilem, *Pacian. conſ.* 119. *num.* 74. & tradit *Bald. l. ad inuidiam. in fin. C. quod met. cauſ.* ex metu per familiares alicuius potentis hominis illato, non præſumi propterea, factum eſſe de conſcientia domini, *Pacian. conſ.* 119. *num.* 37. Ac proinde nec mandatum ex eo cenſeri poſſe, quod famulus, vel conſanguineus meus, vel filius meus occidat inimicum meum, ex *gloſ. c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Boſſ. tit. de mandat. ad homicid. num.* 39. *Pacian. conſ.* 119. *num.* 75. Proinde allegari à Fiſco non meruit, *Menoch. conſ.* 788. Qui cum in patris ſcientia vim poſuerit, mandatum præſumi poſſe, in filio reſpondit, cumque nulla ex dictis *num.* 17. excogitari poſſit patris ſcientia, imo eo in caſu ſubdit, *Menoch. num.* 31. confeſſum fuiſſe patrem, mandatum ad verberandum ſe dediſſe. Sed mandati confeſſionem cum acceptauerit Fiſcus, vt *ibid. inquit.* Qualitatem, quod fuerit ad verberandum negat, & meritò, tum ex armorum delatione in domo illius aromatarij, quæ occidendi potius mandatum arguit, *num.* 12. 32. Cumque nulla hoc in caſu fuerint arma, ergo ceſſat *Menoch.* obiectum. **Alia etiam** concurrerat ibi mandati coniectura, quod filium commiſſo homicidio ipſe receptauerit, *Menoch. n.* 22. quę hoc in caſu ceſſat penitus, ergo.

Reſpon. V. Intelligendum eſſe *tex. in c. conſtitutus*
49 *de teſtib.* in actu † ſucceſſiuo, tunc enim ex facto conſanguinei, punitur alter conſanguineus, cum ex continuatione actus pręſumatur illum habere rei notitiam, Secus in actu momentaneo, quale dicitur eſſe homicidium, ita *tex.* illum declarat, *Abb. d. c. conſtitutus. num.* 3. vbi eleganter ait, delictum habens cauſam continuam, à conſanguineo, vel amico, in fauorem alterius, commiſſum; eius voluntate, de cuius fauore agitur, perpetratum pręſumitur, ac conſequenter puniri poteſt, donec ceſſaret delictum, prout punitus ibi fuit Archiepiſcopus, cuius conſanguineus impedierat, ne teſtes contra ipſum examinarentur, ſecus eſt in actu, vel delicto momẽtaneo, tunc enim ex vnius delicto pręiudicium, alteri conſanguineo non infertur; Quam egregiam *Abb.* diſtinctionem ſequitur, *Felin. cap. Petrus. nu.* 4. *de homicid. Alex. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. nu.* 24. *ff. de nou. oper. nunt. Pacian. conſ.* 119. *num.* 76. 77. 78. Vt mirum ſit, peritiſſimos alios intellexiſſe *tex. d. c. conſtitutus.* in delicto etiam momentaneo, cum in ſucceſſiuo loquatur, & contrarium in homicidio firmet, *Guazz. reor. defenſ.* 32. *c.* 30. *num.* 4. *Gomez.* 3. *reſol. c.* 3. *num.* 47. *Natt. conſ.* 469. *num.* 2. *Baiardus ad Clar. §. fin. quæſt.* 87. *num.* 12. *ad fin. Decian. conſil.* 88. *num.* 1. *in* 3.

50 Reſponſ. VI. Quod ſi conſanguineus aliquem occideret, pro iniuria illata ſuo conſanguineo, ita demum cenſetur homicidiũ de mãdato ſui offenſi

conſanguinei patraſſe, ſi ſermonem ipſe habuit de
occidendo inimico, conſanguineo tamen offenſo
præſente, & tacente; Tunc enim ex eo quod ſciuit,
& tacuit, mandatum ad occidendum dediſſe vide-
tur, ſecus ſi hoc ignorauit, ita *text. d. cap. conſtitutus.*
explicat *Anchar. ibid. not. 7. Felin. d. c. petrus. num. 4.*
fallen. 2. Pacian. conſ. 119. n. 80. concordat, *Alex. d. §.*
ſi quis ipſi prætori. num. 25. Aſſerens, quod conſan-
guineus ſi ſciuit, & prohibere potuit, tunc præſumi
tur dediſſe mandatum ad occidendum alteri con-
ſanguineo, aut ignorauit, vel prohibere non potuit
& tunc ceſſat præſumptio, *Alex.* diſtinctionem ap-
probauit ibid. *Iaſ. num. 14.*

51 Non obſtat Sextum. Quia teſtis (qui ſe ad occi-
dendum à D. Petro requiſitum allegat) ſingularis
eſt, ac plures patitur defectus, cum publicum la-
tronem eum eſſe ſenſerint omnes, & D. Petri ini-
micum capitalem, cumque hæc non alteri commit
ti ſoleat, niſi illi, qui vel magna amicitia, affinitate,
aut familiaritate nobis coniuncti ſunt, *Rim. iun. con-*
ſil. 723. num. 90. ex Marſ. conſil. 74. num. 14. Natura
enim docet inimico non fidendum eſſe, *ad tex. cap.*
contingit. de ſenten. excomm. Bart. l. 1. §. vſque adeo. ff.
de iniur. Boer. deciſ. 262. num. 4. Rot. Auenion. deciſ.
211. num. 10. ergo.

Reſpon. II. Inuериſimile, ſi quid dixerit Teſtis †
52 pro falſo cenſetur, *ex Bald. notat. Iaſ. l. ſi extraneus.*
num. 6. ff. de condict. cauſ. data. Farinac. conſ. 38. num.
4. conſ. 24. num. 12. conſil. 80. num. 61. conſil. 121. nu-
mero 40. Sed inuеriſimile ſatis, ſuperque eſt D. Pe-
trum, nobiliſſimum patritium Mellanenſem, omni
prudentiæ, ſapientiæ, ac virtutum genere ornatiſſi-
mum, occidendi mandatum inimico dare voluiſſe,
pecunia etiam mediante, contra Aſcanium ditiſſi-
mum, & potentem virum, multis ſociatum famu-
lis quotidie per Vrbem, aut alium quemuis locum
incidentem, *Decian. conſ. 88. num. 13. in 3. Farinac.*
conſil. 55. num. 18. Eoque magis, quod de aſſaſſinio
agebatur, cuius tractatus ſecreto fieri, ſolet, ac ſecre
to committi, *cap. fin. de teſtib. cogend. Iaſ. l. 1. ad fin.*
C. de Summ. Trinit. Aret. conſ. 61. ad fin. Hondedeus,
conſil. 87. num. 1. in 2. Stultumque eſſet de his palam
agere, *Boſſ. tit. de indict. ante tortur. num. 155. Eugen.*
conſ. 27. num. 8. 38. Felic. allegat. 163. nu. 2. p. 2. Hinc
edocuit, *Rim. iunior, conſil. 723. num. 86.* Quod ſi de-
mandato loquimur ad occidendum in camara da-
to, probari neceſſe erat, viſum eum fuiſſe, cameram
ingredi, & cum eo alloquentem: Locus enim ſic pu
blicus de falſo ſuſpectum redit teſtem, *Rim. iunior,*
conſ. 723. num. 88.

Reſpon. III. Quod ſi mandatum acceptatum ab
53 eo non fuerit † dum reſpondit ſe alium quæſitu-
rum fore, licet exinde ipſe occidiſſet, nec pœna or-
dinaria irroganda eſt mandanti, *Farin. quæſt. 123.*
num. 128. Imo ſi ab alio, non autem ab ipſo manda-
tario ſequutum ſit homicidium, nulla erit mandan
tis pœna, *Farin. quæſt. 135. num. 20. 23. 28. Menoch.*
de arbitr. caſ. 352. num. 11.

54 Reſpon. IV. Mandatarius † mandato non acce-
ptato, nec ad torturam, *ex Alba, conſil. 516. num. 5.*
minus ad inquirendum, facit indictium, *ex Bertaz.*
crim. conſ. 117. num. 4. Farinac. quæſt. 44. nu. 2. 20. 22.
imo torturæ ſubijciendus is erat, quam ſuam pur-
garet infamiam, vt ad inquirendum ſufficiat, *Farin.*
quæſt. 44. num. 24. 25. 28. plenè, *Decian. lib. 9. crim. c.*
34. num. 30. Certique iuris eſt, duas eſſe *Doct.* opinio
nes, An teſti tentato credendum ſit: Affirmatiua,
alia, *ex Bald. conſi. 429. in 3.* Negatiua, alia, *ex Gram.*
deciſ. 28. num. 26. vot. 11. nu. 10. 11. Sed reiectio *Bald.*
ſequuti omnes ſunt *Gram.* ſententiam, quem collau
dant *Rim. iun. conſ. 723. Farin. conſ. 182. num. 18. 28.*
conſ. 192. num. 22. Tum maximè ſi ſingularis ſit, *Ber*
taz. crim. conſ. 156. n. 20. Vel ſi plures patiatur defe-
ctus, *Schenard. conſ. 30. nu. 49. Gabr. tit. de crim. con-*
cluſ. 7. num. 13. Petroc. conſ. 17. n. 49. Felic. allegat. 10.
n. 12. p. 4. Farin. conſ. 152. nu. 29. & licet inhabilis te-
55 ſtis admitteretur, † vbi veritas aliter haberi non
poteſt, id tamen vetum, ſi de geſtis ab extraneo ip-
ſe deponeret, ſecus ſi de eo, quod ipſe egerit cum
alio, *Anchar. conſ. 32. alias, 24. Fulgoſ. conſ. 173. Dec.*
conſ. 189. num. 8. conſ. 234. Marſil. conſ. 102. num. 7. 8.
Oſaſc. deciſ. 79. num. 42. & alij à Rim. iun. conſ. 723. nu.
89. nec ſi eſt inimicus, *Bertaz. crim. conſ. 3. num. 30.*
Felic. alleg. 78. num. 2. p. 2.

Cauſa hæc, à D. Prorege, cum auocata ad M. R.
C. fuerit, alijs Iudicibus delegatam vidimus, corã
quibus diſcuſſo ſæpius negatio, ex his, quæ adduxi-
mus. denique 23. Iunij MDCXXII. Prorege præſen
te, Primus Iudex fuit voti, *Quod fiat proceſſus.* Se-
cundus, *Quod procedatur ad torturam cum clauſula.*
Tertius *torturam D. Petro irrogandam* dixit. Sed pri-
mo Iudice in ſuo voto (ex his) perſiſtente: *Proceſſum*
ad torturam fuit, Die 25. Iunij, *In qua negatiuus pro*
ſui innocentia fuit, inde Anno Domini 1623. Can-
cellata fuit fideiuſſio. *Nemo confidat nimium ſecun-*
dis. Seneca.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio, ad iuriſdictionem inferioris Magiſtratus am-*
pliandam, non permittitur.
Declar. num. 15. 16. 17.
2 *Iuriſdictione ſola Iudex vtitur, Statutis expreſſa.*
3 *Conſules iuriſdictionem habens in cauſa mercantibili,*
& de re, ad eorum artem pertinente: Non extra,
num. 8.
Declar. num. 18.
4 *Prorogatio iuriſdictionis, ad ſpeciem diuerſam non da-*
tur, partium etiam conſenſu.
5 *Iuriſdictio, cuique ſua ſeruanda eſt; & vna aliam impe*
dire non debet.
6 *Notarius ex partium etiam voluntate ſcribere non po-*
teſt in cauſa, ſi alter ad id ſit notarius à Superiore
conſtitutus.
7 *Vſurpans alterius iuriſdictionem, graue crimen com-*
mittit. num. 21. 22.
9 *Mercantiles cauſæ quæ ſint?*
10 *Conſules notariorum iudicant notarios, nedum pro eo*
quod notariatus artem reſpicit, ſed etiam pro omni-
bus connexis ab eo.
11 *Conſules de literis cambij cognoſcunt, etſi inter non*
mercatores agatur.
12 *Priuilegij verba à Rogerio Rege conceſſi, ibi,* Earum
naturam Sapientibus, *explicantur.*
13 *Verborum interpretatio ſemel aſſumpta, non debet ex*
tempore variari.
14 *Obſeruantia ſubſequuta, optima eſt cuiuslibet diſpoſi-*
tionis interpres.

Litera

19 *Literæ Cambij obligant acceptantem, etiam exe-
quutiuè.*
20 *Iudex eſt incompetens, quem alter præuenit.*

ARGVMENTVM.

Conſules maris, An de literis Cambij
exoluendis, etiam inter non Merca-
tores cognoſcant? & Num vſurpatæ
Straticotialis iuriſdictionis, Crimen
committant.

CONSILIVM XCII.

Conſulum maris, quos Nauigiorum
primates, & Mercatores, ex Roge-
rij Regis priuilegio, quotānis olim
eligerant, hodie per triginta ſex vo
cum ſuffragia, ex omni Meſſanę po
pulo, munus eſt, de maximis nego
tijs, quibuſuis mercantijs, & earum natuєam Sa-
pientibus cognoſcere. *Nam hoc primum (inquit Ro-
gerius) Meſſanæ conceſſimus ad eius honorem.* Cum
cauſaram vigore literarum Cambij executionem
in eorum Curia ipſi admiſerint, cuius prætextu
(Conſulum mandato) Cambij debitor præſtitit in
quindena, quia literas acceptauit. Coram Sindica-
tore à R. Fiſco inquiruntur, *de vſurpata Regia iuriſ-
dictione,* Quod mercantilis non ſit cauſa, de literis
cambij exoluendis, vt ad eorum ſpectet iuriſdictio
nem, eoſque condemnandos inſtat Fiſcus.
1 Primo, Extenſio, † ad inferioris Magiſtratus iu-
riſdictionem ampliandam difficilius permittitur,
Raudenſ.conſ.50.num.303.in 1. Schenard. conſ.1.nu.
2 *64.p.2.* Cum officiales ſola vtantur iuriſdictione †
Statutis expreſſa, *l.more.ff.de iuriſd.omn.iudic. Bald.
auth.caſſa.C.de ſacroſ. eccleſ. & in auth. ſtatuimus.C.
de epiſc.& cleric.Dec.l.1.num.9.ff.de reg.iur.conſilio
5.conſil.8.num.1.conſ.301. Ruginell.pract.quæſt.42.
num.4.Schenard.d.conſ.1.num.65. Rota.Gen.deciſio.
18.num.1.Socc.conſ.108.num.14.in 4.Rauden.d.con-
ſil.50.num.305.* nec quis habere, vel exercere poteſt
iuriſdictionem, niſi de expreſſa Regis conceſſione,
*Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.1.num.102.rubr.3.§.
4.num.14.Couar.pract.quæſt.1.num.10. Cabed.deciſ.*
3 *12.num.2.p.2.* Sed Conſulibus maris † data, Regis
priuilegio, fuit iuriſdictio in cauſa mercantili tan-
tum, de alia ergo diuerſæ ſpeciei non cognoſcent,
*Salic.& Bald.l.fin.quæſt.2. C.de iuriſdict.omnium iud.
Barb.& Felin.cap.cum ordinem.de reſcript. Iaſ.l.age
cum geminiano.C.de tranſact.& conſil.103.num.2.in
1.Barboſ.l.1.artic.1.num.79.ff.de iudic. Rip.reſponſ.
12.Marſ.ſingul.650.Rouit.de iuriſdict.inuic.non turb.
pragm.2.num.26.Stracc.de mercat.tit.de iudic.mer-
cat.num.12.Vrſill.ad Afflict. deciſ.41.num.5.6.Ru-
ginell.pract.44.num.14.* etſi partium acceſſerit con-
4 ſenſus, † quia non datur prorogatio diuerſæ ſpeciei,
*Socc.cap.ſignificaſti.artic.4.quæſt.6. de for.competen.
Cardin.c.P.G.quæſt.7.& ibi, Abb. num.15. Felinus,
col.3.de offic.delegat.Marſ.l.fin. num.197.ff.de iuriſd.
omn.iudic. Vant.de nullit.defect.iuriſdict.ordin.num.
51.Tuſc.lit.P.concluſ.927.num.67.lit.I.concluſ.561.
num.14.Dec.conſil.18.num.5. Schrader.de feud.par.
10.ſect.3.num.143.144.Amat.deciſ.9. num.23. Ru-
ginell.d.quæſt.44.num.15.* Nec in iuriſdictione limi-
tata poteſt fieri prorogatio ad alias diuerſæ quali-
tatis, *l.repetita.C.de epiſcop. & cleric. cap.P. & G. de
offic.delegat.Caſtr.l.conſulta.C.de teſtam. Bald.l.1.ff.
de iudic.Cin.in l.ſi quis ex conſenſu. C. de epiſc.audien.
Barboſ.d.artic.1.num.80.Schrader.d.p.10.ſect.2.nu.
30.Cabed.deciſ.22.num.2.p.p. Amat.deciſ.9.numero
22.Ruginell.pract.quæſt.42.num.17. Rouit.tit.de iu-
riſdict.inuic.non turb.pragm.2.num.25. Ruin.conſilio
165.num.11.in 5. Tuſc.d.concluſ.927.num.42.* & ſi
fieret, de facto, à Iudice poſſet impediri, qui in ſpor
tulis læderetur, *Gloſ.l.de iure. verb.numera.ff.ad mu-
nicip.Caſtr.& Doct.l.1.§.& poſt operis.ff.de nou.oper.
nunt.Bald.d.l.ſi quis ex conſenſu.col.3.verſ.ſed inciden
ter.Rouit.d.num.25.*
5 Secundo, Iuriſdictio cuique ſua † ſeruanda eſt,
& vna aliam impedire non debet, *Bald.l.1.ad fin.ff.
de iudic.& in l.certa ratione.num.4. C. quand.prouoc.
non eſt neceſſ. Amat.deciſ.9. num.25.32.33.* ne con-
fundatur iuriſdictionis ordo, *cap.preuenit.ad finem.
11.quæſt.1.l.nemo.& ibi, gloſ.auxilium.C.de iuriſdict.
omn.iudic.Gail.lib.1.obſer.3.num.6.obſeru.119.num.
2.Natt.conſ.271.num.1.2. Ruginell. pract. quæſt.43.
num.9.Scacc.de camb.§.7.gloſ.5.num.69. Rouit.dicta*
6 *pragmat.2.num.21.* Tabellionis inſtar, † qui in cau-
ſa ſcribere non poteſt, de partium etiam voluntate,
ſi alter ſit notarius à Superiore conſtitutus, *ex l.in
fraudem.§.quoties. verſic. commentarienſis. ff.de iure
fiſc.Bald.in l.teſtamenta.not.2.C.de teſtam.in l.1.num.
1.C.de ſportul.Barboſ.d.artic.1.num.175.176.Aucn-
dan.de exequut.mandat.lib.1.cap.10.num.4. Amat.
deciſ.9.num.24.* debet enim quiſque ſuis terminis
eſſe contentus, *cap.ſi quis epiſcopus.7.quæſt.1.Schra-
der.d.num.30.Azeued.l.13.num.1.tit.13.lib.8. re-
cop.* Adeo vt ſi contrafecerit, irritum id omne ſit, *c.
nullus primas.11.quæſt.2.Rouit.d.num.21.* Cum ne-
mini liceat officium ſibi commiſſum excedere, *Bal-
dus.l.1.ad fin.ff.de iudic.Amat.deciſ.9.num.24.Surd.
conſil.558.num.7. Ruginell. pract. quæſt.39.num.43.
quæſt.42.num.34.35. quæſt.45.num. 23.* Vſurparet
7 namq. domini † Iuriſdictionem, quod graue crimen
eſt, & punitione dignum, *l.3.§.fin.ff.ad l.Iul.maieſt.*
& in Regno eſt, *Conſtit.ea quę ad decus.& Conſtit.du-
ram.& diram.rub.46.lib.1. Franc.Marc. deciſ.427.
deciſ.428.p.p.Guid.Pap. deciſ.423. Capic. deciſ.130.
Maranta, conſil.114. Ruginell.dict.quæſt.45.num.24.
Portoles, ad Molin.§.iuriſdictio.num.4.5. Menoch. de
arbitrar.caſ.320.Cancer, 3.reſolut.cap.13.de iuribus.*
8 *Caſtr. num.349.* Conſules ergo † mercatorum nec
inter ipſos mercatores cognoſcunt, in his, quę ſunt
extra mercaturam, *Bart.Bald.Ang.Caſtr.& reliqui,
l.fin.C.de iuriſdict.omn.iudic. Barboſ.l.1.art.1.num.
78.ff.de iudic. Alexan.conſ.113.in 7.& ibi, Scholiaſt.
Tuſc.lit.S.concluſ.593.num.20.Stracc. de mercat.tit.
de iudicib.nu.12.* Nec circa ea, quæ ad eius non per-
tinent exercitium, *Rom.conſ.204.num.3.Tuſc.lit.M.
concluſ.207.num.22.*
Re tamen diligentius perpenſa, Sum contrariæ
opinionis, nullam nempè alterius Magiſtratus iu-
riſdictionem in literis cambij exequendis, vſurpaſ-
ſe Conſules. Vno prius cognito.
9 Mercantiles cauſas † eſſe, negotiationes, & actus

omnes quæſtuarios, *ex Bart. & alijs, in l. legatis. ff. de*
legat. 3. & in l. ſi cum villico. ff. de inſti. actio. Felician.
de cenſib. lib. 2. cap. 5. num. 14. Roland. conſil. 35. num.
16. 17. in 1. Cancer. 3. reſolut. cap. 10. num. 9. & tradit
Signorol. conſil. 95. num. 25. relatus *à Rebuff. ad Gall.*
Conſtitut. tit. de mercat. minut. venden. num. 14. Mer-
caturam eſſe officium, quod ratione quæſtus exer-
cetur, in rebus mobilibus emendis, & vendendis,
Cancer. d. num. 9. Stracc. de mercat. p. p. num. 4. 5. Pro-
inde vinum, & frumentum ex re propria perceptũ
vendere, non eſt, mercaturam, aut negotiationem
exercere; vt ad ea teneantur, quæ mercatoribus sũt
impoſita, *Bart. d. l. legatis. Abb. cap. fin. de vit. & ho-*
neſt. cleric. Dec. cap. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtitut. &
conſil. 472. Guttier. de gabell. quæſt. 93. nu. 37. Rebuff.
d. tit. de mercat. minut. vend. Gabr. conſ. 98. num. 37. in
1. Tuſc. lit. M. concluſ. 205. num. 3. Franc. deciſ. 128.
Cancer. d. c. 10. n. 11. 12. Quæ autem inter artificem,
& mercatorem, ſeu negotiatorem differentia ſit do
cet, *tex. c. eijciens. 88. diſtinct. Surd. deciſ. 313. Tuſc. lit.*
M. concluſ. 205. n. 1. Hoc itaque præmiſſo: controuer
ſiam aggredior.

Primo, notat † *Bald. in l. ſi quis. §. rationem. ff. de*
10 *edend.* Conſules notariorum ſub ſe habere notarios,
ne dum pro eo, quod notariatus artem reſpicit, ſed
pro omnibus etiam dependentibus, & connexis, ſe-
quitur *ibid. Caſtr.* & addit Conſules artium iuriſdi-
ctionem in cauſis mercium, dumtaxat habentes, in
connexis, & dependentibus ab eis, eandem habere
dicuntur, *Alex. Iaſ. & Iacob. à S. Georg. d. §. rationem*
Iaſ. l. ſed ſi plures. §. filio. num. 7. de vulg. & pupill. Mar-
ſil. l. 1. §. diuus. num. 4. ff. de quæſtion. Pacian. de probat.
lib. 1. cap. 26. num. 45. Stracc. de mercat. tit. de iudic.
ſeu conſul. mercat. num. 11. Ruginell. practic. quæſt. 44.
num. 11. 26. Cum de connexis idem ſit iudicium, *c.*
translato. & ibi, gloſ. quod de vno. de conſtitut. c. inter
cætera. de reſcript. l. proinde ſi ſeruus. ff. ad leg. aquil. l.
arbor. ff. comm. diuid. l. quæ religioſis. ff. de rei vendit.
Marſ. ſing. 251. Pacian. d. c. 26. num. 15. Gail. lib. 1. ob-
ſeru. 35. num. 10.

Secundo, Iudicatum *à Mediol.* † *Senatu*, in term.
11 refert *Ruginell. practic. quæſt. 44. num. 21.* Quod ſi de
literis cambij exoluendis, etiam inter non mercato
res ſit quæſtio, mercatorum Conſules, Iudices ſint
competentes, quia ad eorum artem ſpectare viden-
tur, ex ijs, quæ *Doct.* notant, *in l. ſi ita. §. ex hoc edicto.*
ff. naut. caupon. ſtabul. Cumq. ſic alias deciſum, ſer-
uatumque fuerit, quid eſt, vt dubij adhuc ſimus Sa-
pientiſſimi M. R. C. Iudices?

12 Tertio, Verba priuilegij à † Rogerio Rege ad Meſ
ſanæ honorem in primis dato, quæſtionem defi-
niunt, ibi, *Cognoſcant de mercantijs, & earum natu-*
ram Sapientibus. Hoc eſt, ſi id cuius eſt quæſtio. *Sa-*
porem aliquem in ſe habet, de mercaturæ natura, *Ca-*
lepin. verb. Sapio. conſtat autem cambiorum nego-
tium ad mercatores ſpectare, licet is, qui pecuniam
ad tranſuehendum dederit mercator non ſit, & ex
Rit. 133. Mercantiles cauſas diffinitas legimus, quas
pro eorum arbitrio, mercatores tales eſſe dixerint,
ibi, *Quæ autem mercantibiles ſint, ſtetur Mercatorum*
arbitrio. Ipſique mercatores cambium, eiuſque lite
ras ad mercantiles quæſtiones referri teſtentur.
13 Cumque † verborum interpretatio ſemel aſſum-
pta, non debeat ex tempore variari, *ad text. l. verbis*
ciuilibus. ff. de vulg. ſubſtit. Bald. conſ. 407. num. 14. in
1. Ruin. conſil. 117. num. 7. 18. in 1. Mantic. deciſ. 247.
14 *num. 11.* & obſeruantia † optima ſit interpres, *l. qua-*
dam. ff. de reb. dub. l. ſi de interpretatione. l. minimè. ff.
de legib. Coſta, de ſcien. inſpect. 47. num. 7. Surd. conſil.
370. num. 18. Gabr. conſ. 66. num. 4. in 2. Caball. crim.
reſol. caſ. 16. num. 37. Guttier. conſ. 1. num. 39. Mantic.
deciſ. 296. num. 3. Merlin. deciſ. 75. num. 4. Farin. conſ.
195. num. 31. Parin. de gabell. p. p. num. 122. Eugenius,
conſ. 33. num. 103. Quæ ne dum vim habet priuile-
gij, *Gabr. tit. de præſcript. concluſ. 1. Coſta, conſ. 38. nu.*
4. Sed declarat etiam, ac omnem remouet ambigui
tatem, *cap. cum dilectus. de conſuet. cap. cum veniſſent.*
de inſtit. Alex. conſ. 36. ad fin. conſ. 107. in 2. Molin. de
primog. lib. 2. cap. 6. num. 52. Mantic. deciſ. 119. num.
12. Decian. conſ. 33. num. 19. in 5. Fab. Ann. conſ. 40.
num. 7. conſ. 129. num. 39. Caſanat. conſ. 45. n. 144. Co-
ſta, d. n. 4. Becc. conſ. 101. n. 48. Ludouic. comm. opin. p.
3. concluſ. 38. Peruſ. deciſ. 62. n. 7. Menoch. conſ. 21. nu.
9. conſ. 331. num. 21. conſ. 341. num. 5. conſ. 390. n. 16.
conſ. 400. ergo.

15 Non obſtat Primum, Quia de literis cambij †
Conſules maris inter non mercatores iudicare, non
eſt eorum iuriſdictionem extendere, ſed de ea cau-
ſa cognoſcere, quæ ad mercantilem forum perti-
net, cum à negotiatione quæſtuaria proueniat, &
licet in Iudicem de certis mercantiæ cauſis cogno-
ſcentem prorogari iuriſdictio non poſſit; Ad nego-
tia tamen mercaturam ſapientia prorogari rectè
poteſt, non ad alia, *Rouit. tit. de iuriſd. innic. non tur-*
ban. pragm. 2. num. 26. Quia Iudices ad certam mer-
cantilium cauſarum ſpeciem dati, ex tacita, vel ex-
preſſa partium prorogatione, de cauſa ad cauſam
eiuſdem, non autem diuerſæ ſpeciei, eorum iuriſdi-
ctionem poſſunt ampliare, *Bart. l. inter conuenientes*
ff. ad municip. Iaſ. l. ſi per errorem. num. 7. ff. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum. Caſtren. l. 1. num. 27. C. eodem.
Amat. deciſ. 9. num. 23. 42. Vant. de nullit. defect. iuriſ-
dict. ordin. num. 51. Cumque literarum cambij co-
gnitio, & exequutio mercaturæ ſpecies ſit, compre-
hentionis ratione, in priuilegio illam continere di-
cimus, & æquitate ſuadente iuriſdictio etiam limi-
tata, ad cauſas etiam diuerſæ ſpeciei extenditur,
l. quoties. & ibi, Doct. C. de iudic. Bart. & alij, in l. inter-
dum. §. qui furem. ff. de furt. Merlinus. deciſ. 76. nu-
mero 38.

16 Reſpon. II. Ex conſuetudine † poſſe Conſules
extra negotium mercaturæ cauſas cognoſcere, *Ru-*
ginell. pract. quæſt. 44. num. 11. Quia iuriſdictionem
dat conſuetudo, *l. 1. C. de emancip. liber. l. viros. & ibi*
Bart. poſt gloſ. C. de diuerſ. offic. lib. 12. cap. cum contin-
gat. de for. compet. cap. conqueſtus. 9. quæſt. 3. Crauetta
conſ. 238. num. 6. 7. Couarr. cap. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num.
1. de reg. iur. in 6. Piagg. de conſuet. quæſt. 8. num. 131.
137. 138. 141. 148. etiam abſque priuilegio, *Rouit.*
de iuriſd. innic. non turban. pragm. 1. num. 3. 11. Sche-
nard. conſ. 1. num. 93. p. 2. Surd. conſ. 465. num. 4. Gail.
lib. 1. obſer. 57. num. 14. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 5.
n. 5. & ne dum in principali, ſed in acceſſorio, *Piag.*
d. quæſt. 8. num. 145.

17 Reſpon. III. Quod ſi iuriſdictio † ſemel exerceri
contigerit, plenè probata intelligitur, *Felin. c. audi-*
tis. n. 19. de præſcrip. Abb. conſ. 71. Alex. conſ. 74. nu.
16. in 4. Alba, conſ. 34. nu. 2. Iacob. Gall. conſ. 47. nu. 2.

Sed

Sed non ſemel de literis cambij cognouerunt Con-
ſules, ergo.

Reſpon. IV. Quod licet pactis priuatorum iuriſ-
dictio alteri concedi nequeat, *l. priuatorum. C. de iu-
riſdict. omn. iud. Morla, in empor. iur. tit. 2. quæſtio. 17.
num. 23. Amat. deciſ. 83. num. 9.* limitatè tamen con-
ceſſa, pactis etiam priuatorum prorogari poteſt,
*Ang. l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud. Dec. n. 3. Bero. n. 9.
c. de cauſis. de offic. deleg. Barboſ. d. art. 1. n. 148. Schra
der. de feud. p. 10. ſect. 3. n. 98.*

18 Non obſtat Secundum, Quia † mercator, ab eo,
qui mercator non eſt, ex cauſa mercaturæ coram
Conſulibus conueniri poteſt, *argum. l. pen. C. de iu-
riſdict. omnium iudicum.* & probant, *Bald. & Caſtr. l.
fin. C. eod. & ibi Curt. iun. in ſcholijs. Alba, conſil. 579.
à num. 7. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 2. num. 5. Stracc.
de mercatur. tit. de iudicib. num. 14.* Sed literæ cambij
19 obligant † acceptantem, *ex Bald. conſ. 190. num. 1.
Pariſ. conſ. 91. num. 3. in 1. Ripa l. admonendi. nu. 183.
ff. de iureiur. Tuſc. lit. L. concluſ. 374. Scacc. de camb. §.
2. gloſ. 7. num. 76. gloſ. 9. num. 7. Franc. deciſ. 303.* &
executiue, *Bero. conſ. 33. in 3. Honded. conſ. 29. num. 7.
in 2. Gratian. diſcept. 569. num. 25. 27. Rot. Gen. deciſ.
2. num. 9. deciſ. 8. num. 18. deciſ. 168. num. 2. deciſ. 104.
num. 6. 9. Ricc. deciſ. 55. num. 6. deciſ. 166. num. 1. p. p.
Maſtrill. deciſ. 9. num. 7.* creditor, ergo debitoris ſui
forum ſequi debet, *cap. exceptioni. cap. paſtoralis. de
except. l. fin. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. promiſ. Al-
ba, conſ. 251. Ruginell. pract. quæſt. 41. num. 3.* alias à
ſua caderet actione, *Bart. l. ſi quis per diuinam. C. de
expenſ. publ. lib. 10. Ruginell. pract. quæſt. 42. num. 6.* &
puniretur incompetentem adiens, *Bald. l. ſciendum.
num. 32. C. de donation.* regulariter enim trahens ali-
quem ad forum vetitum, pœnam non euitat, etſi
ad litem vſque conteſtatam pœnitere eum poſſit,
*Balb. deciſ. 229. Alex. conſ. 12. in 6. Eugen. conſil. 31.
Amat. deciſ. 9. in princ. Vant. de nullit. tit. qualit. ſent.
null. num. 80. ad fin. Ruginell. d. quæſt. 42. nu. 7.* Fateor
tamen pro eiſdem literis exoluendis coram Strati-
cotiali Magiſtratu mercatorem ipſum acceptantē
exequi potuiſſe, cum Conſules cumulatiuam ha-
bent iuriſdictionem, *Ruginell. pract. quæſt. 43. num. 7.*
20 II. incompetens vero fuit † Straticotialis magi-
ſtratus ex ipſa Conſulum præuentione, *Affl. deciſ.
354. num. 15. 18. Schenard. conſ. 34. n. 5.*

21 Reſpon. II. Vſurpatæ iuriſdictionis crimen † non
committi ab eo, qui ſemel alterius iuriſdictionem
exercuit, ſed binus ſaltim actus requiritur, *ad text. l.
2. ff. de vſucap. Afflict. in Conſtit. duram. & diram. nu.
8. 14. Intrigl. lib. 1. ſingul. 136. Borrell. conſil. 10. num.
11. Rouit. tit. de iuriſdict. inuic. non turban. pragmat. 1.
num. 9. Ball. Tract. var. lib. 6. tit. de ſindic. offic. quæſt. 5.
num. 10.* Porrò ſcienter, & dolo, ea vti oportet, *l. 3. ad
fin. ff. ad l. Iul. maieſt. ibi, dummodo dolo hoc faciat, Ma-
rant. conſ. 114. n. 6.* & quod in vſu perdurauerit per
aliquod tempus, ex quo magnum ſequatur præiu-
dicium, *Villadeg. in for. iud. lib. 1. tit. 2. l. 16. nu. 4. Ro-
uit. d. n. 9.*

22 Reſpon. III. Iuriſdictionem tunc † vſurpatam
dicimus, cum nullam officialis habeat iuriſdictio-
nem, *Faller.* videndus, *in conſtit. de quæſtionibus. num.
14. Rouit. tit. de baron. pragm. 8. num. 1.* Atſi aliquam
ipſe habeat, nō dicitur alienam vſurpare, ſed ſuam
excedere, *Maſtrill. deciſ. 241. num. 101.* Siue eam ex-
tendere, vltra quam poteſt, & tenetur arbitrariè,
*Mayner. l. non videtur. num. 17. ff. de regul. iur. Capic.
deciſ. 130. num. 21. Ball. lib. 6. de ſindic. official. quæſt.
5. num. 9.*

Ex his, Fuit à M. R. C. deciſum, *Non moleſtentur
Conſules Maris, pro literarum Cambij cognitione.* An-
no 1622. Quo iure hactenus viximus.

SVMMARIVM.

1 *Fur in criminis pœnam, ſuſpendi furcis non debet, niſi tria fuerint furta.*
Declar. num. 9.
2 *Fur, ſi tria commiſerit furta in diuerſis territorijs computari inſimul poſſunt, non ad mortis naturalis pœnam, ſed ad augendum ordinariam eius pœnam.*
3 *Furtum cum violentia in campis commiſſum, vltimo ſupplicio puniendum eſt.*
4 *Furtum, an ſit plenè probandum, ſi in campis cum violentia committatur.*
Declar. num. 10.
5 *Vnum, vel plura ſint furta, rerum, & temporis diſtinctio conſideranda eſt, vel facti continuatio.*
6 *Actum, ſi quid eodem die eſt, licet diuerſis momentis ſimul fieri dicitur.*
7 *Teſtes derobati, eorum intereſſe opus eſt, vt fiſco renuntient, ſi fides eis eſt adhibenda.*
8 *Teſti ad ſui commodum deponenti non creditur, ſi alteri nocent.*
11 *Qualitas Pragmatica adeſſe, & probari debet, vt locus ei ſit.*
12 *Qualitates plures à Pragmatica requiſita, coniunctim requiruntur.*

ARGVMENTVM.

Derobatis contra derobantem Furem, vt teſtibus, deponentibus, Quæ adhibenda ſit fides?

An vnum, vel plura ſint furta, contra diuerſas perſonas continuatim facta? Vt Ducis Feriæ Pragmaticæ locus ſit ad naturalis mortis pœnam.

CONSILIVM XCIII.

FRanciſcum Toſcano, ad mortis naturalis pœnam à M. R. C. damnandum eſſe petit, inſtatque Regius Fiſcus, pro furtis in campis cum vi, & violentia commiſſis, Quorum duo fuere in domo, alterum deniq. in campis ipſis, eaque ex pluribus teſtibus noctis tempore patrata probauit. Quæſtio grauis admodum eſt, cum de naturali vita agatur, ne tamen à recto aberrem, dicam ego, quod de re non parum dubia, ſentit Fiſcus. Vt inde eius argumentis reiectis, hæc ipſa veritas poſſit elucere.

1 Primo, Fur in criminis pœnam † naturalem mortem (iure communi inſpecto) pati non debet, *auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit. §. pro furto. Auth. vt null. iudic.* etſi magnum illud ſit, *Franc. deciſ. 315. num. 1.
deciſ.*

deciſ.521.Caball.crim.reſol. caſ.18. num.2. etſi ipſe
neget,*num.4.& caſ.99.num.48.* Quod forenſis vſus
hactenus admiſſit: Niſi pro tertio furto, *Gloſ.& Bal
dus,l.3.C.de epiſc.audien.Gomez.§.ex maleficijs.num.
12.inſtit.de action.Felin.cap.at ſi clerici.§.1.ad fin.de
iudic.Caball.crim.reſol.caſ.19.num.1.2.caſ.99.num.
54.Thom.Dece.conſ.192.num.2.Intrigl.conſcien.caſ.
85.num.4.Farinac.quæſt.23.num.4.* & licet diuerſis
2 territorijs † fuerint perpetrata, computari tamen
poterunt, vt ex eorum frequentia aggrauetur pœ-
na,*Gomez.3.reſol.cap.5. Clar.§.furtum.num.10.Co-
uarr.2.reſol.cap.10.Craſſ.except.14.num.49. Menoc.
de arbitr.caſ.295. Suarez, recept.ſent.verb.fur.Rey-
ger,Theſaur.iur.lit.Fu.num.91.* Vel niſi ratione loci,
temporis, aut quantitatis iudici videretur, *Caball.
crim.reſol.caſ.18.num.4.Couarr.2.reſol.cap.9.num.7.*
Sed hæc tria ſunt furta,tradit ergo,& merito, *Affl.
ad conſtit.rub.16.de malefic.clandeſt ſub nu.38.lib.1.*
Quod ſecundum Regni Conſtit.pro duobus furtis,
etiam minimis,noctis tempore commiſſis,pro dua
bus nempè gallinis, eſt pœna mortis, & licet dura
ſit conſtitutio, ſeruanda tamen eſt.

3 Secundo, Si vnum † eſt, & primum rei minimæ
furtum, cum violentia in campis contractum, vel
in ſtrata publica, vltimo ſupplicio punitur,*ex Pra-
gmat.1.tit.47.p.p.Intrigl.conſcien.caſ.85.num.3.* Ip-
ſamque violentiam adhibitam fuiſſe ſatis conſtat,
ſi euaginato enſe armatus, viatores aggreſſus dero-
bauerit,*gloſ.l.1.verb.domi.ff.de vi publ. Bart.l.3.
§.armis.ff.de vi,& vi arm. Iaſ.§.ex maleficijs.nu.70.
Inſtit.de action.Socc.cap.qualiter, & quando.2.artic.
60.de accuſat.Rom.ſing.568. Decian.lib.8.crim.cap.
3.num.12.13.Burſat.conſ.454.num.21.*& licet plenè
4 conſtare † de eo debeat, vt *Pragm.* inquit, ibi, *Con-
ſtandoſi plenè di detto furto, etiam primo,* Nec vnquā
conſtitit, aliam in Regno editam à Prorege fuiſſe
Pragmat. qua plèna dicitur facta probatio, ſi teſtes
etiam ſingulares, & derobati deponerent: Cumq.
plures in proceſſu informatiuo Fiſco produxerit
teſtes, non ſingulares, furtorum frequentia dedit
cauſam, vt tam grauis imponatur pœna,*argum.cap.
non debet.de conſanguinit.& affinit.l.aut facta.§.fin.ff.
de pœn.* Sed conteſtes, vltimo ſupplicio damnan-
dum eſſe Franciſcum concludit Fiſcus: etenim in
tanta hominum audatia, omnes aliæ pœnæ præ-
ter capitales irridentur. Hæc me dubium redde-
bant.

Cæterum, à mortis naturalis pœna abſoluen-
dum eum eſſe cenſui, Solidis hiſce ductus argu-
mentis.

Primo, Ad cognoſcendum, an vnum, vel plura
5 ſint furta, concurrere deberet diſtinctio rerum, &
temporis, *Gloſ.l.illud.§.fin.ff.ad l.aquil.l.eum qui.§.
idem.& ibi Bart.ff.de furt.* Vel conſiderari continua
tio facti, ſi quis enim plures res diuerſorum domi-
norum, continuato tempore, in diuerſis locis fuerit
derobatus, vnum erit, non plura facta, *Bart.l.num-
quam plura.ff.de priuat.delict. Cepoll. num.72.185.
Bald.num.68.in d.auth.ſed nouo iure. & conſil.247.in
5.Boer.deciſ.219.Socc.conſil.62.num.8.vol.1. Caſtr.
conſ.18.in 1. Tuſc.lit.D. concluſ.169.num.1.10.12.
lit.C.concluſ.978.Farinac.quæſt.167.num.75. Craſſ.
except.14.num.66.Azeued.l.2.num.59.l.7.nu.112.
tit.11.lib.8.recop.Burſ.conſ.401.num.2.Fenut.de mo-
men.tempor.cap.19.num.15.Clar.num.14. Baiardus
num.66.in §.furtum.Couarr.2.reſolut.cap.10.num.8.
Caball.crim.reſol.caſ.99.num.49. Plac.lib.1.delict.c.
1.num.20.Menoch.de arbitrar.caſ.295.num.20. Bel-
lon.de ijs, quæ fiunt incontin.cap.97.num.13. Coſta, de
ſcien.& ignor.inſpect.15.num.1.Viui.deciſ.352.num.
9.* Quę enim incontinenti fiunt videntur ineſſe, *l.
6 lecta. ff. ſi cert. petat.* ac ſimul fieri dicuntur,† quæ
eodem die, licet diuerſis momentis fierent, *l.ſi fun-
dus.§.ſi duo.ff.de pignor.& hipot. Coſta, d.inſpect.15.
num.2.* maximè ſi ad diuerſos actus, nec conuerta-
tur latro, *Viui.d.num.9. Socc.conſ.62.num.10.in 1.
Tuſc.lit.D.concluſ.169.num.12.* Cumq. diuerſa hęc,
& plura furta, interpellatis temporibus, non ſint,
ſed vnum, & ex pluribus furtis continuato tempo-
te factis non puniretur, Quis, multiplici, ſed vna
pœna, pro vnico nempè furto, *Feder.de Sen.conſ.7.
num.5. Tuſc.lit.C. concluſ.978.num.3.lit.P.concluſ.
209.lit.S.concluſ.561.* etſi in diuerſis locis, nec ipſo-
rum accumulatio ad aggrauandum delictum fieri
debet. Quia tria requiruntur furta diuiſim commiſ
ſa, diuerſo videlicet tempore, & ex internallo,*Bald.
conſilio 48.in tertio.conſil.247.in quinto. Boß.titul.de
furt.num.17. Tuſcus,lit.S. concluſ.560.num.2. Fari-
nacius,quæſtio.167.num.76. Menoch.Boer.& alij iam
citati.*

Secundo, Si vnum eſt furtum, cum teſtes, vel ſin-
gulares, vel conteſtes ſint, illud non probant. inte-
reſſati enim ſunt in cauſa,*Roman.ſingul.360.Felinus
cap.veniens.1.num.18.de teſtib.Marſil.conſil.2.num.
46.conſil.29.num.27.Boſſ.tit.de oppoſ.contr.teſt.num.
55.Bertaz.crim.conſil.236.num.16.* nec eorum inte-
7 reſſe Fiſco renuntiarunt,† vt neceſſe erat, *Bald.l.di-
ctantibus.num.3.C.de teſtam.Ferrat.cautel.40. Muſca
tell.prax.delict. tit.de priuileg. & pœn. vſur. num.22.
Dec.conſil.342.num.4.Crauet.conſil.73.num.29. Ber-
tazz.crim.conſil.236. lit.C.Felic.allegat.129.num.4.
p.2.Oſaſc.deciſ.99.num.40. Lupus, de vſur.commen.4.
ad cap.quamquam.num.26. Roland.conſil.98.numero
31.in 4.Lamberting.de Statut.prohib.mulier.contrah.
gloſ.12.agnatum.num.14.Burſat.conſil.320.num.89.*
etſi Statuto ſancitum ſit, quod illis credatur, *Ber-
8 taz.crim.conſil.33.num.16.* Teſti ad ſui † commo-
dum deponenti non creditur, *l.nullus.ff.de teſtibus.
Bertaz.crim.conſil.225.num.17.Gratian.diſcep.727.
num.9.Surd.conſil.390.num.28.* vel ſi habeat intereſ-
ſe, quia propria in cauſa tunc teſtificari dicetur, *Ber
taz.crim.conſil.124.num.3.conſ.236.num.16.conſil.
60.num.9.Petra, de fideicomm.quæſt.12.nu.449. Fa-
rinac.quæſt.60.num.64.Felic.allegat.169.num.8.p.2.
Muſcatell.prax.delict.tit.de priuileg.& pœn.vſur.nu.
14.* Tum maximè quod in alterius damnum depo-
ſuit,*Crauet.conſil.6.num.102.conſil.73.num.34. De-
cian.conſil.93.num.58.in 2. Felic.allegat.46.num.20.
p.p.Bertaz.crim.conſ.33.num.16.conſil.236.nu.17.*
Imo renuntiato eius intereſſe, nec omni exceptio-
ne maior erit teſtis, nec plenè probaret de iure,*Bur-
ſat.conſ.320.num.89.90. Bertaz.crim.conſ.236.num.
16.lit.C.*

9 Non obſtat Primum, Quia vnum † eſt furtum,
eodem contextu, & propoſito continuatum, licet
diuerſis horis, diuerſiſque vicibus, eidem, aut diuer
ſis dominis ſurripuerit reus, *Fenut.d.cap.19.numero
15.Muſcatell.prax.delict.tit.de furt.num.54.* etſi plu-
ra crimi-

ra crimina, etiam diuerſa reſultent, *argument. gloſ. l. 1. C. vnde vi. l. numquam plura. ff. de priuat. delict.* vnum tamen erit delictum, ratione temporis continuatum, *Bart. in l. inficiendo. §. infans. num. 2. ff. de furt. Bald. l. quicumque. num. 5. C. de ſeru. fugit. Marſil. l. fin. num. 15. 16. ff. de ſicar. Bertazz. crimin. conſ. 74. numero 8.* abunde, *Bolognet. conſil. 33. Bellon. de ijs, quæ fiunt incontin. cap. 97. num. 13.* Sed ex vnico furto non conſtat, publicum latronem quem eſſe, etſi pro eo extra ordinem puniendus ſit, *Muſcatell. d. num. 54. 55.*

Non obſtat Secundum, Quia teſtes ſingulares
10 † ad probandum furtum cum violentia in campis commiſſum, ſatis eſſe voluit Prorex ſua pragmatica, ne dum inſpecta furtorum frequentia, ſed quia difficile nimis erat, in campis teſtes haberi potuiſſe, dum ſaucitum legimus, *ex Pragmat. 1. tit. 47. p. p.* Furtum in campis cum violentia commiſſum plenè probandum eſſe: Verum Proregis pragmatica in ſingularibus ipſis teſtibus, tres requiri qualitates conſtituit. Primam, quod ipſi tres derobati, conteſtes ſint de loco, & tempore. Secundam, quod aliam ipſi non patiantur exceptionem. Tertiam, quod ipſi derobati renuntient eorum intereſſe. Cumque tres iſtæ qualitates in *d. Pragmat.* ad ſin-
11 gularium teſtium fidem confirmandam † requirantur, probandæ omnino erant, *l. pen. §. docere. & ibi, Iaſon. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. l. 1. §. ait prætor. & ibi, Bart. ff. ne quid in flum. public. l. fulcinius. §. cum hoc edictum. & ibi Bart. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. Plot. de in lit. iurand. §. 51. num. 16. Bertazz. crimin. conſil. 50. num. 5. conſil. 57. num. 12. Schrader.*
12 *de feud. p. 10. ſect. 2. num. 4.* & adeo coniunctim † vt Pragmaticæ diſpoſitio, de hiſce qualitatibus mentionem faciens, earum altera deficiente, non procederet, *Ioan. Andr. cap. 1. verb. Chriſtianorum. de homicid. in 6. Baldus, l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleric. Cranetta. conſil. 202. num. 31. Tiraquel. 1. retract. §. 8. gloſ. 7. num. 1. 2. Menoch. adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. num. 94. Schrader. de feud. par. 10. ſect. 2. numero 4. Valenzuol. conſil. 43. num. 132.* Cum ſint de forma. *Bald. l. comparationes. C. de fide inſtrum. Dec. conſil. 10. num. 2. conſil. 222. num. 2. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 36. gloſ. 2. num. 24. Vant. de nullit. tit. quot. & quibus modis nullit. propon. poſſ. num. 52. Medic. de regul. iur. parte 2. regul. 7. Rolandus, conſil. 33. numero 9. in 3. Schrader. conſil. 1. num. 329. Laderch. conſil. 8. num. 17. conſilio 184. num. 10. Aldouinus, conſilio 1. num. 44. conſil. 20. num. 103. conſil. 51. num. 26. conſil. 33. num. 4. conſil. 37. num. 11. conſil. 35. num. 10. conſil. 41. numero 26. conſil. 77. num. 18. Menochius, conſilio 541. num. 3. conſil. 388. num. 2. Peregrin. conſilio 77. num. 46. in 1.*

Ex his deciſum à M.R.C. fuit, facto verbo, D. Proregi, *Franciſus Tuſcanus condamnetur ad remigandum ſuper Regijs Triremibus per Annos decem.* De Menſe Octobris MDCXXIII. Fuitque ſit exequutum.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium immunitatis ex meritorum cauſa conceſſum, vno verbo reuocare Principem voluiſſe, non præſumitur.*
2 *Regis proprium eſt, non reuocare conceſſa.*
3 *Surreptio diſpenſationem irritat.*
4 *Immunitatis Priuilegium, ſi abrogare velit Princeps, non poteſt.*
5 *Princeps etſi omnium dominus ſit, & ſubditis conceſſa priuilegia reuocare poſſit: Ea tamen, quæ in contractum transferunt reuocare non poteſt.*
6 *Princeps ſuo contractu obligatur, vt priuatus. e ſi cum ſubdito contrahat, idem in eius ſucceſſore, etiam in ſola dignitate, & num. 7.*
8 Bald. de Pac. Conſtant. verb. ſucceſſorum noſtrorum. *declaratur.*
9 *Derogatio generalis ſatis non eſt, ſed ſpecialis requiritur, quoad Leges habentes verba derogatoria.*
10 Pragm. 2. tit. 28. tom. 2. ibi, Pro occaſion, y cauſas. *explicatur.*
11 *Immunitatis Priuilegium in vim contractus conceſſum, reuocari non poteſt.*
12 *Priuilegium, ob merita conceſſum reuocari non poteſt; etſi ſubdito conceſſum ſit. num. 13.*
14 Pragm. 2. tit. 28. tom. 2. *reſtringit ſolum, & limitat, immunitatis priuilegium.*
15 *Immunitatis Priuilegium, Ciuitati conceſſum, reale eſt, etiam ſi Ciuibus in vniuerſo concedatur.*
16 *Ciuibus, vt ſingulis, conceſſum priuilegium perſonale eſt.*
17 Pragm. 2. tit. 28. tom. 2. ibi, lo que majormente. *Declaratur.*
18 *Vectigal nullum ſoluitur pro rebus vſus proprij cauſa delatis.*
19 *Meſſanenſes à mercium gabellis ſunt exempti.*
20 *Conſuetudo, interpretatiua longi temporis lapſu, immunes fecit Meſſanenſes à mercibus, & mercimonijs.*
21 *Obſeruantia, Priuilegij vim habet, & legis.*
22 *Meſſanenſes à mercibus, & mercimonijs immunes ſemper fuere,* Pragmat. 2. tit. 28. par. 2. *non obſtante, num. 23.*
24 *Poſſeſſio declarat priuilegium.*

A R G V M E N T V M.

Immunitatis Priuilegium, quo Meſſanenſes à Rege meritorum cauſa fruuntur; An pro ijs tantum rebus ſit, quæ in proprium vſum deferuntur, vel pro mercibus, eorumque mercimonijs.

Ad intellect. Pragm. 2. tit. 28. tom. 2.

C O N S I L I V M XCIV.

CVm ad exoluendum promiſſum Regi donatiuum trecentorum millium ſcutorum, Regni Proceres in Comitijs, triplicis generis vectigalia vniuerſim imponi iuſſerint, nimirum Tarenos duodecim in ſingulas vini cupas, quæ à quibuſlibet Regni locis aliquò infra Regnum per Mare exportarentur, tarenum vnum in ſingulas ſerici libras cum primum illud è mangano extraheretur, itemque tarenos duodecim, quos ſoluendos eſſe voluerunt, in ſingulis Saccari cantarijs, quæ ex inſula euehi contigerit,

iiſque

ijſque Meſſanenſes, quoque ſubijci debere Regni
Deputati contenderent; & voce, & ſcriptis ſatis
plenè ipſe edocui, id genus tributa non potuiſſe
Meſſanenſes afficere: Eorumque priuilegijs aduer-
ſari: Cumque in eandem ſententiam Straticotialis
Magiſtratus Iudices in hoc cauſarum genere Regij
delegati interloquuti eſſent. *Sunt contra Priuilegia.*
Quæſitum eſt, an Meſſanenſes immunes ab ijs one-
ribus eſſent cenſendi, ſolum in rebus, quas vſus ſui
gratia tantum ſibi compararent, An etiam, quæ
mercimonij cauſa. Sed cum concludenter (vt puto)
excuſſerim ego, immunes eos eſſe in mercimonijs.
Audio nunc Meſſanenſium cauſæ æquiſſimæ Fer-
dinandi Regis Pragmaticam obijci, quæ in ordine,
2. eſt, *titulo 28. pragmat. parte ſecunda.* cuius verba
ſunt, *Per obuiar à diuerſas fraudes, que en muchas
maneras ſe committen en danno de las reales gabellas,
y drechos del dicho ſennor Rey, por occaſion, y cauſa
de las immunitades, y franquezas por priuilegios de
ſu Mageſtad otorgados à algunos Barones, y otras per-
ſonas, lo que majormente hazen los delas Ciudad de
Mecina. Prouce, y manda ſu Mageſtad, que las dichas
ciuilidades no les ſean admettidas, ni hayan de à qui
adelante à gozar franqueza alguna, en coſas de mer-
caderia, ſi no tan ſolamente en àquellas, de que han me-
neſter por vſo ſuyo proprio, y en lo demas ſe le haga
pagar el drecho, que iuſtamente es deuido.* Cum in
ea plurimum ſpei ſit Regij Fiſci patrono, ad quam
velut ad extremum præſidium confugit. Quaſi eius
legis decreto, omnis iſta tot Priuilegijs firmata
Meſſanæ immunitas ſilere deberet, cum diſertè ab
ea, quæcumque immunitatis priuilegia reſtringan
tur, ita vt ea ſolum, quæ ad vſum proprium ab im-
munibus deferuntur libera à vectigali ſint, non ve-
rò etiam merces, aut quæ mercimonij cauſa expor-
tantur, vel inuehuntur. Sed multo facilius oſten-
dam, nullum in ea Pragmat. fieri poſſe fundamen-
tum.

Primo quidem per eam Pragmaticam *Princeps
Ferdinandus*, neque voluit, neque potuit abrogare
Meſſanenſium immunitatem pluribus Regum Pri
uilegijs comprobatam, ac immemorabilis tempo-
ris conſuetudine confirmatam, Non voluit inquã,
1 cum non præſumatur Rex † immunitatem per tot,
tantoſque Reges conceſſam, verbo voluiſſe reuo-
care, *Apen. l. fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Bardell.
conſ. 22. num. 16. Rim. iunior, conſil. 628. num. 39. Pe-
regrin. conſ. 4. num. 37. in 1. Azeued. l. 1. 3. 10. tit. 10.
lib. 5. recop. Mattien. l. 6. gloſ. 1. titul. 16. lib. 5. recopil.*
2 Quorum proprium † eſt, non reuocare conceſſa,
*Iſern. in cap. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. Bardell.
conſ. 22. num. 17. Peregrin. conſ. 4. num. 36. in 1.* Sed
magis per ſubreptionem id à Principe extortum
præſumitur, *Boſſ. tit. de Princip. num. 19. 20. Bertazz.
ciuil. conſ. 124. num. 11. Valaſc. deciſ. 72. num. 21. 23.
Crauet. conſ. 241. Petra, de Princip. poteſt. cap. 32. con-
cluſ. 2. num. 60. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10.
p. 2. num. 35. Bardell. conſ. 22. num. 17. Turret. conſilio
3 13. num. 14. in 1. Bellon. conſ. 27. num. 13.* quæ † diſpen
ſationem irritat, *Oſaſc. conſ. 68. num. 7. Menoch. de ar-
bitrar. caſ. 201. Maſcard. concluſ. 1123. Tuſc. lit. S. con-
cluſ. 722.*

4 Neque etiam ſi voluiſſet † abrogare immunita-
tem, potuiſſet, *Oſaſc. conſ. 79. num. 4. Burſat. conſ. 16.
num. 44. 59. 60.* Tum quia priuilegia illa transierunt
in contractum, vt in eo, id ſtatuendum ſit, quod de
contractu *Bart. l. 2. num. 6. ff. de iur. immunit. Bald. l.
qui ſe patris. num. 34. C. vnde liber. Rim. conſ. 196. nu.
8. in 1. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 1. num. 134. Roſen-
tall. de feud. cap. 3. concluſ. 21. num. 2. Oſaſc. conſil. 64.
num. 64. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 28. conſ.
160. num. 4. in 5. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. nu. 61.
Tapp. de conſtitut. Princip. par. 2. cap. 9. num. 1.* Prin-
5 ceps enim omnium † dominus eſt, & priuilegia
ſubditis data reuocare poteſt, niſi in contractum
transierint, *Felin. cap. nouit. num. 11. de iudic. Iaſ. l. ex
hoc iure. num. 54. ff. de iuſtit. & iur. Alexan. conſilio 1.
num. 11. in 4. Dec. conſ. 604. num. 9. Ruin. conſ. 87. num.
12. in 3. Gramm. deciſ. 85. num. 25. Fontanell. d. gloſſa
10. p. 2. num. 36. Cabed. deciſ. 20. deciſ. 95. num. 14. p.
2. Caſſ. mat. conſ. 43. à num. 54. Ambroſ. de immun. cap.
18. num. 11. 12. Valenzuel. conſil. 2. num. 68. Roland.
conſ. 25. num. 35. in 3. Marta, clauſ. 195. num. 9. Schra-
der. conſil. 14. num. 270. Rodolfin. de Princip. poteſt. c.
6. num. 170. Gabr. tit. de iur. quæſit. concluſ. 6. num. 5.
Valaſc. deciſ. 72. num. 5. deciſ. 120. nu. 9.* Neque enim
6 minus † contractibus, quàm priuatus, obligatur
Rex, *l. donationes. C. de donat. inter virum. Bart. num.
1. Bald. num. 4. in l. digna vox. C. de legib. Iaſ. & Dec. l.
ciuitas. ff. ſi cert. petat. Pinel. rubr. C. de reſcind. vendit.
p. p. cap. 2. Zaſ. conſil. 1. num. 2. vol. 2. Euerard. conſ. 74.
num. 4. Bardell. conſ. 22. num. 21. 34. conſil. 39. num. 39.
conſ. 75. num. 9. conſ. 82. num. 28. Turret. conſil. 4. num.
17. in 1. conſ. 9. num. 7. in 2. Siluanus, conſ. 44. num. 27.
Oſaſc. conſ. 64. num. 66. Crauetta. conſ. 869. num. 7. Ce-
phal. conſ. 23. num. 50. Menoch. conſ. 27. num. 26. Petr.
Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 7. num. 10. Roland.
conſ. 2. num. 26. conſ. 66. num. 37. in 2. conſ. 69. nu. 15.
17. in 4. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 1. num. 59. Seſſe,
deciſ. 79. num. 11. Apetr. de Princ. poteſt. 1. dub. num.
57. Sfort. conſ. 23. num. 8. Valenzuel. conſ. 2. num. 71.
Morla, in empor. iur. tit. 3. de pact. in præmiſſ. num. 67.
Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 20. num. 9. Coſta, conſil. 58.
num. 3. Surd. deciſ. 234. num. 7. Rim. iunior, conſil. 13.
num. 18. Gabr. tit. de iur. quæſit. non tollen. concluſ. 5. nu.
1. Gail. lib. 2. obſeru. 55. num. 7. Becc. conſ. 45. num. 26.
conſ. 129. à num. 44. ad num. 53. Viui. deciſ. 103. num.
2.* etiam cum ſubditis, *Afflict. deciſ. 281. num. 7. Oſa-
ſcus, deciſ. 90. num. 7. Burſ. conſ. 16. conſ. 78. num. 6. Ga-
briel. d. concluſ. 5. num. 9. Gomez, var. reſol. cap. 1. p. p.
Viui. deciſ. 141. num. 9. 13. Azeued. l. 1. num. 18. l. 3.
num. 6. 7. 10. 19. tit. 10. lib. 5. recop.* Sicut, & ſucceſſor
7 † eius, *Bald. conſ. 359. in 1. Capic. deciſ. 121. num. 2.
Roland. conſ. 1. à num. 40. in 2. conſ. 13. à num. 33. in 3.
Suarez, alleg. 9. num. 7. alleg. 10. num. 3. Bolognet. conſ.
1. num. 176. Bardell. conſ. 22. num. 18. Gregor. d. quæſt.
7. num. 17. Bero. conſ. 138. in 3. Paſqual. de virib. patr.
poteſt. p. 2. cap. 1. num. 50. Menoch. conſ. 264. num. 15.
18. 20. conſ. 307. num. 16. conſ. 350. num. 23. conſ. 503.
num. 4. conſ. 181. num. 60. conſ. 331. num. 65. Gabriel.
concluſ. 5. num. 2. Ambroſ. d. cap. 18. nu. 12. Tiraquell.
de reuocand. donat. gloſ. donatione largitus. num. 13. de
iur. primogen. quæſt. 35. num. 20. Schrader. d. ſect. 1. nu.
56. Surd. conſ. 419. num. 5. conſ. 140. num. 38. Otalor. de
nobilit. p. 4. cap. 5. num. 9. Rim. iunior, conſ. 548. nu. 23.
Gregor. de republic. lib. 7. cap. 20. num. 4. Viui. deciſ.
103. num. 4. Fab. Anna. conſil. 129. num. 61. Mantica,
de tacit. lib. 1. tit. 13. num. 2. lib. 3. tit. 10. num. 47. Ro-
ſentall.*

ſentall.d.concluſ.21.num.4.Cabed. deciſ.19.num.1.p.2.Rodolfin.de Princ.poteſt.cap.6.num.595.Petra,de Princip.poteſt.cap.7.num.36.cap.8.num.60. & dub.2.num.179.Sacca,conſ.8.num.11.12. Gonzal. regul. cancell.8.gloſ.28.num.11.& alij à Georg.relati, alleg.15.num.13. Siue per ſucceſſionem, ſiue per electionem, Rex ſit, Natta,conſ.122.num.3. conſ.636.num.16.Paſqual.de virib.patr.poteſt.par.p.cap.1.num.51. Bott.conſ.87.num.10.Menoch.conſ.201.num.79.conſ.263.num.24.conſ.264.num.20. Roland. conſ.1 num.42.in 2.Gratian.diſcept.169.num.5.Capic.deciſ.121. Borrell.conſ.1.num.101. Peregr. de iur.fiſc.lib.1.tit.13.num.43.Decian.conſ.35.num.6.in 1.Crauet. conſ.241.num.17.Rodolfin.de princ.poteſt.cap.6.nu.196. Becc.conſ.140.num.18. Schrader.de feud.p.10.ſect.1.num.56.Fab.Anna,conſ.129.num.64. etſi ſucceſſor tantum ſit in dignitate, Viui.deciſ.141.num.8. Menoch.conſ.264.num.20.21.22.24. Morot.conſilio 45.
8 num.9. Nam † quod Bald. ſcripſit, de Pac. conſtant. verb.ſucceſſorum noſtrorum. Contractus anteceſſorum non ligare ſucceſſorem in dignitate, comm.reprobatur, ex Menoch.conſ.201.num.178.conſ.203.nu.24. vel in Lege, id admittendum eſt, Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.5.num.22. non in contractu, illa enim ſucceſſorem non obligat, Bardell.conſ.75.num.9. Sed contractus, Natt.conſ.122.num.7.Menoc.conſ.201.num.171. cum idem, & vnum ſemper ſit Regnum, Gratian.diſcept.167.num.51. Rex tenetur contractus à ſe geſtos, indemnes ſeruare, ne dum per ſe, ſed per Magiſtratus, & Officiales ſuos, Cabed.deciſ.80.num.3.p.2. Præſertim ſi ſub nomine dignitatis ſit contractus, cap.quoniam abbas.de offic.deleg. copioſè Peralt.l.3.§.qui fideicommiſſum. num.131. ff.de hæred.inſtit.Cancer.3.reſolut.c.1.num.147. vel ſi in remunerationem meritorum, Cabed.deciſ.19.nu.1.in 2.Becc.conſ.129.à num.44. Gamm. deciſ.65.nu.24.Ponte,conſ.60.num.22. Bolognet. conſ.1.nu.176. Paſqual.de virib.patr.poteſt.cap.1.num.13.p.p. Turrett.conſ.9.num.8.10.in 2. Menoch.conſ.337.num.7. Decian.conſ.25.nu.29.in 1. vel ſi geminatæ ſint conceſſiones, Neuiz.conſ.66.num.28. Oſaſc.deciſ.39.nu.16.Crauet.conſ.933.num.1. Menoch.conſ.502.nu.12. vt, neque aliquid interſit, an cum ſubdito geſtus ille ſit, Gail.obſeru.56.obſeru.60.lib.2. Roland.conſilio 66.in 2.Coſta,conſ.58.num.1.Maluaſ.conſ.1. Petra,de Princ.poteſt.cap.32.quæſt.2.num.48.quæſt.3.num.93. Additque, Menoch.conſ.1.num.140. teneri Principē obſeruare contractum, etſi aliàs inefficacem; Quia boni Principis eſt, timere culpam, vbi nulla eſt culpa, Mantic.de tacit.lib.1.tit.9.num.46. Decian.conſ.25.num.98.in 1. Sed ex tranſactionis contractu iureiurando ſe obligauit Philippus, Rex Meſſanenſium mercimonia exempta eſſe, cum nec ex abſoluta eius poteſtate contractum poſſit infringere, illique addere, aut minuere, Peregr.de iur.fiſc.lib.6.tit.1.num.10.11.Bardell.conſ.39.num.39. Ambroſ.d.num.12. Imo ſi ſe læſum Rex dixerit, vel contractū à miniſtris geſtum, eſſe nullum, non contra contrahentes, ſed in miniſtros, daretur ei actio, l.4.§.1.cum l.fin.§.3.ff.de admin.rer.ad ciuit.pertin. Loſæ. de iur.vniuerſ.par.3.cap.7.num.3.4. Bardell. conſil.39.num.10.

Reſpon.II. Plura ex Meſſanæ Priuilegijs clauſulam habent derogatoriam ad futuras leges: Ac pro
9 inde generalis † derogatio, nec ſufficit, ſed ſpecialis requiritur mentio verbis ſaltim derogatorijs, Oſaſc.conſ.68.num.58.Rot.deciſ.122.p.p. Honded. conſ.88.num.45.in 2.Marta,clauſ.14.num.1.p.4. Nec in dubio reuocatum cenſetur, Turret.conſ.9.num.12.in 2. Sic teſtamentum primum clauſulam continens derogatoriam non tollitur per ſecundum, niſi in ſpecie fiat mentio illius primi, Bart.& Doct.l.ſi quis in principio.ff.de legat.3.Couarr.rubr. de teſtament.par.2.num.19.Clarus,§.teſtamentum.quæſt.99. numero 4. Gomez.l.Thaur.3.num.93.Menoch.lib.4.præſumptio.166.num.10.conſ.170.num.2.Tuſc.lit.C.concluſ.346.num.12.

Reſpon.III. Ferdinan.vel Alphonſ. quiſquis ille
10 fuerit † locutum eſſe ſolum de priuilegijs à ſe conceſſis, ibi, Por occaſion, y cauſas de las immunitates y franquezas, por priuilegios de ſu Mageſtad otorgados, à algunos Barones, y otras perſonas. Non de priuilegijs ab alijs Regibus elargitis. Porro, quod Rex priuilegia à ſe conceſſa, ita moderari, & reſtringere voluerit, vt prodeſſent ſolum quoad ea, quæ ad vſum proprium deferuntur, non quoad mercimonia, æquo animo ferendum eſt, neque abſurdum continet, nempè quia ita Regi de rebus ſuis diſponere videretur. At eadem non eſt ratio in ijs immunitatis priuilegijs, quæ à prædeceſſoribus Meſſanæ conceſ
11 ſa, tranſierunt in vim contractus, Quæ † veì reuocari iniquiſſimum eſt, Bero.cap.cum veniſſent.num.23.de iudic.Sanſeuer.l.omnes populi.num.181.ff.de iuſtit.& iur.Ruin.conſil.196.num.8.in 1.conſil.105.num.4.in 5.Neuiz.conſ.66.num.44. Purpurat.580.num.35. Sfort.conſil.23.num.8.9.Natt.conſil.310.num.1.conſil.397.num.2.Girond.de priuileg.num.583.Rolandus conſil.16.num.13.conſil.66.in 2.conſil.13.numer.25.70.81.in 3.Oſaſc.deciſ.39.num.21.deciſ.91.num.11.139.num.11.Crauet.conſ.905.num.3. conſ.301.num.1.Borrell.conſil.1.num.128. Decian.conſ.51.num.25.in 3.Burſ.conſ.16.num.70. Maluaſ.conſ.1. Fab. Anna, conſ.129.num.54.63.64. Menoch.conſ.540.num.13. Rim.ſenior,conſ.204.num.2.in 2. Nott.conſ.45.num.16.Gail.lib.2.obſer.56.obſeru.60. Myſinger.obſeruat.197.num.1. Rom.conſ.436. conſ.382. vbi Mandoſ. in ſcholijs.Coſta,conſil.58.num.1. maximè ſi ob merita
12 † conceſſa ſint priuilegia, Menoch.conſ.2.num.139.conſ.75.num.44.conſ.350.num.74.Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.3.num.29. Decianus, conſil.25.num.30.in 1.conſ.52.num.25.in 3. Rim.iunior. conſ.540.num.96.conſil.556.num.107.Oſaſc.deciſ.139.num.28. Berett.conſ.1.num.16.Perſon.de gabell.num.71. Rolandus, conſ.76.num.17.in 2.Suarez, allegat.4.alleg.10. Burſ.conſil.131.num.9.conſil.160.num.33.Randen.de analog.cap.40.num.7.Gonzalez, regul.cancell.§.9.gloſ.2.num.20.49.Gabr.tit.de iur.quæſit.non tollend. concluſ.7.num.2.Capic.deciſ.121.num.16. Gramm. deciſ.65.num.25.conſ.100.num.66. Carol.Tapp.de Conſtitut.Princip.par.2.cap.9.num.6. Sixtin. de regalib.lib.1.cap.6.num.23. Simplex enim priuilegium in beneficium tranſire, ait, Alexand.conſil.160.in 2. Soccin.iunior,conſil.37.num.18.in 1. Paſet.conſil.18.numero 34.Menoch.lib.3.præſumpt.103.num.4. Surd.conſilio 140.num.13.conſil.419 num.52. & in contractum, Peregrin.d.tit.3.num.28.Natt.conſ.511.num.9.conſ.512.num.12. Crauet.conſ.963.num.26. latè Surdus, conſ.419.num.53. Gabr.tit.de iur.quæſit.non tollend. concluſ.6.

concluſ.6.num.6.Sixtin.d.cap.6.num.23. vt reuocari
13 non poſſit † etſi ſubdito conceſſum, Azened.conſil.
17.num.17.Villar.conſ.8.num.5.D.Tapp.d.cap.9.nu-
mero 31.Gabr.de iur.quæſit.non tollen. concluſ.5.num.
19.nec ex plenitudine poteſtatis, Surdus.conſil.419.
num.55.Villar.conſ.8.num.20.33.34.36.imo nec re-
ſtringi, aut modificari, Tum quia reſtringere, eſt in
parte aliqua reuocare, Gambacur.de immunit.eccleſ.
lib.3.c.12.num.17. tum illa ratione, Gloſ.c.quia cir-
ca.de priuileg. quia ſi poſſet concedens limitare, poſ
ſet etiam excogitata fraude ius, quod ſemel à ſe a-
biecerat, denuo ad ſe trahere, tum, & ratione in tex.
adducta.c.1.16.quæſt.2. quia hac ratione, quod ſan-
ctè dederat, paulatim reſtringendo, totum ſibi de-
nuo vſurparet.

Reſpon.IV.Pragmatica iſta † reſtringit tantum,
14 & limitat immunitates particularibus Ciuibus, &
perſonis conceſſas, non autem eas, quæ Ciuitatibus.
atque adeo vniuerſitati competunt. Sic enim illa
loquitur, ibi, Por priuilegios de ſu Mageſtad otorga-
dos, à algunos Barones, y otras perſonas. At qui nemo
dubitat, fauorabiliores eſſe Ciuitatum, & Vniuerſi-
tatum immunitates, & exemptiones, tum quia
† reales illæ, l.forma.§.quamquam.ff.de cenſib.ibi, ta-
15 men generaliter, Din.cap.priuilegium.num.7.de re-
gul.iur.in 6.Bart.l.fin.num.5.ff.de ſeruit.legat.Caldas,
foren.quæſt.15.num.16.p.p. eadem enim ſemper eſt
Ciuitas, l.proponebatur.ff.de iudic. l.quod in rerum.§.
fin.ff.de legat.1.Bald.l.1.num.2.ad finem.ff.de conſt.
Princip.Menoch.d.præſump.103.num.44.Amat.con-
ſil.81.num.10. idem ſi Ciuibus in vniuerſo priuile-
gium concedatur, l.2.ff.de reb.dub. Caldas, d.quæſt.
15.num.16. Adeo vt priuilegium loco conceſſum,
perſonis proderit, ſi extra locum exiſterent, Soccin.
conſ.35.num.10.in 1.ex l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen.
Caldas, d.quæſt.15.num.16. Ea vero, † quæ Ciuibus
16 vti ſingulis competunt priuilegia, perſonalia ſunt,
Cyrier, de primog.lib.3.quæſt.1.nu.3. Caldas, d.quæſt.
15.num.9.10.11.14. & cum perſona extinguuntur,
D.Tapp.de conſtit.Princ.p.2.c.3.num.19. Menoch.
lib.3.præſumpt.103. Quare rectiſſimè Princeps po-
tuit immunitates iſtas, ita reſtringere, vt in ijs ſolū
ſpeciebus immunem eximerent, quas proprij vſus
gratia ipſi inferrent, vel exportarent.

Proinde clauſula illa in † Pragm. Lo que major-
17 mente hazen los de la Ciudad de Mecina, Nec obſtat,
quaſi hoc Princeps de tota ipſa Meſſana intellexe-
rit, cum enim verbum illud, los, ſit relatiuum ad pre
cedentia, Sed in præcedentibus, Tex. Pragmaticę lo
quitur de immunitatibus conceſſis perſonis parti-
cularibus. Vtique cum deinde, los de la Ciudad de
Mecina, intelligendus eſt de ijs Meſſanæ Ciuibus,
qui ex propria eorum perſona, & vti ſinguli immu-
nitatem à Principe obtinuiſſent.

Reſpon.V. Ad Pragm. Meſſanenſium immunita
tem prodeſſe non modo in rebus ad vſum propriū
18 delatis, Quia iure communi nullum vectigal † ſiue
portorium ſoluitur de ijs rebus, quas ſuo vſu quis
duceret, ad tex.l.vniuerſi. C.de vectigal. GilKen.auth.
habita.num.39.C.ne fil.pro patr. Cuiac.Rebuff.& Al-
ciat.l.in lege cenſoria.num.5.ff.de verb.ſignif. Aloyſ.
Leo, l.1.num.7.C.de vectigal. Coſta, conſ.38.num.1.8.
Roland.conſ.34.num.15.conſ.39.num.19.in 3.conſil.
71.num.15.in 4.Natt.conſ.655.ad fin. Bero.conſ.96.
num.9.Cephal.conſ.451.num.261.Surd.de alimen.tit.
8.priuil.91.num.3.conſ.207.num.1.conſ.41.num.3.4.
Lancell.Gall.conſ.94.num.5. Crauet.conſ.6.num.116.
Bertazz.crim.conſ.207.num.4. Euerard.iunior, conſil.
2.num.44.in 2.Guid.Pap.deciſ.4.Kopp.deciſ.50.num.
30. Seraphin.iuram.priuileg.14.num.1. Perſonal.de
gabell.num.100.103. Maſcard.de ſtatut.interpr.con-
cluſ.2.num.2.Petr.Gregor.ſyntagm.iur.p.p.lib.3.c.9.
num.5.Ludouic.commun.opin.par.3.tit.de gabell.con-
cluſ.1.illat.16.Modic.§.lex eſt.dubit.29.num.8.inſtit.
de iur.natur. Vivi.commun.opin.765.num.15.lib.2.
Brunor.Sole, compend.reſolut.iur.lit.G.verb.gabella
licet quis.Tuſc.lit.G.concluſ.3.num.11.15.lit.D.con-
cluſ.27.num.6.Petr.Antibol.de munerib.p.3.§.4.nu-
mero 46.Coler, de alim.lib.2.cap.7.num.65.Sot.de iu-
ſtit.& iur.lib.3.quæſt.6.art.7. Salon.de iuſtit.& iure.
tom.2.de vectigal.art.3.controuerſ.6.num.1.Aragon.
de iuſtit.& iur.quæſt.62.de reſtit.art.3.col.21. Sayr.
de cenſur.lib.3.cap.9.num.6. Nauar.in Manual.c.17.
num.203.Petr.Nauar.de reſtit.lib.3.cap.1.num.235.
Gregor.Valent.202.diſputat.5.quæſtio.6.punto 5. Sed
19 in ijs etiam † quæ mercis cauſa, & negotiationis
gratia, aliquò perferantur, ita expreſſim habet Ro-
gerius Rex priuilegio ſuo daro. Nouerat enim Rex
à principio omnia fuiſſe libera, & immunia, nec vl-
li oneri, aut ſeruituti obnoxia, §.ius autem gentium.
inſtit.de iur.nat.gent. Nauarr.lib.3.de reſtitut.cap.1.
num.236.ad finem. ſed cum humanis neceſſitatibus
id exigentibus, iure gentium, quo & diſtincta fuere
rerum dominia, l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.introdu
cta fuerint bella, contractus, ſeruitutes, magiſtra-
tus, & iudicia, d.§.ius autem gentium. ideo voluit Im
perator merces, & mercimonia eſſe immunia, alias
eluſorium eſſet Rogerij priuilegium, quod feren-
dum non eſt, Mantic.de tacit.lib.10.tit.10.num.5.

Idque etiam interpretatiua conſuetudo obti-
20 nuit † longiſſimi temporis lapſu, l.quadam.ff.de re-
bus dub.l.ſi de interpretatione.l.minimè.ff.de legibus.
Mantic.deciſ.296.num.3. Gabr.conſ.66.num.24.vol.
21 2.& perpetua quadam † obſeruantia confirmata,
vt vim habeat priuilegij, Legis, & Conſtitutionis,
Roland.conſ.66.nu.40.49.in 2.Gabr.tit.de præſcript.
concluſ.1.Oſaſc.conſ.79.num.5.deciſ.39.num.20.Bur-
ſat.conſil.16.num.41.64. Tuſc.lit.O.concluſ.59. etſi
nulla accedat præſcriptio, Bero.Rip.& Doct.cap.1.
de conſtitut.Alexand.conſil.8.num.7.in 6.Socin.con-
ſil.111.num.5.in 1.Crauet.conſ.201.num.12.Decius,
conſil.441.num.13.Natt.conſ.406.num.26. Apont.
conſil.51.num.28.29.Menoch.de arbitrar.caſ.83.nu.
10.Borrell.conſ.3.num.16. Cancer.3.reſolut.cap.19.
num.74.Cartar.deciſ.67.num.29. Fontanell.de pact.
nupt.clauſ.1.num.33.Barz.deciſ.58.num.6. Qua fa-
22 ctum eſt, vt Meſſanenſes Pragmatica † iſta nihil re-
fragante, eorum merces liberè, ac ſine vllius oneris,
aut vectigalis ſolutione vbique tranſduxerint: Hoc
ipſum infinitis ferè teſtium omni exceptione ma-
iorum dictis probatur, vſu ſemper receptum eſſe;
23 Neque vnquam Pragmatica illa † impedimento
fuit, Quo minus Meſſanenſes in mercibus immu-
nitate fruerentur, ab ea ergo recedendum non eſt,
cap.contingit.de tranſact. etſi de ijs agatur, quæ ad
Vniuerſitatem ſpectent, Gallia, conſilio 63.num.
26.Coſta, conſil.38.num.4.de fact.ſcient.& ignorant.
inſpect.47.

Tandem

Tandem non Meſſanenſium modò immunitas, ita hactenus per ſubſequutam ab immemorabili tempore obſeruantiam recepta eſt, Sed & Liparenſium etiam, & Raguſeorum, qui ne dum in ijs, quæ vſus ſui gratia inuehunt, vel euehunt, ſed in ijs etiã, quæ veluti mercatores per loca traijciunt, nullum omnino vectigal ex eorum immunitatis priuilegio perſoluant, Quin & ipſi, ijdem Meſſanenſes in Neapolitano Regno, hoc iure vtantur, vt vbique loco-
24 rum immunes in mercibus ſint: Sed poſſeſſio † declarat Priuilegium, *Bart.conſil.59.Romanus,conſil.281.Franc.deciſ.397.num.12.* Quare iniquiſſimum eſſet, eos qui in aliena Prouintia, tam liberali immunitate perfruuntur, in propria domo, deteriori condictione eſſent, nec aptiori modo declaratur dubium, quod ex Rogerij Regis priuilegio (vt negamus) oriri poſſet, quam ex obſeruantia ſubſequuta, *l.ſi de interpretatione.ff.de legib.l.ſi prius.§.placuit.ff.de aqua pluuia arcenda.Afflict.deciſ.173.num.3.Aretin.conſ.11.Alexand.conſ.138.num.5.in 1.Crauet.conſ.118.num.2.conſ.987.num.46. Becc. conſil.101.num.49.Bero.conſ.91.num.10.in 1. Ludouic.commun.opin.par.3.concluſ.38.illat.25.26.41.50.56.89.123.134.140.144.Franc.deciſ.56.num.6. Mantica, deciſ.119.num.12.de tacit.lib.2.tit.7.num.21. Surd.conſil.140.num.43.Coſta,conſil.38.num.4.Oſaſc. deciſ.136. Menoch.conſ.276.num.19.conſ.104. num.13.conſilio 341.num.23.conſ.390.num.16 conſil.1060. num.27. Cartar.deciſ.67.num.20. Caſanat.conſ.10.num.208.conſ.35.num.22.conſ.44.num.33.conſ.45.num.144.145.Honded.conſ.92.num.28.in 1. Cephal. conſ.347.num.32.Decianus,conſil.44.num.28.115.in 4.Frecc.de ſubfeud.lib.2.author.46.num.11.* Quæ viro habet teſtium ad facti veritatem deponentium, *Crauetta, de antiqu.tempor.p.p.num.16.* Nam cauſa adæquata præſumitur effectui ſubſequuto, *Bald.l.ſi certis annis.C.de pact.Iaſ.conſ.128.num.1.in quinto.Crauetta, conſil.101.ad finem.Natta,conſil.406.Gregorius Lopez,l.53.gloſ.1.ad finem,tit.6.part.1. Ludouic.Peruſ.deciſ.62.num.7.latè Molina.de primogen. lib.2.cap.6.numero 52.* Additque *Menochius, conſil.21. num.9.* Initia ex longa obſeruantia clarificari, *conſilio 331.num.21.conſil.341.num.5.conſil.400.num.12.conſil.104.num.22. de arbitrarijs.caſ.83.num.10.Sixtin.de regalibus,lib.1.cap.5.numero 108.109.Decianus,conſilio 31. numero 152.in primo.* nec ab ea recedi poteſt, *Riminaldus iunior,conſilio 696. numero 35.* quæ enim vſu inuiolabili confirmata iam ſunt, difficillimum eſt deſtruere, *Baldus, conſilio 370. in tertio. Franc. deciſione 22. numero quinto. Aponte.conſilio 51.numero 28.* eſſetque mundum inuertere, *Baldus, conſil.262.volum.1.*

Ex his pronuntiarunt Straticotiales Iudices, Anno MDCXV. *Meſſanenſes in mercibus, & mercimonijs, omni gabella exemptos, & immunes etiam eſſe, nec moleſtari debere,* Vt hactenus viuimus, *Ferdinandi Regis Pragmatica 2.tit.28.tomo 2.* non obſtante, Fuitque ſic exequutum, Fiſco non reclamante.

SVMMARIVM.

1 *Verus, aut fictus contumax quis ſit? diffinitur.*
2 *Citatio ad domum ſatis eſt, ſi rei perſona haberi non poſſit.*
3 *Contumax dilatorias, & declinatorias amittit exceptiones.*
4 *Contumacia alterius Iudicis iuriſdictionem prorogat. Niſi prorſus incompetens ille ſit. num.9.*
5 *Contumacia in id interpretatur, quod eſt deterius contumaci.*
6 *Fori ſui priuilegio renuntiare quiſque poteſt, Superioris etiam conſenſu non requiſito. Declar.num.14.15.*
7 *Iuriſdictio D.Inquiſit.& M.R.C.diſtincta eſt, & ſeparata, ex clauſula abdicatiua, qua vtitur Rex.*
8 *Baro vaſallum ſuum ad ſe remitti, petere recte poteſt.*
10 *Iuriſdictio ex proceſſu contra contumacem non acquiritur, licet ſubſequuta ſententia ſit, niſi fuerit exequuta.*
11 *Pro contumace nemo loquitur, niſi in carcere ſe conſtituat reus, ſed coram quo Iudice?*
12 *Agnati citati pro foriudicando, habiles fiunt ad opponendum, ſed an ad excludendum delictum?*
13 Franc.deciſ.329.num.7.*reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Contumax, etſi Forum non declinet, An ſuus Superior illum reuendicare poſſit? & an, Agnatus citatus foriudicationis ſententiam poſſit impedire?

CONSILIVM XCV.

Ontendit Regius Fiſcus, bannitum, ob ſui contumaciam, quatrimeſtri elapſo ex Pragmat. à M.R.C. foriudicandum eſſe: Sed negat mater ad foriudicationem citata, ex Pragm. Quia Sancti Officij familiaris eſt filius; inſtatque etiam eiuſdem Sancti Officij Promotor Fiſcalis, ne ad foriudicationem procedatur, iuriſdictionis defectu. Nec homicidium (ſi quod à reo commiſſum eſt) Qualificatum cenſetur, vt inter caſus, à M.R.C.& Sancti Officij, concordia exceptus connumeraretur. Dubium itaque eſt? *Pro Bannito in contumaciam comparere quis poſſit, vt foriudicationis ſententiam impediat?* Qua in re ediſſerit, *Gloſ.& Imol.in l.ex conſenſu.§.fin.ff.de appell.* Verum
1 contumacem † eum eſſe, qui citatus in perſona non comparet, nec ſui copiam facit, congruo loco, & tempore, *Bart.l.fin.ff.de in integr.reſtitut. Afflict.in Conſtit.ſi quis poſt litem.num.3.rubr.97.lib.1 Maran.de iudic.par.6.tit.de contumac.num.8. Royz. deciſ.4.num.16.Tuſcus,lit.C.concluſ.1024.num.11.Viui.deciſ.138.nu.12.* Fictus autem contumax dicitur, qui ad domum citatus eſt, *ex Bart.d.l.fin.Maranta,dicto num.8.Decius,conſil.34.num.4.Viui.d.num.12.Corn.*
2 *conſ.97. num.10.in 4.* Porro citatio ad domum ita demum ſufficeret, ſi copia perſonæ haberi nequeat, *Gloſ.*

Gloſ. & reliqui, in cap. cauſam quæ. de dol. Innocen. cap. fin. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſeruan. Bart. & Alexand. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. Afflict. Conſtitut. Citationis literę. *num. 1. rubr. 96. lib. 1. Viui. deciſ. 138. num. 13.* Cumque plures in contumacem ſint iuris pœnæ, enumeratæ à *Marant. d. tit. de contumac. num. 24. Rebuff. ad Reg. Conſtit. tit. de contumac.*
3 *artic. 10. num. 45.* & hæc præcipua † vt omnes amittat exceptiones, dilatorias præſertim, & declinatorias, ex *Afflict. deciſ. 133. latè, deciſ. 185. Coſta, conſil. 46. num. 3. 4. Anna, ſing. 120. Tuſc. lit. C. conclu. 1027. num. 1. concluſ. 244. Carpan. Mediol. Statut. 10. numero*
4 *137. Teſſaur. deciſ. 265. num. 2.* Contumacia † alterius iuriſdictionem prorogat, *l. 1. 2. ff. de iudic.* eamque tribuit non habenti, *Angel. & Imol. l. ſi finita. §. item videamus. ff. de damn. infect. Alexand. l. quidam conſulebant. ad finem. ff. de re iudic. Neuiz. conſil. 18. num. 14. Coſta, conſ. 46. num. 5. Burſat. conſil. 74. num. 48.* Priuatus conſenſus facit iudicem eum, qui iuriſdictioni præeſt, *l. 1. l. priuatorum. C. de iuriſdict. omnium iudicum. Cened. canon. quæſt. 12. num. 10.* & in-
5 terpretatur † in id quod eſt deterius contumaci, *Bart. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. ex Maran. & Rebuff. tradit, Coſta, d. conſil. 46. num. 7.* cum poſſit quiſ-
6 que fori ſui priuilegio renuntiare, † *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.* niſi clericus, *cap. ſignificaſti. cap. ſi diligenti. de foro competen. Gail. lib. 1. obſeru. 40. num. 7. Gutierez. de iuram. p. p. c. 16. à num. 37.* Superioris ſui conſenſu nec requiſito, *Abb. d. cap. ſignificaſti. num. 4. Cened. d. quæſt. 12. numero 6.* Qui de Sancti Officij familiari loquitur, *d. nu. 1. & infra.* Præſertim quod renuntiata fori exemptione, ſubijcitur Regi, ad priſtinum iuris ſtatum regrediens.

Cęterum cum temporalis D. Inquiſit. & M.R.C.
7 iuriſdictio † ſit diſtincta, ex clauſula abdicatiua, qua vſus fuit Rex, temporalem iuriſdictionem illis concedens, *Capic. deciſ. 122. num. 6. Anna, conſ. 107. num. 4. ex verbis cap. 1. in Concord.* ibi, *No ſe intrometan.* tradit, *Ronit. tit. de milit. pragmat. 15. num. 10.* Cuius ea eſt virtus, vt cauſam reddat quodammodò ſimilem cauſę clericali, *Capic. d. num. 6. Franc. deciſ. 417. num. 8. deciſ. 722. num. 7. Anna, conſ. 107. nu. 6.* Sed ſeparatę iuriſdictiones prorogari nõ poſſunt, *Ruginell. quæſt. 42. num. 17. Tuſc. lit. I. conclu. 561. nu. 13.* & licet contumax amittat fori declinatoriam ratione contumacię, hoc tamen non procedit reſpectu Fiſci Sancti Officij, qui ſuo nomine petit remiſ-
8 ſionem, vt de Barone † vaſallum remitti petente ſcripſit, *Capic. deciſ. 9. limit. 1. Franc. deciſ. 417. num. 2.* quod procedere inquit in quocumque Baronis vaſallo ne dum feudi ratione, ſed ex graui quauis cauſa, *Aponte, & alij* quos citat, *Anna. conſ. 107. nu. 12.* & agnouit prius, *Bart. Iaſ. & reliqui, in l. 1. §. & poſt operis. ff. de nou. oper. nunt. Iacob. de feud. gloſ. dictique vaſalli. col. 9. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 155. num. 3. Bellug. de Princip. rubr. 15. §. ſed quod dices. num. 6. Ruginell. pract. quæſt. 43. num. 11. Gail. lib. 1. obſeru. 4. num. 6. Tuſcus lit. P. concluſ. 927. num. 8. Carauit. rit. 231. num. 2. Oſaſc. deciſ. 78. num. 7. Anna, ſingul. 120.* Cumq. non ipſe contumax, M.R.C. iudicium declinet, ſed S. Officij promotor Fiſcalis, vt à competente iudice puniri debeat, ſi deliquiſſet, ergo.

9 Secundo, Contumax † iudicis prorſus incompetentis iuriſdictionem prorogare non poteſt, nec ei conſentire. *Innocent. in cap. innotuit. ad med. de eo qui furt. ordin. ſuſcep. Bald. cap. 1. de iudic. in l. non videtur. ff. eodem. & in l. ſi quis ex conſenſu. num. 7. C. de epiſc. audient. Decius. cap. ſi duobus. num. 30. ad finem. de appellat. Franc. Marc. deciſ. 120. p. 2. Cartar. de exequut. ſentent. cap. bannit. cap. fin. num. 198. Aldoun. conſil. 20. num. 23.* Imo ſcripſit, *Bald. cap. 1. §. ſacramentum. num. 17. de conſuetud. recti. feud.* Per proceſſum con-
10 tra † contumacem, non acquiri iuriſdictionem, ex *Innoc. cap. olim. 3. de reſtit. ſpoliat. in princ.* qui, & fortius id verum, addit, etiam ſi ad ſententiam fuerit deuentum, dum non conſtet de obſeruantia ſententiæ, *Bald. conſ. 332. in 3. Ronit. tit. de iuriſdict. mutu. non turban. pragmat. 1. num. 22. 23. Tuſc. lit. C. concluſ. 1027. num. 4.*

Tertio, Contumax nullam in iudicio opponere
11 poteſt exceptionem, † niſi in carcere ſe conſtituat ad purgandam contumaciam, *Franc. deciſ. 329. nu. 8.* non tamen coram alio Iudice, ſed coram eo, qui ſententiam dixit, vel in generali eiuſdem prouincię Curia. Vel in ſupremo alio magiſtratu, *Farin. quæſt. 7. num. 26. Guaz. reorum defenſ. 1. cap. 15. nu. 16.* nec aliquis pro eo, *Franc. deciſ. 271. deciſ. 329. num. 11.* Imo nec foriudicatus cum ſit, poteſt quis pro eo admitti, At ſi foriudicandus eſſet, admitterentur agnati, qui cum ex *d. Pragmat.* citari debeant, habi-
12 litari, ex citatione † cenſentur, *Gram. conſ. 1. Franc. deciſ. 329. num. 7. 11.* vt reijci non poſſint, *Marſ. l. ſi quis. num. 39. ff. de quæſtion. Barboſ. clauſ. 12. num. 1.* & licet dixerit, *Franc. deciſ. 329. num. 7.* illos non admitti ad excludendum delictum, ſed ad illa tan-
13 tum, quæ à crimine † ſeorſim ſint: Cenſui tamen verius, quemlibet conſanguineum rei foriudicandi innocentiam allegare poſſe, ex *Dec. conſ. 429. num. 1. Alexand. conſ. 4. in 6. Cepoll. conſ. 46. conſ. 47. Grat. conſ. 98. in 1. Vantio. de nullit. tit. 4. quis poſſ. dicer. de nullit. num. 12.* Cumque incompetentem Iudicem eſſe M.R.C. alleget mater citata, nemo eſt, qui ignoret, quod ſi nullitatem à iuriſdictionis defectu allegare quiſque poteſt, ex *Pragmat. 1. § 1. pragmat. 5. tit. 12. p. p.* Fortius, & foriudicationis ſententia non dum lata.

13 Non obſtat, Quod renuntiare quiſque poſſit † fori ſui priuilegio à Lege, vel Principe conceſſo, Quia id verum, ſi fori priuilegium renuntiantis fauorem concernat, ſecus ſi Superioris, *ex l. 1. 2. ff. de indic. l. 1. §. & poſt operis. vbi Iaſon. num. 11. ff. de nou. oper. nunt. Clarus, §. fin. quæſt. 42. Cancer, 2. reſolut. cap. 2. de iuriſdict. nu. 194.* Quo in caſu abſque eius conſenſu, renuntiatio facta non ſubſiſtet, *Romanus, conſil. 369. num. 18. & ibi, Scholiaſt. Cardin. conſil. 38. ad finem. Afflict. deciſ. 133. Gratianus, deciſ. 78. num. 50. Coſta, de ſcient. & ignor. centur. 2. diſtinct. 66. num. 15. Roui. pragmat. 2. num. 25. titul. de iuriſdict. inuicem non turban. Perez, l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. Caſtren. conſ. 431. num. 3. in 1. Gail. lib. 1. obſer. 40. num. 3. Cenedd. quæſt. 12. num. 8. 9. 10. Tuſc. lit. C. concluſ. 1027. nu. 3. Rota, deciſ. 22. num. 8. p. 2.*

14 Reſpon. II. Solus ſubditus † remiſſionem petere non poteſt, cum illi ſe ſubmiſerit, & prorogauerit delinquendo; ſed, quod non poteſt vaſallus, poteſt Baro, vel Dominus iuriſdictionis, *Greg. Lopez, l. 2. gloſ.*

gloſ.por.priuilegio.tit.1.p.2. Fab.Anna.conſ.107.nu.10.Anna ſen.ſing.120. Neque enim aduerſus eum prorogari poteſt, qui clauſulam habet abdicatiuã, *Abb.c.ex tranſmiſſa.not.1.de for.competen.Capic.deciſ.9.num.15.Franc.deciſ.417.nu.2.Boer.deciſ.114. Schrader.conſ.13.n.251.252. Sola,ad conſtit.Sabaud. tit.de for.compet.gloſ.ſubditos.1.num.9.12. Ruginell. pract.quæſt.47.num.26.* & in criminalibus non admittitur prorogatio, *Marſ.in prax.§.expedita. n.67. Aldouin.conſ.20.num.21.Cancer.2.reſol.c.2.de iuriſdict.num.194.Farin.quæſt.81.num.190.*

Ex his,Cauſa non fuit deciſa, ſed ſuperſeſſum in ea fui, nec ad foriudicationem hactenus proceſſum, cuius rei contenti fuerunt partes, de Anno MDCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officium generale nomen eſt, omne miniſterium rei gerendæ complectens.*
2 *Officialis propriè dicitur, qui iuriſdictionem habet.*
3 *Banna cum obedientia ſubditorum, iuriſdictionem arguunt, etſi non fuerint executa, quia nemo contrauenerit.num.5.*
Declar.num.19.
4 *Taciturnitas Domini,mandatum tribuit procuratori.*
Declar.num.20.
6 *Carceratio, iuriſdictionis exercitium eſt.*
7 *Officialium creatio, actus eſt iuriſdictionis.*
Declar.num.18.
8 *Confirmare officiales à populo electos, Superioritatem, & iuriſdictionem indicat.*
9 *Officij conceſſio intelligitur cum omnibus vtilitatibus, pertinentijs, & prærogatiuis officij.*
10 *Iuriſdictio non eſt apud officialem exercentem,ſed apud nominantem.*
11 *Clericus ſeculare officium exercens, fori ſui Priuilegio non gaudet.*
Declar.num.22.23.24.
21 *Officialis iuriſdictionem exercens cum verè Officialis non ſit, ſi publicè ſic haberetur à M.R.C. puniendus eſt.*
13 *Statut.de Officio loquens,in eo etiam procedit, quod caret iuriſdictione.*
Declar.num.27.28.
14 *Caſtrum vnius Domini eſſe poteſt, iuriſdictio alterius.*
15 *Pœnalis lex non extenditur ad eum,qui non eſt verè talis,ſed habetur pro tali.*
16 *Subrogatus in pœnalibus, non ſapit naturam principalis.*
17 *Officiales publici qui ſint?*
21 *Falſitas, quibus coniecturis præſumatur.*
25 Franc.deciſ.444.*declaratur.& num.26.*
29 *Delictum quod eſt maius, abſorbet minus.*
30 *Bannum à Fiſco emiſſum contra criminoſum, accuſatore ſuperueniente reuocari oportet.*
31 *Tranſigere licet ſuper delicto. & ſe ſponte certo in loco relegare in pœnam delicti, Prorege confirmante.*
32 *Bannum, quod Prorex ſuis literis cancellari mandat, pro cancellato habetur, etſi verè cancellatum non ſit.*
33 *Banniti conuerſatio, quibus modis excuſetur. num.34. 35.36.37.*
38 *Officij prætextu, an delinquere quis dicatur.*
39 *Iuriſdictio,non ab eo,quod debetur,ſed ab eo, quod petitur,contemplanda eſt.*

ARGVMENTVM.

Arrendatarius gerens ſe pro Officiali, An Sancti Officij foro priuetur, cum eius ſit familiaris.

Officialis à pluribus delictis, (quibus fuit inquiſitus)excuſatur, ne S. Officij amittat forum.

CONSILIVM XCVI.

IN Meſſanenſi Diſtrictu Oppidum eſt, Mandanicis dictum, quod vnà cum ſuo territorio, & feudis, Meſſanæ Vrbis iuriſdictioni ſubeſt, criminali in cauſa relegationis pœnã excedente, nam quæ citra relegationem eſt iuriſdictio, ac ciuilis etiam tota,ad Capitaneum loci ſpectat; quem vti,& Iudicem,& Magiſtratum Notarium creare ſolet Abbas Monaſterij S.Mariæ Mandanicis, Ordinis D.Baſilij, quod regij Iuris patronatus eſt, quamuis Iurati, ipſius populi ſuffragijs, præſente tamen Abbate eligantur. Is Abbas certis pactis præuijs fructus omnes,redditus,& Abbatiæ emolumenta, Laxhanà locauit, ac ſimul etiam facultatem dedit, Capitaneum, Iudicem, & Magiſtrum Notarium creandi (vt ipſe poterat)Iuratorum electioni,de more præſidendi, Ac tandem ampliſſimam earum iuriſdictionum vſum tribuit, quæ ad Abbatem alioquin ſpectare potuiſſent. Idem Laxhanà Locationis ſuæ termino, nondum finito, cum reus eſſet delatus à M.R.C. Fiſco, quaſi cum Bannitis conſuetudinem, ſeu conuerſationem habuiſſet, declinat M.R.C. forum, & cum familiaris ſit S. Officij inſtanter petit ſe ad Reuerendiſſ. DD. Inquiſitores competentes Iudices remitti: Excipit Fiſcus reum minimè audiendum, cum ex Concordijs inter M.R.C.& Tribunal S.Officij,à Rege initis, Anno 1580. appareat, Eum qui vt Officialis, & in magiſtratu exercendo deliquerit, per M.R.C.Iudices, puniri poſſe, ibi, *En los caſos, y delictos, que comittieren, en quales quier officios publicos, que tengan, en lo toccante à ellos, y à ſu exercitio, en los quales dichos caſos, y cauſas, los dichos Inquiſitores no lo defendan.* Proinde, cum Laxhanà arrendatarius ſit,& vt Officialis deliquerit, non eſſe locum remiſſioni ad S.Officij Tribunal, ſed à M.R.C. cognoſcendum eum eſſe concludit Regius Fiſcus. Quare vt facilior ſit cauſæ exitus, duo diſcutienda mihi ſunt dubia.

Primum eſt, Arrendatarius,ſeu Gubernator Terræ Mandanicis, an Officialis verè ſit? Vt in Tribunalium Concordia, à Rege data, exceptus videatur?

Secundum eſt, An crimen Arrendatarius ipſe commiſerit, & quod? ne S.Officij foro gaudeat? cuius eſt familiaris.

Circa Primum. Memoria reuocandum eſt, offi-

1 cium, generale † nomen eſſe, l. c. ff. de iuriſdict. omn. ind. l. officiales. & ibi gloſ. C. de epiſc. & cleric. Purpur. & Dec. rubr. ff. de offic. eius. Alciat. conſ. 54. num. 26. in 8. Peregr. Tract. var. lib. 1. tit. 1. num. 152. Coſta, de ſcien. & ignor. inſpect. 41. num. 9. omne miniſterium rei gerendæ complectens, ex gloſ. l. legatis. §. ſi ex officio. ff. de legat. 3. Abb. cap. poſt ceſſionem. de probat. Anchar. cap. 1. de conſuetud. in 6. Boerius. deciſ. 149. Gamm. deciſ. 353. num. 1. Quod ad publicum, & priuatum refertur, à Mattheac. & alijs, in rubr. ff. de offic. eius. Amorin. l. inofficioſum. num. 45. ff. de inoffic. teſtamen. Boer. deciſ. 149. Franc. deciſ. 407. num. 6. Peregr. tract. variar. lib. 1. tit. 1. num. 152. Capiblan. de baron. in proem. num. 42. & eſt quoddam mandatum à lege, vel ab homine ſuſceptum, vt not. in l. fœmina. ff. de regul. iuris. & tradit Bald. rubr. C. de oper. libert. Doct. in rubr. ff. de offic. eius, & preciſè Mattheat. Proinde ſi cui Ciuitas, vel Prouintia committitur, eo ipſo tranſit in eum omnis iuriſdictio, l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. l. final. C. vbi & apud quos. Caldas. conſil. 27. num. 31. Propriè autem offi-
2 cialis dicitur, † qui iuriſdictionem habet, Iſern. tit. quæ ſint regal. verb. ad iuſtitiam expediendam. numero 65. Alex. l. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Ancharan. rubr. de offic. delegat. Alciat. conſ. 31. lib. 3. Bald. conſi. 194. in 2. Franc. deciſ. 407. num. 5. Bonacoſ. commun. opin. verb. officium. Lanar. conſ. 22. num. 10. Maſtrill. de indult. cap. 40. num. 6. Tuſc. lit. O. concluſ. 88. Rimin. iunior, conſ. 399. num. 88. reliqui vero impropriè officiales ſunt. Bertach. in repertor. verb. officium iudicis. Ponte, de poteſt. proreg. tit. 3. de elect. official. §. 5. num. 26. 27. Maur. alleg. 77. num. 13. p. p. & alij nuper citati. Cumque Laxband iuriſdictionem exercuerit ex bā-
3 nis à procuratore emiſſis, † cum ſubditorum obedientia, Afflict. deciſ. 265. num. 10. deciſ. 301. num. 5. Ruin. conſ. 2. num. 4. in 4. Peregrin. tract. variar. lib. 1. tit. 2. num. 37. Honded. conſil. 100. num. 10. in 2. Ma-
4 ſcard. de probat. concluſ. 946. num. 2. Quia † taciturnitas domini, mandatum dediſſe videtur, Afflict. deciſ. 308. Tiraq. 1. retract. §. 9. gloſ. 3. à num. 13. etſi
5 banna illa pœnalia † non fuerint exequuta, quia nullus de populo contrauenerit, Capic. deciſ. 27. nu. 29. Honded. d. conſ. 100. num. 10. 11. Natt. conſil. 636. num. 77. Peregr. d. tit. 2. num. 83. lib. 3. tit. de poſſeſ. & propr. num. 115. Alba, conſ. 64. num. 10. Plures item
6 ab eo † carceratos fuiſſe conſtat, ſed carceratio exercitium iuriſdictionis eſt, Peregr. tract. var. lib. 1. tit.
7 1. num. 85. & deputatio officialis, † actus eſt iuriſdictionis Ruin. conſ. 2. num. 4. in 4. Capic. deciſ. 27. Mantic. deciſ. 295. num. 2. Peregr. d. tit. 1. num. 124. Sed ipſe Capitaneum ad iuſtitiam miniſtrandam elegit, magiſtrum notarium, & alios officiales, pro populorum regimine, ipſaque officialium creatio, actus eſt iuriſdictionis, qui ad dominum iuriſdictionis ſpectat, vt ius hoc vniuerſitas ſibi arrogare non poſſit, l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. l. fin. ff. de ſtatuis. & imagin. §. nos igitur. auth. de defenſ. ciuit. §. illud. auth. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. Auend. de exequ. mandat. lib. 1. c. 1. num. 7. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 8. nu. 21. Couar. pract. quæſt. 4. num. 4. Auil. prætor. l. 1. gloſ. 1. in princ. l. 17. gloſ. exilan. num. 1. p. p. Mattien. l. 1. gloſ. 21. n. 13. tit. 10. Caſanat. conſ. 43. n. 65. Mattien. dialog. relator. p. 4. c. 10. n. 3. Azeued. l. 1. n. 16. tit. 1. lib. 4. Afflict. rubr. Quæ ſint regal. num. 18. Iuratos etiam à po-
8 pulo electos confirmat: Sed confirmare † ſignum eſt ſuperioritatis, & iuriſdictionis, §. ſed interim. Auth. de defenſ. ciuit. Iaſ. conſ. 144. in 2. Peregrin. d. tit. 2. num. 96. Conceſſio enim officij, ſeu magiſtra-
9 tus, id denotat † vt facta videatur conceſſio, cum omnibus prærogatiuis, præeminentijs, & iuriſdictionibus illius officij, cap. cum ab eccleſiarum. de offic. ordin. Innoc. c. cum acceſſiſſent. de conſtit. Alex. l. 1. ad fin. ff. de iuriſd. omnium indic. Natt. conſ. 636. num.
10 37. Peregr. d. tit. 1. num. 43. Nec iuriſdictio † apud officialem exercentem eſt, ſed apud nominantem, Dec. num. 45. Rim. ſen. n. 24. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. Couar. pract. quæſt. 4. n. 6. Iaſ. conſ. 144. nu. 5. conſil. 161. in 2. Natt. conſ. 636. num. 37. 38. 39. conſil. 672. num. 4. Caſſanat. conſ. 43. num. 66. Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. num. 10. Auend. de exequ. mandat. p. p. cap. 19. num. 21. eique ſola adminiſtratio datur, Marta, deciſ. 40. num. 15.

Secundo, Clericus ad ſeculare officium aſſum-
11 ptus † de conſuetudine non gaudet foro, Bald. ad Specul. tit. de reo. in princ. & tit. de cleric. coniug. verſ. ſi autem. Felin. c. eccleſia S. Mariæ. num. 68. de conſtit. Bald. l. 1. C. in quib. cauſ. milit. for. præſcrip. vti poſſ. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 24. num. 4. Aluarez. in Specul. iur. pontiſ. cap. 36. verſ. item vbi clerici. Marſ. ſingul. 694. num. 2. Bertach. de epiſc. lib. 4. p. 5. num. 97. Aufrend. de poteſt. ſecul. reg. 1. fallen. 16. num. 17. 25. Craſſ. cleric. effect. 1. num. 848. Caſſan. Burg. conſuetud. rubr. 1. §. 5. num. 71. Clar. §. fin. quæſt. 36. verſic. quæro pone. Marcabr. conſil. 44. num. 49. Franc. Marc. deciſ. 46. num. 6. p. p. Ruin. conſ. 4. in 5. Guglicl. Benedict. cap. Rainutius. verb. & vxorem. nu. 155. de teſtam. Salzed. ad Diaz, in prax. cap. 61. liter. B. Ceued. collect. 37. num. 16. p. p. Fellerius ad Regn. conſtit. tit. de epiſcop. & cleric. cap. de perſon. num. 9. & ad M. R. C. rit. tit. de for. competen. lit. B. verſic. decimoſexto fallit. Gigas, de crimin. læſæ maieſt. tit. qualit. & à quibus crim. læſ. maieſt. committ. quæſt. 5. num. 19. Menoch. de arbitrar. caſ. 537. numero 11. Cenal. de cognit. per vim, & violen. quæſt. 64. num. 14. Bouadill. lib. 2. polit. c. 18. num. 90. 99. Familiaris ergo S. Officij licet ſit Laxband, cum in officio deliquerit, illius foro gaudere non debet. Tum maxime, ex Tribunal. Regni Concordia, ibi, En los caſos, y delictos, que committeren, en quales quier officios publicos, que tengan en lo toccante à ellos, y à ſu exercitio. Poterat enim clericus ſe excuſare, ac proinde ſibi imputet, Marcabr. conſ. 44. num. 50. 51. 58. Craſſ. d. effect. 1. num. 850.

Tertio, cum Laxband ex ſuæ conductionis con-
12 tractu † iuriſdictionem ab Abbate locante non habuerit, & ea fuerit vſus, gerens ſe officialem, ſi deliquit à M. R. C. cognoſcendus eſt, ſatis enim eſt ſe officialem geſſiſſe ex his quæ Franc. notat, deciſ. 444. vbi Notarius, ſi cum notarius verè non ſit, pluta confecerit falſa inſtrumenta, mortis naturalis pœna damnari debuit, quia publicè notarius credebatur, ſatiſque eſt pro notario haberi, ad tex. l. Barbarius. ff. de offic. præſid. Franc. ſequuntur, Caball. crim. reſol. lit. caſ. 89. & alij à Thor. relati, in compend. deciſ. verb. notarius. 1. Thoming. deciſ. 29. num. 35.
13 Quarto, Statutum in officio loquens, † in eo etiam procedit, quod caret iuriſdictione, Alex. l. 1. ff. de iuriſd. om. ind. maximè ſi ſtatutum indiſtinctim loquatur, Butr. cap. 2. de poſtulan. qui aduocati officium

Digitized by Google

cium ſtatuto comprehendi probat, *Gemin. c.ſi qui. de procur.in 6.* in officio ſeruitoris, *Alber.p.4.ſtatut. quæſt.86.* de Ambaſciatore, *Butr. Anchar.& Abb. rub. de off. deleg.* in omni officio ſine iuriſdictione, *Abb.cap.1.de off.delegat.* ac de arbitro,& arbitrore. Cumque Tribunalium Concordia,de officio,& officiali diffiniat,Arrendatarium,in ea comprehendi Fiſcus concludit. Hæc me dubium reddebant.

Cæterum contrariæ ſum ſententiæ. Imo S. Officij foro gaudere debet *Laxband*, cuius eſt familiaris,cum nec vt Arrendatarius, officialis ſit.

Primo,Officialis nemo præſumitur, *l.prohibitus. C.de iur.fiſc.lib.11. Mantic. de tacit.& ambig. lib.4. tit.22.num.24.* Sed Abbas, euius Arrendatarius eſt *Laxband*, nullam in Terra Mandaniei habuit iuriſdictionem, etenim ciuilis iuriſdictio pro regimine populorum, Capitanei eſt, à quo ad Primatum appellationum Iudicem in Meſſana Vrbe appellatur, & inde ad M.R.C. Nullam ergo in eum tranſtulit, *l.nemo.ff.de reg.iur.* in cauſis criminalibus ſolus Meſſanæ Straticotus iuriſdictionem habet: ipſeque Ab-
14 bas territorium. Nec inconuenit,† quod vnus habeat Caſtrum,alter Caſtri iuriſdictionem,*Bald.in c. 1.§.è contrario.tit.de inueſtit.de re alin.fact.& in rub. ff.de rerum diuiſ.num.8. Aret. conſ.149. Curt.ſenior, conſil.57.num.37.38.Dec.conſ.483.conſ.528.Soccin. conſil.15.num.1.in 3.Ruin.conſ.14.in 1. Capic.deciſ. 27.num.36.Peregr.d.tit.1.num.51.* Eſt enim iuriſdictio,quid à territorio extrinſecum, *Bald. l.data opera.num.29.C.de accuſat.Iacob.Gall.conſ.47.num.18.* vt commune nec quid habeant,*Socin.l.1.num.27.ff. de acquir.poſſeſ.conſ.14.num.2.conſil.95.num.9.in 3. Gall.d.conſ.47.num.19.* Valde enim diſtat proprietas fundi à iuriſdictione,*Bald.per tex.ibi,in c.1.§.final.quib.cauſ.feud.amitt.& in rub.ff.de rer.diuiſ.nu. 8.conſ.238.in 4.Gail.lib.2.obſeru.62.num.9. Pappon. in Sonſuet.Borbon.tit.1.fol.4. Eyg.Saxon.quæſt.15.nu. 55.D.Caſſanat.conſ.43.num.7. Caball.milleloq.42.nu. 1.2.Couarr.c.peccatum.p.2.§.9.num.8.practic.quæſt. 37.num.7.Socin.iunior,conſ.139.num.6.in 3. Bertaz. ciuil.conſ.1.num.96.Pariſ.Put. de reintegr.feud.cap. 30.Mantic.de tacit.lib.23.tit.6.num.51.tit.7.num.7. Hieron.Montan.de fin.regun.cap.94. Bero.conſ.65.nu. 31.in 1.Myſing.conſ.16.num.36.37. Roland. de commiſſ.lib.5.cap.31.num.12. Franc.deciſ.192.num.10. Caual.deciſ.4.num.4.54.p.2. Auend.de exeq.mandat. p.p.c.5.num.10.* Mirum ergo eſſe non debet, ſi conceſſo,vel acquiſito, vno ex ſeparatis, ad aliud non inferatur,*Gloſ.c.1.de capitan.qui curi.vendid. Gall.d. num.19.*

Secundo, Conſtitutio pœnalis eſt, S.Officij concordia, quatenus familiarem ſuo priuat foro, ſi vt officialis in officio,aut prætextu officij delinquat,
15 ad eum ergo non extenditur,† qui non eſt verè talis,ſed pro tali habetur, *Seraphin. deciſ.537.num.3.* aliud enim eſt,officialem eſſe, aliud eſt pro officiali haberi, cum aliud ſit Ciuem eſſe, aliud haberi pro Ciue: illud veritatem, hoc fictionem denotat, *Tiraquell.de reuocan.donat.gloſ.reuertatur. num.225. Azeued.l.4.num.14.15.tit.20.lib.6.recopil.* Neque
16 ſubrogatio in penalibus † ſapit naturam principalis,*l.nullà.ff.de condict.& demonſtr. Gabr. tit.de regul.iur.concluſ.1.num.29. Seraph.d.deciſ.537.num.4.* Cumque *Laxband*, etſi arrandatarius ſit, officialis tamen non eſt, ſi pro officiali fuerit habitus, foro ſuo priuandus ergo non eſt.

Tertio, Scripſir in terminis *Seraphin.deciſ.537.* quod lex de dominis officiorum loquens, de arrendatarijs intelligi non poteſt, ex his quæ tradit, *Soc.*
17 *conſ.275.num.7.in 2.* Tum maximè,† quod de officio publico loquitur *Concord.ibi, en quales quier officios publicos,que tegan.* Sed publicum eſt officium, cuius adminiſtratio Principis beneficio impetratur, *Apenn.rub. C.de diuerſ.offic.num.42. Seſſe,de inhibit.cap.1.§.4.num.3.* qui addit *l. verum. §.ex facto. ff.de minorib.* Officium publicum à Rege eſſe,& eligi. Cumque Arrendatarius Principis beneficio, Mandanicis arrendamentum non habeat,nec à Rege illud proueniat, aut ab eo eligatur, publicum non eſt officium.

Non obſtat Primum, Quia nullatenus officialis cenſeri poteſt Arrendatarius, cum Abbas à quo conduxit nec iuriſdictionem, vt dixi,in Mandanici
18 habeat, ipſaque Capitanei, † & aliorum Officialium electio,iuriſdictionis vſus non eſt, *ad tex.l.obſeruare.§.poſt hoc.ff.de offic.proconſ.* & tradit *in term. Bertrand.conſ.170.num.4.in 3. Cancer.3.reſolu.c.13. num.298.299.Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.10. p.p.num.107.108.Maſtrill.de magiſtratib. lib.4.cap. 17.num.104.* Cum vt *Maſtrill.* inquir, *d.num.104.* non ſapiat actum iuriſdictionis, quia eligens, ſiue nominans electo officiali iuriſdictionem non communicat,ſed illam ipſe à Rege recipit, *Capiblan.de baron.pragm.6.num.100.* nec mirum, Vicarius ab Epiſcopo eligitur,iuriſdictio à lege datur, *Berous, conſ.22.num.33.in 1.Iacob.Gall.conſ.62.num.3.* Tutor à teſtatore, iuriſdictionem à lege, *l.Titium, aut Meuium.vbi gloſ.& Bart.ff.de adminiſtrat.tutor.* confert *text.l.ſi pater. ff. de manumiſſ. vindict. ibi, Solam electionem filio conceſſit, cæterum ipſe manumiſit.* Plura ſcripſi, ad Meſſan.Statut. *cap.2.gloſ.10.num.24. p.p.* Nec interuentus ipſius Arrendatarij, in iuratorum electione à populo facienda, Actus eſt iuriſdictionis, quia ſcandali, aut rumoris euitandi cauſa ipſe interuenerit, & ne dum ipſe interuenit, ſed Sindicus, qui nec aliquam tribuit iuriſdictionem.

19 Nec prolata ſunt banna, mandante *Laxband*, † cum in eis dictum conſtet, *Pro parte,N. Procuratoris Laxband* Arrendatarij, Sed exhibitum à Fiſco non eſt Procuratorium,nec præſumitur, *Bald.l.2.C. ſi ex falſ.inſtrum.in l.1.C.de reb.alien.non alien. Mores.conſil.29.num.12.13.Surd.conſil.28.num.81.Decian.conſ.121.num.11.in 3. Tuſcus lit.M.concluſ.32.* Nec vſurpata ſi quæ à Procuratore, ex bannis fuit iuriſdictio, à *Laxband* Arrendatario vſurpatam eſſe
20 cenſui, ne delictum vnius alteri noceat † imo, *Afflict.deciſ.308. Tiraquell. 1.retract.§.9.gloſ.3.à num. 13.* loquntos eo in eaſu intelligo, quo ſciuiſſet dominus,& racuiſſet; Tunc quaſi mandatum dediſſe videtur,*Afflic.deciſ.308.n.6.Tiraq.d.n.13.14.* cum ignorantia potius præſumatur, Sed ſcientia omnino requiritur,*Viui.deciſ.134.num.43. Coſta,de ſcien.& ignor.diſtin.56.n.4.* ipſaque lex ſcientiam punit, non ignorantiam, *Rauden. conſ.18. num.58.in 2.*& in term.ſeipſum explicat, *Afflict.deciſ.308.num.9. 10.* Ex ſcientia, & taciturnitate tacitum præſumi mandatum,dixit, *Rot.* in fauorabilibus, *deciſ.273.*

num.5.p.p.Coſta,de ſcien.& ignor.cent.1.diſtinct.66.num.11. Sed obligari *Laxhand* pro vſu iuriſdictionis, vt priuetur ſoro, odioſum ſatis eſt, nec procurator ſine ſpeciali mandato, poteſt ſacere, vt dominus in pœnam incidat, *l.ſi procurator. vbi Bart.Iaſ.& reliqui.ff.de condict.indeb.Felin.& alij,c.1.num.8.vt lit.non conteſt.Lancellot.de attent.p.p.c.1.num.12.Pariſ.conſil.100.num.7.in 3. Macer.lib.3.reſol.1.nu.65.Hondedeus conſ.91.num.6.conſil.96.num.20.in 2.Burſ.conſ.74.num.77.Roland.conſ.43.num.2.in 1.Tuſcus,lit.P.concluſ.844.num.11. Carot.deciſ.59.num.29.* deteriorem namque domini conditionem facere non poteſt, *Vini.deciſ.344.num.3. late Carot.c.cum quid.p.p. limit.2. de regul.iur.* & licet bannum ad omnium notitiam perueniſſe præſumeretur, ex *Gramm.deciſ.36. num.15.* Id tamen verum quoad præſentes, probandum erat à Fiſco abſentem tunc non fuiſſe *Laxhanà*, vt verè ſuit. Proinde tradit, *Afflict.deciſ.29.num.10.* Ignorare dominum, ait, quid à procuratore geſtum nec *Franc.deciſ.17.Capic.deciſ.27.num.30.* à Fiſco allegari merentur, quia in Barone loquuntur ciuilem habenre iuriſdictionem, ſed Abbas nullam penitus habet iuriſdictionem, nec eius Arrendatarius *Laxhand.* Porrò banna inquit, *Capic.d.num.30.* emittentem conſtituunt in poſſeſſione iuriſdictionis, ſi contra turbãtem, ſuam ipſe tueatur: ſed negat Laxhand eam quandoque habuiſſe, aut exercuiſſe, nec beneficium confertur in inuictum, nec poſſeſſio ſine animo acquiritur, exponenda ergo ſunt, verba illa, *pro parte procuratoris.* Hoc eſt, ad inſtantiam procuratoris, adeo vt nulla Laxhanà vſus fuerit iuriſdictione.

21 Nec notæ carcerum in Terra Mandanicis † ſunt veræ, Tum quia diuerſo atramento ab alijs omnibus, *Rim.iun.conſ.28.num.5. Bertaz.crim.conſ.411.num.4. Cephal.conſ. 87.num.27. Menoch.conſ.199.num.8.de arbitrar.caſ.187.num.35.* qui arbitrarium hoc eſſe dixit, *Farinac.queſt.153.num.155.* Tum quia poſtergatus legitur annorum ordo: Præcedit namque anno 1620. ſubſequitur annus 1618. Tum quia peruerſus eſt Alphabeticus ordo, nam qui prior in ordine eſſe debebat, in poſteriori parte eſt, & poſterior in priori, Tum quia exhibitis omnibus alijs, liber notas iſtas continens, numquam fuit exhibitus, ex qua tarditate falſi ſuſpicio arguitur, *Baldus,conſ.37.num.5.in 1.Crauet.conſ.28.num.6.conſil.75.num.9.Oſaſc.deciſ.117.num.9. Menoch.lib.5.præſumpt.20.num.39.Morot.conſ.99.num.37. Cephalus, conſ.287.num.33.*

Notæ verò Carcerum in Terra Sabucæ, & Sancti Aleſſi, eorumque Caſtris, falſæ etiam ſunt, quia ex Caſtellani fide, cui credendum inquit, *Bart.in l.quædam.§.nummularios.ff.de edend. Dec. c.cum cauſam. de probat. Alex.conſ.179.in princ.vol.6. Soccin.conſ.159.in princ.vol.2.Menoch.lib.2.præſump.85.nu.20. Rot.Gen.deciſ.174.num.16. Macerat.lib.3.reſol.21.n.6.* ſatis conſtat, neminem à Laxhand carceratum illic fuiſſe, ac proinde iuriſdictione vſus non dicitur, qui actus coactionem inferentes non geſſerit, *l.fin.ff.de offic.eius.Franc.Marc.deciſ.204.num.6.p.2. Hond.ed.conſ.100. num.21.in 2.*

Non obſtat Secundum. Quia verius eſt, Cleri-
22 cum † ad ſeculare officium admiſſus, puniri à laico
Principe non poſſe, ex *Aufrer.clemen.1.num.25.de offic.ordin.Surd.conſ.396.num.33. Clar. §.fin.quæſtio.36.num.21.Couarr.practic.queſt.33.num.6.Farinac.queſt.8.num.98. Craſſ.cleric.effect.1.nu.850.* qui de æquite Hyeroſolimitano etiam loquitur, *num.851.& Franc.deciſ.479.num.4.Teſſaur.lib.1.forenſ.queſt.18.num.6.ad fin.* cum poſſit Princeps priuare clericum, ne ſecularia officia exerceat, ex his quæ *Caſtr.* tradit, *in l.ſi quis curialis.C.de epiſc.& cler.Gomez.3.reſol.c.10.num.7.* & S.Officij familiarem, *Cancera.reſol.c.2.de iuriſd.num.309.*

Reſpon.II. Conſuetudinem ſtricti iuris dicimus
23 † vt de caſu ad caſum, non trahatur, *Piagg.de conſuet.quæſt.12.num.3.4.* & vſque adeo eſt conſuetudo, in quantum ſic recipitur, *Rocch.de Curte.de conſuet.in princ.* Proinde conſuetudo, quam teſtantur *Doct.* clericum officialem puniri à laico, ſi in officio delinquat, non extenditur, nec procedit in Clerico, qui officialis non ſit, ſed pro officiali ſe geſſerit, aliud enim eſt (vt dixi *nu.22.23.*) eſſe talem aliud haberi pro tali. Decidit, & meritò in *term.Gugliel.de Benedict.in c.rainutius. verb.vxorem nomine Adalaſiam.deciſ.2.num.165.de teſtam.* Clericum falsò pro officiali ſe gerentem, nec à ſeculari Iudice puniendum eſſe, *ex l.2.C.vt nemo priuat.titul.ſuis præd.* Nec Statuti verba in caſu ficto procedunt. *Maſcard.de ſtatut.interpret.concluſ.10.*

24 Reſpon.III. Clericus accepto † officio quaſi contrahere, & Regis officium tribuentis iuriſdictioni ſe ſubmittere videtur, ſi verus eſt Officialis, à Rege, vel ab alio Regis nomine, *Marcabr. conſ. 44.num.58. Craß.d.effect.1.num.849.* non ſi falſus officialis ſit, quia protutor, vel falſus tutor, non eſt tutor, exornat *Montan.de tutel.c.34.à n.5.ex l.falſus.C.de furt.* ſicut falſus denarius, non eſt denarius, *gloſ.l.omnes.C.de hæret.*

25 Non obſtat Tertium, Quia Notarius ille in caſu à *Franc.* relato, *deciſ.444.* duo commiſit crimina. Alterum quod ſe notarium haberi voluit, *vt inde* ex temporis curſu, inquit *Franc. deciſ.444.num.1.* locum eſſe poterit, *l.Barbarius.ff.de offic.præſid.* Alterum quod inſtrumenta verè erant falſa. De primo nulla habita fuit ratio, quia perſectum adhuc non erat delictum: plura namque neceſſaria ſunt, vt *d.l.Barbarius.* locus ſit, quæ cumulat, *Gabriel.tit.de probat.concluſ.8.Tuſcus,lit.E.concluſ.330. Morla, in empor.iur.tit.2.de iuriſdict.omnium iudicum. quæſt.26.Maſcard.de probat.concluſ.638.* Sed pro poſteriori, impoſita ei fuit mortis pœna; conſtat autem pro officiali, nec ſe geſſiſſe Laxhand, nec alios elegiſſe officiales, etſi officiales eligere iuriſdictionis eſſe dixerint, *Muſcatel.de appell.p.p.gloſ.poterit.num.53.& alij citati.num.7.* ergo.

26 Reſpon.II. Pro notario † ille ſe geſſerat, ſed Laxhand non ſe geſſit pro officiali, ille falſa inſtrumenta conficiens, in vſurpato officio deliquit, Hic officium non vſurpauit, nec iuriſdictionem, nec in eo deliquit.

27 Non obſtat Quartum, Quia † etſi S.Officij familiaris ſeculare Officium exercens, & in officio delinquens de DD.Inquiſitorum foro eſſe non deſierit, vt opinatur, *Cancer.2.reſolut.c.2.de iuriſd.num.309.* in hoc tamen Regno ex Regis Concordia, vt dixi, ſecus eſt, quia ſi prætextu officij deliquit à M.R.C. puniendus eſt. Verum impropriè eos officiales

eſſe

Digitized by Google

eſſe cenſui, qui iuriſdictionem non habent, & largè, ex *Franc.deciſ.407.& alijs iam citat.num.2.* Sed verbum hoc officialis ſtrictè eſt intelligendum, non largè, *Carauit.rit.49. Ann.conſ.107.num.21.* Sic in Birruario, Magiſtro Notario, & alijs, *Baiard.ad Clar.§. fin.quaeſt.16.num.106. Franc.d.deciſ.497. Gizzarel. deciſ.24. Ann.d.num.21.*

28 Reſponſ. II. Id verum, † niſi ex Statuti mente conſtet, quod de Officio iuriſdictionali loqui voluit, *Imol.rubr.de offic.delegat.Bald.l.1.ff.de offic.praefect.vrb.latè Bonacoſ.quaeſt.crim. verb.officium.* Cumque Regis concordia, de publico officio, loquatur, quod iuriſdictionem habet, ibi, *In quales quier officios publicos.* Ergo.

Circa Secundum Fiſci dubium; Sciendum eſt Laxhanà Mandanicis terram, cum integro eius ſtatu conduxiſſe ab Abbate, anno, 6. Indict. 1608. pro annis 7.8.9. Indict. Quo tempore cum Bannitis diſcurſoribus Campaniae Laxhanà, eiuſque fratrem Terrę Capitaneum conuerſaſſe probat Fiſcus, & primo, cum Zirilli.

Pro reſolutione, Aduertendum duxi, tria eſſe Zirilli banna à Fiſco exhibita. Primum, eſt de vulnere illi de Iraci illato. Secundum, de morte eiuſdem. Tertium, eiuſdem necis bannum accuſatore inſtante emiſſum.

29 Primum bannum à Fiſco proponendum non † erat, cum ob vulnerati mortem euanuerit, quia maius delictum, quod eſt in morte, abſorbet minus, quod eſt ex vulnere, *l.Senatus. ff.de accuſat.l.numquam plura.ff.de priuat.delict.exornat. Bolognet.conſ. 33. Caball.crim.reſol.caſ.100. & Omnes.*

30 Secundum bannum de nece † Fiſci intentionem non probat, Quia accuſatore ſuperueniente ceſſat Fiſci actio, eiuſque bannum irritum eſt, ex poſteriori accuſatoris banno, tum quia vltima derogant prioribus ſi incompatibilia ſint, *latè Menoch.recup. poſſeſſ. remed.9. num. 370.* Tum quia pro vno, eodemque contumaciae crimine, nemo duplici poena plecti debet, *Caball. d.caſ.100. Bolognet.conſil.33.*
31 Tum quia † licitum eſt pro delicto tranſigere, ſeque ad certum locum extra patriam, in criminis poenam ſponte exulare, confirmante Prorege, *Ameſc.de poteſt.in ſe ipſ.lib.2.cap.18. nu.19.20.* Cumque ſuis literis mandauerit Prorex, bannum can-
32 cellari † eſt, ac ſi deletum, cancellatumque ſit, *Marſil.conſ.55.conſ.97. Cartar. de exequut.ſentent.capt. bannit.cap.3.num.64. Maſtrill.de indult. cap.45.num. 12.14. Farin. quaeſt.6.num.1.* ſic inſtrumentum ex pacto cancellandum inefficax quoque eſt, priuſquam cancelletur, *Caſtren.l.intra.ff.de pact.Intrigl. conſ.27.nu.13.23.* & Principis gratia aduerſus bannum, ſuum ſtatim operatur effectum, *Peregr.de fiſc. lib.5.tit.2.num.11.* etſi vera cancellatio ſit, quae per crucem ex tranſuerſo fieret, *Surd.conſ.16.nu.1.Bertaz.crim.conſ.535.n.5.Intrigl.conſ.27.num.21.Tuſc. lit.C.concluſ.20.22.num.3. Genua, de priuat.ſcript. quaeſt.6.dub.2.à num.1.*

33 Secunda, quae à Fiſco proponitur † conuerſatio eſt, cum Petro Cupri, anno 1616. in turri de Pagliarino, à quo Vitulam prius receperat, & Oues duas.

34 Reſponſ. I. Falſos (hac in re) eſſe Fiſci teſtes, Quia cum Cupri conuerſaſſe Laxhanà teſtantur ipſi, Anno 1616. Sed inquiſiti teſtes ipſi, Anno 1617. & conuicti in tortura negarunt Omnes ſe vnquam vidiſſe Cupri: Ex duobus hiſce atteſtationibus, priori, & iuratae in tortura, ſtandum eſt, *Guazz.reorum defenſ.19.cap.16.* Tortus, etſi negatiuus, veritatem dixiſſe inquit, *Alberic. rubr.ff.de quaeſtionibus. num.9.& in l.edictum.num.2.C.eodem.Farinac.conſilio 25.num.45.Clarus,§.fin.quaeſt.64.num.34.Magon. Lucen.deciſ.89.num.12. Simon de Pratis, conſil.104. num.42.*

35 Reſpon. II. Ex his teſtibus † plures à Laxhanà carceratos fuiſſe, & pro peſſima eorum vita, alios banniros; ergo inimici, quibus credendum non eſt, *Farin.quaeſt.53.*

36 Reſpon. III. Conuerſaſſe Laxhanà † dixerunt teſtes in Turri, quam appellat vulgus *di Pagliarino*, Sed turris haec à Terra Mandanicis ſatis diſtat, & intermedium aliud eſt territorium à Mandanici, ad Turrim hanc, Cumque ſi Officialis dici poteſt Attendatarius (vt abundè negauimus) cum extra Mandanicis territorium deliquerit, & eo in loco, in quo priuatus erat, *ad tex.l.3.ff.de offic.praeſid.* Sic de Epiſcopo extra Dioeceſim, quod priuatus ſit, ex *Gemin. cap.ſi abbatem. num.4.de elect.in 6.* tradit *Gratian.deciſ.98.num.12.* Non vt Officialem, ſed vt priuatum eum deliquiſſe concludit, *Maſtrill.deciſ. 219.à num.13.* qui de Barone loquitur extra ſuam iuriſdictionem, cum foriudicatis conuerſante, & in familiari S.Officij, qui cum Officialis ſit, banniros, tollerauit, eiſque verſatus eſt, *Seſſe, de inhibit.c.1.§. 4.à num.1.*

37 Reſpon. IV. S.Officij familiarem † tunc vt Officialem, ſeculari Iudici ſubiectum eſſe, ſi in re ad officium ſpectante delinquat, eiuſuè exercitio, ſed nec in vno, nec in alio deliquit Laxhanà, ſcripſit & merito, *Guaz.reor.defenſ.1.c.39.nu.16.* extra officium delinquere, qui in non pertinentibus ad officium delinquit. *c.12.num.12.*

Caeterum extorſiones aliquas à Laxhanà factas, opponit Fiſcus, & alios indebitè carceraſſe, ex quibus Sancti Officij Foro eum gaudere non poſſe probat.

38 Reſpon. I. Officialem praetextu † officij deliquiſſe dicitur, ſi officij calor eſt ad delictum, *Rebuff.l.2. C.de raptor.Carauit.rit.49. Caſſan.Burgundiae conſuetud. rubr.13.§.1.numero 22.Baiardus ad Clarum.§. finali.quaeſtio.35.numero 10. Guazz.reorum defenſio. 1.cap.39.numero 15.16. Ludouiſ. deciſ. 133.numero 5.Follerius, in prax. verbo, audiantur exequutores. numero 143. Maſtrillus, de indult. cap.40.numero 9. Rota, deciſione 754.par.prima.Seſſe, de inhibit.§.4.capit. 3. Farinacius, quaeſt.19.numero 44. conſil.5.numer.4. 9.11.& conſil.111.*

Reſpon. II. Quod extorſio, vt Cumi.inquit, *de Sindic.c.6.nu.20.* committitur, ſi praeter iura in pandectis recipiat Officialis. Sed hoc conſtare non po-
39 teſt. Ad dandam ergo iuriſdictionem † ciuili etiam in cauſa, non quod debitum eſt, inſpicimus, ſed quod petitur, *l.cum quadam puella. ff. de iuriſd.omn. iud.Cancer.1.reſol.tit.2.de iuriſd.nu.183. Caual.deciſ. 21.n.31.p.p.* & in criminali ſolus inquiſitionis titulus non facit reum, *Ang.l.athletas. §.calumniator. in princ.ff.de his qui not.infam. Franc.deciſ.330.num.6. Rouit.tit.de cuſtod.reor.pragm.1.*

Ex his, Facto verbo D. Protegi à M.R.C. pronuntiatum fuit, *Laxbana, Remittatur ad Forum Sancti Officij*. Die 23. Septembris MDCXXII. Fuitque ſic exequutum. Mox in Tribunali Sancti Officij pro eximia eius virtute, Anno eodem, nulla alia defenſione propoſita, fuit abſolutus, & liberatus. Quem inde ſumma populorum lætitia, Vrbis Senatorem ſuſcepimus, Anno MDCXXIV. & Capitaneus fuit à M.R.C. excarceratus.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia occidendi animum arguit? & quis dicatur inimicus?*
Declar. num. 10. 11.
2 *Minæ occidendi animum arguunt.*
Declar. num. 12. 13. 14.
3 *Aſſaſſinium ex quibus contrahatur.*
Declar. num. 15.
4 *Affectus in atrocioribus punitur, non ſequuto effectu.*
Declar. num. 16.
5 *Fraude vtitur mandans, qui ignoto penitus mandatario vſus eſt.*
Declar. num. 17.
6 *Delicti cauſa inſpicienda eſt, quæ grauis eſſe debet.*
7 *Mandans, & mandatarius in aſſaſſinio neceſſariæ ſunt perſonæ, vt ſi incertus ſit mandatarius, ceſſet inquiſitio contra mandantem.*
8 *Mandatarij incerti udo aufert reo defenſionem, niſi prius, quam procederetur, certa ſit mandatarij perſona.*
9 *Teſtis non facit fidem contra mandantem, niſi de mandatario deponat.*
18 Narta, conſilio 422. à numero 7. *explicatur, & numero 19.*

ARGVMENTVM.

Inquiſitio contra eum formata? qui homicidium mandaſſe dicitur, An irrita ſit, & nulla, ſi neſcitur, nec apparet de mandatario? vt excarcerandus ſit?

CONSILIVM XCVII.

HElena, & Agatha meretrices, eadem morantes in domo, rixatæ inuicem fuerunt, quod Agatha, Vincentium eius amaſium non dimiſerit. Ob id, aliam in domum receſſit Agatha; & ægrè ferens Helena, in iniurias prorupit aduerſus Vincentium, ac tædio affecta illum occidi decreuit; Proinde vidiſſe teſtatur Franciſcus Barna, 25. Aprilis 1623. Helenam, & Franciſcam matrem deprecantes hominem, quem (vt teſtis vtar verbis) ſic in ſuo examine deſcripſit, *Curtotto, Graſſotto, Muſtazuto, Viſituſo, con poca Barba*, vt Vincentium occidere vellet; quia catenam auream ei daret, quam collo pendentem oſtendit Helena; inde emiſſum in Vincentium ſcopettæ ictum fuiſſe, alijs teſtibus probatum legimus, quo licet occiſus ipſe non fuerit, nec vulneratus, Aſſaſſinium conſumatum inquit Fiſcus.

1 Primo, Inimicitia occidendi † animum arguit, ſi leuis non ſit, *Surdus, conſil. 40. num. Pancirolus, conſil. 151. num. 3. 4. Bertazzol. crimin. conſil. 85. numero 19. 20.* Sed ex iniurijs grauis orta ſit inimicitia, *l. ſi inimicitia. ff. de his quibus vt indign. Abbas in cap. cum oporteat. num. 3. de accuſat. Marſil. in l. 1. §. præterea. ff. de quæſtion. Blancus, de indict. num. 104. Soccin. cap. repellantur. num. 14. de accuſat. Alexand. conſ. 99. in primo. Tuſcus, lit. I. concluſ. 149. numer. 16. Menochius, conſ. 788. num. 4.* cum nec amplius alloquerentur Helena, & Vincentius, quod in eis, qui ſimul alloqui aſſueti ſunt, ſignum eſt inimicitiæ, rancoris, & odij, *Gloſ. cap. cum Adrianus. 63. diſtinct. in cap. ſi inimicus. verb. non loquitur. 93. diſtinct. Abb. cap. ſi repellantur. de accuſat. Natta, conſil. 422. num. 19.* inimicus nedum dicitur is, qui apparentia habet ſigna odij, ſed qui odij cauſam habet, licet ſignis oſtendat amare, *Azeued. l. 19. num. 21. tit. 10. lib. 2. recop. Tuſcus lit. I. concluſ. 149. num. 5. ex Baldo conſ. 41. num. 3. in 5.*

Secundo, Helenam in Vincentium minatam fuiſſe conſtat dum rixarentur, Quod ſi tranſiuit tempus, & dies, non tranſirent horæ, *Che ti farrò accuchiare li pedi*, quæ verba, eum ſenſum habere, in-
2 tellexit teſtis, *Di farlo amazzare*, ſed minæ † occidendi animum probant, maximè ſi modicum poſt tempus, commiſſum ſit crimen. *Alexand. conſilio 180. numero 5. in ſecundo. Tuſcus lit. M. concluſio. 236. numero 3.*

3 Tertio, Aſſaſſinium † commiſſum conſtat, Tum ex aureæ cathenæ promiſſione, *cap. 1. de homicid. in ſexto. Bero. conſ. 95. num. 13. in tertio. conſ. 78. numero 19. in primo. Craſſ. cleric. effect. 1. num. 699. 703. Burſatus, conſ. 20. num. 4. Caball. de omn. gener. homicid. num. 492. Decianus, lib. 9. crimin. cap. 30. num. 16. lib. 4. cap. 9. num. 81. Gabriel. tit. de crimin. concluſ. 1. Muſcatell. in prax. delict. tit. de homicid. mediant. mandat. num. 56. Rolandus, conſ. 14. num. 13. in quarto. Marta, de iuriſdictione, parte 4. centur. 2. caſ. 129. num. primo. Eugenius, conſil. 76. num. 135. Riminaldus iunior, conſilio 685. num. 5. Franc. deciſ. 176. Maſull. ad Capic. deciſ. 112. num. 2.* & ſubſequuta mandatarij acceptatione, *Baldus, conſ. 383. in quinto. Corneus, conſil. 249. in primo. Gramm. vot. 11. num. 19. Alciat. conſilio 11. num. 17. lib. 1. Vulpell. conſ. 143. num. 3. Gambacurt. de immunit. eccleſ. lib. 5. quæſt. 34. num. 11. Decianus, dic. cap. 30. numero 17. Riminaldus iunior, conſ. 685. num. 12. 13. 14. Gabriel. dicta concluſ. 1. num. 26. Plac. de delict. lib. 1. cap. 19. num. 10. Craſſ. d. effect. 1. numer. 710. Bardell. conſ. 147. num. 25.* etſi promiſſum quod fuit, ſequuto delicto nec is ſoluerit, *Farinacius, conſilio 4. num. 6. & alij à Craſſ. citati, dicto effect. 1. numer. 700. Marta, d. caſ. 129. numero 5.* modò ad actum proximum fuerit deuentum, *Decianus, dicto cap. 30. num. 38.* Actus verò proximus eſt, ſi non in terminis cogitationis, ſed vltra tractatum, aliud actum ab eo
4 ſit, cum in atrocioribus puniri † affectum dixerit, *Roias, ſingul. 17. num. 4.* etiam non ſequuto effectu, *Grammat. deciſ. 38. Macerata, lib. 3. reſolut. 47. numer. 6. Gabriel. tit. de crimin. concluſ. 1. numer. 8. Decianus, lib. 9. crimin. cap. 30. num. 30. cap. 36. num. 4. Farinac. quæſt. 3. num. 7. Menochius, de arbitr. caſ. 360. num. 39.*

ſi ad

ſi ad actum nempè homicidio proximum cum effectu ille deuenerit, *Maſſull.ad Capic.deciſ.112.nu. 1.* Idem *Capic.numero 5.Maſſul.num.3.ad deciſ.155. Decian.d.lib.9.cap.29.num.1.cap.30.numero 38.Farinac.quaſt.123.numero 415.quaſt.124.numero 18. Caſtill.deciſ.186.num.9.Craſſ.cleric.effect.1.numero 681.682.* Cumque ſcopetæ ictum emiſſum in eū fuiſſe conſtet, Liceret,& eo magis,in aſſaſſinio iura tranſgredi, *Innoc.cap.1.de Conſtitut.Burſ.conſil. 20.num.37.Gabr.de crimin.concluſ.1.* ergo.

5 Quarto, Grauior † etiam pœna irrogari Helenę debet, quod ignoto pęnitus mandatario, ex fraude fuerit vſa, & licet certi hominis factum argui debeat,*l.licet.§.poſtumus.ff.natu.caupon.ſtabul.* Nec excuſatur, ſi ignoretur mandatarij perſona, qua mediante delictum fuit commiſſum, *Gloſ.& Archid.cap.libellorum.2.quaſtio.8. Bald. Angel.Caſtr. & Imol.in l.quoties.§.ſi quis nomen. ff. de hæredit.inſtitut.Bald.& Angel.in l. ſi cum exceptione. §. in hac actione.ff.de eo,quod met.cauſ.in term. Natt. conſilio 422.à numero 7. Clar. §. fin. quaſtione 89.* Satiſque eſt, ſi deſignetur Mandatarius, quod talis iuuenis cum barba rubea, paruæ ſtaturæ,veſtitus ſic. *Boſſ. titu.de delict.numero 33. Clar. §.fin.quaſtio.31.Tuſc. lit.M.concluſio.35.numero 5.6.* Hæc me ancipitem reddebant.

Cæterum, Contrariæ ſum ſententiæ, imo à carcere dimittendam eam eſſe, & Franciscam matrē, hiſce dnctus rationibus,& argumentis, quæ ſolida ſanè ſunt.

6 Primo, In quouis delicto † inſpicienda eſt cauſa,quæ grauis eſſe debet,non leuis, *Caſon.de indict. tract.3.cap.9.Mantua. conſil.152.numero 13.conſil. 163.numero 14.in 3.Larat.conſil.105.nume.12.13. Bertaz.crimin.conſilio 85.numero 17.18. Felic. allegat.168.numero 1.p.2.* ſine cauſa nemo interficiendus eſt, *Felic.allegat.18.numero 2.p.p.* Sed nulla à Vincentio in Helenam fuit cauſa, nullaque iniuria, qua illum occidendum mandare debuiſſet, & per aſſaſſinium.

7 Secundo,In Aſſaſſinio † mandans,& mandatarius neceſſariæ ſunt perſonæ, alias delicti corpus, nec probatum diceretur, *Eugen.conſilio 76.numero 135. Guazz. reorum defenſione 4. cap.13.numero 2.* data enim mandatarij incertitudine ſuboritur impotentia procedendi, Contra mandantem, *l.ſi is, qui rem.2.§.ſi tu titium.& ibi Barto. ff.de furt.Pariſ. conſilio 171.numero 10.in 4.Turret.conſilio 94.num. 1.in 1.Marſil. conſilio 49.numero 11. Foller.in prax. gloſ.capiat informationem.numero 70. Boſſ. titulo de delict.numero 35.Burſat.conſil.20.numero 2.Menoch. de arbitr.caſ.352.numero 15.* Maximè ſi perfectum non ſit homicidium.*Macerata libro 3.reſolut.47.numero 5.14.* Imo de mandatario conſtare debet plenè,verè,& certè,non per coniecturas, *Boſſ.titulo de delict.numero 36.in fin.Cartar.de execut.ſenten.capt. bannit.cap.1.numero 347.Burſat.conſilio 20.numero 6.conſilio 146.num.11.conſilio 216.numero 82.Felic.allegat.114.numero 13.allegat.167.nume.1.p.2. Farinac.conſilio 24. numero 11.Macerata lib.3.reſolut.2.num.10.Menoch.de arbitr.caſ.349.numero 13. caſ.352.nume.15.* Imo nec ſufficit Mandatarij contumacia,niſi illius vera, & propria confeſſio habetur, *ex Barto. d. §. ſi tu titium.* quem omnes laudant, *teſte, Alexand.in Scholijs, Burſat. conſilio 20. numero 2. Maſcard. de probat.concluſ.1169.nume.17. Farinac.conſilio 24.numero 11.Cartar.d.cap.1.num. 348.* Proinde monet *Rudenſ. de analog.cap.24.numero 73.* Satis non eſſe, quod ille contra quem pro maleficio inquiritur, eſt Titius, quia ſic nominetur,ſi aliæ ceſſarent coniecturæ, æquiuoca enim eſt probatio,quę per nominis proprij identitatem fit: Cumque ſic iuris ſit,Fortius hoc in caſu id firmandum eſt,vbi nec proprium nomen,nec cognomen depoſuit teſtis, ſed per ſigna ſatis vaga, Quæ non vni potiùs, quam alteri conueniant: Cum ignoto pænitus Homine contrahi igitur mandatum non potuit,ratio eſt, quam poſuit, *Marſil.conſilio 49. numero 14.* Quod ſi vere † de Mandatarij perſona non conſtaret,denegata reo eſſet defeſio,*Carrer.in prax.§.circa tertium.numero 39. Giaccar.ad Clar.§. fin.quaſtione 89.lit.D.Felic.allegat.167.nume.1.p.2.* atque ita obtinuiſſe teſtatur, *Burſat.conſilio 216. numero 82.* Defenſionem conſiderant *Doct.* quod probare Helena potuiſſet ab Alio, quam à præſum pto mandatario ſcopertæ ictum fuiſſe emiſſum, *ex Menoch.de arbitr.caſ.352. numero 11. Rain.conſilio 6.numero 11.in 5. Surdus. conſilio 40.nume. 10.* Vel negatiuam probare potuiſſet, Loco, & tempore coartatam, Die commiſſi criminis alio in loco remoto ſatis,fuiſſe mandatariū,Vel quod mandatarius Vincentij erat Amicus, cui confidere non debebat,vel nullum dediſſe mādatum,*Marſil.conſilio 49.numero 14. Felic. allegat.167.numero 1.p.2.* Vel quod eius erat inimicus, cui nec alloqui poterat, Eoque magis,nec aſſaſſinij ſcelus committere: Rei defenſiones à Iudice ſunt inquirendæ, *Marſil. conſilio 49. numero 39. Pacian.conſil.119.nume.69. Burſat.conſil.20. numero 6. conſilio 146. numero 11. conſilio 216. numero 82.* Vel quod ille mandatum non habuit,& ſic, quod ipſe nō deliquit,vel quod ille patratum delictum non commiſit, quo caſu ſi ab alio is fuerit occiſus, mandans puniendus non eſſet,*Menoch.de arbitr.caſ.352.numero 11. Decian. lib.9.crimin.cap.33.ſub numero 2. Natt. conſil.422. numero 17.*

8

Tertio, Fiſci intentio, nec eſt fundata cum Teſtes ſcopectæ ictum probantes deponere deberent, quod perſona illa ex varijs, & communibus illis ſignis deſcripta,fuerit illa quæ ictum emiſerit, *ex Burſat.conſilio 20.numero 6.* Sed nulla eſt depoſitio

9 † contra mandantem,niſi de mandatario deponeret,*Boſſ.titulo de delict.numero 59.titulo de mandat. ab homicid.numero 37.Gabr.titulo de crimin.concluſio.1.numero 39.Farinac.conſilio 24.numero 11.Menoch.de arbitr.caſ.349.numero 14.* Attenta præſertim *Decian.* diſtinctione, *d.cap.33.ſub numero 2.* Aut inquirere vult Iudex, de mandato tantum ſeparato à Delicto,vt conſiderari id poſſe firmat optimè,*Decian.lib.9.crimin.cap.32.numero 11.* ſicque vt de Mandato ipſo tantum puniatur, Tunc nulli dubium poſſe inquiri de mandato, etſi ignoretur mandatarius,nec effectus ſequutus ſit: Aut inquiritur contra Mandantem, vt de delicto puniatur, quod mandatum fuit, Tunc de delicto puniri non poteſt,quod non conſtet commiſſum, *ex l.1.§.illud autem.vbi Bartol.ff. ad Sillan. l. ſi quis ne quaſtio. & ibi Marſil. ff. de quaſtion.* Aut conſtat occiſum fuiſſe,

fuiſſe, Sed ignoratur nomen Mandatarij, tunc re-
ctè poterit inquiri, ſi vero mandatarij nomen non
ignoratur, tunc eius nomen in inquiſitione inſe-
rendum eſt, vt poſſet ſe defendere.

10 Non obſtat Primum, Quia Id verum † ſi nemi-
nem alium Vincentius habuiſſet inimicum, cum-
que plures alios eum habuiſſe conſtet inimicos;
Helenæ ſcelus hoc imputandum non eſt, *Maluaſ.
conſilio 110. numero 28. volum. 1. crimin. diuerſ. Pa-
cian. conſilio 119. nume. 45.* & cum inimicitia leuis
ſit, nec durare præſumatur, *Bald. conſilio 176. num.
3. in 2. Tuſc. lit. I. concluſ. 147. numero 7.* ergo.

11 Reſpon. I I. Inimicus † nemo præſumitur,
*Bald. numero 16. Salic. numero 2. l. ſi quis teſtibus. C.
de teſtibus in cap. conſtitutus de reſcript. Crauet. con-
ſilio 7. numero 8. Gozad. conſilio 89. Honded. conſilio
107. numero 27. in 1. Azeued. l. 19. numero 23. titulo
10. lib. 2. recop. Pacian. conſilio 119. numero 39.* Pro-
inde inimicitia per ſe ſola non probat indictium
ad torturam, *Maluaſ. conſilio 88. numero 15.* Imo
nulla hoc in caſu fuit inimicitia, adeo grauis, *Hon-
ded. d. conſilio 107. numero 32. Felician. allegat. 167.
numero 5.* vt ad illum occidendum cogeretur.

Non obſtat Secundum, Quia minæ tunc faciũt
12 † torturæ indictium, ſi probet Fiſcus, eum minas
exequi, *Cephal. Conſilio 424. nume. 20. Honded. con-
ſilio 107. numero 46. in 1. conſilio 87. numero 110. in
2. Felic. allegat. 168. numero 8. p. 2.*

13 Reſpon. I I. Fallaces eſſe minas † vt de eo con-
ſiderat, *Rauden. de analog. cap. 31. numero 24.* qui
cum muliere rixaretur, dixit mulier illum ſe occi-
ſuram. Sed cum alter per viam tranſiens ex pro-
pria inimicitia audiuerit, illum occidit, minus iu-
ſtè, inquit, *Raudenſ. d. numero 24.* Mulierem tortam
fuiſſe.

14 Reſpon. I I I. Quod ſi illa Helenæ † verba, *Ti
farrò accubiare li pedi,* homicidium implicent, ex
iudicio teſtis eſt, quæ cum ſit Fæmina, nullum eſt
eius iudicium, quia imperfecta.

Non obſtat Tertium, Quia vel loquimur de ip-
15 ſo † aſſaſſinij crimine, Tunc ſi de mandatario con-
ſtaret, commiſſum illud fuiſſe dicerem, cum pro
homicidio puniri non poſſet mandans, Niſi con-
ſtet homicidium ab eo commiſſum, cui manda-
uerat, *Ruin. conſilio 1. numero 11. in 5. Surdus conſilio
40. numero 10. Decian. lib. 9. cap. 33. ſub numero 2.* vel
de ipſo ſcopertæ ictu.

Reſpon. I I. Quod ſi nulla inſequuta fuit offeſio;
16 † ab inferiori affectus puniri non poteſt, vt effe-
ctus, *Gramm. deciſione 2. numero 14. Honded. conſil.
98. numero 8. in Oſaſc. deciſione 19. numero 3. Farin.
quæſtione 17. numero 49. quæſtione 37. numero 130.
Macerat. lib. 3. reſolut. 47. numero 20.* etſi aliter con-
tra comm. ſenſerit, & minus rectè, *Gabr. de crimin.
concluſione 1. numero 10.* Pro coronide plures caſus
de furt.Fuſar.de fideicommiſſ. quæſtione 321.nu.26.*
& ſi à lege præſumatur, probanda adhuc eſt, *Noni.
conſilio 70. numero 4. Roland.conſil.57.numero 46.
in 1.Caual.deciſione 27.numero 21.par.1.* qua non
probata, Diſpoſitio habetur pro non facta, *Crauet.
conſilio 202.numero 31. Soc.conſilio 55.numero 4.in
1.Tiraquel.d.gloſ.7.num.1. Surd.conſil.440.num.18.
Marcab.conſilio 98.numero 51.* Sed vt pro meſſana
Iudex S. R. C. is ſit, Meſſanenſem ſe eſſe oportet,
cum verè Meſſanenſis dici non poſſit, qui Panor-
mitanus eſt.

Ex qua generali regula, *Doct.* inferunt ad bene-
9 ficia † omnia, non poſſe quemquam admitti, qui
non habeat qualitatem Naturalitatis, ſeu, Origi-
nis ex priuilegio requiſitam, *Garz.de benefic.par.7.
cap.9.numero 42.* & in ipſa noſtra ſpecie, nimirum
10 de qualitate † in magiſtratibus cõferendis requi-
ſita, conſtare prius debere, quàm ad dignitatem,
quis aſſumatur, *ex Barto.in l.impuberem.ff.de Falſ.
Suarez, alleg.12.Auendan.de exequen.manda.p.2.c.
12.num.13.Curia Piſan.lib.1.c.12.num.10.Maſtrill.
de magiſtrat.lib.2.cap.12.num.79.* Id quod, eo vſq;
à *Docto.* extenditur, vt neque ſatisfieri ſtatuto, aut
priuilegio opinentur, ſi pendente lite, qualitas ſu-
perueniat, *Tuſc.lit. Q.concluſ.8.numero 5.* ea enim
11 quæ excludit, vel admittit † aliquem, debet in-
teruenire tempore actus, *ad text.cap.ſi eo tempore.
de reſcript.l.2.§.aduerſus.ff.ne quid in loco publ.l.
2.ff.de excuſat.tutorum Bartol.l.impuberem.ff.de
falſ.Abb.num.10.Dec.num.57.in cap.poſt ceſſionem.
de probat.Alexand.l.ſi in rem meam, ad finem ff.de
verbor.obligat.Alciat.conſ.101.num.10.li.9.A-
uendan.d.numero 13.& cap.23.nu.7.Azeued.conſil,
9.nu.*

Digitized by Google

9.num.26.Franc.deciſ.609.num.3.Mexia,ad l.Tolet. 2.fundam.p.4.num.16.Suarez. allegat.12.nume.23. Bouadill.in polit.lib.3.cap.4.num.39.Menoch.conſil. 1.num.416.Gutier.conſil.44.nume.3.Girond.de priuileg.nume.296.443.649.Fuſar.de fideicom.quæſtio. 318.num.61.Rouit.pragm.5.nume.25. de Baron.Decian.conſil.86.num.40.in 3.Curi. Piſan.cap.12.num. 10.p.p. Pariſ. de reſignat.lib.4.quæſt.1.nume.10.11. 12.quæſtio.2.num.18. Vt ſatis,nec ſit,ſi poſt obtentum officium,fiat cinis, *gloſ.cap.ex literis.de tranſact. Anchar.cap.ſi cotempore. numero 2.de reſcript. Decius cap.poſt ceſſionem.numero 18.de probat.Felin. cap.cum dilectus.numero 3.de accuſat.Caſtane.Burg. conſuet.rubr.10.§.1.num.9. Petr.Gregor.de benefic. cap.37.num.7.Gutier.conſil.44.nu.4. Anna, ſingul. 232.Pariſ.d.quæſtione 1.numero 14.quæſtione 2.à numero 15.& conſil.52.nume.36.in 4. Tuſc.lit.H. concluſ.6.Suarez.d.num.23.*

Secundo, conſtituta hęc à nobis Regula, quod qualitas ex Statuto requiſita, niſi adſit: Nemo ſit

12 ad Officia quęcumque † admittendus, non modo Principalem obligat, ſed etiam ſubſtitutum, & quod is eiuſdem etiam qualitatis, & conditionis eſſe debeat, atque is erat, in cuius locum ſubſtituitur, vt vulgares regulas prętercam de ſubrogato à *Doct.* traditas, quod ſapiat naturam Principalis, *Bald.l.parabolani. C. de Epiſc.& Cleric.* aſſerens in term. Eum, qui ob certum impedimentum, aut defectum, Officialis eſſe non poſſit, neque etiam in eodem magiſtratu ſubrogari poſſe, *Bald.* ſequûtur, *Luc.à Penn.Plate.Rebuff.*& tradit, *Barto.in l.1. C.de præpoſ.agent.in rebus lib.12. Dec.nume.29.Rip. num.35.in c.decernimus.de iudic. Euerard.centur.legal.in loco,à vi ſubrogationis.num.5.6.Nepit.ad Catin.conſuet.1.titu.2.num.7t.Caſtill.lib.4.p.p.quæſtio. 36.num.55.Auiles,l.prætor.4.gloſ.tierra. nume.2.3. Bouadill.lib.2.polit.cap. 12. num.25.Menoch.conſil. 1147.num.24.Maſtrill.de magiſtrat.lib.1.capit.29. num.43.lib.2.cap.7.nume.77. Guttier.lib.1.practica quæſtione 34.numero 12.Gabr.titu.de regul.iur.concluſ.2.num.58.Gratian.diſcept. 522.numero8.* Qui adeo huic regulæ tribuit, vt niſi ſubrogato qualitates, & conditiones in Principali requiſitę, inſint, Nulla quoque ſit ſubrogatio, *ex gloſ.l.ſi eum. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.Mandos.ad regul.Cancell.4.quæſtione 8.num.3.Menoch. conſil.1032.nume. 18.* ac proinde, neque alios ſubrogari poſſe, neque ad alterum deuolui iuriſdictionem, niſi quando præſcripta forma ſeruari non poſſit, *Gratian.in Scolijs ad deciſion.157.numero 6.Thor.compend.deciſ. verbor. ſubſtitutus.* ſiue ab ipſo Officiali quis ſubrogetur, *Bald.d.l. parabolani. Barto.& Doct.d.l.1. Bouadill.d.cap.12 num.25.Didac. Spin. de teſtamen. gloſ.5.num.30.31.Gratian. ad d.deciſ.157.num.12.* cum poſſit ad menſem vſque ex Regul.Alphonſ. cap.29. ſiue à Principe quis ſubrogetur, *Decius d. capitulo decernimus numero 33. ad finem Maſtrill.d. capitulo 7.*

13 Tertio, inter † Subrogatum, & Eum, cui ſit ſubrogatio, nulla debet eſſe differentia, *Mantua ſingul.37.Gabr.d.concluſione 2. numero 66.Surdus.conſilio 138.numero21.* abundè *Menochius de arbitr. caſ.54.numero 30.32.36.caſ.235.numero 29.conſil. 1205.numero 34.Valenzuel. conſilio 60.numero 4. conſilio 61. numero 160. conſilio 63.numero 177.* vbi, *ex Bald. d. l. parabolani. in l.aliis.§.ſin autem.C. de curat.furioſ.& in l.pater.§.procurator.ff.rem rat. haber.* notat, quod de Creatione nempe officialis dicitur, in ſubrogatione locum vendicet, quia eiuſdem conditionis eſſe debet ſubrogatus, *Gratian. ad deciſione.157.numero 5.& diſceptat.800.numero 5.Morot.conſilio 48.numero 3.* ſicut, & Subſtitutus *Bartol.l.1. ad finem. C. de Præpoſ. agent. in rebus lib. 12. Azeued. lege 4. ad finem titulo 9. libro 3. recop.* imo Vicesgerens eaſdem habere debet qualitates, quas haberet is, cuius vices ſuſtinet, *Menochius conſilio 729.numero 7.* quia ſubrogatus eius aſſumit naturam, cui ſubrogatur, ſi diuerſæ non ſit qualitatis, aut conditionis, *Turret.conſilio 99. à numero*

14 *30.in 1.* Quibus finitimum eſt, quod † de deuolutionis Iudice notant *Doct.* illum nempè eodem iure teneri, quo, & primus iudex, *Ferret.conſil.230. numero 3.in 1.ex clemen.1.de ſupplen.neglig.* vbi ſuperior deuolutionis iudex, eoſdem eligere, compellitur, quibus inferior conferre tenebatur, cuius diſpoſitionis ea fuit ratio, quod cum deuolutio fieri ſoleat cum eiſdem oneribus, & qualitatibus, quibus primus iudex prouidere cogebatur, *Guttier.conſilio 1.numero 3 1.conſilio 2.numero 11.Gonzal.regul.Cancell.8.gloſ.46.numero 33. Cabed. deciſione 42. numero 4. deciſione 98. numero 9. parte 2. & de Pertin.Regu.Coron.capit.18.numero 3.Perez, de Lara, de Anniuerſ.& Capell. libro 2.capitulo 10. numero 7.Garz. de benefic.parte 10. capitulo 3.numero 42. Rebuff. de deuolut. in praxim. numero 40.* vbi, quod ſi Prælatus beneficium conferrè deberet alicui de genere Fundatoris, eidem debet conferre iudex deuolutionis, quia ſubrogatorum regula eſt, vt eiuſdem naturæ ſit, *exornat. Crauet. conſilio 973.Decianus conſilio 43.numero 14.in 3.Gabr.titulo de regul.iur.concluſione 1.Tuſcus littera S. concluſio.357.*

Ex quibus, manifeſtò ſatis, colligi videtur, quod cum ob abſentiam Principis, poſſet, Prorex, in locum Officialis decedentis, vel remoti, alium, tamquam iure deuolutionis ſubſtituere, iiſdem legibus atque conditionibus tenebitur, quibus Rex ipſe magiſtratus creare conſtringitur, ac conſequenter, Meſſanenſem eligere; abſurdiſſimum ſanè eſſet, ſubrogato nempè Proregi plus iuris licere, quam ipſi Principi liceat, *Cephal.conſil.682.num. 17.Farinac.conſil.52.num.5.in 1.* Tandem, & veteris Meſſanenſium dignitatis memoria, ac ratio dehortari Illuſtriſſ.D.Cardin. debuit, ne quam Vrbē olim eo honore affectam ſciebat, vt ſolis eius ciuibus ad Sacrum illud Conſiſtorij Tribunal pateret aditus, hoc tempore, iiſdem nequidem angulus in eo Tribunali vnus relinqueretur, ſed veluti ex Auitis, ac Patrijs Sedibus omnino exturbarentur. Moueri inquam debuit D.Cardin.exemplo; Quod in Sacris literis legimus, abrogato Hæli ſacerdotio, permiſſum Dei oraculo fuiſſe, vt eius Poſteri ad vnam ſacerdotalem partem admitterentur.

Firma itaque ac ſolidiſſimis hiſce rationibus conſtabilita Sententia hac, pro Meſſana vrbe: Supereſt ſolum, vt contrarijs à Caſtiglio adductis

Ii 2 ratio-

rationibus, Reſpondeam, & quantum in ea deciſione (bona cum eius venia) ſit roboris, in hòc congreſſu, apertiſſimè demonſtrare, pro virili mea, conabor.

Duo tamen prius monuerim Regijs Delegatis: Primum quidem pro ſe ſcripſiſſe in ea cauſa D. caſtiglio: Proinde nihil mirandum ſanè eſt, ſi in trāſuerſum ferri ſe, ſui commodi, dignitatiſque affectu videretur Debuit quidem in cauſa propria alios quærere Aduocatos.

Alterum illud ſit, multò æquiorem cauſam tueri Nos, in ſpecie iſta, quam illa eſſet, de qua D. Caſtiglio diſputat; Erat enim ibi, quæſtio; Num vacante M.R.C. Iudicis munere, impedimento Iudicis Catinenſis, eidem ſubſtitui Exterus potuerit. At qui Clariſſima illa Ciuitas haud ſcio num laudare pro ſe poſſit tot Regum priuilegia, tam expreſſe, ac ſpecifice, hac de re diſponentia, ne ciui alius, quam ciuis ſubrogetur, qualia multa nos habemus. Sed eſto tamen par ſit, hac quidem in cauſa, Vtriuſque ciuitatis ratio, par ius; Videamus quantum ponderis habeant fundamenta, à D. Caſtiglio adducta.

15 Non obſtat itaque, Primum, in quo † exiſtimat ipſe Priuilegia, atque adeo fauorabilem materiam venire ſub diſpoſitione, *l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignificat.* At qui animaduertere debuerat, Diſpoſitionem inducram per viam Priuilegij, non impleri per primam, & vnicam vicem; ſed vlterius etiam progredi debere, quando ſi de prima vice actum cenſeretur, temporalis diſpoſitio fieret, atque ideo naturam priuilegij exueret, quæ eſt, vt ſit perpetua, *capit. decet. de regulis iur. in 6.* ita declarat, *ex Ioan. Andr. Gemin. Franc. & alijs, copioſè Tiraquel. d. §. hoc ſermone. limitat. 8. & ibi, Alciatus Palat. Rubc. ru r. de donatio. inter vir. & vxor. §. 69.* vbi ex hoc infert priuilegium ingrediendi Eccleſiam, interdicti tempore cum ſuis familiaribus, non modo de primis familiaribus intelligi, ſed etiam de poſterioribus, & ſubrogatis, ſequitur, *Surdus conſilio 262. nume. 35.* ſcire proinde debuit Caſtill. facultatem eligendi confeſſorem, ſacriſicandi in priuata domo, legendi libros prohibitos, teſtandi, non impleri ſolum in prima vice, ſed vlteriores actus admittere, *Azor. lib. 5. moral. capit. 23. quæſtione 5. Noni, conſilio 18. numero 7. Gonzal. Cancell. regu. 8. gloſ. 11. numero 94.* Itemque priuilegium duobus clericis conceſſum de lucrandis fructibus in abſentia, intelligi datum, non modo primis clericis, Sed etiam alijs in eorum locū ſubrogatis, *Surdus conſilio 260. numero 39.* Proinde in Priuilegijs non procedere *tex. d. §. hoc ſermone.* docuit ibidem. *Rebuff. limitat. 6. ex Felin. cap. 2. limita. 4. de Treug. & Pac. Tiraquel. d. limitat. 8. Port. lib. 3. concluſ. 21. limita. 10. Girond. de Priuileg. nume. 704. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 20.*

16 Nec ad rem † pertinet illatio, quam de conceſſione facta Titio, & Hæredi ſuo, ediſſerit, *Caſtill. d. deciſione 125. numero 6. 7.* Tum quia ſatis abſurdè ex eo exemplo, nempè ex diſpoſitione hominis, ad Legis diſpoſitionem infert, vt mox dicemus copioſè, Tum quia imo oppoſita ſententia, de iure verior, ac receptior eſt, in ea conceſſione comprehendi etiam vlteriores hæredes, *Sfort. conſ. 47. Raudens. conſilio 1. numero 68. [illegible] 1. de Analog. capit. 10. Gomez. Leo. deciſione 16. Tiraquel. 1. retract. §. 1. gloſ. 6.* & contrarios, *à Caſtill. citatos*, improbat, *Tapp. de Conſtitut. Princip. parte 2. cap. 3. numero 35.* Aut ſaltim, contraria opinio non niſi in odioſa materia locum ſibi vendicaret, aut ad hæredes non tranſmiſſibili, aut quando diſpoſitio ipſa ex verbis aliquibus ad primos hæredes eſt reſtricta, *Tiraquel. d. gloſ. 6. numero 18. Magon. Floren. deciſio. 130. numero 8. Rauden. d. capit. 10.* optimè, *Tapp. d. cap. 3. numero 42.*

Nec obſtat ſuam opinionem confirmaſſe *Caſtiglio, à numero 8. ad numero 13.* ex eo, quod diſpoſi-
17 tio, *d. §. hoc ſermone.* multo magis † obtinet in o-
dioſis, ſed odioſa eſt cauſa capitulorum regni, & Priuilegiorum, cum per illa corrigi videatur ius commune, quo ciues eligi in Prouincia ad officia prohibentur, *Gamm. deciſione 59. numero 13.* Sed quam vera hæc ſint, conſtare primum ex eo poterit, quod Regni Capitula, quo iure, hodie Siculi omnes vtimur, haud quidem Statuta appellari debeant, ſed commune Siculorum, ius, ac proinde fauorabile ius contineant, vt animaduertit, *Muta, ad Procm. Capit. Regni. tom. 1. numero 19. 22. & cap. 26. numero 22. Petr. Gregor. de conceſſione feud. parte 4. quæſtione 1. numero 1. de iudic. cauſ. feud. quæſtione 42. numero 2.* Imo eandem Capitulorum Regni diſpoſitionem, qua *ſolos ciues* eligi ad officia demandatum eſt, & rationi conformem *eſſe, & rectæ* Reipublicæ gubernationi, ex multis probat, *Maſtrill. de Magiſtrat. libro 2. capitulo 7. Glorit. conſilio 11. à numero 16.* vt intelligere non poſſem, quo iure conſuetudo iſta toto orbe recepta, & in leges cuiuſque Regni redacta, odioſa dici poſſit: Cum non iniuria, Lege regia definitum ſit, ciues ad officia admittendos, ſed pro Pacis publicæ conſeruatione, ac proprio Regnicolarum commodo. *l. final. C. de offic. prætor. Otalor. de nobilitat. parte prima capitulo 5. numero 11. Cened. pract. quæſtione 18. numero 10. Azeued. l. 14. numero 7. 8. 50. titulo 3. libro 1. recop. Valenzuel. conſilio 34. numero 71.* Odioſa ergo non eſt, ſed fauorabilis diſpoſitio: Quod enim ad vtilitatem publicā pertinet; Nemo odioſum dixerit, *Parlador. libro 1. rerum quotid. capitulo 3. numero 33. Molin. de rit. nup. lib. 2. differen. 7. numero 74.* Imo iuſtiſſimum hoc innuit, *Seſſe, deciſio. 167. numero 5.*

Accedit, quod eadem Regni Capitula, vt potè iam in vim Priuilegij conceſſa, qua ad ipſum concedentem ſpectant, neque vllum tertij præiudiciū continent, latiſſimè ſunt interpretanda, *Bardell. conſ. 137. nu. 4. Morot. conſ. 20. nu. 3. Maluaſ. conſ. 18. nu. 26. Ponte. conſ. 2. nu. 21. Cancer. 3. reſol. c. 3. n. 165. Surd. conſ. 140. nu. 73. Glorit. conſ. 6. num. 35. conſ. 11. num. 36.* Præſertim cum tranſierint in vim contractus, & ex cauſa meritorum, tum capitula illa, tum etiam priuilegia conceſſa ſint, latè, *Glorit. conſil. 6. num. 34. Muta, in procm. Capil. Regni, numero 39.* & in Feder. Regis, c. 26. num. 8. 39. 40. vbi Capit. Regni loquitur, ad eiuſdem ſupplicationem obtētus, per verbum, *Placet.*

18 Nec deniq; obſtat, quod Caſtill. inquit ad † diſſolu-

ſolutionem obligationis inducendam, ſatis eſſe vnicum, ac Primum actum, *ex Tiraq. d. §. hoc ſermone. numero 116. 118.* Quæ enim ibi, excuſſerat *Tiraq.* ad diſpoſitionem hominis pertinent, nempe obligatum tradere, ſemel tradendo liberari: Itemque obligationem dotandi, eiuſque conditionem impleri per primam dotem, per primum conditionis euentum: Atqui nos in diſpoſitione Legis verſamur, in Statuto nempè. ex vi priuilegij indulto, ne niſi ciuis ad officia eligatur.

Verum, etſi ex his ſatisfactum putemus huic primo (Caſtiglio) fundamento, *ex d. §. hoc ſermone.* Liberalius tamen cum illo agemus, & plures limitationes, quæ dari ad illum §. ſolent, hoc loco afferemus, & multo plures, quam ille dederit extenſiones, vt largiori menſura, paria illi referamus.

Primum igitur, cum priuilegium noſtrum Al-
19 phonſ. negatiuè † loquatur, ibi, *& quod de catero, non contingat fieri in fraudem prædicti priuilegij.* Itéque priuilegium Ferdinandi, ibi, *& non ex alia ſiuitate, & loco Regni.* Quo fit, vt celebris ac recepta, *Doctor.* ſententia, quę habet, Diſpoſitionem quamlibet, negatiuè conceptam, nō ſatis adimpleri per primum actum, ſed ſucceſſiuū deſiderare, ex multis, *à Tiraq. limit. 7. Rebuff. limit. 1. in d. §. hoc ſermone. Rauden. de analog. capit. 12. numero* 20 vbi in huiuſmodi diſpoſitionibus negatiuis, interpretationem fieri ait, non tantum per prius, ſed etiam pro poſterius, atque ita comprehendi ſecundum analogatum, Proinde, *ex Oldrad. Felin. Gabr. & alijs,* docet, præcepto patris filię facto de nubendo mercatori, non ſatisfieri per primas nuptias tantum, ſed & ſecunda, & tertia vice, cum mercatore nubere eam quoque debere, ſi nolit in legem teſtatoris committere, *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſputat. 33. num. 14.* quia negatiua intenſius negat, quàm affirmatiua affirmet, *Gloſ. cap. cum dilectus. de conſuetu. Peregr. conſil. 102. num. 56. in 3. Rim. iun. conſil. 811. num. 19. Tuſc. lit. N. concluſ. 26. Surd. de alim. titu. 9. quæſt. 35. num. 39. quæſt. 37. num. 14. Honded. conſil. 5. num. 73. in 1. Bardell. conſil. 69. num. 17. 18. Menoch. de arbitr. quæſt. 30. num. 7. conſil. 36. num. 11. conſil. 1007. num. 22. Roland. conſil. 27. num. 14. volum. 4. de Lucr. dot. quæſt. 31. num. 7. Aldouin. conſil. 70. nume. 118. Bero. conſil. 37. num. 11. conſil. 117. num. 5. in 2. Fuſar. de fideicom. quæſt. 678. num. 22. p. 2. Sasea, conſil. 8. num. 43. & Omnes.*

20 Secundo nō procedit, *d. §. hoc ſermone.* ſi † alioquin diſponentium menti ſatisfactum non ſit, tūc enim actus poteſt, & debet reiterari, *Felin. cap. 2. limit. 5. de Treug. & Pac. Tuſc. lit. D. concluſ. 499. num. 46. Nauar. de redit. eccleſ. non alien. quæſt. 3. num. 22. & in Apolog. quæſt. 3. monit. 9. num. 3. Cuttier. lib. 5. pract. quæſt. 11. num. 30. quæſt. 48. num. 18. Gonzalez, cancel. reg. 8. gloſ. 11. nume. 93. Gabr. titu. de legibus concluſ. 2. nume. 28. Mexia, ad l. Tolet. in concluſ. vlti. parte numero 42. 45. Raudenſ. de analog. capitulo 12. numero 34.* vbi poſt *Alexand. Port. & alios.* ex facto reſpondiſſe, ait, Promiſſionem de accipiendo ad Cambia, non intelligi de primis tantum, ſed de ſecundis, & tertijs, cambijs ac quouſque creditori ſatisfiat, *Tiraq. limitatione 6. numero 8. Rebuff. limitatione 2. d. §. hoc ſermone. Surdus conſilio 281. numero 26. Schrader. de feud. parte 10. ſect. 11. num. 79. Decius conſilio 562. numero 1. 2.* etſi diſſentiat, *Tuſc. lit. C. concluſ. 14.*

21 Tertio eodem pertinet † limitatio ab Authoribus tradita, non eſſe locum illi, *§. hoc ſermone.* quādo diſpoſitio ſi de primo tantum actu eſſet intelligenda, effectum ſuum minimè ſortiretur, *Tiraquel. d. §. hoc ſermone. limitatione 6. numero 5. Rot. Gen. deciſ. 81. Cephal. conſil. 160. numero 13. Raudens. d. cap. 12. numero 30. Surdus. conſilio 281. numero 25.* Quæ optimè ad ſpeciem noſtram conferunt, quis enim dixerit? aut Principis, aut Impetrantium menti ſatisfactum videri, per primam officialium creationem à Rege profectam? quem effectum habuiſſe priuilegia cum Siculis inita? ſi Proregi permitteretur in ſubſtitutione facienda, quemcumque velit, eligere.

22 Quarto, *d. §. hoc ſermone.* non † procedit quando ſecundus actus ſubrogaretur in locum primi, Tunc enim diſpoſitio, & in primo, & in vlteriori actu impleri debet, ita ex multis, *Tiraquel. d. §. hoc ſermone. limitatione 14.* exemplum affert, de Diſpēſato, vt retinere poſſit duo beneficia, aitque Hunc quidem, ſi ea poſtea, vel eorum alterum dimiſerit, non poſſe vi eius diſpenſationis duo alia, vel vnum obtinere, Quia illa gratia intelligitur de duobus primis beneficijs, quæ haberet, *ex capitulo ordinarij. de Officio Ordina. in 6.* Verum ſi permutet alia duo beneficia, aut eorum vnum cum altero, poterit illa retinere, quia quod ſubrogatum eſt loco alterius, pro eodem reputaretur. Eadem ergo ratione, cum ſubrogatio ab Illuſtriſſimo D. Cardinali facta, ſuccedat in locum creationis, & electionis regiæ promiſſio, & pactum etiam de eligendo Meſſanenſem, non cenſeretur impleta per primam creationem, niſi & ſubrogatio in locum abſentis, vel mortui, eodem iure reguletur, alioquin enim (ſicut ex ſententia Caſtillio) liceret iudici Catinenſi exterum de Regno ſubſtituere, ita & Siculo Iudici decedenti, aut remoto, poſſet Prorex ſubrogare Neapolitanum, aut alium quemlibet forenſem: Nec obijciet mihi quis id prohibitum, cum obſtarent aliæ Regni leges: quia hæ quoque leges ita intelligi deberent. Cum ergo in vtroque eadem ratio militet, ac ſemper dici poſſit, primam quidem creationem ſubijci Regni legibus, vt non niſi Siculus eligatur, Poſteriores verò ſubſtitutiones, *ex d. §. hoc ſermone.* nō cenſeri ſubiectas eidem legi, quod tamen abſurdiſſimum eſſe inquit *Maſtrill. de Magiſtra. lib. 1. cap. 29. num. 49.* vbi diſertis ſanè verbis, acutè commoſtrat ſubſtituendum debere eſſe Regnicolam.

Quinta ſit, *d. §. hoc ſermone.* limitatio, vt proce-
23 dat † ſolum in diſpoſitione Hominis, in diſpoſitione tamen Legis non cenſeri actum eſſe de vnica vice, & implemento, ſed perpetuo extendi debere, & quoties opus fuerit, ne alioquin Lex vnica ſit, aut imperfecta, ſiue id ſit, Quia mitius agitur cum lege, quam cum homine, ſiue quia lex ſemper loquitur, ſeu tandem, quia natura Legis eſt, vt vnico implemento contenta non ſit, *Cuman. conſilio 14. Afflic. deciſio. 146. Roma. conſil.*

504. *numero* 2. *Socinus, conſil.* 291. *numero* 6. *in* 2. *Alba, conſil.* 710. *num.* 3. *Bimius, conſil.* 1. *numero* 14. *Berous, conſilio* 190. *num.* 22. *in primo. Teſſaur. lib.* 2. *forenſ. quæſt.* 21. *Tuſcus lit. D. concluſ.* 499. *numero* 1. *lit. V. concluſ.* 146. *numero* 6. *Viui. deciſ.* 87. *Rebuffus, d. §. hoc ſermone. limit. vltima. & ibi, Tiraquell. limit.* 9. aſſerens obligationem dotandi à Lege inductam, prima dotatione non extingui, *Gonzalez, dicta gloſ.* 11. *numero* 90. Quare cum in ſpecie iſta de Regni Capitulis agatur, & de Priuilegijs in vim Legis conceſſis, ea interpretatio ſumenda quoque eſt, vt ſatisfactum eis non putemus, per primam electionem de Ciue factam, Quia vt *Romanus* inquit *d. conſilio* 504. *numero* 2. vbi habet locum ratio Legis, ſemper locum ſibi vendicat ipſa Lex, *Tuſcus d. numero* 6. Imo hominis diſpoſitio, nec conſumitur per primum actum, caſu quo fauorabilis ſit, *l. placet. vbi, Gloſſa, & Doctor. ff. de liberis & poſthumis. l. hac conditio. ff. de condiction. & demoſtrat. Bartolus, l. ſi ita. ff. de aur. & argen. legat. Bartol. Caſtrenſis, & Alexand. d. §. hoc ſermone. Felinus, capit.* 2. *de treng. & pace. Afflictus, deciſ.* 393. *Gabriel. tit. de legibus. concluſio.* 2. *numero* 37. *Sebrader. de feud. par.* 10. *ſect.* 11. *num.* 81.

Sexto, Regulam, *d. §. hoc ſermone.* minimè pro-
24 cedere † dixit, *Raudenſis, de analog. cap.* 9. *numero* 5. in diſpoſitione loquente de actu ſui natura reiterabili, *Felinus d. cap.* 2. *limit.* 4. *Bimius, conſil.* 196. *numero* 33. *Rota, deciſ.* 47. *p. p. Tuſcus, lit. D. concluſio.* 499. *numero* 42. *Pute. deciſ.* 258. *numero* 3. *parte* 3. *deciſ.* 105. *numero* 1. *p. p. Gabriel. d. concluſ.* 2. *numero* 25. 42. *Gonzalez. d. gloſſa* 11. *numero* 95. vbi, cum quæreret an regula octaua, quæ ex diſpoſitione Apoſtol. reſeruat beneficia vacantia certis menſibus, intelligi debeat, ita vt comprehendat ſolum primam cuiuſlibet beneficij vacationem? Reſpondet vlteriores etiam comprehendere, quia in materia ſumus reiterabili, in beneficio nempè, cuius natura eſt, vt pluries vacet: Sicut nec *d. §. hoc ſermone.* procedere in diſpoſitione inquit, *Anton. Butr. conſilio* 30. cuius cauſa, non reſtringitur ad certum actum, ſed eſt multiplicabilis: Ipſaque multiplicatio caſu, & fortuna, contingit, non ex voluntate, *Tuſcus d. concluſ.* 499. *numero* 39. 40.

Septimo, Propoſitio *d. §. hoc ſermone.* eo in caſu locum habet, quo ceſſant verba, vel ſi interpretatio fieret contra verbi proprietatem, nam *ex hoc ſermone*, dum nupta erit primæ nuptiæ ſignificantur, quoniam primis nuptijs diſſolutis, verba ceſſant, Amplius enim nupta non eſt, & qui ſemel deſiit, rurſus non conualeſcit, *argument. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut.* alias enim ſi verba non ceſſarent, & interpretatio contra verbi proprietatem, non fieret, tunc ſermo ſimpliciter prolatus æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus. ff. de legat.* 2. explicat in terminis *Trentacinqu. de ſubſtitut. p. p. cap.* 16. *numero* 4. *Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. ad l. ſi quando. ſub num.* 19. *C. de inofficioſo teſtamento.* cumque non ceſſent verba, ex Regijs Priuilegijs (vt mox dicemus) & quod Meſſana petit, contra verborum proprietatem non eſt, ergo.

25 Octano, Regulam illam in dubio † procedere limitat, *Tiraquell. d. §. hoc ſermone.* ſecus ſi de contraria diſponentis voluntate conſtaret, *l. cum qui calendis. ff. de verbor. obligat. l. ſi duo. §.* 1. *ff. de verb. ſignificat. Tiraquellus, d. §. hoc ſermone. limit.* 11. 12. *Alba, conſilio* 51. *numero* 23. *conſilio* 92. *numer.* 10. 21. *conſilio* 496. *numer.* 3. quod verum ſi talis mens colligeretur ex coniecturis, *Romanus, l. diuortio. §. quod in anno.* quem legit cum *§. ob donationes. columna* 2. *verſicul. vnde dicit hic. ff. ſoluto matrimonio. Decianus, conſilio* 41. *numero* 59. *in primo.* cumque hoc noſtro in caſu apertiſſimè conſtaret de Principis voluntate, tum expreſſa, tum tacita; Atque Alphonſus, quidem expreſſis verbis iuſſerit, vt ſi quo in caſu, ex iuſta, & legitima cauſa ob abſentiam Iudicis Meſſanenſis, de Subſtituto prouidendum erit, is quoque Meſſanenſis eligeretur, Ferdinandus verò ſtatuit, vt ſi Iudex S. R. C. Meſſanenſis recuſaretur vt ſuſpectus, Protex non amoueat, ſed duos alios Meſſanenſes eligat, quorum conſilio recuſatus iudicare poſſit. Quare optimè intrat hoc loco verior, & receptiſſima Noſtrorum iuris
26 interpretum ſententia, Diſpoſitionem † in tempus inhabilitatis alicuius collocatam comprehendere tempus mortis, vt è contrà, diſpoſitio in tempus mortis collata, de quacumque etiam alia inhabilitate intelligatur, *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 2. *numero* 37. *Surdus, conſilio* 236. *numero* 23. *deciſio.* 207. *numero* 9. 10. *optimè Gratianus, diſcept.* 522. vbi quod diſpoſitio huiuſmodi, non videtur ſe reſtrinxiſſe, ad certos illos modos expreſſos, ſed voluiſſe exprimere omnes alios caſus inhabilitatis, & impedimenti, in perſona electi Officialis, & eorum, in quorum locum facienda eſt electio, ſequitur in Officiali loquens, *Maſtrillus, de Magiſtratibus, lib. primo. capitulo* 26. *numer.* 16. vbi quod caſus mortis, depoſitionis, inhabilitatis, priuationis, vel aliter, ad idem ſonant, *Glorit. conſilio* 6. *d. numero* 83. *ad numer.* 90. ſic abſentia æquiparatur morti, *capitulo primo. §. finali. ne ſede vacant. Valenzuel. conſilio* 74. *numero* 35. *Rouitus, pragmatica* 1. *numero* 25. *de adminiſtr. vniuerſ. pragmat.* 24. *numer.* 19. *de Offic. S. R. C. Seſſe, deciſione* 57. & de officiali creato in abſentia alterius, ſuccedere, etiam in caſu mortis, *Franc. deciſione* 155. *numero* 4. *Petra ad Capic. deciſ.* 151. *Tepat. titul. de official. columna* 4. *Ricc. collect.* 531. *collection.* 1056. *Seſſe, deciſione* 57. confert text. *l. quæſitum. ff. de tutel.* vbi tutor datus in caſu abſentiæ, datus etiam cenſetur in caſu mortis, *Viui. deciſio.* 2. *numero* 5. vt dixi *plenius, deciſ.* 9. *numero* 9. Porrò cum duobus his in caſibus diſponere voluerit, idem de ſimilibus dicendum concludimus.

Tacita autem Principis voluntas multiplicites
27 † colligitur ex Priuilegio Philippi Secundi, ibi, *Perpetuò concedimus, vt in dicta noua creatione Tribunalis, & qualibet alia nominatione Iudicum ſingulo biennio, aut aliàs de cætero facienda.* Itemque ex Priuilegio Ferdinandi, ibi, *Quod ſemper ſit vnus Meſſanenſis Ciuis Iudex S. R. C.* Itemque ex priuilegio Alphonſi, ibi, *& quod de cætero non contingat fieri in fraudem dicti Priuilegij.* Atqui, receptiſſimum eſt, *d. §. hoc ſermone.* non committi, ſi in diſpoſitione, dictiones adeſſent vniuerſales, *Quandocumque, Omnes, & reliqua, his ſimiles:*

les: Tunc enim vtrumquè analogatum, & prius,
& poſterius, ſub diſpoſitione comprehendi ſcri-
pſit, Tiraquell.d.§.hoc ſermone.nume.26. Vrſill.deciſ.
122. Becc.conſilio 14.numero 14. Surdus, conſilio 33.
num.24. conſ.281.numero 22. Randenſis de analog.
cap.12.num.5.

Huc referenda etiam ſunt ea, quæ tradunt Doct.
28 nimirum † dictionem (ſemper) eiuſmodi eſſe, vt
perpetuitatem denotet, l.ſemper in ciuitate. ff.de
iur.immunit.l.Caio. §.Imperator. ff.de aliment.& ci-
bar.legat.l.finali.ff.de parricid. l.quiſquis. §.filij. C.ad
legem Iuliam Maieſtatis.l.lex quæ tutores. §.ante om-
nia.ff.de adminiſtrat.tutor. Azeued.l.6.numero 31.
tit.15.lib.4.recopil. Surdus, conſilio 281.numero 18.
20.Garz.de nobilit.gloſſa prima. §.primo.numero 35.
Aldouinus, conſilio 86.numero 6. Guttier. lib.3.pra-
cticarum quæſtionum.66.numero 25. Farinacius, quæ-
ſtione 29.numero 70.& deciſ.231.numero 4.tomo 1.
parte ſecunda. Cened.ſingul.44.numero 1. Menochius,
conſilio 106.numero 63.conſilio 328.numero 96. Mo-
lina, de primogen.libro 1.capitulo quinto.numero 33.
& omne tempus, omnemque caſum includat, le-
ge prima.& ibi Doctor. ff.ſoluto matrimonio. l.quia
ſemper.ff.de in ius vocand. capit.primo.de reſtitut. in
integrum.notant.Vulpell.de propoſit,& aduerb.ſigni-
ficat.verbo, ſemper. Boerius, deciſ.158. Auendan. l.
40.Thaur.gloſſa 15.numero 1. Accac. ad l.Titio cen-
tum.numero 115.ff.de condiction.& demoſtrat. Fari-
nacius, deciſ.146.numero 19. in nouiſſ. deciſ.24. nu-
mero 14.tomo 1.p.p.& criminal.quæſtion.39. numero
101.conſilio 54.num.5. Cened.ſingul.44.num.primo.
Tuſcus, liter.D.concluſ.371.num.1. Morla, in empor.
titulo 6.in initio. numero 60. Surdus, conſil.112.num.
4.conſilio 181.numero 20.conſil.403.numero 70.de-
ciſ.255.numero 7.deciſ.112.numero 4. Gratian. de-
ciſ.183.numero 6. Guttierez, lib.3. practicarum quæ-
ſtion.66.num.25. Caualc.deciſ.5.numero 75.parte 3.
nulla caſuum, aut temporis diſtinctione admiſſa,
Cæſar.Graſſ.deciſ.180.numero 5. alias, 5.qui fil.ſint
legitim. Tuſcus, lit.D.concluſ.371.numero 2. actum-
que ſucceſſiuum ſignificat, l.ſemper.ff.de regul.iur.
& d.§.Imperator.l.1.ff.ſoluto matrimonio. vbi Bart.
notat.numero 21. Ripa, num.107. Boer. deciſio.158.
numero 13. Barboſ.diction.310.numero 7. Borrellus,
conſil.82.num.8. Menochius, conſil.38.num.43.conſi-
lio 145.numero 16.conſil.244.numer.22.23. Pere-
grinus, de fideicomm.artic.27.num.2.conſil.49.num.
8.conſilio 51.numero 4.in tertio.conſil.102.numero 6.
in quarto. Pariſius, conſil.90.num.27.in ſecundo. Fu-
ſar.de fideicommiſſ.quæſt.379.numero 36. quæſtione
542.num.8. Aldouinus, conſil.92.numero 17. Gratia-
nus, diſcept.2.num.1. qui id procedere inquit tam
in diſpoſitione Legis, quam hominis, num.16.17.
19.latè. Surdus, conſilio 281.à num.18. Faciunt, & ſi-
milia, quæ Noſtri narrant de dictione, Quilibet,
29 Quicumquè, quæ etiam improprios † actus com-
prehendunt, Becc.conſil.75.numero 9.conſil.88.nu-
mero 22. Menochius.conſil.391.num.15. Gratianus,
diſcept.25.num.1. Teſſaur.deciſ.102.numero 4. Gon-
zalez, regul.cancell.8.gloſ.9.numero 33. vbi, quod
veniant maiora expreſſis, præſertim cum in priui-
legio Philippi Secundi, dictioni Quilibet, coniun-
cta ſit dictio, Alia, quo fit, vt & diuerſę quoque na-
turæ res, & cauſæ contineantur, etſi maiores ſint
expreſſis, Natta, conſil.410.num.7. Rotà, deciſ.159.
p.p. Riminaldus iunior, conſil.74.num.36.conſil.216.
numero 43. Nec obeſſe debet, quod cum tres mo-
dos creationis officialium S.R.C. Rex expreſſerit,
in tertio ibi, vel Alias, de hoc noſtro intellexit, ex
30 regula, Rota, deciſ.254.numero 2.p.p. quod † dictio,
Alias ſignificat alios modos ab expreſſis, Gonza-
lez, cancell.regul.8.gloſ.49.numero 2. ſiue alias, id
eſt, alio caſu, l.qui teſtamento. §.mulier.ff.qui te-
ſtam.facer.poſſ. Pute.deciſ.170.ad finem, parte 3.
Ganzalez, dicta gloſ.49.numero 3. Barboſ.diction.9.
num.9.

31 Tandem animaduertendum † Regem, ibi im-
perſonaliter loqui, neque orationem reſtringere
ad Iudicum electiones à Rege faciendas, ſed im-
perſonali oratione vti (in quacumque alia Nomina-
tione facienda,) qua tacitè voluit innuere conceſ-
ſionem illam, & priuilegium reale eſſe, hoc ſenſu,
vt non putetur reſpicere voluiſſe ad electionem à
ſe, vel Succeſſoribus Regibus tantum faciendam;
Sed, & alias faciendas à Proregibus includere vo-
luiſſe. Ea enim vis eſt verborum imperſonalium,
vt intelligantur, & ligare eos omnes, ad quos per-
tineret actus, Ruinus, conſil.201.num.10.in primo.
Iacobus de Leonard.inter conſil. Brun. feudal.117.
libro primo. Magonius Florent.deciſione 145.num.8.
Proinde ſubſtitutionem, ſeu verius ſubrogationem
hanc conſiderauit Philippus Rex illius nominis
Secundus, Qui cum dixerit prius in creatione, &
qualibet alia Nominatione, ſingulo biennio (Addit)
aut alias de cætero faciendis, hoc eſt, alios caſus præ-
ter expreſſos, & inuiolabiliter ſeruandum voluit. vt
diminutionem omnem excludat, Decianus conſilio
6.numero 41.in quarto. Seraphin. iuramen.priuileg.
21.num.13. Aldouinus, conſilio 106.numero 12. Fer-
dinandi Regis ſententiam inſequutus, qui ſuo pri-
uilegio ſtatuit Meſſanenſis S.R.C. Iudex, etſi ſuſpe-
ctus ſit, non amoueatur, ſed duo illi dentur adiun-
cti, qui ſimul decidant, Imo licet dixerint alij, text.
dicta l.parabolani. in vna cauſa non procedere: Hoc
tamen limitat Rex, quod ſiue in vna cauſa, ſiue in
vniuerſo, Meſſanenſis ſemper, & inuiolabiliter Iu-
dex erit. Ripa, numero 35. Burgos.numero 40. Decius,
numero 30.in cap.decernimus.de iudic. cuius Priuile-
gij cauſa fuit innata Meſſanenſium fides, & Animi
affectio erga prædeceſſores Reges, quæ adhuc flo-
reſcit, & viget ardentius.

Non obſtat Secundum, quia ex his, quæ Caſti-
glio. enunciat numero 14.15. Primum, regulæ no-
32 ſtræ † vim non tollit, Qua diximus eiuſdem con-
ditionis eſſe debeat ſubrogatus, cuius is erat, in
cuius locum ſubrogatur: inconueniens eſt, quod
Aloyſ.Leo, notat in l.ne quis.C.de crimin.ſacrileg. ſed
afferre inconueniens, non eſt ſoluere, imo, quia di-
uerſi fori ſunt, clericus eſſe non poteſt Locumte-
nens laici, Craſſ.cleric.effect.1.numero 507.

Præterea inſtantia illa admitti, & verificari poſ-
33 ſet † in eo Officiali ſubſtituto, qui ſeorſim à prin-
cipali aliud Officium habeat, quamuis eidem
ſubſtitutum, & veluti Vicarium eum certè dici
poſſet, huiuſmodi ſubſtitutum non poſſe eſſe alte-
rius qualitatis, & conditionis à Principali, vt de
Epiſcopi

Digitized by Google

Epiſcopi Vicario dicimus, *ad not. per Gratianum, diſcept.* 111. & de Viceſgerente reſpectu ſui principalis, *ad not. per Auendan. de exequend. mandat. parte prima, capitulo tertio.* Cæterum ſi ſubſtitutus ita ſit ſubrogatus principali, vt nullum conſtituat officium ab illo ſeparatum, ſed principalis efficiatur, ac nomine ſuo, non principalis actum gerat, is certè eiuſdem qualitatis, & conditionis eſſe debet, ita videndus, *Decius, in capit. decernimus. numero quinto. verſiculo, præterea, & ſecundo. de iudic.* Proinde vnus, & idem cum principali cenſeretur, eiuſque perſonam principalem, repræſentat, diceturque ordinarius, non delegatus, & ſub nomine principalis comprehendetur, *Maſtrillus, de magiſtratibus, libro primo. capitulo 29. numero 34. Aponte conſilio 133. numero ſexto.*

Nec ſanè ſæliciot eſt, *Caſtiglio.* in ſecundo enun-
34 tiato, † primum quia *Bald. Guttierez, Auill.* diſtinctionem ſupra allatam affingit, quam ſolus ipſe *Caſtiglio.* primus, atque vltimus excogitauit. Nam *text. dicta l. parabolani.* ne dum in Iudice, ſed in Principe procedit, ex *Decio, in capit. decernimus. numero 33. de iudic.* & de Principe loquitur etiam Philippus Rex, qui præcepit Carolo, ac Succeſſoribus ſuis, & Proregi cuicumque vt vnum eligant Meſſanenſem in S.R.C. Tribunali Iudicem.

Porrò *Bald.* in ſuam diſtinctionem à *Caſtiglio.* illic citatus, Nihil tale habet. diligenter à me lectus: *Guttier.* nec quidem ipſe eam tetigit, hoc enim ſolum habet, Poſſe nempè Officialem in ſubſidium ſubſtituere ſibi hominem Prouintialem, ſi neminem alienigenam inueniret, qui velit eius vicem gerere, præſertim ex cauſa abſentiæ, vel ſimili, & ad modicum tempus, eademque ſentire, ipſe opinatur. *Auendan. Auiles. & Azeued.* Atqui in his verbis, *Guttierez,* nihil de ea diſtinctione (quam *Caſtiglio.* fingit) loquitur, nec per ſomnium quidem illi venit, hoc illi aſſerere, Nam quod poſtea ex mente *Auiles* ſubdit, Officialem breui reuerſurum poſſe ad modicum tempus ſubſtituere ſibi Prouintialem, vel Naturalem loci, Alioqui prohibitum; ſed ſi longo tempore abſuturus ſit, debere loco ſui ponere extraneum, vel alium, de licentia Principis: non eo pertinet, quaſi Princeps quidem poſſit non idoneum ſubſtituere, neque id dicere voluit *Guttierez.* Sed ob eum finem requiritur Principis licentia, quia alioqui Officialis ſine Principis licentia non poteſt ad longum tempus ſubſtituere, vt notat *Auendan. numero quinto. verſic. limit. tertia. ex l. 5. titulo 15. libro ſecundo. Ordinam.* quæ eſt, *l. 4. titulo 9. libro tertio. recopil.* Quo ſenſu vti verè loquitur *Guttierez.* nil noſtræ ſententiæ refragatur: Imo tantum abeſt, vt *Guttierez.* faueat *Caſtiglio,* vt imo pro nobis ſit, ſi quidem ſentit inhabilem, & prohibitum, ad breue tempus, & ex cauſa abſentiæ, vel ſimili ſubſtitui poſſe, quod clarius in fin. explicat, vbi ad Municip. Hyſpanam legem prohibentem reſpondet; Eam intelligendam eſſe, reſpectu totius temporis officij principalis, vel ad longum tempus, ſecus ſi ad modicum, & ex cauſa abſentiæ, quod ſit difficile exterum inuenire, ac ita intelligi, ait, *dicta l. parabolani. & ibi Baldus.* Neque alio ſenſu loquitur *Auiles* ab eo allegatus, quod mirum, quantum in ſpecie noſtra valere debeat, in qua Illuſtriſſimi Domini Cardinalis ad longum tempus, & ſine vlla cauſa inhabilem ſubſtituit. Cum plures, tunc Panormi fuerint Meſſanenſes, qui alias, eodem Conſiſtorij munere, functi ſunt.

Sed eſto citra veri præiudicium, ij Authores probent diſtinctionem à *Caſtiglio.* traditam, id quidem ita demum locum habere poſſet, in eodem Indiee, qui ſubſtituendi facultatem ab Alphonſo Rege habet ad menſem, ex Capitulo 39. 40. Non in Principe, qui ex Priuilegijs à ſe conceſſis regulatur, *Bouadill. in politic. libro ſecundo. capitulo duodecimo. numero 28.* At ſi impedimentum illud iuris communis diſpoſitione inductum, & ex communibus regulis dici poſſet; Principem promouendo inhabilem videatur diſpenſaſſe, de quo paulo poſt dicemus: Cæterum vbi impedimentum oriretur ex iure alteri quæſito, vel ex priuilegio abſenti conceſſo, nego poſſe Principem inhabilem ſubſtituere, cum non poſſit tertio præiudicare, aut priuilegium à ſe conceſſum reuocare, vt dixi.

Reſponſ. II. Quod cum D. Ferdinandus Rex in priuilegio Meſſanæ Vrbi dato, dictione illa, *Semper*, fuerit vſus, eaque dictio temporis continuationem denotet, vt pro *quotidie, vel aſſiduè* exponatur in *lege prima. §. perenne eſt. ff. de flumin. Surdus, conſilio 281. numero 19. Farinacius, quæſtione 29. numero 70. deciſione 445. numero 3. tomo primo, parte prima. Cened. ſingul. 44. numero ſecundo. Leo, Theſaur. forenſ. eccleſ. parte tertia. capitulo quarto. numero 109. Gratianus, diſcept. 597. numero decimoquarto. Barboſ. diction. 310. numero quarto.* Nec momento voluit Rex, alium in S.R.C. Tribunali ſubrogari poſſe Iudicem, qui Meſſanenſis non ſit, idem palam etiam fecit Philippus Rex, cum dixerit. *In qualibet alia Iudicum nominatione ſingulo biennio, aut alias de cætero facienda.* ſubrogationem ergo excludit, etiam per paucos dies.

Non obſtat Tertium. Non ego hic in examen
35 voco, quam vera † ſit illa plenitudo poteſtatis, quam Caſtiglio, vulgaris Iuriſconſultorum, ſecutus, tanti facit, neque tam ſtricto iure cum illo in præſentia agendam mihi eſt, vt vnam tantum poteſtatem eſſe contendam, qua Princeps ſolummodò à legum ſollennibus, non autem vniuerſim à Legibus ſolutus eſt, de quo conſulendi eſſent poſt omnes, *Pinell. rubr. de reſcindenda venditione. capitulo ſecundo. numero vigeſimoquinto. Couarruuia, variarum. 3. reſolut. 6. numero octauo. Top. de Princip. poteſtate. §. 8. Ramirez. de Leg. reg. §. 23. Sanchez, libro ſecundo. diſputat. 15. de matrimonijs. Petra, de Princip. poteſtate. capitulo ſecundo. à numero prima. Tapp. rub. de Conſtitut. Princip. capitulo primo. numero ſeptuageſimoſeptimo.* Hoc tamen dixerim Proregi non eſſe integrum *Meſſanæ* poteſtatis plenitudine vti poſſe, ex nouiſſimo (apud nos) Rogerij Priuilegio, eo etiam circumſcripto, Prorex poteſtatis plenitudine, nec vti poteſt, niſi ſpeciale habeat mandatum, *Peregrinus, conſilio 7. numero 26. in tertio.* Imo *Ponte, de poteſtate Proregis.* licet eius

poteſta-

Digitized by Google

poteſtatem extollat *in Princip.* Negat tamen hac eum vti poſſe.

Reſponſ. II. Quicquid fuerit in cauſa Caſtill. 36 certè ea poteſtate † vſus non eſt Illuſtriſſimi D. Cardinalis, cum D. Blaſcum ſubſtituerit. Conſtat id ex eo, quod in actu electionis, nulla extet clauſula illud indicans, quales ſunt clauſulæ (ex certa ſcientia, appellatione remota, motu proprio, non obſtante, de plenitudine poteſtatis, de facto, ſeu citra Iuris ordinem) ex ijs, quæ eruditè tradit *Burg. de modo procedendi ex arrupt. centur. prima. quæſtione decimaſeptima. à numero 26.* Proinde neque in dubio vſus præſumitur ea abſoluta poteſtate, ſed tantum ordinaria, *Burg. dicta quæſtione 17. numero vigeſimo. Glorit. conſilio ſecundo. numero 32. 33.* Nec mouet, quod Caſtiglio conſiderat ad validitatem actus, præſumi Principem vſum eſſe plenitudine poteſtatis. Primo, quia id admitti poſſet, ſi ex eo actu nullum inferatur tertio præiudicium, At ſi tertio præiudicetur, nullo modo, abſoluta poteſtate vti præſumendum eſt, *Burg. dicta quæſtione decimaſeptima. numero decimonono.* Secundo, cum Princeps ea poteſtatis plenitudine vti non poſſit, Niſi maxima ex cauſa legitima, & rationali, vt ex receptiſſima *Doctor.* ſententia firmat, *Burg. dicta quæſtione decimaſeptima. numero vigeſimoprimo.* mùl rò minus ea vſum eſſe præſumi poterit, vbi nulla fingi poteſt cauſa, quæ publicè interſit, vt hoc in caſu euenit, in quo nihil intereſſat Reipublicæ, quod Meſſanenſi Iudici Panormitanus ſubrogaretur. Tertio dico, Illuſtriſſ. Cardinal. neque etiam ſi voluiſſet vti abſoluta poteſtate: cauſam vllam non habuiſſet legitimam, & ſollemnem, Neque ea vti potuiſſet, cum Prorex abſolutam non habeat poteſtatem, ex multis, *à Maſtrillo de magiſtratibus, libro primo. capitulo ſexto. numero trigeſimoſeptimo.*

Reſpon. II. Quod verò pertinet ad præſum- 37 ptam † diſpenſationem; Opinio illa, quod quis alium admittendo ad aliquem actum ei prohibitum, præſumatur cum illo diſpenſaſſe, quicquid ſit in Principe non recognoſcente ſuperiorem; in inferiore non tam facile procedit, cum multo plures, & authoritate digniores, Iuriſconſulti, contrariam ſequantur ſententiam, non videri diſpenſatum, niſi cum actum exerceat adhibita cauſæ cognitione, quos refert, *Sanchez, de matrimonijs. libro octauo. diſputat. quarta. numero vndecimo.* Deinde etiam ſi eam admittere velimus, id quidem intelligi neceſſe eſt, modò de ſcientia defectus in ipſo inferiore conſtet, atqui requiri iſtam ſcientiam ſcribit, *Sanchez, dicta diſput. 4. numero octauo. Menochius lib. 2. præſumpt. 10. numero 37. conſilio 1279. numero 47. Riminaldus iunior, conſilio 216. conſilio 307.* ergo.

38 Reſpon. III. Licet Prorex ſciuiſſet † impedimentum, & defectum, eique diſpenſare voluiſſet, neque tamen id potuiſſet, duplicem ob cauſam: Altera quidam, quia Regni Capitula, quæ iubent alterum ex Iudicibus eſſe Meſſanenſem, ſeu Catinenſem, derogari per Proregem non poſſunt, niſi congregato conſilio, *Ball. ad Pragmat. de offic. Proreg. libro quarto. numero duodecimo. Maſtrillus, de magiſtratibus, libro quinto. capitulo ſexto. numero 39. 91. 267.* cum irridendi prætera ſint, qui in Prorege plenitudinem poteſtatis fingerent, eius enim poteſtas quantacumque ſit, Legibus tamen, Conſtitutionibus, & Capitulis Regni ſubiecta eſſe debet, vt latè docet, *Maſtrillus, dicto capitulo ſexto. numero 37. 38. Muta, in proem. Capit. Regni. numero vigeſimoquinto.* Accedat, & altera cauſa, qua Prorex diſpenſare in ſubiecta materia, Nec ſi quidem vellet, adhuc poſſet, nempe Priuilegia à Regibus conceſſa Meſſanenſibus, quæ cum conceſſa ſint ex cauſa remunerationis, in vim contractus, tranſiſſe dicimus: Proinde nec in partem reuocari, minui, aut alterari poſſunt, *Maſtrillus, de magiſtratibus, libro tertio. capitulo quarto. numero 323. Glorit. conſilio tertio. numero decimotertio. conſilio ſecundo. numero vndecimo. conſil. decimo numero vndecimo. Schrader. conſilio 23. numero ſexageſimo. Tapp. de Conſtitut. Princip. parte ſecunda. capitulo nono. numero primo.* Vt nec permittatur Proregi mentem Principis in præiudicium tertij declarare, *Anna, allegat. 52. numero 57. Ball. dicta pragmat. de offic. Proregis. numero 16.*

Reſponſ. IV. In ſui præiudicium diſpenſare poſſe Proregem, non in alterius (Meſſanæ nempe) præiudicium, *Rebuffus, conſilio 165. verſic. ideo videre. & ad Regni Conſtitut. titulo, de pacific. poſſeſſ. numero 217.* neque enim tertio in modico præiudicare ipſe velle præſumitur, *Oldradus, conſil. 329. numero ſecundo. Tuſcus, liter. D. concluſ. 467. numero 41. Mareabrun. conſilio 23. numero 330. Tapp. rubr. de Conſtitut. Princip. capitulo ſecundo. numero 23. Craſſ. cleric. effect. 4. numero 215. Menochius, conſilio 181. numero 85. conſilio 443. numero 77. Oſaſc. conſilio 68. numero 56.* Imo Rex tunc, potius circumuentus præſumitur, ſi tertio præiudicet, *Ponte, conſilio 53. numero 54. 55.* monent nos. *Bartol. & Iaſon. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor.* ſi is, qui inhabilem ad officium aliquod admittit, illum inhabilem ad tale officium, poſſet habilem reddere, eo ipſo habilem ad hoc officium effeciſſe cenſetur, ſed Illuſtriſſimus Dominus Præſidens, Panormitanum Ciuem facere non potuit Meſſanenſem, citra Meſſanæ conſenſum; illum ergo adhuc inhabilem concludimus.

Reſponſ. V. Quod ſi clauſula, ſua in electione vſus fuerit Prorex, *Non obſtante quauis Regni lege,* ad Meſſanæ Priuilegia non extenditur, quia in mandatis ipſe non habet, vt ea reuocare poſſit, *Iacobus Gall. conſilio 125. numero 25. conſil. 130. numero 66.* imo nec ea clauſula, vti poteſt Prorex, *ex Bellon. conſilio 25. numero 20. Petra, de Princip. poteſt. capitulo tertio. quæſtione quarta. numero vigeſimoſecundo.*

Reſpon. VI. Si ea clauſula vti poſſet Prorex, nedum priuilegia remoueret, ſed Regni Capitula; quod ſi abſurdum ſit, ipſe diſpice.

39 Non obſtat Quartum, de exemplis † quæ vt *Alberic.* docet, eorum eſt afferre, qui leges contemnunt, quique non quid fieri debeat, ſed quid factum ſit, iciunt, & *Gemin.* ſcribit, exempla Inferiorum eſſe, non Principum *Aponte, videndus, de poteſt. Proregis. titulo 1. numero 15.*

Reſpon.

Reſpon.II.Quod ſi exemplis moueri nos debe-
40 mus † multo magis prodeſſe, & iuuare ſanè debet
immemorabilis temporis obſeruantia: Qua Iudi-
ci Meſſanenſi decedenti, aut aliter impedito, Meſ-
ſanenſes ſemper ſubrogati fuere, cuius obſeruan-
tiæ vim eam eſſe, vt omne dubium tollat, eaque
declaretur, quæ fuerit priuilegiorum mens, *Glorit.
conſilio 3. numero 33. conſilio quinto. numero trigeſi-
mo. conſilio ſecundo. numero 27.* vt alios omittam.

Reſpon. III. Animaduertendum in exemplis
41 ipſis afferendis, † deceptum fuiſſe D. Caſtiglio,
quandoquidem inter illa, ab eo enumerata exem-
pla, quæ alias ſeruata fuiſſe ait, in ſimili vacatione
Iudicis S.R.C. enumerat, Meſſanenſi Iudici ſuffe-
ctum fuiſſe Roccum Gambacurta Panormitanum
nihil cauſæ noſtræ obeſſe poterit, imo eamdem
confirmat, quando idem Roccus, in eo opere,
quod inſcripſit, *Foro Chriſtiano*, Ciuem Meſſanen-
ſem ſe appellitat, *ex Florio Gambacurta* patre,
etiam Meſſanenſi genitum, quare eo nomine iure
potuit admitti ad illum Magiſtratum. Singulis er-
go reſpondere exemplis, ſatis patimur, ſed iuxta il-
lud *Virgilij, 2. Eneidos,* ab vno, diſce omnes, nec
exemplis inhærendum.

42 Reſpon.IV. Ex contrarijs † hiſce actibus præin-
dicium aliquod noſtris priuilegijs fieri non potuiſ-
ſe, quia non conſtat actus illos in populi notitiam
perueniſſe, *Glorit. conſilio quarto. numero trigeſimo-
tertio.* Cumque ij actus cogente Prorege facti ſint,
ac vt mandato Superioris obedirent, paſſi ſunt Meſ-
ſanenſes, exteros ad eorum officia ſubſtitui, nihil
tamen præiudicare illis potuerunt, *Surdus, conſilio
262. numero 74. Glorit. conſilio 6. numero* 111. Mi-
nus etiam nocuere ij actus in futurum, ſed ijs tan-
tum caſibus, quibus contra Priuilegiorum for-
mam, aliquid eſt geſtum, cum ſimus in his, quæ
tractum habent ſucceſſiuum, ac penitus reiterabi-
lem, *Valenzuol. conſilio 79. numero 134. Glorit. conſi-
lio 1. parte tertia. numero 144. conſilio 6. numero 133.
D. Tapp. de Conſtitut. Princip. parte ſecunda. capitulo
ſecundo. à numero 26. Trentacinq. variar. libro primo.
titul. de reſcript. reſolut. 9. numero 6. reſolut. 10. nume-
ro tertio. Borrell. conſilio primo. numero 202. Gail. li-
bro ſecundo. obſeruat. 60. numero 11. Surdus, conſilio
262. numero 68. Fontanell. de pact. nupt. clauſula quar-
ta. gloſſa 10. parte prima. numero 132. Decianus, con-
ſilio 43. numero 30. in tertio. Garz. de nobilit. gloſ. 6.
numero 29.*

43 Reſponſ. V. Per actus † contrarios, Priuilegio
renunciatū non dicitur, quando conceſſum eſt Ci-
uitati, Collegio, vel ſimilibus, *Glorit. conſilio pri-
mo. parte tertia. numero 146. conſilio quarto. nume-
ro 34.*

Ex his deciſum fuit, à Iudicibus Straticotiali-
bus Regijs Delegatis, SVNT contra Priuilegia.
Sed cauſa adhuc in Supremo Italicarum rerum
Conſilio pendet: Quid eueniet? Pro maxima Meſ-
ſanæ Iuſtitia, victoriam ſperamus.

F I N I S.

Biblioteca Nazionale Napoli

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande ..., 3 - Napoli